178 Arbitrium conceſſum alicui faciendi ordines, ſeu ſtatuta ſuper pacifico ſtatu ciuitatis, ſeu alio bono publico, inquantũ extendi poſſit. remiſſiuè.

179 Statuentes nunquid ligent ſtatutis eorum proprijs.

180 Statuto epiſcopi excõmunicantur ludentes ad Azardum vtrùm ipſe ſi luſerit, in pœnam incidat.

181 Per ſententiam excommunicationis prolatam ab epiſcopo contra Titium, vtrùm ipſe cum Titio participans ſit excõmunicatus.

182 Superior epiſcopi, veluti archiepiſcopus vtrùm eodem ſtatuto ligetur.

183 Subditi cum epiſcopo, vel archiepiſcopo participantes in eodem ludo, vtrùm ſint excommunicati.

184 Legati mandato facto Abbati S. Proculi, quod beneficiatos non ſoluentes in termino eius debitã procurationem debeat excommunicatos denunciare, vtrùm ſeipſum non ſoluentem tenebit denunciaro.

185 Officialis maleficiorum ex ſtatuto tenetur delinquentes denunciare in ſuo territorio, vtrùm ipſe delinquens debeat ſeipſum denunciare.

186 Mandatum ſpecialiter loquens, vtrùm per ius cõmune diſtinguat.

187 Vna, & eadem perſona qualiter eſt capax diuerſorum iurium, & poteſt varios actus ſuſtinere.

188 Statuto, quod arguitur iniquum, an donec caſſetur, ſit parendum.

189 Iudex ſtatuendo non poteſt præiudicare iuri ſuperioris, & inferioris.

190 Iudices nunquid valeant ſtatuere contra leges.

191 Ex conſtitutione epiſcopali per probationes expreſſas in ea an quis coram quocunque presbytero conueniri poſſit de crimine vſurarum, quod habeant pro vſurario manifeſto.

192 Non tenet conſuetudo, quòd minor in maiorem iurisdictionem exerceat.

193 Conſuetudo contra legem, niſi ſit inducta ex eius ſciẽtia, qui illam tollere poteſt, non valet.

194 Statuta iuri contraria quomodo poſſunt rationabilia eſſe, cum ius ſit ars boni, & æqui.

195 Statuta vtrùm ſint rationabilia, an non, Iudicis arbitrio relinquendum.

196 Priuilegium conceſſum patriæ de ſufficientia duorum teſtium in teſtamento, vel ſi quid ſimile nunquid proderit omnibus ibi teſtamenta facientibus, vel ciuibus tantùm.

Et quid ĩ ipſis ciuibus extra patriam teſtamẽta facientibus. e. n.

197 Conceſſio Priuilegij in dubio vtrùm videantur facta loco.

198 Conſuetudo de ſufficientia duorum teſtium cum ſacerdote in teſtamento vtrùm teneat.

199 Conſuetudo de imminuitione ſolemnitatis legalis in teſtamento, ſicut in alijs inſtrumentis vtrùm valeat.

Conſuetudo in loco de minutione numeri teſtium in teſtamentis Canonico, & gentium iure iuuatur. eo. n.

200 Vi ſtatuti ſubmonentis obſtaculum qualitatis perſonæ vtrùm poſſit filiusfam. teſtari, & ſpurius inſtitui extra territorium.

201 Stante ſtatuto quòd mulier maritata citra duorũ proximorũ conſilium non poſſit aliquem contractum celebrare, an in alieno territorio arctetur ad talem obſeruantiam.

202 Conſtitutiones pontificiæ, & leges Imperiales ligant ſubditos vbique locorum.

203 Non ſubditus nullo neque præiudicio, neque commodo legis municipalis afficitur.

204 Statutum habilitans perſonas ad aliquem actum inhabiles, vtrùm extendat ſuum effectum extra territorium ſtatuentium.

205 Conſuetudo Anglica ꝙ Primogenitus ſuccedat in omnibus bonis, vtrùm extendatur in bonis extra territorium Angliæ ſitis.

206 Statuta permiſſiua vtrùm includant forenſes.

Priuilegium conceſſum ruſticis ad teſtandum cum quinque teſtibus in rure, an extendatur ad ciues teſtamentum ruri facientes. eo. n.

207 Diſpoſitio ſtatuti de legitimatione perſonæ ad actum faciendum nõ porrigitur ad forenſes perſonas.

Contra forenſem ratione rerum, quas habet in alterius territorio, vtrum aliquid ſtatuti poſſit. eo. n.

208 In contractibus, delictis, & in quibuſcunque diſpoſitionibus quò ad ſolemnitatem inſpicitur locus, vbi diſpoſitio celebratur.

209 Cum de iure priuilegij perſonam tangentis agitur, perſonæ qualitas eſt attendenda.

210 Cauſæ vertentes in foro ſeculari inter clericos, & laicos de iure Canonico diffiniri debent.

Virtus ſtatuti non complectitur caſum, niſi cum litigatur eo. n.

211 Bona mulieris committentis adulterium, quæ vigore ſtatuti veniunt applicanda fiſco, an in nupta forenſe, & adulterante ſint applicanda marito forenſi.

212 Ex ſtatuto Inſtrumenta debent mandari executioni, ſicut ſententiæ vtrùm in inſtrumentis factis alibi, productis ibidem ſimile ſit.

213 Statuto epiſcopi Peruſini omnes clerici tenentur reſidere. rector eccleſiæ, quam ex ſpeciali iure habet ſibi ſubiectam epiſcopus Tudertinus ad omnia, exceptis ſacramentis, vtrùm tenebitur reſidere.

214 Delictum eſt non reſidere.

Statutum Territorij augmentati vtrùm extendatur ad partem auctam. eo. n.

215 Attenditur locus rerum in ſucceſſione inteſtati.

216 Statutum loquens de præſcriptione debiti infra certum tempus vtrùm locum habeat in minoribus.

217 Statutaria præſcriptio ſubrogatur loco præſcriptionis legalis.

218 Statutis de præſcriptionibus, vel compromiſſis vtrùm ligentur minores.

219 Subditus delinquens extra territorium, cui pœnæ ſubijciatur.

220 Pœna ſtatuti afficiens perſonam, vel public. bonorum vtrùm extẽdat effectum ſuum extra territorium ſtatuentis.

221 Sententia condemnatoria cum publicatione bonorum nunquid extendatur ad res promulgatas extra territorium ſitas.

222 Bona de hereſi Paduæ condemnati vtrùm debeant pertinere ad illius Ciuitatis Officiales Inquiſitores, an verò ad Officiales Boniæ, vbi condemnati ſunt bona.

223 Statuta vtrùm afficiant ignorantes.

224 Forenſis, aliusùe probabiliter ignorans in delicto quando venit puniendus de iure communi pœna ſtatuti.

225 Tempus præfixum à lege, vel ſtatuto vtrùm currat igoranti.

226 Perſonæ ruſticæ per errorem non producendo in termino ſtatuti vtrùm propter iuris ignorantiam excuſentur.

227 Propter ignorantiam Conſtitutionum, quæ non ſunt in volumine ſtatutorum redactæ, vtrùm pœnæ per eas inflictæ euitentur.

227 Statuta à quo tempore, & ad quod vſque ligent.





229 Statuta ſuper præteritis iam deciſis, & finitis vtrùm queant prouidere.

Statuti verba implicata qualiter ſint intelligenda. e. nu.

230 Ius per conſtitutionem quæſitum alteri, non debet per nouam reuocari.

231 Poteſtas Papæ in ijs, quæ diuini iuris ſunt, & gentium tanta ne ſit, ſicut in ijs, quæ ſimpliciter iuris ſunt poſitiui.

232 Reſciſſio in contractibus de rebus alienatis quo caſu poſſit fieri licita.

233 Annullatio contractuum facta per Cõe ciuitatis an inducat reſciſſionem dominij.

234 Dd iure nouo Clementinarum Quarta legati facti Regularibus debetur Rectori parochiali.

235 Statutum factum ad extrahendos carceratos, vtrùm ad cerceratos ante ſtatutum damnatos extendatur.

236 Interpretatio in ſtatutis quot mõis ſumitur.

237 De geminis ſtatutis ſibi inuicem contrarijs in eodem eorum volumine repertis, an & vtrùm valeat.

238 Conſtitutiones, ſeu ſtatuta per ſingulares perſonas de collegio iurata, vtrùm per eaſdem collegialiter ſine metu periurij tolli poſſint.

239 Correctio in legibus, vel ſtatutis vtrùm per taxatiuas dictiones inducatur.

240 Noua reformatio contraria ſtatuto nunquam tamen non practicato, an deroget illi ſtatuto.

241 In perplexitate, & contradictione ſtatuti quæ ſunt partes iudicis.

242 Si ſtatuto contra executionem laudi nulla poteſt opponi exceptio, an ſaltem poterit, quòd non teneat compromiſſum.

243 Statutum generaliter loquens qualem interpretationem recipiat. et hic varias nota diſtinctiones vtiles.

244 Ex ſtatuto bannitus poteſt impunè offendi. quid ſi bannitus offendit bannitum.

245 In ſtatuto annullante contractum propter non ſolutam gabellam quid iuris.

246 Occidens bannitum ex inimicitia, vtrùm poſſit de prioribus; de quorum numero per ſtatutum venit excludendus homicida.

247 Ex ſtatuto homicida punitur in centum, alio verò committens duo homicidia capite punitur: ſi pro primo homicida ſoluit; vtrùm pro ſecundo decapitetur.

248 Tempus à ſtatuto ad accuſandum præfixum vtrùm in occultis criminibus currat.

249 Ignorantia à denunciando crimine clam perpetrato excuſat.

250 Statutum de carceratis relaxandis non porrigitur ad carceratos ob crimen falſi.

251 Statuto, quòd in damno dato credatur ſindico, vtrùm poſſit contrarium probari.

252 Statutum debet reduci ad intellectum iuris communis.

253 Præſcriptio decem annorum ex ſtatuto currens non exigenti debita, an currat filiofamilias.

254 Occidens bannitum armis prohibitis, vtrùm ſit puniendus tanquã geſtauerit arma prohibita.

255 Statutum generale, quod per ius commune eſt reſtringendũ, vtrùm etiam per pactum reſtringi poſſit.

256 In Puella nolente cõtrahere matrimonium vtrùm ſtatutum locum habeat, quòd dotatæ nihil plus de bonis petere poſſint.

257 Expectatio in minori periculoſa vtrùm excuſet ab obſeruantia ſtatuti.

258 Vbi ad actum quinque, pluresue adhibiti ſunt, cum ex ſtatuto quatuor conſenſus, ſeu præſentia requiratur, an proinde actus ille reddatur inualidus.

259 Pœna delicti noctu commiſſi poſt pulſum campanæ an veniat duplicanda per diſpoſitionem ſtatuti edicentis pœnas maleficiorum de nocte commiſſorum duplicandas.

260 Notarij omittentes nomen patris, & aui in inſtrumentis contra diſpoſitionem ſtatuti, vtrùm vitient inſtrumenta.

261 Verba generalia generaliter debent intelligi, niſi ex cauſa reſtringantur.

262 In ſtatutis an naturalis intellectus attendatur.

Verborũ in ſtatuto interpretatio duplex, paſſiua, & actiua. & ibi declarantur. eo. nu.

263 Statuta vtrùm recipiant interpretationem paſſiuam.

264 Statuta interpretari vtrùm liceat.

265 In ſinodali ſtatuto appellatione canonicorum an veniant clerici, & èconuerſo.

266 Aliquis ſtatuto ciuis effectus, vtrùm dicatur verè, & propriè ciuis, vt in certis caſibus ſtatutum requirit.

267 Appellatione ciuium veniunt Comitatenſes.

268 Priuilegium conceſſum ciuitati an trahat ad incolas habitantes in loco.

269 Conceſſis repræſalijs contra Florentinos, qui veniant Florentinorum nomine, an qui ſunt Flor. ratione originis, ſeu domicilium ibi trahentes.

270 Sub hac forma verborum ſtatuti. ſ. de filijs legitimis, & naturalibus an comprehendãtur legitimati per reſcriptum principis, vel Comitis Palatini perſequẽs mat. contractum cũ concubina.

271 Filij appellatio qualiter diuerſo reſpectu reſtringitur, & ampliatur.

272 Baſtardi vtrùm dicantur de domo.

273 Filius fratris vtrùm veniat nomine nepotis iuxta mentionẽ de Nepote à ſtatuto ſimpliciter factam.

274 Appellatione filiorum vtrùm veniant filiæ feminæ.

275 Gradus conſanguinitatis, & affinitatis aliter de iure canonico, aliter de iure ciuili conſiderantur.

276 Fratres in ſucceſſionibus ab inteſtato qualiter ſint accipiẽdi, an pro fratribus primi gradus tantùm, an ẽt ſecundi, vel tertij gradus.

277 Statuto mentionem faciente fratrum minorum, vtrùm comprehendantur ſorores minores S. Claræ.

278 Conſanguineorum nomine qui veniant.

279 Defuncta filia, vtrùm quis uerè, & propriè dicatur ſocer, & gener.

280 Hæredum appellatione ſolùm liberi continẽtur, alibi etiam extranei.

281 Appellatione ſuorum qui veniant.

282 Hoc verbum, maior, qualiter debet intelligi.

283 Mercator quis dicatur.

284 Vicini nomen qualiter debet intelligi.

285 Adhærentes, & ſequaces qui dicantur.

Proditor quis, & quot modis dicatur. eo. num.

286 Vigore ſtatuti diſponentis ætatem legitimam in omnibus contractibus, cauſis, & negociis, mater maior ann. 18. an poterit admitti ad tutelam filij.

287 Statuta vtrùm ad caſus in ſtatuto non comprehenſos extendantur.

288 Statutum per identitatem rationis extenditur de ſimili ad ſimile.

289 Statuta contra rationem facta non extenduntur.

290 Prohibitum in genere videtur prohibitum in qualibet ſua ſpecie.

291 Conſtitutio pœnalis proueniens ex mente legis non videt extendi.

292 In legibus, & ſtatutis exorbitantibus à generalibus regulis non proceditur de ſimili ad ſimile.

293 Minor 20. ann. prohibitus ſtatuto teſtari, vtrùm queat codicillari.

294 Succeſſio ex ſtatuto prohibita fratri, an cenſeatur quò ad ſororem prohibita.

295 Fama pro plena probatione habita in maleficijs, contraria verò fama de innocentia: quarum altera præualebit.

296 Bannitus vel damnatus ad mortem vigore ſtatuti, nunquid etiam tacitè extendatur ad bona.

297 Statutum, quòd non poſſit inquiri contra certas perſonas reſpectu quarundam qualitatum, vtrùm valebit, ſi qualitates

*ſinitas in vna, & eadem perſona; quarum vna ſit à ſtatuto pro hibita, altera requiſita.*

298 *Argumentum à contrario ſenſu vtrùm vendicet ſibi locum in ſtatutis. remiſſiue.*

299 *Diſpoſitio in caſu ficto vtrùm trahatur ad caſum verum remiſſiue.*

300 *Statutum loquens de vna perſona an extendatur ad aliam.*

301 *Excluſa vna perſona, videt̃ excluſa eius ſimilis, in qua eſt eadẽ ratio excludendi.*

302 *In pluribus eãdem rõnem habentibus, ſi de vno fiat mentio, videtur exemplariter fieri, non reſtrictiuè.*

303 *Ex ſtatuto. quicunq; malum fecerit, puniat̃ in mille, vtrùm ſimilis pœna locum habeat in mandãte cõmitti.*

304 *Actus non valentes expediri per inſtrumentum ſeparatum à corpore, quæ nam ſunt. Facta, quæ nequeunt expediri per inſtrumẽtũ ſeparatum ab opere. quæ nam ſunt. eo. nu.*

305 *Statutum prolatum per verba præteriti, vel præſentis temporis vtrùm trahatur ad futura.*

306 *Statutum nunquid trahatur ad certas perſonas.*

307 *In Canonis legis, vel ſtatuti extenſione ampliatio, in correctione non riſtrictio.*

308 *Statuta fœminarum excluſiua, & maſculorum ampliatiua vtrùm fauorabilia ſint, an odioſa.*

390 *Lex pœnalis, & loquens in corrumpente ſeruum nunquid extendat̃ ad corrumpentem filium.*

310 *Omni uetita per ſtatutũ interpretatione gloſatione, ſeu extraneo intellectu in contentis in eo; quæ interpretationi debit̃ probibita per ſtatutum ipſum.*

311 *Beneficium datum filio excludendi filia dotatam, vtrùm trahatur ad nepotem.*

*Qua rõne excludit̃ filia dotata, ita excludat̃ nepos ex ea. e. n.*

312 *Interpretatio pro congrua verbi ſeu vocabuli expoſitione ſumpta, locum habet in ſtatutis.*

313 *Interpretatio habens ſe per modum extenſionis de vno caſu ad aliũ pariter locum hẽt rõne abſurditatis vitãdæ, cũ ſimilibus. co. num.*

C Anonũ Statuta. Quod in ſũma hoc
intendit. Conſtitutiones canonum ab omnibus
ſunt ſeruandæ vel aliter. Nemini licet in eccleſiaſticis nego
cijs, vel iudicijs tranſgredi canonem, & proprium ſenſum
ſeq. hoc dicit. Diuiditur in duas partes. in prima ponit̃ di-
ctũ in gener̃, & illud declarat, & exponit in ſpe. ſecũda ibi
[& nemo.] & debet ſecundùm iſtam diuiſionem exponi.
Et nemo. i. nemo &c. & ſic erit totũ vnicũ dcm̃. Vel poteſt
diuidi principaliter in duas partes, ſiue duo dcã. primũ lo-
quitur in actibus hominum agitãdis extra iudicium. Secun
dum in his, quæ agitantur in iudicio. vtrobiq; enim ſacri ca
nones ſunt ſequendi, nõ ſenſus proprius, vel propria pru-
dẽtia, vt ĩ. eo. c. ne innitaris. & ſecundum hoc. & nemo, ſtat
1 ꝓpriè, ſecundùm Io. An. ¶ No. primò, ꝙ † conſtitutio ca-
nõica omnes ligat, ſimiliter & leges. vt l. leges ſacratiſsimę
C. de leg. & quia in multis leges, & canones ſibi inuicem ad
uerſantur, in tali contrarietate an ſint ſequẽdæ leg. vel ca-
nones. ĩ. ſubdã in. 1. q. ¶ Secundò not. ꝙ iudex in cauſis te-
netur ſequi canones, & non propriã conſcientiã, ſiue ſen
ſum. in hoc quædam iura vident̃ contrariari, & velle, ꝙ iu-
dex non agat cõtra conſcientiã, ſimiliter nec priuati debẽt
agere contra conſciam, ſed eam ſequi potius, q̃ ꝑcepta
legum, vel iudicum, vt ĩ. dicam. in 4. op.
2 ¶ Tertiò no. † ꝙ in iudicijs ec. cauſa debet duci, & tractari
ſecũdùm can. vtrùm ãt hoc ſit verũ, ſi cã ibi agitet̃ inter lay
cos, vel inter clericũ & laycũ, no. hic Io. An. & dicit ꝑ hunc
text. ꝙ ſi de re eccl. agat̃ corã iudice ſeculari, iudicabit cau
ſam ſedùm canon. nõ ſecũdùm leges, vt in ꝑſcrip. remittit
ad no. in c. 1. de op. no. nũ. qũo autẽ poſsit eẽ illud, ꝙ cã rei
eccle. agitet̃ in iudicio ſeculari, remittit ad not. in c. cũ ſit
generale. ĩ. de fo. cõp. & ĩ. q̃ latius dicam in 1. q. & in q. 11.
penul. car. ver. iuxta ꝓdcã. & plenius dixi in ſpe. c. ea quæ
fiũt à iud. de re iudi. li. 6. in 6. q. ¶ Quartò no. ex eo, ꝙ dicit
[cuſtodiant̃ ab omnibus] &c. innuit̃, ꝙ oẽs homines ſunt
ſubiecti Papæ, & de ſua iuriſdictiõe. Nã obſeruantia ſtatu-
torũ, & legũ cauſatur à iuriſdictione, & publica ptãte; aliàs
ſtatutis eius, cui qs nõ ſubiicit̃, non ligat̃. c. vt aĩarũ. de cõſt.
li. 6. & l. ex̃. territoriũ. đ iuriſ. om. iu. Qđ autẽ hoc non ſit ve
rũ, tractabo. ĩ. in primo cõtrario. de impatiõe de laycis di
xi in repetitiõe. d. c. ea q̃ fiũt à iudice. ¶ Venio ad oppõnes.
3 & primò op. ad id, qđ dicit, ꝙ canones debẽt † ab omnibus
obſeruari. & ſic ĩnuit, ꝙ Imperator reges, & oẽs layci ſunt
ſubiecti Papæ, poſtq̃ ligant̃ ſuis canonibus. Sed cõtra iſtud
op. & vr̃, ꝙ layci, & reges ſubſint Imperatori, nõ Papæ. ipſe
.n. Impator mũdi ẽ, vt l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iac.
& oĩa principis eẽ ĩtellıgũt̃, vt l. bene à Zenõe. C. đ quadri.
ꝑſcrip. ſub eo ſunt oẽs natiões. 11. q. 1. c. habẽs. ita & toti-
us orbis obtinet monarchiã. 12. q. 2. futurã impationẽ eñ
miſit Deus. l. aĩatã in terris, vt difficilibus legẽ impõat, &
generi hũano legẽ diſtribuat in Auth. de cõſul. §. fi. col. 4. &
in Aut. de inſtr. cau. & fi. §. qa igit̃. col. 6. & hĩc ẽ, ꝙ ſuę leges
ſacratiſsimæ debẽt ab oĩbus obſeruari, vt l. leges ſacratiſsi
mæ. C. de leg. nõ ergo canones, q qñq; legibus cõtrariant̃,
vt ĩ. dicam. Sol. gl. ſentit aliud contrariũ, & exponit, ab oĩ-
bus. ſ. ſubiectis. Nam verbũ vniuerſale qñque reſtringitur,
vt l. 1. §. item nũciatio. de oper. nou. nũ. per Bar. ſed iſta ex-
poſi. non placet Inno. qnia ſecundũ ipſũ conditori canonũ,
& vicario creatoris creatura oĩs ſubiecta ẽ. facit ĩ. e. c. fi. &
Extrauagans Bonifacij. q̃ incipit. Vnã ſanctam. ſed Hoſt. de
fendit expõnem gl. inquantũ eximit ab obſeruãtia canõũ
ipum conditorẽ, & à legũ obſeruantia Papã, & Imperato-
rẽ, ſimiliter & ſucceſſorem. de elec. c. innotuit. & illud ẽ cla
rũ, ꝙ Papa, & Imperator ſunt ſoluti. ll. ſuis. ¶ Sed an ijdem
epi, & ceteri ꝓlati ſuis ſtatutis, (maximè pœnalibus) ſint
4 exẽpti. dicã. ĩ. in 22. q. inclinãt ergo Inno. & Ho. ꝙ † Impe
rator ſit ſubiectus Papæ & ſubiaceat eius canonibus. ¶ Et
ꝙ illud nõ ſit verum, ꝓbat̃ iuribus, & rõibus. & primò ſic.
Quorũ eſt idem immediatũ, & per ſe prĩcipiũ, neutrũ põt
dici depẽdere ab altero, maximè cum diuerſis ꝓſunt. nã ſe
patorũ ſepata debet eẽ rõ, nec infert̃ de vno ad alterũ, l. ſi
maritus. C. de dona. inter vi. & vxo. Secũdò poteſtates Pa
pæ, & Imperatoris ſunt diſtinctæ. & ſepatæ. vñ dicit cañ. cũ
ad verũ. 96. diſt. vẽtũ eſt, nec Imperator iura põtificis arri-
puit; nec pontifex nomẽ Imperatoris vſurpauit. qn idẽ me
diator Dei, & hoĩum homo Chriſtus Ieſus actibus ꝓprijs
officia vtriuſq; ptãtis diſcreuit, vt Chriſtiani Imperatores
ꝓ æterna vita pontificibus egeãt, & pontifices ꝓ curſu tẽ-
poraliũ rerũ tantũmodo Impialibus legibus vterẽtur. 10.
di. c. qm̃. 96. di. c. cum ad verum. Similiter dicit l. ꝙ maxi-
ma dona ſunt hominibus à ſupna collata clementia, ſacer
dotiũ. ſ. & Imperium. ſacerdotium diuinis miniſtrans; impe
rium hũanis præſidẽs, vno eodemq; prin. vtrũque ꝓcedens
humanam exornat vitã. in Authen. quomodo oportet epi-
ſcopos. col. 1. Ad idẽ. c. ſolitæ. de ma. & obe. ibi [fecit Deus
duo magna luminaria.] &c. hĩc eſt, ꝙ ipſe Dei filius reco-
gnoſcens Imperatorem iura Imperatoris cæleſti ſibi ordi-
natione conceſſa ſoluit tributum, iubens quæ Cæſaris ſunt
dari Cæſari, & q̃ ſunt Dei Deo. Matthei. 22. & 11. q. 1. c. ma
gnum. per has duas iuriſdictiones diſtinguẽs diuinam. ſ. &
humanam. de conſe. di. 3. c. celebritatem. in fi. nam in eadẽ
ciuitate duo ſunt populi. ſ. laycorũ, & cle. 12. q. 1. c. duo. &
duæ vitæ, carnalis, & ſpiritualis. de renũ. c. niſi. §. pe. duopri
cipatus: duo genera militum. ſ. eccleſiæ & ſeculi. 50. diſt. c.
clericũ q pagan. põtificalis, & regalis ptas. 26. di c. duo. Itẽ
duo gladij. ſ. ſpiritualis, & materialis. 16. q. 6. c. auc. & nõ di
xit Saluator, aliũ eẽ ſupfluũ, ſed latis eẽ. Luc. 22. ꝑ has duas
iuriſdictiões denotãs eẽ neceſſarias, & nemini ꝓſidẽs alte
rum



rũ vſurparet, Petrũ vti volẽtẽ materiali gladio reprehẽdit di
cẽs. Conuerte gladium in locum ſuũ. & vſurpãti iuriſdictio
nẽ alterius cõminatus eſt penam, cum addidit. Omnis qui
gladiũ acceperit (. ſ. ad alterius iuriſdictionem ſpectãtẽ) gla-
dio peribit. Ex quibus rõnibus vr̃, ꝙ ptãtes Papæ, & Impto
ris ſint oĩo diſtinctæ, & ꝙ Papæ in ſpũalibus, & Imperatori
ĩ tẽporalibus ſit ſubiecta omnis aĩa viuẽs, vt c. oĩs anima. de
5 cenſibus † & ſm̃ hoc rõne tpaliũ clerici regibus ſunt ſubie-
cti. 11. q. 1. c. ſi quis cauſæ. §. his ita. & 13. q. 3. §. ſed nos. & ſi
dixerit clericus. qd mihi, & regi, audiat Aug. mihi ergo, tibi,
& poſſeſſioni. 8. di. c. quo iure. vñ licèt nõ poſſit clericũ in ꝑ-
ſona punire, puniet in patrimonio, qđ ei ſubeſt. C. de epi. au
di. l. addictos. & quod ibi no. & c. poſtulaſti. de fo. cõp. ꝑ Inn.
ſimiliter rõne ſpũalium Imperator, & oẽs principes ſunt ſu-
biecti Papæ & epiſcopis, vt in c. omnis princeps. de ma. &
obe. & de iud. c. nouit. ¶ Secundùm ergo iſtud. c. cum dicit
6 † [canonum ſtatuta cuſtodiantur ab oĩbus] ſubaudi quò ad
actus ſpũales, & in l. quæ dicit [q̃ leges dñt ab oĩbus cuſtodi
ri.] ſubaudi quò ad tpalia. Qđ ãt Imperatori traditũ eſt, nõ
dẽt Eccleſia vſurpare, ne ꝓmiſcuis rerum actibus turbẽtur
officia, & alij creditum alius ſubtrahat. & præcipuè clericis,
qbus opprobriũ ẽ, ſi peritos ſe velint diſceptationũ eẽ forẽ-
ſiũ, vt l. cõſulta diualia. C. de teſta. iſta ẽ æqua diſtinctio gña
liter cõſiderata, nec antiqs tpibus apparet hoc in dubiũ re-
uocatũ de iſta maioritate & ſuperioritate. ꝓcedẽte verò tpe
pp diſcordias, & diſſenſiones exortas inter ſummos pontifi
ces, & Imperatores declaratum eſt, ꝙ Papa hẽt vtrunq; gla
diũ, & ſuperioritatem ad imperiũ. & hinc ẽ, ꝙ eũ coronat, &
inũgit. & qñq; deponit, vt hoc per iura nouiſſima ꝓbatur. c.
ad Apoſtolicæ. de re iudi. Cle. paſtoral. ad fi. eo. ti. & de iur.
iuran. Cle. j. & plenius in extrauagã. Bonifacij. quæ incipit.
Vnam ſanctã. Itẽ vacãte Imperio ſuccedit in iuriſdictione.
c. licèt ex ſuſcepto. de foro cõpe. Item propter negligẽtiam.
& in multis caſibus ſuccedit Papa in iuriſdictione ſeculari, vt
7 ibi no. Inn. ¶ Sed dixerit aliquis. † Iſta Romani Põtifices ſta
tuerũt in ſuum fauorẽ, quibus non vr̃ credẽdum. quia in re
ꝓpria nullus dẽt eſſe iudex, neq; teſtis, neq; arbiter, vt C. ne
quis in ſua cã. in rub. & nig. & in l. nullus. de teſti. canonizã.
3. q. 4. & l. pẽ. ff. de arbi. ¶ Ad hoc rñdet Inn. ĩ d. c. licèt. & Ho.
latius in c. ꝑ venerabilẽ. qui filij ſint legi. & in ſum. e. ti. §. qua
liter. i. rñſo. hoc primò oñdit dicẽs, ꝙ duplex ẽ ptãs, ſpũalis,
quæ caput hẽt ſummũ pontificẽ, & ſecularis caput habẽs re
8 gẽ. ad hoc de æta. & quali. c. pe. & 6. di. c. duo. † Spũalis autẽ
prior eſt tpali in tali dignitate, vel maioritate, inquantũ ſpi
ritus eſt maior, quã corpus. de trãſla. c. 2. vñ Abrahã Patriar
cha, vt minor, obtulit Melchiſedech decimas vt maiori. Gẽ.
14. benedixit ẽt illi Melchiſedech vt maior. facit ad Hebr.
7. c. ¶ Itẽ ſecundò. prior in ſtatione. vñ ſacerdotiũ Melchiſe
dech præceſſit legem ſcriptã, de quo. ĩ. eo. c. translato. Itẽ ꝑ
ſacerdotiũ, Deo iubente, fuit ordinata regal. ptãs. 1. Reg. c.
8. Dixit dñs ad Samuelem. Conſtitue ſuper eos regẽ. ¶ Ter
tiò eſt prior auctoritate, ſeu poteſtate, quia ſpũal. inſtituit, &
iudicat, vt d. c. per venerabilẽ. ibi [neſcitis, quia angelos] &c.
&, 36. di. §. ecce. ¶ Vlterius hoc probat rõne ordinis ſcriptu
ræ. & ipſius legis, quæ præmittit ſacerdotiũ in d. Auth. qũo
oportet epos. in prin. ¶ Conſueuerunt. n. ſemper digniora ꝑ
mitti. de ma. & obe. c. j. & c. ſtatuimus. ¶ Secũdò hoc probat
rõne ſubiecti. certũ eſt. n. ꝙ quãtò quis melioribus præeſt,
tãtò maior eſſe deprehenditur. in Auth. de defen. ci. §. nos
igitur. Sed anima, cui Papa præeſt, præponenda eſt omnibus
rebus humanis, quibus præeſt Imperator, vt C. de ſac. ſan. ec
cle. l. præcipimus. demũ iſtã ſuperioritatẽ probat ex vi fidei.
ſicut. n. ponere duo principia, eſt hæreticũ. 24. q. fi. c. pen. ſic
ponere duos vicarios æquales in terris, hæreticũ videt̃, quò
ad ius ptinet. ne igitur hæreticus videaris, hæc tua ſit fides,
ꝙ ſicut eſt vnus Deus immutabilis. de ſum. Trini. c. 1. ſic &
vnus ſit vicarius ſuus in terris generalis. ¶ Nõ ob. ꝙ ꝓceſſe
runt ex eodẽ prin. & ꝙ imperiũ, ſicut ſacerdotiũ, à Deo ſit.
Nã Imperiũ eſt à Deo, non immediatè, ſed per deitatis ſub
alternã emanationẽ à vica. Ieſu Chr̃i. Et ſm̃ hoc loqtur Apo
ſtolus ad Ro. 13. c. Nõ eſt ptãs, niſi à Deo. Et ſtatim ſubdit.
Quę aũt ſũt à Deo, ordinata ſunt: ſicut & đ iur. vr̃, ꝙ peculiũ
vicarij nõ ſolũ ẽ ab ordinario, ſed à dño principali, vt. ff. de
pecu. l. diffi. peculij. vel aliter. Imperiũ, (ꝓut dicit quãdã ſepa
rationẽ executionis tpalis, & ſpũalis) à Deo eſt diſponẽte, &
volẽte, ꝙ hi gladij exerceãtur ꝑ diuerſos: ſed ordinationes
hos gladios exercentiũ quẽdã ordinẽ inter ſe hñt, vt minor à
maiori procedat. & quicqd de iſta diſtinctione duarũ digni
tatũ repit̃, dẽt intelligi de diuerſis facti, nõ iure, vt dicit tex.
in l. inter tutores. ff. de admi. tu. Itẽ nõ ſolũ hæ duæ ptes ſunt
oẽs à Deo. ſed ẽt mala Deo ꝑmittẽte. Vñ Chr̃s in paſ. dixit
Pylato præſidi. Nõ hẽres ptãtẽ ĩ me vllã, niſi tibi eẽt data de
ſuper. ꝑ hoc tñ. ſ. ꝙ ſit oĩs ptãs à Deo, non tollitur ordo, qui
cõſiſtit in vnctione, coronatione, & alijs, de quibus in Cle. 1.
de iureiur. Nã hic ordo ſeruatur in regibus, q. vngũtur. ĩ. de
ſa. vn. c. 1. Et Saul fuit vnctus à Samuele, vt hẽtur in. 1. Reg.
10. c. & 1. q. 2. c. iudices. vñ ſi de eẽ cuiuslibet regis eſt vnctio
ſacerdotalis: multò magis de eẽ illius, qui eſt ſup oẽs reges.
9 7. q. 1. c. in apibus. † Imperiũ ergo eẽ à Deo, vt à prima cau-
ſa, nõ tollit ordinẽ, quẽ hẽt eius vicarius in promotione Im-
peratoris ad Imperiũ, tãquã ſcđa cã, & quaſi quoddã agens
inſtr̃ale. Non ob. ꝙ Chriſtus tributũ ſoluit, & quæ ſunt Cæſa
ris, ſibi dari mandauit. nã ipſe ſoluit, vt vitaret ſcandalũ. Ma-
thæi. 18. c. & 28. q. 1. c. iã nũc. nã limitatè dixit. Quæ ſunt Cę
ſaris &c. illa. n. datio, eſt reſtrictiua, vt l. 1. C. de ſum. Trin.
Non ergo oĩa ſibi dari iuſſit, ſed quæ ſua ſũt, quaſi nõ oĩa. &
notãdũ, ꝙ de hoc ĩterrogatus petijt ſibi dari numiſma, & in
terrogauit, cuius erat illa imago, & reſpõſũ fuit, ꝙ Cęſaris:
tũc dixit. Reddite quæ ſũt Cæſaris Cæſari. per hoc iubẽs red
di ſibi imaginẽ ſuam. & fortè ſic rñdit, vt ſcandalũ euitaret.
Nõ ob. ꝙ Petrũ prohibuit vti gladio, quia nõ iuſſit, vt abij-
ceret: ſed vt in vaginã cõuerteret, imperauit, quaſi exercitiũ
auferẽs, nõ imperiũ prohibens. quinimò ex illa auctoritate
tollitur vtrunq; gladiũ eſſe apud Eccleſiã, ꝑ illa verba. Ecce
gladij duo hic. ſ. in Eccleſia, & nõ dixit Chriſtus alterũ ſuper
fluere: ſed ſatis eſſe. ¶ Ex prædictis ſic diffuſè relatis liqdè
infertur, ꝙ Papa eſt maior Imperatore. & ꝙ penes Eccleſiã
eſt vterq; gladius, quorũ alterũ ſuſcipit Imperator. ſ. gladiũ
materialẽ à Papa in apꝓbatione, vnctione, & coronatione.
ar. ff. de teſt. mil. l. ex eo. & l. Titius. & in Auth. de defen. ci. §.
interim, antequã apꝓbationẽ à Papa accipiat, nõ videtur, ꝙ
Imperator poſſit miniſtrare, & tenẽt hoc qdã alij Cã. vt no.
in d. Cle. 1. de iureiurã. & plenè per Ol. q. 25. ex cuius dictis
ibi, & alibi prædicta retulĩ, pluribus ꝑ me additis. ¶ Ex qui-
bus patet, ꝙ illud. c. dum dicit [cuſtodiantur ab oĩbus] &c.
oẽs ligat: nec eſt bona expõ. gl. oĩbus. ſ. ſubiectis. nã oẽs ſibi
ſubſunt habitu, licèt nõ actu, & nõ ſimpliciter, ſed ſm̃ quid
quò ad Imperatorẽ, reges, & laycos, vt in d. c. ꝑ venerabilẽ.
§. rõnibus. qui fil. ſint legi. ¶ Sed iterũ põt quæri. cũ ſit dictũ
ſuperius, ꝙ Papa nõ dẽt nomen Imperatoris accipere, nec
Imperator iura pontificis vſurpare, & iura iſta à Deo ſunt
diſtincta. ſ. tpalia, & ſpiritualia. & ꝙ non cadit in eis vſus ꝓ-
miſcuus, in quo ergo conſiſtit iſta maioritas Papæ ad Impe
ratorẽ, cui ſubſunt oẽs nationes, & domini mundi? dic vt in
10 canonibus, & iuribus præal. † ¶ Ad hoc dico, ꝙ conſiſtit pri
mò in eo, qđ dixi de probatione, vnctione, & cõſecratione,
ꝑ quæ exercitiũ, & adminiſtrationẽ conſequitur, vt prædixi.
Scđò in maximis difficultatibus, pp quas Chriſtiana religio
tota, vel ps poſſet grauiſſima detrimẽta pati, vt patet exem
plũ in c. paſtoralis. de re iudi. & in d. c. per venerabilẽ. §. rõni
bus. qui fil. ſint legi. ¶ In his. n. caſibus arduis, qui occurrũt,
neceſſe fuit ꝑ vnum reipub. prouideri. l. 2. §. nouiſſimè. ff. de
orig. iu. & c. pro humani. de homi. li. 6. facit quod no. Io. An.
in cap. per venerabilem. ſuper verbo cauſaliter & cap. quod


ſuper

ſuper his.de vo.in glo.mag.ver.credimus, cum ignoſcimus.
& ver.de extraneis autē.in nouel. vbi verò iſta difficultas,&
negociorum grauitas non occurrit,habent locum cōtraria,
11 †vt perſonis,rebus,cauſis eccleſiaſticis præſit Papa,& in ip
ſis canones cuſtodiantur,vt hic:laycis autem ī cauſis , & re
bus eorum p̄ſit Imperator,& ipſius conſtitutiones,& leges
obſeruentur,vt l.leges ſacratiſſimæ.C.de le.& hæc inter eos
ptās,& iuriſdictio ſunt diſtincta,& ita ſine dubitatione pro
cedūt,vbi prædicta sūt diſtincta,& ſeparata omnino : verū
in rebus,cauſis,& perſonis eſt qn̄q; reperire mixturam quā
dā,vt cū pſona eſt eccleſiaſtica,vel cauſa eſt mixta : vel prin
cipaliter prophana,& res prophana:vel perſona prophana,
& res eccleſiaſtica:vel cā eſt mixta,vel principaliter ꝓpha-
na,tn̄ cum mixtura cuiuſdam ſpiritualitatis. In his.n.& ſimi
libus multę dubitationes occurrunt,ad cuius iuriſdictionem
prædicta pertineant.& an legibus, vel canonibus terminen
tur: qd̄ examinabo in 3. q. ¶ Sed principaliter op. & vr̄, ꝙ
canones non ſunt obſeruandi,vt in iuribus al.in gl.abroga-
ta.item,ꝙ non ab omnibus.29.di.c.ſciēdum.ſo.quò ad pri-
mum contrariū dicit gl.ꝙ illud. c.debet intelligi de canoni-
bus nō abrogatis.cōtrariū loqtur de canonibus abrogatis.ſi
militer nō ob.c.ſciēdū.qa loquit̄ de canone ſpāli,vel locali ,
q̄ non egreditur perſonā, vel locum illum, quem canon ille
concernit. Et ex primo contrario colligo, ꝙ qn̄que vna con
ſtitutio,ſiue canon derogat alteri. Ex ſecundo habes,ꝙ qui-
dam ſunt canones generales : & hi debent ab omnibus ob-
ſeruari.qdam perſonales,vel locales: & hi nō debent ab oī-
bus obſeruari,nec in omni loco: ſed in perſonis,& locis,in q
12 bus prouident. ¶Circa primū repetitionis gratia latius inſi
ſtēdum eſt.†cū reperitur vnum ius alteri cōtrariū in actioni
bus,& iudicijs,quod ſequendū erit.Et pro huius articuli ple
niori intelligētia pręmittēdū eſt,ꝙ ius gn̄ale nomē ē multas
ſub ſe ſpē s continens.c.ius gn̄ale.1.diſt.& in tota illa diſtin-
ctione de plurib. ſpēbus iuriū,qūo ſucceſſiuè emanauerint,
pulchrè proſequitur Ho. in ſumma in procœmio.§.vnde ha
buit originē ex verbis ſuis non relatis:quia Io.An.eius dicta
13 refert.s̄.in cōſtō.firmiter credimus.& c. inter corporalia.de
tranſ.in nouel.†¶Circa iuriū cōtrarietatē dico, ꝙ qn̄q; iſta
cōtradictio verſatur de vna iuris ſpē ad ſeipsā,vt conſcīa cō
ſcientiæ,hoc eſt lex priuata.c.licèt.de regul.& tunc quid ſe-
quēdū,traditur. 13.di.c.duo mala.& c.nerui. Quandoq; iu
ra eiuſdem ſpēi ſibi inuicē cōtradicunt:puta ius diuinū diui
no,canon canoni,lex legi,ſtatutū ſtatuto,reſcript. vel priui
legium alij priuilegio,vel reſcri. & ex his omnibus quid iur.
ſuis locis habetur.De canonibus.n.& legibus inuicē contra
14 rijs in c.1.de cōſti.li.6.De ſtatutis verò per Cy.in l.2. C. de
teſta.tu.De reſcri.& priuil.plenè in c.1.de reſcr.cū ſi.†Rur-
ſus contingit,ꝙ iſta iuriū contradictio eſt de vna iur. ſpē ad
diuersā ſpēm,vt qn̄ cōſcīa cōtradicit ordinatiōi canonis,vel
legis:& in iſta contrarietate quid ſequēdū,multorū elegātia
dcā refero in c.poſſeſſor malæfidei.de re.iur.li.6. in repeti-
tione.Qn̄que canon,vel lex contradicit iur. diuino,vel natu
rali.& tunc quid iur.dicā. j̄. e.c.cū oēs.& c. quæ in eccleſia
rū.per Inno.& reg.peccatū.de re.iur.li.6.per Io. An.in mer
cu.Qn̄q; lex contradicit canoni,vel ecōtra. & de hoc ēt. qd
ſequēdū,ī c.poſſeſſor.& j̄.tāgā latius in.1.2.3.& 4.q.Qn̄q;
ſtatutū cōtradicit legi,vel canoni.& de hoc in c.1.de conſti.
li.6.Qn̄q; contradicit iuri diuino,vt,ꝙ ſpurius ſuccedat pr̄i.
15 & de hoc dixi ibi,remittendo ad cōſilia Fe.de Se.& ad Bar.
in l.teſti factio.ff.de teſt.†Qn̄q; priuilegiū,vel indultū aliud
contradicit iuri natura.gen.vel diuino.Itē iuri canonico,vel
ciuili,vt cū Papa,vel Impator per reſcr. auferre vult dn̄ium
rei ſuæ,& dare alteri;vel vult Papa in matrimonijs aliter in
dulgere,quā ſtatuat ius diuinū,vel canoni. vel vult cōtra iu-
ramentū,votū,vel in pluralitate beneficiorum incōpatibiliū
diſpēſare:vel, quod iure canonico, vel ciuili debetur vni,al-
teri dare:an talia poſſit.& ille,in quē circa talia confert , &
decernit,poſſit ſalua conſcīa ſequi talem diſpēſationem,vel
reſcri.cōtra iura prædicta.¶De primo vtrū , & qn̄ poſſit p
priuilegiū,vel reſcr.tollere ius vnius,& dare alteri.& an hoc
poſſit ſtatutū, pleniſſimè dixi in repe. c. ſi pp tua debita.de
reſcri.li.6.in 3.op.iō nō repeto:†ſed in caſibus,qbus p̄t, an
poſſit ille,cui cōtra ius diuinū, canonicū , vel ciuile aliquid
conceditur,ſalua conſcīa retinere.Rn̄deo,ꝙ,cū cōceditur p
ſtatutū,vel pactū gratuitū,dixi in d.2.op.referēdo qōnes de
hoc diſputatas p d.Io.Cal.& d.Fe.de Se.& plenius reaſſum-
pſi ī.c.ea q̄ fi.à iudice.đ re.iu.li.6.tn̄ ad aliū effectū,videlicet
vtrū p viā denunciationis euan.illi,cui cōfertur aliqd p.l.vel
ſtatutū cōtra naturalē æqtatē,poſſit ſibi in iudicio qō refri
cari.Cū verò p indultum Papæ p̄dicta diſpenſatiuè cōcedū
tur,vidēdū eſt breuiter,quid iur. Et primò in pluralitate be
16 neficiorum pone†Papa motu ꝓprio,vel cū diſpēſatione cō-
tulit vni beneficia curata, vel plures dignitates , vel pſona-
tus:vtrū iſte de tali beneficio retinēdo ſit tutus,quò ad Deū.
ꝓ ſolutione huius dubij p̄mittēdum eſt, qd̄ no. beatus Tho.
in parte ſecunda 98. ar. vbi diſpēſationē diffiniens dicit, ꝙ
Diſpenſatio eſt quædā cōmenſuratio communis ad ſingula.
de gubernati.familiæ dicitur diſpenſator:quia diſpenſat ſin
gula ſingulis,& laborem,& præmiū:& tali diſpenſatione in
digemus,vt legē vniuerſalē ex cā relaxet interdū.Hāc aūt.ſ.
17 †legem cōem relaxare,ſpectat ad illum,qui pōt legē cōem
edere,vt eſt Papa,vel Imperator,nō aūt inferior , niſi quate
nus ſibi à l.pmittitur,vt plenè legitur,& no.in c.at ſi clerici.
de iudi.& in Spe.ti.2.§.nunc de ep̄orum diſpē.& l. qd ergo.
18 §.pœna grauior.ff.de his,qui no.infa. † diſpenſans autē dēt
hr̄e intuitū rōnis,& boni vniuerſi,& cām,pp quā diſpēſat,q̄
cā in bn̄ficijs p̄t eſſe triplex,neceſſitas, vtilitas , & euidēs p̄-
rogatiua meritorum,vt c.de multa.de præbē.qbus ceſſanti-
bus diſpēſatio nō meretur appellari, ſed diſſipatio:reqritur
.n.in diſpēſatione fides,& prudētia:vn̄ Luc.22.Quis putas,
fidelis eſt diſpenſator,& prudēs,quē conſtituit dn̄s ſuper fa
miliā ſuā,&c.Infidel.autē eſt diſpenſator, qui non intuet̄ ad
cōe bonum.Itē eſt imprudens , non pōderādo cauſas ſupra
dictas.& iō diſpēſator propriè dici nō pōt.ex his patet ſolu
tio ſcdæ qōnis,in qua diſtinguendum ē inter diſpenſationē
factā cā cognita (& ſit tutus quò ad Deum ille , cui Papa ſu
per illa pluralitate diſpenſauit)& factā ſine cognitione:& nō
ſit tutus,quò ad Deum.ſed bene quò ad forum Eccleſiæ mi
litātis,in quo ſæpe fallitur, & erratur. quo caſu Deus aliter
iudicat de homine,quā miniſter Dei,& iuſtitiæ,vt c.cum æ-
terni.de re iudi.li.6.& c.à nobis.de ſen.excom.ad hoc facit,
quod legitur,& no.j̄.de vo.in c.nō eſt.in gl.& 11.q.3.c.ſi is,
qui pręeſt.24.q.1.c.manet.quia cum prohibitio pluralitatis
deſcendat à lege canonica,non diuina,vr̄ in Papa aliud dicē
dum,per no.in c.cum ad monaſte.de ſtatu mo. contra Inn.
& j̄ dicā.in ver.& per hoc dicit Io.An.poſt Inn.Sed iſta di-
19 ſtinctione op.& vr̄ ꝙ † diſpenſatio quæcunque cū prædicta
cauſæ cognitione facta non valeat,ēt ſi fiat per Papā. Certū
eſt.n.ꝙ ius cōe eſt rationabile.& pro cōi vtilitate ſtatutū.4.
di.c.Erit aūt lex. ſed cōe bonū non debet priuata conſidera
tione tolli.71.di.c. matrimonium.de poſtu.c.bonæ.il'1.cum
concor.& ſicut apud Deum, ita ēt apud Papam nō debet eſ
ſe acceptio perſonarū.de iudi.c.nouit. Itē contra ius natura
le non admittit̄ diſpenſatio.14.diſt.in prin. Ius aūt poſitiuū
ſup naturali rōne fundatur.i.di.c.conſuetudo. ergo &c.¶Se
cundo quò ad primū dic,ꝙ licèt diſpenſatio reſpiciat vtilita
tē priuatā:diſpenſans tn̄ ad id mouet̄ bono cōi,qa ille, cum
quo pp eminētē fortè ſcīam diſpēſat, ꝓdeſſe poterit vniuer
ſo orbi. Itē vtilius gubernabit multas eccleſias ipſe ſolus , q̄
alij,licèt multi. Vn̄ refert Salu.in Cat. ꝙ paucorū virorū ſoli
ta virtus auxit Roma. īperiū , nō multitudo.Itē videmus in
Eccleſia Dei reſpectu multitudinis fideliū paucorū virorū fa
cta ſublimia,& excelſa fidē nr̄am,& Eccleſiā illuſtraſſe,& ar
chana ꝓphetarū,& veteris teſtī illuminaſſe.¶Circa tales igi
tur re-



tur relaxare legē cōem,non ē cōe bonū turbare , ſed ſpe p̄-
mio.alios ad ſimilia incitare,ſiue exhortari,prout fieri dēt,
vt l.1.ff. de inſti.& iure.¶Ad ſm̄ de acceptatione perſonarū
prohibita,reſpondetur,ꝙ eſt acceptatio , vbi circa æquale
ſeruantur inæqualia.& circa inæquale ſeruantur æqualia .
¶ Ad tertium dic.non facit diſpenſans contra rationem,ex
quo ratio ſuggerit diſpenſari,nec aliter diſpenſare debet,vt
dictum eſt s̄.iſta pro maiori parte ponit Io.An.in c. de mul
ta.& Archi. 9. diſt. c. conſequens.& vide s̄.de ele.c.dudum
20 ¶Quid ſi †pro obtinenda eccleſia,ſiue prælatura datur pe-
cunia ipſi Papæ,an poterit eā retinere bona conſcīa,& ſit tu
tus quò ad Deū,qui ſic eā obtinuit. Et vr̄, ꝙ ſic:quia plena,
& libera collatio bonorū ſpectat ad ipſum,vt c.2.de præbē.
li.6.& rei ſuæ quilibet.ē moderator,& arbiter,vt l.in re mā-
data.C.man.Non ſoluo,ſed tuæ conſcīæ te relinquo, pro cu
ius conſcīæ informatione recurre ad c.qui ſtudet. 1.q.1.& p
totā illā qōem.Nā in alio,quā in Papa, talia precio conferē
do,vel recipiēdo,ſymonia,vel hæreſis appellat̄.ea.cā.& q.c.
3.cum multis ſimilibus.In Papa verò , qui pōt ſupra ius di-
ſpēſare.c.ꝓpoſuit.de cōceſ.præb. an habeant ſemper lo-
cum canones, & prohibitiones huius noui & veteris teſta-
menti,de quibus in d.c.qui ſtudet.ſuum ſit iudiciū diffinire.
21 ¶†Caſus aūt,in quibus ſibi prohibitū eſt diſpenſare,vide in
Spe.de legato. §.nunc breuiter . & inter cæteros prohibitos
enumeratur ibi caſus,cū ſtatutis eccleſiæ denigratur,ſiue de
coloratur.1.q.7.c.& ſi ilia.25.q.1. c. quæ ad perpetuā. & c.
ſunt quidā.& c.prima ſalus.facit quod no.de iureiurā.c.& ſi
Chriſtus.in fi.¶Quæ denigratio,& decoloratio an reſultet,
ſi Papa exponit beneficia venalia: tu ipſe diiudica. Impera-
tor.n.ſummè hoc deteſtatur in l.ſi quēquā C.de epiſ.& cle.
22 ¶Vlterius quæro,†an liceat in uotis diſpenſare. Et vr̄ ꝙ nō,
quia ius naturale non videtur poſſe diſpenſari per Papā. nā
eſt immutabile.de iure naturali gen.& ciui.§.ſed naturalia.
5.di.in prin.& 13.di.in prin. ¶ Votū aūt ē hmōi.nā ſcriptū
ē in l.uouete,& reddite Dn̄o vota veſtra. de voto.c. magno.
& hoc tenet Ber.vbi nō ſubeſt iuſta cā diſpēſandi. c. non eſt
voti.eo.ti. Vbi autem ſubeſt iuſta cauſa:tunc nedum in voto
ſimplici:ſed etiam in voto ſolēni per profeſſionē vr̄,ꝙ Papa
poſſit diſpenſare , & facere de monacho non monachum ,
& quò ad matrimoniū cōtrahēdum , & ꝓpriū poſsidēdum.
Et hoc,vt dixi,cū cauſa maxima ſubeſt,puta piculū alicuius
regni,niſi monachus forte de ſtirpe illa regia vltimus vxorē
ducat, & prolē ſuſcipiat.¶Vel pone,ꝙ vnus rex īfidelis vult
cū hominibus regni ſui baptizari, ſi poſſit hr̄e in vxorē vnā
monacham alterius regis filiā,tenet Io.An. ꝙ Papa his caſi-
bus poſſit diſpenſare,& tā publicum bonum præferēdū eſt
cōtēplationi,& continentiæ vnius monachi,ſiue monialis.
Et credendum eſt hoc placere , ac ſibi fore magis acceptā
p̄ cæteris conſeruatio.rōnabilis creaturæ,ꝓ qua aīam ſuā de
dit,& cuius gr̄a oīa cōparauit.ff.de vſu.l.in pecudū. Nō ob.
ꝙ caſtitas,ſiue continētia p̄ cæteris eſt grata Deo , quæ ſola
poſſibilis eſt Deo animas præſentare. vt no.in c.1.de voto.
in nouella.& plenius in c.cum ad monaſterium. de ſtatu mo
23 na.ſup gl.fi.¶Sed dices†quare magis pōt Papa ex cā diſpē
ſare contra votum continentiæ,q̄ contra matrimoniū carna
li copula cōſumatū?Ad hoc dico,ꝙ ſolēne votū ſumpſit ſta
tutū ex cōſtōne Eccleſiæ:ſed matrimoniū à lege Dei.ad hoc
c.1.de voto li.6.Et h.d.Io.An.poſt Inn. ꝙ in prohibitis con
ſtōne canonica,vt in pluralitate beneficiorū, & cū ſimilibus
Papa poteſt ſine cā diſpēſare:nec mirum,quia poſſet conſti
tutionē illā in totū tollere.in his verò, q̄ ꝓhibita ſunt l.diui
na,Papa ſine cauſa diſpenſare non poteſt . & ita eſt in voto
quocunq;,& maximè in voto continentię,prout dictum eſt.
24 & ita no.Io.An.in d.c.cum ad mona.in vltima gl.¶†Quare
autem non poteſt diſſoluere matrimonium, ſicut monacha-
tum,vide in c.rurſus. qui clerici vel vouentes. in nouella. &
quod ipſe nota.de poteſtate Papæ circa id quod licet , circa
id,quod decet,& circa id,quod expedit in c. magne . de vo.
25 ī nouella.¶†De ptāte tn̄ Papæ circa mr̄imoniū eſt latius cō
ſiderādū,ſuper quo dic,quòd aut loquimur circa matrimo-
nia nondū initiata:aut ēt circa matrimonia initiata , nō cō-
ſumata:aut ēt matrimonia carnali copula conſumata. Quò
26 ad primū vr̄ dicendum,ꝙ†in matrimonijs cōtrahendis Pa-
pa p ſuas conſtōnes poſſit inducere impedimenta.& ſic im-
pedire conſenſum matrimonialē.fecit.n. omnia impedimē-
ta:de quibus Inſti.de nup.in fi.p gl.in ti.de ſpō. & p totū il-
lum quartum librum ſunt impedimenta canonica.& de iure
poſitiuo,& ſunt efficacia ad dirimendū matrimoniū poſt cō
tractū,vt patet in illis ti.¶Et ſimiliter in voto ꝓfeſſionis , &
quolibet alio,quæ licèt obligent de iure diuino:tn̄ Papa per
ſuas cōſtōnes pōt inhabilitare aliàs habiles ad uouendū,pu
ta minores.14.annis,& qn̄que 18.vt c.quia inſulis.de reg.&
c.2.eo.ti.li.6.fac.c.non dēt.de conſang.& aff. Et non ſolū p
conſtōnē generalem,ſed ēt,ſi ſpāliter interdixit vni, ne con
trahat cū decreti interpoſitione, nō tenet matrimoniū poſt
contractum contra Papæ prohibitionē,vt no.in c. ad diſſol-
uendum.de deſpon.impu. ¶Si.n. pōt ſuper inhabilitando p
ſonas facere conſtōnē generalem.ergo localem,& perſona
lem,vt d.c.non dēt.& 28.di.& 35.q.6.c.quædā lex.Papa nā
que,ſicut Imperator,eſt.l.animata in terris in Auth. de con
ſu.§. fi.col.4.ſi ergo lex eius , q̄ cēſet̄ vox mortua,hoc pōt,
multò magis vox eius viua in Auth.de īſtrumē. cau.& fi.§.ſi
verò tale.col.6.Et hoc no.in d.c. ad diſſoluendū. in nouella
ſuper vl.gl. Et iſtis caſibus debet cum iure ſcripto conſcien
tia concordare,nec contra cōſtōnem canonicam contrahe-
re : aliàs non eſſet matrimonium , poſtq̄ conſtō inhabilitat
contrahentes,vel aliud obſtaculum apponit.facit quod ple-
nè dixi in c.poſſeſſor malæ fidei.s̄.eo.in repeti.ſed dicam.j̄.
27 in verſi.ſed poſſet contra pędicta.item habemus, ꝙ †Papa
præſumit,& fingit qn̄q; matrimonium,vbi in rei veritate po
teſt eſſe poſſibile,ꝙ non eſt,puta ſi contractis ſpōſalibus de
futuro cū Berta,ſequuta eſt carnalis copula. pręſumit.n.cō
ſtō canonica,matrimoniali affectu eam cognouiſſe:nec ad-
mittit probationem in contrarium , licèt aliud eſſe poterit,
vt in c.is,qui fidem.de ſponſa.quo caſu cogitur cum ea ma-
nere,& ſeparari ab alia,cum qua poſtea verè contraxiſſet,&
carnaliter cognouiſſet.quod q̄q̄ ſit contra veritatē: tn̄ Eccle
ſia non recedit à ſua præſumptione,nec iudicat de occultis.
de quo in c.is qui fi.de præſump. in nouel.vbi in foro pœni.
vel conſcientiæ iſto cāu cogor per iudicem eccleſiaſticū pro
vxore tenere illā, in quā nunq̄ cōſenſi matrimoniali affectu.
28 ¶†Circa matrimoniū verò initiatum,ſed non carnali copu
la conſumatum plenè per Ioan. And. in cap. ex publico. &
ibi in nouella dicit Ioan.And.poſt glo. & Doc.quòd in ma-
trimonio non conſumato carnali copula Papa pōt conſtō-
nes facere,& ſponſalia de præſenti diſſoluere,ēt de ordina-
ria ptāte,ſubſiſtente cā legitima.Si .n.per conſtōnem cano-
nicam,de qua ibi,talia ſponſalia diſſolui poſſunt per ingreſ-
ſum religionis ibi:ergo & per ſuum indultum,cum ſit lex a-
nimata in terris,vt ſupradixi:quia quod poteſt per cōſtōnē,
pōt ēt per indultū,alia,quàm religionis, legitima cauſa ſua-
dente,vt s̄.dixi p d. Auth. de cōſul.cōiūcta Auth. de inſtru.
cau.& fi.¶Circa matrimonium verò carnali copula cōſu-
matū non vr̄ Papæ attributa ptās diſſoluendi, nec ēt faciēdi
cōſtōnēs ſuas,niſi in profiteri volentibus religionē.c.gaude
mus.& c.quanto.de diuor.& in cāu,quo velit vterque profi-
teri , vel vnus ex eis , alio in ſeculo remanente,cap.coniu-
gatus. de conuer.coniug.de hoc in c.dudum.eo.ti. in nouel-
29 la. † Quòd autem latior eſt poteſtas Papæ in non conſuma-
to,quàm conſumato carnali copula.vide in d.c.ex publico.
in nouella ad fi.& in d.c.rurſus. q clerici vel voue.ſed poſſet
contra prædicta oppo.& præcisè dici , quòd Papa propter
ſua impedimenta non poſſet impedire contrahētes: nec ma
trimonia contracta diſſoluere.cum enim in l. diuina prohi-
bitum

BIBLIOTECA

bitũ ſit diſſoluere quos Deus coniunxit &c. & matrimoniũ
ẽt ſit de iure naturali, vt Inſt. de iure naturali gen. & ciui. §. 1.
& perfectũ conſenſu. l. cõſenſu, de reg. iur. Ex his cõmuniter
infert, ꝙ Papa nõ poſſit tollere legem Dei, nec poſſit tollere
cõſenſum, nec ẽt ius naturale. c. cũ inferior, de maio. & obe.
§. ſed naturalia. Inſti. de iur. naturali gẽ. & ci. 13. di. in prin. &
5. di. in prin. Si. n. Papa cũ ſuis canonicis conſtitutionibus re
p̃ñtat ius poſitiuũ, non naturale, vel diuinum. quod patet; qa
iſta ſunt immutabilia; conſtõnes aũt canonicæ variant, vt in
c. non dẽt. de conſang. & affi. So. Io. An. tangit iſtud cõtrariũ
in c. de infidelibus. de conſang. & affi. & dicit, ꝙ cõiuncti cõ
tra conſtõnem canonicã nõ ſunt cõiuncti Deo: nec ſm̃ Deũ,
imò contra Deũ, quia contra ipſius vicariũ; & iõ ſepantur,
& hoc facit non hõ, ſed Deus, vel eius vicarius, cui dedit ſuã
p̃tãtem, de trãsla. c. inter corporalia. & ibi ẽt in nouel. ſuper
ver. hõ. reſiſtit. n. Deo, qui reſiſtit ordinationi ſuæ. 11. q. 1. c.
30 qui reſiſtit. †Ex his patet, ꝙ in matrimonijs nondũ initiatis
latiſſima eſt p̃tãs Papæ in dirimendo matrimonia poſt con-
tracta contra ſuã cõſtõnẽ, vel habilitationẽ: in matrimonijs
verò non cõſummatis carnali copula, ẽt magna eſt eius au
ctoritas: ſed nõ tãta de ordinaria p̃tãte. quia nõ ſine magna
cã dirimere põt. in conſũmatis aũt carnali copula dirimen-
dis minima eſt eius p̃tãs, & quaſi nulla in coniugibus, vel eo
rũ altero, niſi in cãu. c. gaudemus. & c. quanto. Et quæ in ip-
ſis ſit rõ, vide in d. c. ex publico. & notabilibus. patet ẽt ex
his, ꝙ Papa ius diuinũ põt interpretari, & modificare, & per
ſuas conſtõnes contractus, & diſpoſitiones, quæ fundantur
in iure naturali, & gẽ. impedire; vt ſic ex eis nullum vinculũ,
vel obligatio contrahatur. hoc idẽ facit ius ciuile, vt l. cũ lex.
ff. de fideiuſſo. & quod ibi per Bar. & quod no. Io. An. in d.
c. peccatũ. de cauſis matrimonialibus. & quod dixi ĩ d. c. poſ
ſeſſor malæfidei. in repetitione. ¶ Item ẽt ex prædicta diffe-
rentia inter conſummatũ, & non conſummatũ carnali copu
la argue, ꝙ iura, quæ loquuntur de maritata, non hñt locum
in deſponſata, de quo per Bal. poſt Cy. in l. nõ ſine. C. de bo.
quæ li. In omnibus aũt caſibus tenemur ẽt in foro conſciæ,
ſeruare quicquid Papa ſtatuit, & decernit, niſi in matrimo-
nio præſumpto, in quo conſcia potius quis vti dẽt, quàm iu
re præſumptionis. nec mirũ quia ſi conſtõ, vel eius miniſter
poſſet de veritate cõſciæ informari, ſequi eam deberet om-
nimodo, per d. c. is qui fi. & c. literis. de reſti. ſpo. ¶ Quedã tñ
impedimenta in matrimonijs inducta iure canonico nõ hñt
in ſe æquitatem, vt impedimẽtũ publicæ honeſtatis in ſpõſa
libus humiliũ pſonarũ, impedimẽtũ adoptionis legalis, & q̃
dam alia, vt dixi in c. 1. de ſpon. ĩ. e. li. 6. Parendũ eſt tñ con-
ſtõnibus apoſtolicis, quãquã duris, l. proſpexit. ff. qui, & à q
bus. & c. ſcriptũ eſt in l. 6. q. 2. ¶ Ex prædictis ergo potes in-
ſtrui, an Papa contra conſtitutiones canonicas, vel cõtra ius
diuinũ, vel naturale diſpenſando poſſit illud cum bona con-
ſciẽtia retinere, & ſequi, puta diſpẽſando in gradibus prohi
bitis: vel in pluralitate beneficiorũ, vel in voto, iuramentis p̃
ſtitis Deo, vel homini, an poſſit diſpenſare, & relaxare. vide
in ſpe. in ti. de lega. §. nunc oſtendẽdũ. ver. 24. & ver. hoc quo
31 q; cũ ver. ſeq. ¶ Tertiò principaliter opponitur, & vr̃ ꝙ † iſta
verba [in actionibus, & iudicijs] ſunt ineptè poſita; qa exer-
citium actionum non põt eſſe niſi in iudicio. vt Inſtit. de ac.
in prin. & l. extat. ff. quod me. cau. ſed iſta copula, &, ſolet co
pulare diuerſa, vt no. ff. de iur. & fac. igno. in rub. ibi [quã in
iudicio] vr̃, ꝙ actio poſſit dirigi, & tractari contra iura præ-
dicta. So. gl. exponit, actionibus. ſ. ciuilibus. & iudicijs, expo-
nit, in criminalibus, quia in ciuilibus, & criminalibus eccle-
ſiaſticis dẽt quiſque auctoritate canonum, & non ſuo ſenſu
duci. nam de iure canonico non eſt curandum de ſpẽ actio-
nis. c. dilecti. de iudi. qđ c. niſi ita exponatur, iſtud ver. actio
nibus, etiam videtur obſtare. & ita dicit glo. idem Inn. & Io.
An. Ego dico, ꝙ ver. actionibus, non ponitur hic pro actio-
ne, pro vt eſt ius perſequendi in iudicio, quod ſibi debetur:
nec pro actione, prout ad cauſas ciuiles, vel criminales re-
fertur, ſm̃ quod prædicti intelligunt. nam nimis eſſet reſtrin
gere iſtum text. ſ. ad ciuiles, & criminales cauſas in iudicio
ventilandas, & ad iudicèm tantùm, vt in ipſis iudicijs non du
catur ſenſu ſuo. ¶ Intelligo igitur iſta verba aliter, & ſic, vi-
delicet, ꝙ verbũ illud, in actionibus. nõ intelligatur de actio
nibus, prout ſonant in ius, et in iure conſiſtunt, vt d. l. extat.
& Inſti. de ac. in prin. Sed intelligatur de actionibus prout ſo
nant in factum, & exercitiò facti, & pro actibus hominũ ex
plicãdis etiã cũ priuatis perſonis extra iudicium, vt in teſta-
mentis, contractibus, & alijs quibuſcunque diſpoſitionibus
occultis: vt in eis ducatur quis auctoritatè canonica, & non
ſpiritu ſuo. quod tantum eſt dicere, quantum ꝙ priuata di-
ſpoſitio non poteſt generalem conſtitutionem canonis im-
mutare. c. requiſiſti. de teſta. & l. nemo poteſt. de leg. 1. vñ gl.
appellat illum fatuum teſtatorem, qui volebat ſuo ſenſu ſine
legum diligentia cõdere teſtamentum in l. codil. in gl. fi. ver
bum aũt, in iudicijs, referatur ad cauſas ciuiles, & crimina-
les in iudicijs explicandas, in quibus ẽt litigatores non dñt
duci proprio ſuo ſenſu, ſed canonum auctoritate. & ſic expo
nendo tex. iſta omnia negocia, quę geruntur inter homines,
complectitur ver. iudicijs, & iudices. ¶ Declara autẽ hoc p
aliqua exempla. pone. lex canon. ſtatuit circa ſolẽnitatẽ te-
ſus vniuerſorum, & repræſentatur in vno facto, ſcilicet in cu
112 mulo, ſiue computo dictarum fabarum. † & ſicut conſenſus
collegij debet per vnum publicari in communi, vt ca. ſicut
cum. de elec. li. 6. & de re iudi. c. penulti. eo. li. ita & iſtæ fa-
bæ per vnum numerari, & illud affirmabitur, quod appa-
113 ruerit maiorem numerum fabarum habuiſſe. ¶ Quis autẽ
erit iſte, qui numerabit, no. in fin. dicti c. ſicut. vbi firmat,
quòd ille, qui eſt maior inter eos: vel cui vniuerſitas hoc cõ
mittet. Ex quibus apparet, quòd in effectu conueniunt iſti
modi iuris canonici, & ciuilis in materia ſua. ¶ Videndum
reſtat



114 reſtat de quinto dubio, ſcilicet quot de vniuerſ. intereſſe de
beant, & intereſſentibus conſentire: vt ſic ſtatutum valeat.
gl. in l. aliud. §. refertur. dicit, ꝙ vocato populo publicè per
tubam, vel campanam, vel voce præconia: & licèt non
omnes veniant, videntur omnes facere quod faciunt, qui ve
nerunt: dummodo duæ partes veniant, & maior pars illarũ
duarum partium conſentiat, vt. ff. quod cuiuſque vniuer.
no. l. nulli. & ita no. in d. l. aliud. §. refertur. ff. de re. iur. Bart.
in d. l. omnes populi. de iuſti. & iur. allegat l. fi. de præd. de-
curi. li. 10. vbi dicit [nec ex tabella decretum recitari.] q. d.
nec ſufficit ſono tabellæ vocatos, niſi venerint. & ita expo-
nit Odofr. & no. in c. in cauſis. in nouel. ſuper ver. campanã.
& c. licèt. e. ti. ¶ Sed hic quæro, quid ſi duæ partes ſæpius vo
115 catæ non conueniunt: †quia fortè de aliquo onere imponẽ
do tractatur: vel iniunctum, ſiue præceptum eſt per ſuperio
rem aliquid pœnale vniuerſitati, & pauci, ſiue minor pars
vellet obtemperare, ne ipſi, vel vniuerſitas in pœnam inci-
dant, vel detrimentum patiantur. Io. An. in materia electio
nis refert, ꝙ ſi maior pars non vult conuenire electioni, &
tempus labitur, poterit minor pars eligere circa finem ter-
mini, ne per eius lapſum ius ſuum ad alium. i. ad ſuperiorẽ
deuoluatur: donec tamen timor iſte non immineat, nõ põt
minor pars vocare maiorẽ, nec eligere, etiam ſi maior pars
præfixiſſet diem ad electionem. nam poteſt illum diem mu
tare expreſsè, & etiam tacitè (puta non veniendo) quod in-
telligitur, ſecundùm quoſdam, vt dixi, quando fit mutatio
in tempus, quo poſsit electio celebrari. de quo per eum ple
nè poſt glo. & Doct. in c. cum nobis olim. de elec. & c. eccle
ſia veſtra. eo. ti. Sed in c. in cau. eo. ti. in nouel. ſuper verb. cã
panam. dicit hæc vera, cum vniuerſitas, procurantibus qui
buſdam, vocatur voce præconia, vel per campanam: vt tũc
conſideratio habeatur de iure comparentium, an vlterius
differendo eſſent amiſſuri ius ſuum, vel non. Si verò fiat vo
catio per præſidentes ipſi vniuerſitati: tunc valet quod face
ret minor pars, etiam 30. de centum: dummodo qui non cõ
paruerunt, ſint præſentes: ſecus ſi abſentes. quia tunc p nũ-
cium, vel epiſtolam ſunt citandi, ſecundùm Ioan. An. ibi, &
quod ipſe no. in c. irrefragabili. de offi. ordi. ſuper gloſſ. vel
per decanum. vbi de epiſcopo, an poſsit ſolus, vel cum pau
cis expedire quę pertinent, ſi alij non conueniunt ad Capi-
tulum. ſed certè de vocatione abſentium in factis vniuerſita
tis aliter dixi. ſ. in 2. dubio. q. Et ex his dictis Io. An. poſſet
limitari, quod dictum eſt, neceſſariò debere duas partes in
teruenire, eſſe verum regulariter. fallit, quãdo ex dilatione
actus immineret præiudicium minori parti, vel ipſi vniuer
ſitati. quia tunc poſſet dicta minor pars ſtatuere, & firmare
quod expedit, & neceſſe eſt. facit ad hoc quod no. Inn. in c.
bonæ. 2. de poſtu. præla. & c. Romana. de ſen. excom. in no-
uel. li. 6. Nec ſemper ad validitatem eius, quod agitur cum
vniuer. requiritur maior pars, vt eſt glo. no. in c. ſi capitulo.
de conceſ. præben. li. 6. ¶ In citationibus enim cum denun.
vniuerſitati fiendis non requiritur, ꝙ ſic cõueniant duæ par
tes, vt ibi no. & Bar. in extrauag. ad repri. ſuper verbo cita-
tum. loquuntur tamen, cum caput vniuerſitatis, ſiue præſi-
dens non vult eam congregare, & ſic ipſe eſt contumax, &
rebellis, non vniuerſitas: quę hoc caſu citanda eſt in Capi-
tulo, vel arengo, arg. C. de ſacroſan. eccle. l. iubemus. & no.
glo. in l. non poteſt dolo. ff. de reg. iur. Et vide Bar. in prædi
cta extrauag. ſuper dicto ver. citatum. vbi tradit alios mo-
dos, quibus vniuerſitas congregata ſi in vnũ non vult con-
uenire, debent in vnum duæ partes, & de ipſis maior nume
rus conſentire, vt no. in iuribus præallegatis. ¶ Sed nũquid
116 †in caſibus, in quibus contumaciter conuenire volunt, po-
terunt mulctari ſinguli de vniuerſitate, vel ſola vniuerſitas:
videtur, quòd ſola vniuerſitas per miſsionem in poſſeſsio-
nem, & alijs pœnis, vt no. in c. quoniam frequenter. vt lite
non conteſt. in fi. Diſtincta. n. ſunt iura vniuerſitatis à iuri-
bus ſingulorum, vt l. ſicut. §. 1. ff. quod cuiuſ. vniuer. no. &
quod ibi no. ad fi. Aliter autẽ & ſubtiliter no. Io. An. in d. c.
Romana. de ſen. excom. in nouel. & c. bonæ. de poſtu. præl.
vbi omnino vide. & quod. ſ. dictum eſt, ꝙ maior pars dua-
rum partium debeat conſentire, ꝙ quandoq; ius maioris
partis recidit in minorem, intelligas ſanè, videlicet cum ali
quid eſt cõe pluribus, & vniuer. ſecus ſi vt ſingulis, vt ius pa
tronatus inter plures patronos, vel officium iudicãdi inter
plures iudices, vel arbitros, vt no. Io. An. in c. 3. de iure pa.
in prædicto. c. irrefragabili. in nouel. & quod dixi de arbi. c.
117 1. li. 6. ¶ Sed iuxta prædicta quæritur †certum eſt, ꝙ vniuer
ſitas poteſt delinquere, & puniri ex delicto, vt no. in dicta. l.
ſicut. §. fi. & p Bar. ĩ l. aut facta. de pœ. c. cũ dilectus. de ſimo.
in gl. & c. grauem. de ſen. excom. per Inn. Item certum eſt,
ꝙ conſentientes, & non alij puniuntur, quãdo tractatur de
pœn. ſingulorum, non dico vniuerſitatis, vt l. 1. ff. de magi.
conue. & l. 3. §. ſi actor. de re iudi. per Bar. & dicto. c. grauẽ.
facit c. aduerſus. de immu. eccle. & c. vbi periculum. de ele.
lib. 6. Vt ergo nolentes conſentire euitent pœnam, an de-
beant app. vel ſufficiat ſimpliciter contradicere. reſponde
ſubtiliter per Inno. & Io. An. in c. 1. de his, quæ fi. à ma. par.
Ca. difficulter tamen conſentientes à non conſentientibus
diſtinguuntur, quando conſenſus, & diſſenſus ſingulorum
diſtinguitur fabis albis, & nigris ponendis in pixide. Ne-
ſcitur enim, qui albam, vel aliam ibi poſuerit, vt ad ſenſum
patet: quo caſu eſſet dubium, an omnes, vel nullus ſingula-
riter puniatur: cum non poſsint, qui deliquerint, ab alijs di
ſcerni. ſuper quo vide gl. in ſimili de ele. c. cupientes. §. cete
rum. in gl. & c. ſignificaſti. de homi. & l. ſi in rixa. de ſica. per
Bart. Et propter hoc, & alia (quia expedit quandoque ſci-
re de votis, & ſuffragijs ſingulorum de vniuerſi.) non imme
118 ritò dubitatur, †vtrùm in agendis per vniuerſi. debeant ex
primi nomina ſingulorum. Bar. ſuccinctè tangit in d. l. 1. de
albo ſcriben. & in ſpe. ti. de ſindi. & Ioan. An. in d. c. ſi. ĩ. de
procura. Oldr. dicit, ꝙ vbi agitur de obligatione ſingulorũ
conſentientium, oportet nomina eorum ſimpliciter expri-
mi in inſtrumento: aliàs eſſet incertum, quis teneretur, ni-
ſi probaretur extrinſe. ſed vbi agitur de obligatione vniuer
ſorum, ibi non eſt neceſſe exprimi nomina ſingulorum: qa
tunc non refert, à quo fiat: dummodo à maiori parte fiat.
quidam dicunt, & tutius ſecundùm Bal. ꝙ ſemper ſingulo-
rum nomina ſunt exprimenda. quia cum tabellio ſit quidã
teſtis, vt l. Domitius. de teſta. oportet, ꝙ teſtimonium eius
ſit certum, non ambiguum, & generale: immo quando ta-
bellio diceret. maior pars interfuit, eſſet pòtius iudex, quã
teſtis: cum maior pars referatur ad ius, & habentes vocem.
non. n. ideo, quia de vniuerſitate, vocem habet. Numerati
enim non computantur in numero, vt excommunicati, mi
nores, fœminæ, & quàm plures alij, vt no. in Cle. quod cir-
ca. de elec. quia ergo tabellio, ſicut teſtis, debet atteſtari de
his, quæ percepit ſenſu corporeo, non iudicio intellectus, vt
plenè in c. cum cauſam. de teſti. per Inno. videtur ꝙ ſemper
nomina teneatur exprimere. & hoc ſemper conſulit Bald.
vbi actus eſt multum ponderoſus, puta alicuius ſubmiſsio-
nis. quo caſu videtur l. hoc requirere. C. de ven. re. ad ciui. l.
1. facit c. quanto. de his, quę fi. à præla. & Bal. iſta no. in di-
cta l. 1. de ma. conue. ¶ Vlterius quæro poſt Bart. in d. l. om-
119 nes †vtrùm conſenſus maioris partis debeat exprimi in ip-
ſa vniuerſitate cõgregata ad actum: an verò ſufficiat, quòd
ſeorſum, & ſeparatim de conſenſu cuiuslibet appareat: pu-
ta vnus hodie, & in domo: alius cras, & in platea conſentit:
& videtur, quòd hoc ſufficiat, ſicut in conſuetudine, vt l. de
quibus. ff. de legi. & patet in patronis, quorum vnus poteſt
præſentare hodie, alter cras, vt no. in c. 3. de iur. patr. in no-
uel. & in pluribus, quibus ſeruitus debetur, quorum vnus
poteſt remittere vno tempore, & loco: alius alio, vt l. fina. ff.
cõ. prædi. & l. ſi autem. ff. de aqua plu. ar. tenet Barto. ibi, &
pro-

probat per duas rationes. Prima eſt, quãdo aliquid ſpectat
ad plures vt vniuerſos, requiritur conſenſus omniũ ſimul,
vt c. in Geneſi. de elec. Item in his, in quibus conſenſus ma-
ioris partis præiudicat minori, etiam ſi ſpectet ad eos, vt ad
ſingulos, debent ſimul conſentire, vt l. iuriſgẽ. §. ſi. aliàs eſt
l. & ſuum hæredem. ff. de pac. Non ob. l de quibus. quia lo-
quitur in conſuetudine, in qua eſt pluralitas actuum: ex qui
bus reſultat quidam cõis conſenſus omnium, & curſus tem
poris, qui ſupplet defectum omiſſæ ſolemnitatis. vt l. 5. ff. de
acq. hær. & l. ſi filius. de peti. her. Nõ ob. l. ſi. & l. per fundũ.
quia loquuntur in his, quæ ſpectant ad plures, vt ad ſingu-
los, non vt vniuerſos. facit quod plenè de hoc no. gl. in c. cũ
omnes. de conſti. & quod dixi. ſ. in 4. q. principali, verſic.
120 D. Bal. dicit. &c. ¶ Poſtremò quærit Bar. † an poſſit cõmit-
ti, ſiue delegari auctoritas, & poteſtas ſtatuta condendi. di-
cit, ꝙ ſic, ab vniuerſitate, vt l. 2. §. quia difficile. & §. cum pla
cuiſſet. de legi. à ſingulari domino, vel rectore, qui hoc poſ
ſet. de iure non poteſt delegari: quia ſuæ fidei, & induſtriæ
negocium tam arduum videtur commiſſum. l. 1. §. qui man
datam. ff. de offi. eius, cui mã. eſt iuriſd. & ideo quare magis
vniuerſitas hoc poteſt. Quia cõfert ordinariam, vt l. & quia.
de iur. om. iudi. quod non faciunt ſingulares iudices. nã con
ferunt delegatam tantùm. Sed ea, quæ ſunt multum ardua,
delegari non poſſunt, vt in d. l. 1. Et intelligo hoc verum, cũ
dominus vult, ꝙ ſtatuta per eius delegatum edita recipiãt
ab eodem validitatem. ſecus ſi mera ſtatutorum dictatio, &
compoſitio mandaretur, & ipſe poſtea ſic ſua auctoritate
firmaret, prout ille compoſuit, & dictauit. Omnia enim no
ſtra facimus &c. C. de ve. iu. enuc. l. 1. poſt princ. Quæ enim
meri facti ſunt, etiam ſi deſcẽdant ex facto indelegabili, cõ
mitti poſſunt. facit quod no. in c. 1. de offi. deleg. & c. ſuper
qõnẽ. ĩ. eo. ti. Et prædicta ſufficiant de prædicta. q. qualiter
fiant ſtatuta. Nam per iam proximè dicta non ſolum in edi
tione ſtatutorum: ſed ẽt aliorum negociorum tractatibus,
& deliberationibus vniuerſitatum poteſt ex pluribus du-
121 bijs declarari. ¶ Duodecimò quæro † de quibus rebus, ſeu
ſuper quibus rebus poſſint fieri ſtatuta. & Bar. in prædicta
l. oẽs populi. iſtam q. in plures articulos, ſiue membra pro-
ſequitur. Et primò an poſſint fieri ſuper his, quæ nullo iure
ſunt diſpoſita. Secundò an ſuper his, quæ ſunt diſpoſita à iu
re diuino. Tertiò an poſſint fieri ſuper his, quę diſpoſita sũt
à iure humano, vt canonico, vel ciuili. de priui. cap. 2. lib. 6.
Quartò an contra, vel præter illa, quæ diſpoſita ſunt in iure
communi. Primum membrum eſt clarum, ꝙ ſuper non di-
ſpoſitis aliquo iure poſſunt fieri ſtatuta, vt in hoc (ſicut in
conſuetudine) quælibet prouincia abundet in ſenſu ſuo. 76.
di. c. vtinam. 12. di. c. illa. & de priui. c. certificari. & l. de qui
bus. ff. de legi. & l. ſacrilegij. §. ſunt quædam. ff. de extraord.
cri. Quò ad ſecundum an ſuper diſpoſitis à iure diuino. hoc
enim ius idem eſt, quod ius naturale, quod etiam ſumitur
multis modis, vt plenè no. 1. di. c. ius naturale. & ibi per Ar
chi. & c. omnes ll. e. di. per eum. Sub hoc ergo mẽbro mix-
tim proſequitur de ſtatutis, quæ videntur aduerſari iuri na
turali, iuri diuino, vel etiam iuri gen. quod etiam dicit ius na
turale, in quantum conuenit ſolis hominibus, vt l. 1. in fi. ff.
122 de iuſti. & iur. Vtrùm ergo † ſuper diſpoſitis iure naturali, di
uino, vel gen. poſſint ſtatuta diſponere: & videtur, ꝙ nõ. nã
aut diſponit illud idem: & eſt ſuperfluum. ſicut cum debi-
tor legat debitum creditori, l. ſi creditori. ff. de le. 1. & quod
plenè poſt glo. ſcripſi in c. 1. de conſti. li. 6. aut diſponit con
tra: & videtur non valere. quia legẽ ſuperioris non põt infe
rior tollere. 21. di. c. inferior. l. nam cum magiſtratus. ff. de
arbi. & cle. ne Romani. de elec. quid dicendum? Bart. tangit
iſtam quæſt. in d. l. omnes populi. & diſtinguit, ꝙ aut ſtatu-
ta l. diuina ſunt merè ſpiritualia: & ſuper his non valet ſtatu
tum, vt c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſti. & c. decerni. de
iudi. Nã ſi Imperator nõ põt ſuper his legibus ſtatuere, ca.
cũ adverũ. 96. di. multò minus populi ſtatuta facere. aut ſta
tuta iure diuino ſunt merè temporalia: & tunc aut illud ius
diuinum non ſimpliciter prohibet, ſed quandoque eodem
iure reperitur permiſſum (vt homicidium, furtum, & alia
certa delicta, quæ quãdoque de iure ex cauſa tranſeunt im
punita:) & tunc ſimiliter ſupęr his in alijs caſibus poteſt fie
ri ſtatutum, vt occidi bannitum, & hoſtem ciuitatis, vt l. 3.
in fi. ff. ad leg. Cor. de ſicca. & l. 1. C. quãdo lic. ſe ſine iu. vin.
Latius tamen hoc examinat Ioan. An. in addi. Spe. in tit. de
123 conſti. Et primò arguit, † ꝙ non valeat ſtatutum, quod per
mittit occidi bãnitum: cum lex diuina veteris, & noui teſta
menti homicidia deteſtetur. ſimiliter ius ciuile, & canoni-
cum. Et ſi omni iure conſtat eſſe illicitum, nõ videtur poſ-
ſe permitti ſtatutum. facit Cle. ne Romani. de ele. poſt prin.
In contrarium arguit, & concludit, quòd contra bannitos,
ſiue propter contumaciam, ſiue propter delictum valeãt ta
lia ſtatuta. Ordinatur enim talis occiſio ad ſalutem commu
nitatis. Ille igitur, cui ſalus populi eſt commiſſa, habens me
rum imperium licitè occidit. 23. q. 5. c. de occiden. Si ergo
poteſt hoc per ſe, ergo poteſt hoc committere cuicunque
priuato, vt d. l. 1. C. quando lic. ſe ſine iu. vin. Et vide in ſecũ
da ſecundæ. q. 64. arti. 2. & 3. Aduerte tamen, quòd iſta fa-
cultas non extenditur extra territorium, quo minus, ſi ibi
occiderit, puniatur: ſed in loco, vbi eſt tale ſtatutum, non vi
detur poſſe puniri de tali homicidio alibi commiſſo. Nã po
teſtas hominis priuati conceſſa homini priuato non vide-
tur arctari ad territorium quò ad concedentem, ar. no. in l.
propter litem. ff. de excu. tu. ſed bene quò ad tertium, ad cu
ius locum executio actualis nõ poteſt extendi, l. cum vnus.
§. ſi-is qui. de bo. au. iu. po. & c. Romana. §. contrahentes. de
fo. compe. lib. 6. Et ſic. l. diuina, & naturalis modificatur ꝑ
l. humanam. vt no. in c. quę in eccleſiarum. & c. cum omnes.
de conſti. in nouel. poſt Inn. & l. ius ciuile. ff. de iuſti. & iur.
Et per multa exempla hoc declaraui in reg. poſſeſſor ma-
124 læ fidei. de re. iur. lib. 6. Quandoque † de iure diuino reperi-
tur quid ſimpliciter ſtatutum. & tunc an per ſtatutum poſ
ſit aliud ſtatui. dicit Bar. aut cauſa legis, ſiue ſtatuti excludit
peccatum. puta ad vitandum falſitates in teſtamentis ſta-
tuit de numero. 7. teſtium rogatorum. & hoc caſu licèt de
iure diuino in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne ver
bum: tamen valet l ſiue ſtatutũ prouidens de maiori nume
ro ob vitandas falſitates. Aut cauſa l. vel ſtatuti non exclu-
dit peccatum, vt in prohibita aliena. fundi dotalis cum iu-
ramento de iure ciuili, & in prohibita renunciatione pater
næ ſucceſſionis cum iuramento, & in præſcriptione cũ ma
la fide. non enim ob præſumptiones fraudis vitãdas: ſed ob
alias cauſas hæc ſtatuta ſunt iur. ciui. Sed quia tranſgreſſio
iuramenti, & vſurpatio alienæ rei tendit in detrimentũ ani
mæ. ideò lex non eſt ſeruanda in talibus, vt c. licèt. de iure-
iur. li. 6. & c. 2. de pac. eo. li. multò minus valebit ſtatutum.
Et prædicta infert ad. q. Prima eſt, ꝙ † valet ſtatutum, ꝙ ban
nitus poſſit impunè occidi, vel offendi. quia hoc alijs caſi-
bus reperitur permiſſum. quandoque l. diuina. & eſt caſus
in d. l. 2. in fi. æquiparando bannitum hoſti, & transfugæ ci-
uitatis. nam etiam impunè poterit quis ſibi res ſubripere:
ſed non eius vxorem (etiam bannitam) adulterari. quia hoc
iure diuino non reperitur permiſſum. & hoc no. Bal. in l. om
nes. ſi contra ius, velvti. pu. Item ſi ſtatuto cauetur, ꝙ poſt.
10. an. debitum ſit pręſcriptum. dicit Bar. ꝙ non valet. ſecus
ſi dicatur, quòd inſtrumentum (poſtquam debitum non eſt
petitum tanto tempore) præſumatur fictitium, & ſimula-
125 tum. Item ſi ſtatuto cauetur, quòd † contractus minoris ſine
conſenſu duorum coniunctorum non valeat, etiam ſi fuerit
iuratum, tale ſtatutum non valet. ſecus ſi dicatur, ꝙ minor
aliter contrahens præſumatur dolo, & fraude inductus ad
contrahendum: quia tunc iuramento non firmaretur, cum
cauſa ſtatuti ſit fundata ſuper excluſione doli, & fraudis. ſe
cus



cus vbi non præſumendo dolum, prohibet, vel ſtatuit id, cu
ius obſeruantia induceret peccatum. ita ibi dicit Bar. & nõ
plus in effectu circa iſtud membrũ. Vide. ĩ. in ſi huius quæ
ſtio. 11. verſi. quid dices in materia iuramenti. Do. Bald. in
præalle. l. decidit iſtam conſiderationẽ Bar. quia fictio, ſiue
præſumptio ſtatuti non liberat à peccato: & dicit, ꝙ ſta-
tutum ſuper debito non petendo poſt 10. an. valet. quia eſt
bonum propter lites dirimendas: licèt non ſit æquũ, vt no.
in l. 1. in prin. ff. de iuſti. & iur. Item lex põt ex cauſa aufer-
re ius vnius. & dare alteri, & in hoc detrahere iuri naturali,
vel gen. vt not. Inno. in d. c. quę in eccleſiarum. & per Cy. ple
nè in l. reſcripta. C. de preci. Impera. offe. & per me plenius
in repe. c. ſi propter tua debita. de reſcri. lib. 6. in 3. op. Iſtã
eandem opi. (ſ. ꝙ præſcriptione poſſit quis excludi à peti-
tione veræ ſortis ex cauſa) tenuit idem Bal. diſputãdo, & in
cipit. Statuto cauetur, ꝙ fœnerator &c. Io. An. tñ vr̃ nõ ſen-
tire cum Bar. ſcilicet ꝙ ſtatutũ non valeat propter malam fi
dem in c. ſi. de præſcri. li. 6. in nouel. alibi idem Bar. dicit, ꝙ
præſcriptiones, quæ currunt odio, & negligentia non
petentis, non hñt locum in actionibus perſonalibus, l. ſeq-
tur. §. 3. de vſuc. cuius opin. non ſequor in repe. c. poſſeſ-
ſor malæ fidei. Et ideò propter iſtam varietatem dicerem,
ꝙ ſi ſtatutũ eſt fundatum ſuper aliqua iuſta cauſa, alia for-
tè, q̃ meræ negligentiæ, ꝙ valeat: aliàs ſtatutum propter ſo-
lam negligentiam non poſſit excludere creditorem à peti-
tione verę ſortis, vt d. c. poſſeſſor malę fidei. nam mala fides
præponderat negligentiæ, ſicut dolus culpæ, l. ſi ambo. de
compenſa. Super alio dubio de ſtatuto prohibente minorẽ
obligari, etiam cũ iuramento, reprobata diſtinctione Bart.
de qua. ſ. ſimpliciter tenet, ꝙ ſtatutum valet: quia ius ciuile
poteſt ex cauſa iuramentũ reprobare. & lex in hoc obtinet
vim ap. vt dixi in repe. c. ea quæ fiunt à iudice. de re. iur. li. 6.
126 in 3. q. ¶ Sed iuxta prędicta quæro in caſibus, in quibus † cõ
ſtõ, vel ſtatutum adimit rem, vel ius vnius, & dat alteri: an il
le poterit ſalua conſcientia retinere. Bar. dicit: Theologi di
ſputent. Ego plenè examino iſtam materiam in d. repeti. c.
poſſeſſor malæfidei. referẽdo. q. per hoc diſputatas per D.
Fede. de Sen. Io. Cal. Bald. & alios. Bal. etiam de hoc no. in l.
cum quis. C. de iur. & fac. igno. & per me in d. c. ea quæ fiũt.
in 6. q. Et pleniſſimè per Ho. in ſumma de pœn. & remiſ. §.
ſi. per totum. vbi quò ad materiam ſtatut. quid iuris, ſi ſtatu
to cauetur, ꝙ emẽs rẽ publicè in mercato, non teneatur ip-
ſam reſtituere etiã vero dño veniẽti. dicit ſtatuto nõ obñte
poſſe dñm vendicare: quia ſine peccato mortali non poteſt
teneri. ita ibi dicit ver. quid ſi quis emat rem furtiuã. ¶ Sed
127 vltra † q̃ro. in bello publico inter duas ciuitates multa ſunt
hinc ide dãna illata, & depdationes factæ ab hoibus vtriuſ
que partis: demum ad pacem redeuntibus, factum eſt ſtatu
tum, vel conuentio inita ſuper remiſſione iniuriarum, & dã
norum, & firmatum, ꝙ querelæ ſubditorum ſuper dictis de
prædationibus, & dãnis illatis nõ audiantur per iudices, an
valeat. Inn. ꝙ ſic, ſi ſinguli conſenſerunt: aliàs non in præiu
dicium ſingulorum, ſed ipſarum vniuerſitatũ ſic, ut in c. in
noſtra. de iniur. in nouel. Non enim videtur, quòd vniuerſi-
ſitas, vel dominus poſſit ſuper iuribus ſingulorum tranſige
re, vel remittere, vt plenè per Ioan. And. poſt Inno. in c. di-
lectis. de ap. & quod no. in c. auctoritate. de priui. lib. 6. &
hoc tenet Hoſtien. niſi aliter non poſſet haberi pax, vbi qui
dem vtiliter geritur partis vtriuſque negocium. & ſic po-
teſt intelligi. ff. de pac. l. conuentionum. & hoc no. Hoſtiẽ. in
dicto § fina. ver. ſed pone, quòd guerra fuit. Et credo iſtam
opin. veram. quia (vt dictum eſt) poteſt per ſtatutum diuinũ
obligatio iur. gent. adimi ex iuſta cauſa, vt dicto cap. quæ
in eccleſiarum. in nouel. & no. Barto. in l. Antiochẽſium. ff.
de priuil. cre. & Bald. in l. quicunque. ad finem. C. de ſer. fu.
128 ¶ † Nunquid autem poſſidentes res taliter deprædatas ti.
vel ſine ti. ſint tuti quò ad Deum in foro pœnitentiali. Ho.
ꝙ nõ, ſi bellum fuit illicitũ. ſecus ſi licitũ. ad quod plura re-
quiruntur, vt in d. §. ſi. ver. quid de rapina. & ver. quid de ꝑ-
dã ementibus. facit quod no. Inno. in c. olim ĩ. de reſti. ſpo.
Ego cuidam mercatori (qui emendo, & vendendo merces
deprædatas in guerra inter Venetos, & Ianuẽſes fuerat mul
ta lucratus) conſului in foro conſcientiæ, ꝙ deberet ſatisfa
cere dãnum paſſis: quia de iuſticia illius belli non conſta-
bat clarè. Nam ſi conſtaret, non videretur qui rapuit obli-
gatus ad reſti. quia quod ibi capitur, capientis efficitur: &
peccaret factus ſeruus fugiens à domino ſuo, vt no. 1. di. c.
iuſ gen. facit. 33. q. 1. c. quid culpatur. & quod no. Oldra. q.
65. quæ incipit. An principes non recognoſcentes dominũ.
129 &c. Per iſta patet † an ſtatutũ poſſit, quę ſunt vnius, de iure
naturali, vel gentium, illi adimere, & dare alteri. Poteſt e-
nim, generalẽ legẽ ex cauſa ſuper hoc condendo, non con
tra certã pſonã, l. ſi priuatus. ff. qui. & à q. & quod dixi ſup.
130 10. quæſt. ver. de ſecundo dubio. in ſi. ¶ De Papa † & Impe-
ratore an poſſint, plenè per Cy. & Bald. in d. l. reſcripta. C.
de preci. Impera. offe. & dixi in d. c. ſi propter, 3. oppo. in
repe. & in d. c. quæ in eccleſiarũ. per Inno. & dicto. c. ſi prop
131 ter. in nouell. vbi formatur quæſtio † vtrùm valeat ſtatutũ fa
ctum ab epiſcopo, & Capitulo, quòd fructus primi anni be
neficiorum vacantium in diœce. cõuertantur in fabricam
eccleſiæ cathedralis, præſuppoſito, quòd neceſſitas fabri-
cæ egeat, & pars ſibi deputata non ſufficiat, & epiſcopus,
& Capitulum de eo, quod ſupereſt eis, deductis expẽſis, ſuf
ficere nõ poſſit ad fabricam ſumptuoſam. ¶ Quæro ẽt iux
132 ta prædicta † an valeat ſtatutum, ꝙ pater non teneatur ale
re filium minorem. 18. an. videtur ꝙ non. quia educatio li-
berorum eſt de iure naturali. Inſti. de iure na. gen. & ci. in
prin. ergo per ſtatutum corrumpi non poteſt, eod. tit. § ſed
naturalia. & hoc tenet Io. An. in addi. Spe. ti. q filij ſint legi.
Sed tunc ob. ꝙ iſte filius non debeat audiri in iudicio, defi-
ciente actione, quæ poteſt per ſtatutum adimi. & videtur
adempta eo ipſo, ꝙ patrem liberat à prædicta obligatione.
ſo. licèt deſijt actio, non tamen iudicis officium ſuper natu
rali æquitate fundatum, vt ſentit Inno. in d. c. quæ in eccle-
133 ſiarum. de conſti. ¶ Quid in ſucceſſione † an filius poſſit ex
cludi per ſtatutum à ſucceſſione patris: videtur quòd non.
quia naturali voto debetur, l. nam & ſi parentibus. de inof.
teſ. & cenſetur filius uiuo patre quodammodo dominus, l.
in ſuis. de li. & poſthu. & l. ſcripto. vnde li. Contrarium tenet
Oldra. q. 133. vide per Dy. in c. indultum. de re. iur. li. 6. Et
iſta excluſio filiorum ab hæredi. patris per ſtat. extantibus
maſculis. an valeat. & ſi valet, quid erit in multis dubijs, vi-
de in addi. Spe. ti. de ſucc. ab inte. & per Bal. in l. 1. C. de ll. &
ibi per eum, an ſucceſſio filiorũ ſit de iure natu. & vide Bal.
134 in l. cunctos populos. vbi † vtrùm iſta excluſio fœminæ ex-
tendatur ad bona alterius territorij: vbi non eſt tale ſtatu-
tũ. & idẽ Bar. Itẽ dicit, ꝙ inhabilitas circa pſonã à ſtatuto in
ducta, nõ extẽditur ad forenſem ibi actum gerẽtem. & ſic
conſuluit ſtatutum non valere. Nam ſi epiſcopus poteſt fa
uere vni eccleſiæ de rebus alterius: multò fortius tempora
lẽ. ad hoc quod no. de reli. domi. c. cõſtitutus. & Cle. ſi vna.
de re. ec. non alie. Item hoc caſu non dicitur epiſcopus au-
ctorizare in facto proprio: cum pars illa, quæ ſoluitur, non
applicetur ipſius menſæ. & hinc eſt, quòd archiepiſcopus
dat remiſſionem ad fabricam eccleſiæ ſuæ. quod non face-
ret, ſi auctorizare fabricæ, eſſet auctorizare in facto ſuo. ad
hoc quod not. in cap. cum omnes, de conſtitu. in nouel.
ſuper 1. glo. in princi. addi. penulti. & in hoc reſidet in di-
cto cap. ſuper. Vide per Bald. aliquas quæſtio. in l. fina. C.
de pac. Et ego etiam ſcripſi eodem titu. cap. quamuis. lib.
6. facit quod no. Cyn. in l. ſancimus. C. de nup. & quod ibi
135 Bald. ¶ Item quæro. certum eſt, † quòd defenſio per viam
iuris, & per viam facti eſt de iure na. vt l. vt vim. de iuſti. &
iur. & Cle. paſtoralis. ad fin. de re iudi. & l. defenſionis fa-

cultas.de iure fiſ.Nunquid ergo ſtatutum, quòd bannitus
non audiatur,agendo,vel defendendo?vr̃,ꝙ defenſionẽ tol
lere non poſsit,per iura prædicta.& ꝑ cõſequẽs ſtatutũ nõ
valet.quod ſentit Bar.in l.cum mulier.ff.ſo.ma. Tu dic poſt
Bal.ibi in repe.ꝙ triplex eſt defenſio.quædam,in qua faciẽ
da bannitus nihil ponit,ſed poſitum negat: & iſta non põt
auferri,vt l.qui accuſ.C.de eden. Quædam, in qua aliquid
ponit(ad meram tamen defenſionem)& tunc aut talis defẽ
ſio eſt de iure natu.puta ob tutelã ſui corporis, vt l. vt vim.
ff.de iuſti.& iur. & talis defenſio non poteſt adimi, vt ibi.
Quædam eſt defenſio,quæ deſcendit à iure ciuili,vt præſc.
rei iudi,& tunc talis defenſio,vetante ſtatuto,non debet au
diri. quia ciuilis ratio ciuilia iura poteſt tollere, naturalia
nequaquam,vt l.eas.ff.de capi.dimi.ita dicit Bald.in d.l.cũ
mulier.& ego plenius in c.1.de reſcrip.li.6.& vide Bal.in l.
1.C.ſi à non compe.iudi.vbi tenet,ꝙ valet ſtatutum,quo ca
uetur,ꝙ bannito non fiat iuſticia,l.2.§. quod autem. de a-
lea.& quod ipſe notat in l.1.C.quomodo,& quãdo iud.vbi
valet ſtatutum,ꝙ abñs poſsit damnari, præmiſſa citatione:
ea autem non præmiſſa,non poteſt,Cle. paſtoralis. de re iu
di.& quę defenſio poſſit tolli per ſtatutum,in l.qm̃ Alex.C.
136 de adul.per Bald.¶ Quæro vlterius † ſcriptum eſt in l. di-
uina.filius non portabit iniquitatem patris, nec pater filij:
ſed anima,quæ peccauerit,ipſa moriatur.facit.j.q.4. c.cri-
men.& C.de pœn.l. ſcimus. Nunquid ergo valet ſtatutum,
ꝙ pater teneatur pro delicto filij.Bal.ꝙ ſic, ad pœnam pe-
cuniariam,non ad pœnam corporalem. De pœna pecunia
ria allegat gl. C.de decre.decu. in rub. De corporali 22.q.
5.c.cum homo.& hoc no.in l.j.C.ne filius pro patre.Aliquã
do ſtatutum prouidet cõtra potẽtiores,vt pro delicto vnius
conſanguinei puniantur.dicit Bal. ꝙ hoc ſtatutum eſt tole-
rabile,ſed non laudabile,vt no.in Aut.vt nulli iudi. §. quan
do verò.vbi dicit glo.no.contra potentes, qui puniunt con
tratam pro aliquo delinquente.ſed debet intelligi,quando
hoc faciunt ex arbitrio ſuo,non ex arbitrio legis,vt l.neq.d.
de in rem ver.& ibi per Bart.|& intelligit Bal.hoc verum in
pœna pecuniaria,non in corporali,vt dixi.& hoc no. in l.j.
C.res inter alios acta.tamen Bal.conſuluit idem ſuper ſta-
tuto facto Florentię.cum quidam de magna domo occidiſ
ſent ambaſciatorem Florentiæ in Aretio,ſtatuerũt Florenti
ni contra conſortes ipſorum,vt omnes deberent expelli de
ciuitate,& bona ipſorũ cõfiſcari, & haberi pro rebellibus,
niſi dictos homicidas,& conſortes.j̃. annum præſentarent
viuos,vel mortuos communi Florentiæ. tenuit enim, quòd
ſtatutũ valuit, ſi erat ita in ſimilibus vſitatum Florẽtiæ: qa
expedit reipublicæ, vt in pace viuatur,& ſuperbarum fami
liarum audacia refrenetur. Cauſatur enim audacia talis à
familia: ad eandem ergo extendi poteſt pœna.minus enim
audebunt delinquere,ſi intelligent ſe à ſuis capi debere,iux
ta no.in l.j.in prin.de iuſti.& iur.Præte.veriſimile eſt,quòd
à maleficijs abſtinebunt,ſi videbunt alios de eorum fami-
lia ex eorum delictis puniri,ar.l. iſti quidem. quod metus
cauſa.& quod no.in l.ſi plagij.de verb.ob.& c.conſtitutus.
de teſti.Item quandoque propter vnius delictum punitur
totum caſatum.C.ſi quac. prę.po.l.j. ad idem. l. proſpexit.
ff.qui à qui.l.3.& l.fi.C.de adul.& incipit conſilium.In Dei
nomine amen.videtur,quòd vigore dicti arbitrij &c.Ad cu
ius confirmationem plura exempla videas.j.quęſtio.4.c.ec
cleſia.cum ſeq.aliter tamen narrat factum in eius conſilio,
quàm ſupra poſui.ſed, vt poſui,contigit,cum eſſem Florẽ-
tiæ,& vt dixi, ſtatutum fuit, & ſecutus fuit effectus præme
ditatus: quòd illi de domo formidantes ſeueritatem ſtatu-
ti contra eos prouocauerunt illos conſortes homicidas oc
137 cidere, & occidi fecerunt. ¶ Ad idem quæritur † an va-
leat ſtatutum, quòd filius(etiam non hæres) teneatur pro
debitis contractis à patre, & eſt iſtud ſtatutum hic Bono-
niæ in filijs mercatorum fallentium. Bald.quòd ſic in l.do-
tis tuæ.C.de iur.dot.vbi ponit remedium, ne filij tenean-
138 tur, videlicet quòd pater eos exhæredet.dic vt ibi.¶ † Quæ
ro. Peruſij eſt ſtatutum,quòd pater poſsit filijs ſpurijs re-
linquere,vel donare,non obſtante aliqua l.vel can. & Pote
ſtas puniat pœna centum lib.illos,qui dictos ſpurios mole
ſtauerit ſuper dictis relictis, & donatio, vtrùm hoc ſtatutũ
valeat.inter conſilia Federici reperio Iac.de Bu. dominum
Recuperum de ſancto Miniato,& dom.Pau.de Leaza.con-
ſuluiſſe, quòd ſtatutum non valeat, & hoc probant multis
rationibus, & ratio potiſsima Iaco.de But.eſt,quòd ius le-
gitimandi ſpurium, & ius reſtituendi natalibus,& tollendi
iura,quæ excludunt ſpurios à ſucceſſ. ſunt principi reſerua
ta,& non alij l.cum clauſulam derogatoriam reſcripto ſuo
139 apponit,vt in Aut.qui.mo.na.effi.ſui.§.fi.col.7.† ¶ Sed nõ
videtur,quòd populus poſsit facere ſtatutum ſuper ſpecia
liter reſeruatis principi contra l. eius derogatoriam cuiuſ-
cunque alterius.nam poteſtas condendi ſtatuta data eſt po
pulo per ius commune,vt l.omnes populi.de iuſt.& iur.ſed
in caſibus principi reſeruatis,videtur poteſtas adempta.al
legat ad hoc.C.de na.reſti.l.j.vbi reſtitutio natalium eſt de
negata ordini decurionum,qui ordo præſidet ciuitati loco
populi,vt in dicta l.j. ratio autem domini Recuperi funda-
tur ſuper iur.diuino,noui & veteris teſtamenti. nam Gen.
21.dictum eſt Abraæ.Eijce ancillam, & filium eius:non e-
nim erit filius ancillæ cum filio liberæ. Idem Apoſtolus
ad Galatas.4.& in Canon.32.quæſtio. 2.c. non omnis. ad
idem 35.q.7.c.qd eſt.vbi dicit Aug.Ex lege Dei ſtatutũ eſ
ſe,vt illi, qui ex inceſto coitu naſcuntur, nullo parentibus
iure ſuccedant.Si ergo l.Dei iſta ſucceſſio prohibetur: non
videtur per ſtatutum poſſe concedi,quia inferior,l.ſuperio
ris non poteſt tollere,Cle.ne Ro.de elec.& ſic non valet cõ
ſuetudo,quæ obuiat iuri diuino.de conſue.c.fi.ita nec ſtatu
tum,quod non differt à conſuetudine:ſicut nec tacitum, &
expreſſum,l.de quibus.ff.de legi.Item l.debet eſſe rationa-
bilis.j.diſt.cap.conſuetudo.& honeſta.4.diſti. c. erit autem
lex.ſed tale ſtatutum ex eo eſt irrationabile,& inhoneſtum
quia præbet materiam fornicandi,& adulterandi.Nam vi-
ri habentes vxores ſteriles,ſiue ſenes accipient cõcubinas,
vt ſuſcipiant ex eis filios:ergo tale ſtatutum, prouocans ho
mines ad peccãdum,eſt irrõnabile, & inhoneſtũ,& ꝑ cõſe
quens nullum:vt in ſimili vide per Io.An.in dicto c. fina. in
nouel.& l.ſi vnus.§.illud. de pac. per Guil. de Cu. facit ex-
tra de conſuetu. cap. ex parte. vbi non valet conſuetudo,
per quam quis inducitur ad peccandum. & ita ſummat
illud cap.Ioan.And. & quòd tale ſtatutum non valeat,not.
Hoſtien.in ſumma qui filij ſint legi.§.vltimo. §. quid ſi Im-
perator. Et aduertendum, quòd iſta quæſtio,& Hoſtien.
debent intelligi, cum ſtatutum habilitat ad ſucceſsiones
parentum filios ſpurios naſcituros: tunc enim ratio, de
qua ſupra, quòd ꝓuocet homines ad fornicandum, habet
locum: ſed ſtatuendo de ſucceſsione ſpuriorum iam na-
torum ceſſat iſta ratio:ideo fortè valeret ſtatutum.& ſic de
bet intelligi quod no.Azo in ſumma de natura.li. §. quid ſi
Imperator.& iſtam quæſtionẽ ponit Ioan. An. in addi.ſpe.
de ſucceſſ.ab inteſt.verſic.quid ſi pater.ad fin.vbi hæc,& a-
lia bona videas. Rationes Pau. de Leaza. ad idem tendunt
in effectu.rationes etiam domini Fede.in idem recidunt,vt
patet in conſilio 279.Dom.Bald.format iſtam quæſtio.in
l.j.C.de na.reſti.& arguit pro,& contra.& demum conclu-
dit,quòd prædicta eſt communis opin.ſcilicet quòd ſtatu-
tum non valet. quod eſt verum, ſecundùm eum, in natis
ex damnato coitu. In alijs non ſpurijs ſicut valet lex,
quòd ſuccedant matri in totum, & patri in certa quota, vt
Authen.licèt de na. li.ita valet ſtatutum municipij, quòd
ſuccedant patri.nam vbicunque non eſt neceſſaria cauſa,
non poteſt ius commune per ſtatutum extendi, vt l. om-
nes populi.plenius idem Bald. examinat iſtam quæſtionẽ
in



in l.cunctos populos. C. de sum. Trini. vbi efficaciter ar-
guit ad vtranque partem, & tamen in effectu idem conclu-
dit,ſcilicet quòd non valeat:ſed præſuppoſito,ꝙ valeat, vl-
tra quærit, videlicet an extendatur iſta ſucceſsio ſpurij ad
bona ſita extra territorium Peruſinũ.dicam.j̃.prox.q. prin
cipal..Bart.etiam ponit illam q. in l. teſti factio.de teſta.in
fi.& concluditur cũ prædictis.ſ.ꝙ ſtatutũ non valet. Et hęc
ſint dcã de ſecundo dubio,cũ ſcilicet ſtatutum diſponit ſu
per his,quę diſpoſita ſunt iure naturali,& diuino.¶ Sed hic
140 † quæro in caſibus,in quibus ſtatutum non valet, an poſsit
firmari adiectione pœnæ.Nam,vt dixi.s̃. in princi.huius q.
contra moleſtantem ſpurium in tali ſucceſsione ſtatutum
adiecit pœnam:an valeat.Barto. tenet, quòd ſtatutum in-
ualidum non poteſt iuuari adiectione pœnæ,in l.Seius,&
Augerius.ff.ad leg.fal. idem Bald.in d.l.omnes populi.ver.
ſed nunquid opponenti.&c.Qui enim non poteſt diſpone-
re ſimpliciter,non poteſt diſponere pœnaliter.& in prohi-
bitis redigitur quis ad inſtar priuati, ſm̃ eum. Ciuitates ta-
men quandoque volentes, ꝙ ſua ſtatuta inualida ſeruẽtur,
auferũt iuriſdictionem ſuis iudicibus,vt ſuper eo, quod cõ
tra illud ſtatutũ allegaretur,nõ habeant iuriſdic.tunc.n.ius
agendi poſſunt tollere.poterit tamen agi ab eo, qui graua-
tur coram ſuperiore.per viam euangelicæ denunc. Si verò
aufert ius excipiendi,vel defendendi:& non valet.quia de-
fenſio eſt de iure natu.Cle.paſtoralis.de re iud. Et hoc quã
do eſt talis defenſio, quæ non poteſt tolli per ſtatutum. nã
quædam defenſiones tolli poſſunt,iuxta no.ĩ l.cum mulier.
ſo.ma. per Bar.& Bal.& ita concludit Bar.in extrauagã.qui
ſint rebelles ſuper ver.mille librarum. ¶ Sequitur diſcute-
re de tertio,cũ diſponit de his,quæ prouiſa ſunt ꝑ leges, &
141 canones.† An ſtatutum valeat ſuper iſtis. Ad hoc dico, ꝙ
qñque conſtitutio ſinodalis, vel ſtatutum concordat cum
iure communi, hoc ſine dubio valet. nam non poteſt dici
tũc ſtatutum ſm̃ ius commune, vt plenè proſequor poſt gl.
in c.1.de conſti.li.6.Quandoque diſponit præter ius com-
mune.& idem videtur,ꝙ valet,ſi ſit aliàs rationabile, vt di-
xi.s̃.in prin.q.Super hoc termino applica q Io.And. in his
142 terminis.† ¶ Epiſcopus,ſiue alius ſuperior præcepit,vel ſta
tuit, ꝙ propter honeſtatẽ melius conſeruandam nulla mu-
lier ſuæ iuriſd.vtatur ornamento meretricij coloris, ſiue au
ri,vel *gemmarum vltra certam* quantitatẽ, ſeu longis ve-
ſtibus vltra certam menſuram,& contra facientes excom-
municauit.Quæritur vtrùm quilibet contra facientes hanc
pœnam incurrant:arguit primò ſuper inſtãtia huius præ-
cepti.quia concordat cum apoſtolorum doctrina.patet. 1.
Pe.3.vbi habes. Petrus mulieribus loquens dicit.Quarum
non ſit extrinſe.capillatura,neque circundatio auri, neque
indumenti veſtimentorum cultus.Et Pau.ad Corin. 2. Or-
nantes non in tortis crinibus,aut auro,aut margaritis, aut
veſte precioſa.Tendit enim talis ornatus ad inhoneſtatẽ,&
vanitatem.de conſe.diſt.5.c.fucatæ coloribus.vnde Ber.in
Apocalipſi dicit. Ex cordis theſauro ſine dubio procedit
quid foris apparet vitiorum.vanum cor vanitatis notam in
gerit corpori.& exterior ſuperfluitas interioris vanitatis in
dicium eſt. Item talis ornatus eſt peccatum,& prouocati-
uum peccati,& libidinis: quod probatur. quia naturaliter
plus appetitur pulchra, quàm deformis:ornata, quàm in-
culta.no.14.quæſtio.vltima.c.fi.& patet Prouerb.7. Ecce
mulier occurrit illi ornatu meretricio præparata ad capien
das animas. Vnde Hiero. ad Nepotianum. Quid facit in
facie Chriſtiana purpuriſmus, & ceruſa: quorum alterum
eſt rubor genarum: alterum candor eſt oris, & colli, quæ
ſunt ambo ignis iuuenum, forma libidinum, & impudicæ
mentis indicia. Deteſtatur enim hunc ornatum beatus
Cyprianus ibidem de habitu virginum.Non virgines tan-
tùm, aut viduas: ſed etiam nuptas puto, & omnes omni-
no fœminas admonendas,quòd opus Dei, & facturam e-
ius,& plaſma adulterari nullo modo debeant,adhibito fla-
uo colore, vel nigro puluere, vel rubore, aut quolibet li-
nimento naturam corrumpente medicamine. Et poſt in-
fra ſubdit.Manus Deo inferuntur,quando id, quod ille for
mauit, reformare contendunt. *Impugnatio* illa eſt diuini
operis,& præuaricatio veritatis. Deum videre nõ poteris,
quando oculi tibi non ſunt, quos ille fecerit:ſed quos Dia
bolus infecit. Dei inimicũ te puta cum illo pariter atura.
His auctoritatibus pro hac parte adductis, videtur valere
ſtatutum.Adducit alia in oppo.& concludit, ſtatutum epi-
ſcopi ex cauſa factum de ſui natura bonum eſſe: & ideirco
circa fucationem dicit, quòd qui fucis vtitur ad fingẽdam
pulchritudinem, quam non habet,incidit in pœnam.¦quia,
cum fucatio de ſui natura ſit mala,poterit prohiberi:in quo
nec vxor debet obedire viro.11.quęſtio.3.cap.non ſemper
143 malũ Et ſic loquitur.c.fucare.† ¶ Quandoque fucatio non
ſit ad finem oſtendendæ pulchritudinis, ſed cælandæ tur-
pitudinis, *quam* quis habet ex aliqua cauſa extrinſeca: &
& hoc eſt licitum.vnde Apoſtolus ad Cor. 12. Quæ puta-
mus ignobiliora eſſe membra, his honorem abundatiorem
circundamus.Circa autem alia ornamenta cõcludit, quòd
in non nuptis mulieribus eſt peccatum: vel mortale, ſi fit
ad placendum virorum aſpectibus,& ad concupiſcendum:
cum illud ſit prouocare incentiuum peccandi. Vnde Griſo
ſtomus de compunctione.Si ſe mulier decorauerit,& ad ſe
viſus hominum prouócauerit, extremam vindictam ſuſti-
nebit, etiam ſi nullam plagam intulerit.venenum enim ob
tulit, etiam ſi nullus fuerit,qui bibat munctus.Si verò non
fit ad finem placendi, ſed ex vanitate: tunc contrahitur ve
niale per has non nuptas, vt dixi. & quò ad eas ſtatutum
his caſibus bene valet,& tenentur obedire ſtatuto.8. quæ-
ſtio.1.cap.ſciendum.& 11. quæſtio. 5. cap. quid ergo.& c.
requiſiti. Circa nuptas autem tenet idem,ſi mariti vo-
lunt eas obedire ſtatuto. contra ipſius autem voluntatem
ſtatutum eas non potuit obligare;& ideò affectu debet mu
lier velle obedire ſtatuto:facto autem,& opere viro ſuo cõ
trarium imperanti.allegat.33.quæſtio.5.cap.manifeſtũ c.
hæc imago.& c.volũt.& c.quod Deo patri.& ita concludit
Ioan.And.in c.ea quæ fiunt.de reg.iur.li.6. in mercu.¶ Eſt
& quartum membrum,quando eſt diſpoſitum aliter,quàm
ius commune,vel contra ius commune.D.Bal.format quæ
ſtio.¦in epiſcopo,an poſsit facere conſtitu. contrariam iuri
communi.arguit pro,& contra, & poſt ſic diſtinguit. aut
ſtatutum epiſcopi ſit ſuper caſu omiſſo à iure communi:aut
ſuper caſu per ius commune determinato,& deciſo. Pri-
mo caſu valet,ſi ſit bonum,& honeſtum.nam tale ſtatutum
habet iuſtitiam matrem.vt l.iuſticia.§.j.& l.penul.ff. de iu-
ſti,& iur.& patet in membro ſupra proxi. de ornatu mulie
rum.Secundo caſu,aut ſtatutum venit ad iuuandum,& ro-
borandum ius commune (fortè cum adiectione pœnæ) &
valet, vt c.vt animarum.§.ſtatuto.infra eodem lib. 6. Aut
venit ad derogandum, & infringendum ius commune: &
tunc non valet duplici ratione. Prima ratione ſtatuentis.
*nam inferior* non poteſt tollere l.ſuperioris. Cle.ne Roma
ni.de elec.Secunda,quia non eſt neque æquum, neque bo-
num, ex quò eſt iuri communi contrarium.ff.de decre. ab
or. fa. l. ambitioſa.niſi fortè fiat ex euidenti, & neceſſaria
cauſa. ar.ff.man.l.ſi hominem.& ita no.Bal.in dicta. l. om-
nes populi,licèt Bar.aliter diſtinguat, vt referam,infra pro
144 xi.membro.D Ioan. An. loquens in legato dicit, quòd† in
his,quæ ſibi ſedes apoſtolica reſeruauit, non poteſt facere
ſtatuta,de hoc de offic.leg. cap. quod ad transla. nec con-
tra ſolemnia conſilia, nec quæ communiter obſeruantur.
vnde non poſſet ſtatuere, quòd minor 30. ann. poſsit eli-
gi in epiſcopum, vel quòd quis habeat duas eccleſias cu-
ratas, vel his ſi. vel alio modo ius commune in totum
tollere: conſtitutiones tamen iuris communis declarare

poſſet & renouare. & vbi pœna deficit in iure,poſſent epi-
ſcopi,& legati per pœnale ſtatutum exaggerare,nouā im-
ponendo,vel veterem augendo,de loca. c. 1. hoc enim non
eſt conſtitutiones papales ſubuertere,ſed eis deſeruire,& il
las ſupplere.quod eſt admittendum,de ope.no.nun.c. 1.de
priui.c.2.Poſſunt etiam ad correptionem morum,nō ſub-
uertendo ius commune,ſed ſupplendo,ſtatuta facere præ-
ceptoria, prohibitoria,atque pœnalia. quia ſiue plectendo
&c.18.q.5.c.prodeſſe.& ita no.in c.fi.de offi. archipresby.
145 in nouel.¶ Sed hic quæritur† an epiſcopus poſsit facere ſta
tutum contrarium iuri canonico, ſed conforme iuri ciuili.
puta ſtatuit cum conſenſu ſui Capituli, ꝙ in ſuo foro non
poſsit ab interlocutorijs appellari.hoc ſtatutum cōcordat
iuri ciuili,niſi in caſibus ſpiritualibus,de quo ſatis. C.quo-
rum ap.non re.l.ante ſententiæ,& in ſpe.de ap. §. in quibus.
ver.ſed nunquid.& l.2.C. de epi. & cle. quæ loquitur dire-
ctè de clericis.Debet ergo valere ſtatutum idem continēs,
quod ius ciuile,quod eſt per ora principum diuinitus pro
mulgatum.8.di.c.quo iure.& l.fi.C.de lon temp.præſcrip.
præte.ſtatutum idem poteſt,quod pactum ,vel renūciatio,
vt no.C.de decu.ſuper rub. Sed poteſt per pactum renūcia
ri app.interpoſitæ,& interponēdæ.2.q.6.c.ſi quis libellos.
& C.de temp.ap.l. fin.in fi. Tertiò hoc probat æquiparatio
de conſuetudine ad ſtatutum:non enim differunt, niſi vt ta
citū,& expreſſum,vt l.de quibus.ff.de leg.ſimiliter ius ſcri-
ptum,conſuetu.& ſtatutū æquari videntur.11.di. c. in his.
& dicta l.de quibus.Certum eſt autem, ꝙ per ius ſcriptum
prohibetur app.in multis caſibus, de quibus in ſpe. de ap.
§.in quibus.ſimiliter videtur in expreſsione verborum vni
uerſaliter prolatorum,quæ non excludunt mentē ipſis ver
bis præferendam.c.intelligentia.de verb.ſi.& 1.q.j c. Mar
chion,& Baſilides Non enim eſt veriſimile, ꝙ legatus vo-
luerit mandare huic abbati,ꝙ ſeipſum occideret.quod con
tingit per excommunica.qui ſi.ſint le.c.peruene.ad fi.vel ꝙ
tam grauem pœnam ſibi ipſi imponeret.de ſen.excom. c.
146 ſacro †Nulla enim eſt maior pœna in eccleſia.nam per eā
quis traditur Sathanæ in interitum carnis.24 q.3. c.corri-
piantur.& 11.q.3.c.audi.vel ꝙ ſui ipſius tam duram ſepara
tionem faciat, & ſegreget ſe ipſum per ſuam ſententiam à
cōunione fideliū,quæ maxi.eſt pœna. l. hi qui ſanctam.de
apo.ad hoc l.vxorem.§.codicillis de le.3.vbi propter durā
ſeparationem proximorum verba generalia reſtringūtur:
multò ergo fortius,cum tractatur de ſeparatione ſui ipſius
à communione fidelium, non includi videtur ſub verborū
generalitate.ad idem l.poſſeſsionum.C.co.veri. iudi. Itē de
accuſante & denunciante,& accuſante & teſtificante bona
eſt ſimilitudo,vt l.ab accuſatione.§.nunciatores ff. ad Tur
pi.ſed impoſsibile eſt dicere,ꝙ eadem ſit perſona accuſans,
& accuſatus,l.in tribus.ff.de iudi.& l.licet.§.ſi procur.de ꝓ
147 cur. Ad hunc igitur impoſsibilem caſum† nō debemus ver
ba mandati, quantuncunque generaliter prolata,extende-
re,ſed reſtringere ad id,quod ciuiliter fieri poteſt, l. ſi cui.
de ſerui.& quod no in c.ſcienti de reg.iur.li.6. per Dyn.in
quæſtione de arbitrio Poteſtati conceſſo.no.in Cle.ſæpe,de
verb.ſi.& nullum mandatum eſt adeo generale, ꝙ non de-
beat reſtringi,maximè ad licita,& poſsibilia de iur.l.ſi pro
cur.de condi.inde.& de offi.dele.c.ex parte. & c. ſuper eo.
& c.inſpicimus.de reg.iur.lib.6.& ſi eſt ita,ꝙ verba genera
lia ſint ſemper ciuiliter intelligenda:ſequitur, ꝙ hoc man-
datum de excommunicando non ſoluentes, non includat
illum abbatem.quia ciuilis intellectus eſt, ꝙ non lædat qs
ſeipſum,nec ſe prodat.de pœni.di.1.c. non tibi dico. Item
ciuilis intellectus eſt,ne quis ſibi ipſi imperet, nec ſit iudex
in ſua cauſa,nec arbiter,nec teſtis,l.penul.de arbi.l.1.C.ne
quis in ſua cauſa.requirit enim iudicium iudicantis, & iudi
cati perſonalem diſtin.c.forus.de verb.ſi. Non eſt ergo ve-
riſimile voluiſſe legatum(generaliter ſic mandando) tot iu
ra violare:quinimo ſi expreſsè mandaſſet legatus, ꝙ ſe ip-
ſum excommunicaret,mandatum eſſet illicitum, nec ei pa
rendum.ergo vniuerſaliter dictum non includit hūc caſum
illicitum.de iureiur.c.ad noſtram:& eod.ti.c.1.lib.6.& hoc,
quòd non poſſet mandari ſpecificè,& expreſsè, non debet
venire in generali,vel vniuerſali ſermone,de præben.c.dile
cto.& de deci.c.tua.facit 22.q.2.c.is autem.præte. ſi abſol
uere quis ſe ipſum non poteſt.c.quod autem.de pœni.& re
148 miſ.& d.c.non tibi dico.†ergo multò minus ſe ligare. nam
fauorabilior eſt abſolutio,l.Arrianus. de act. & ob. ſi ergo
abſolutio prohibetur,fortius excommunicatio. facit quod
no.in c.cum ex eo.de pœni.& remiſ.in nouel.vbi dās indul
gentiam remiſ.illa vti non poteſt.Generaliter enim quis nō
poteſt eſſe agens,& patiēs.Nam ſunt iſta incompaſsibilia,
quæ non poſſunt cōcurrere in eadem perſona.26.di.c. acu
tius.de tu.& cu.da.ab his.l.prætor.hinc eſt etiam, ꝙ bapti-
zat quis vt miniſter Dei,non tamen ſeipſum.de conſe.di.4.
c.aliquid.coniuncto c.debitum.de bap.his & alijs rationi-
bus gratia breuitatis omiſsis,pro iſta parte concluditur, ꝙ
abbas vigore talis mandati non tenetur excommunicare ſe
ipſum. Iiſdem fere rationibus(legibus tamen corrobora-
149 tis)concludit dominus Macagnanus in pe.q.†de maſſario,
ꝙ non teneatur denunciare ſeipſum de crimine capitali.
Nam ſi non haberet officium, non teneretur ſeipſum denū
ciare,ſiue prodere,vt d. c. non tibi dico. ergo propter offi-
cium non debet in plus teneri.c.cum non deceat.de elec.li.
6.& l ſi quis.de te.Itē denūciando ſeipſum incurrit mortis
periculum.ſanguinem autem ſuum debet quis redimere,&
tutelam ſui corporis tueri,& quicquid ob hoc fecerit,iuſtè
feciſſe exiſtimatur,l.1.de bo.eo.qui mor.ſibi conſci. & l.vt
vim.de iuſti.& iur.facit l.nemini timorem.quod me.cau.Et
in hoc reſidet,vt prædixi.¶ Hic ſubiungi poteſt quæſtio,de
150 qua in ſecunda quæſt.in mercu.†De ſtatuto epiſcopi annul
lante omnes alienationes factas de rebus eccleſiarum. ſine
eius licentia,& pœnam apponēte. Mō Capitulum epiſco-
po ſuo vendidit aliquas terrulas ſine alia licentia, an ſit lo-
cus pœnis.allegat iura pro,& contra.ꝙ ad terrulas conſti-
tutio epiſcopi debeat extendi, & econuerſo ꝙ non dēat ex
tendi.allegat ſimiliter iura,ꝙ ſub generali prohibitione nō
nominatur epiſcopus.& in contrarium,ꝙ etiam veniat.Itē
allegat,ꝙ ſic contrahendo, videatur dare licentiam. & in
contrarium,ꝙ per talem contractum non videatur dare li-
centiam,nec contra ſuam conſtitutionem diſpenſaſſe. ſolū
modo concludit,ꝙ non ſit locus ſtatuto,nec eius pœnis.qa
epiſcopus, ſic contrahendo,conſenſiſſe, & licentiam dediſ
ſe videtur. allegat multa iura, quæ dicunt, quòd vnus a-
ctus includit in ſe alium tacitè; ita hic principaliter cōtra-
hendo includit iſte actus in ſe licentiam, & conſenſum. ad
hoc l.ſi conſul ff. de adop Ad idem l. Lutius. qui.mo.pi.
vel hipo.ſol. vbi vxor viro tradens rem in dotem datam
renunciat hipothecæ. & alia iura adducit, quæ probant,
quòd quandoque propter celeritatem actuum coniungen-
dorum medius occultatur, l. ſingularia. ſi certum pet. &
l.4. §. ſi debitor. de dona. inter virum & vxor. ¶ Quæro
etiam circa hoc, poſito quòd ſolus abbas poſsit de iure
ſuos monachos reuocare ad clauſtrum de ſuis beneficijs
annualibus, vt proba. de ſta. reg. cap. cum ad mo. §. ta-
151 les autem.† ¶ Nunquid ſtatutum factum per abbatem,
& conuentum,ne ipſi abbati ſoli liceat reuocare tales bene
ficiatos ad clauſtrum, liget ſucceſſorem: cui ſtatuto non
auctorizauit epiſcopus loci. & eſt dicendum, quòd non
obligat ſucceſſorem. quia in præiudicium ſucceſſoris ni-
hil poteſt attentare. 12. quæſtio. 2. c. abbatibus. 17. quæ-
ſtio.4.cap. in venditionibus. facit quod not. de deci. cap.
3.in glo.penulti.vbi compoſitio facta per conuentum, &
abbatem, cui epiſcopus non conſenſit, non tranſit ad ſuc-
ceſſorem.ergo multo minus lex.Item non potuit abbas ſi-
bi le-



bi legem imponere,à qua non poſsit recedere:ergo nec ſuc
ceſſori.& ita conſuluit Federi.conſilio.282.¶ Venio ad ter
152 tium articulū de ſubditis,an ligentur ſtatutis patriæ,in quo
cunque loco geſſerint illum actum prohibitum, vel permiſ
ſum à ſtatuto.cum iſto tertio permixtim proſequitur etiā
quartum membrum de forenſibus, & incidenter etiam ad
quæ loca extendant effectum ſuum. Super quo aduertēdū,
ꝙ quandoque ſtatutum diſponit de iure perſonæ.quando-
que de iure ſolēnitatis adhibendæ in actibus ſubditorum.
Item de iure perſonæ diuerſimodè.Nam quandoq; diſpo-
nit permiſsiuè.Quādoq; prohibitiuè. Quandoq; punitiuè.
Quandoque executiuè.¶ Capio primum, quādo ſtatutum
diſponit permiſsiuè.in quo caſu ex dictis Bart.colligi vr̄,ꝙ
quandoq; ſtatutum permittit, quod non poteſt exerceri,ni
ſi ex priuilegio principis:vt creare notarios, qui conficiūt
inſtrumenta.Quandoq; permittit aliquid, ſubmouendo ſo
lemnitatem iuris cōmunis, puta ꝙ teſtamētum valeat cum
duobus teſtibus.Quandoq; ſubmouendo obſtaculum qua
litatis perſonæ:vt ꝙ filiusfami. poſsit teſtari de bonis ſuis.
Circa primum membrum,quando ſtatutum permittit id,
quod ſolùm ſolet à principe concedi in priuilegium,vt offi
cium tabellionatus, dicit, ꝙ talis non poterit conficere in-
ſtrumenta extra territorium:quia iſte eſt actus pertinēs ad
iuriſdictionem voluntariam,quæ conceſſa ab alio, quàm à
principe,non poteſt exerceri extra territoriū.l.3.ff.de offi.
procon.& le.& c.Romana §.ne clericos.de fo. cōpe.lib.6.
& illum tex.allegat Spe. ꝓ.caſu in ti. de inſtru.edi.§.reſtat.
ver.quid de his.Bal.dicit,ꝙ illa.l.3.diſponit in iuriſdictione
voluntaria.ſed q.iſta loquitur de officio,cui non eſt annexa
iuriſdictio,vt no.Guil.C.de epiſ. & cle.in repet.l.1.& ideo
fortè poteſt dici,ꝙ valeret inſtrumentum,quò ad ſubditos
ſtatuentis:quia officium,cui non eſt annexa iuriſdictio, nō
limitatur per viam territorij inter conſentientes,l.quæro.ff.
de ſolu.& ita tenet ſalua ſubſtantia veritatis in d.l.cunctos.
ver.vlterius quæritur.putat tamen Bar. ꝙ inſtrumenta à ta
li notario confecta intra territorium faciant fidem extra:ſi
cut emancipatio facta coram eo,qui habet iuriſdictionē à
l.municipali, habetur rata vbique,l.1.C.de emā.li.Bal.al-
legat.c.cū dilectus.de fide inſtru.& eſt rō, quia ius proba-
tionis oritur à prin.vnde ex quo eſt ortum,non tollitur mu
153 tatione loci.¶ Secundo caſu† quando ſtatutū permittit id,
quod de iure communi eſt permiſſum,ſed ſubmouet obſta
culum ſolemnitatis legalis(puta tot teſtiū,vt prædixi)tunc
eſt dubium, vtrùm tale ſtatutum proſit ciui facienti teſta-
mentum extra territorium. & tenet ipſe, ꝙ non: quia quò
ad ſolemnitatem debet inſpici locus,vbi actus geritur, vt
l.2.C.quemad.te.ap. Sed hic eſt dubium,vtrùm tale teſta-
mentum factum intra territorium obſeruetur quò ad bona
teſtatoris,quæ ſunt extra territorium.Spe. refert opi.anti-
quorum in ti.de inſtru.edi.§.compendioſè.ver.quid ſi.nec
clarè concludit.Sed Bar.poſt Guil.de Cu.& Cy.& Ia.Bu.te
net teſtamentum porrigi ad bona vbicunque ſita, etiam
extra territorium.licèt enim ſtatutum de talibus bonis ex-
tra territo.ſitis.non poſſet diſponere: tamen quia veniunt
in conſequentiam, & vt acceſſoria ad perſonam ſibi ſubie-
ctam,& ad illam extēditur,ar.l.1.ff.ad auct.tu. & quod no.
in c.paſtoralis. de priui.per Inno.& c.2.de immu. eccle. li.
6.in nouel.allegat Iaco.Bu.pro caſu.l.ſi non ſpecialiter. C.
de teſta.& l.omnium.eo.ti.vbi ex teſtō facto ſm̄ ſolemnita
tem ſpecialem illius l.poteſt adiri hæreditas, quæ aditio ha
bebit effectum vbiq;:ſicut iura competētia extendunt vim
ſuam vbiq;,licèt competant ad res corporales,l.fi. de præ-
ſcrip.lon.temp.& geſta coram iudice vbicunq; effectū ſuū
producunt,l.is apud quem. C. de eden. Et hanc op. ꝙ iſte
inſtitutus admittatur ad omnia bona,tenet Ioan.An.in di-
cto.§.compendioſè. in addi. Subdit ibi, ꝙ non ſic eſſet in
conſuetudine Anglicana, qua vx.ſuperuiuēs lucratur par
tem bonorū mariti,vt in dicto.c.1.¶ Reperio iſtud idē con
154 ſultum† hic Bononiæ.vbi eſt conſtitutio epiſcopalis,qua ca
uetur,quem cenſeri vſurarium manifeſtum, etiam quò ad
inhabilitatem teſtandi, ſi per famam viciniæ, ſeu per te-
ſtes bis,vel ter,probetur talem mutuaſſe, vel extorſiſſe vſu
ras.vel vtrùm iſta conſtitutio valeat adeo,ꝙ poſsit pronun
ciari effectualiter dictum teſtamentum nullum vigore di-
ctæ conſti.Dominus Bal.D.Laur.de Pinu.& Dom.Anton.
de Sali.conſuluerunt,ꝙ conſtitutio non valeat. Primò quia
poteſtas teſtandi eſt de iure naturali, ſiue gen. licèt forma
ſit de iure ciuili,l.1.C.de ſacroſan. eccle.vnde licèt conſti-
tutio quāquā.inhabilitet vſurariū manifeſtum in teſtādo,
dictam conſtitutionem non poteſt ſtatutum epiſcopi tolle
155 re,vel extendere,Cle.ne Romani.de ele.† ¶ Itē manifeſtū,
exponitur ibi.i. notoriū,quod cōſpectui hominū exhibitū
nulla poteſt tergiuerſatione cælari,c.tua.& c.vera. de coha.
cle.& mu.Fama autem in ſe minus habet,quàm notorium,
vel manifeſtū,vt in dictis.cap.contra igitur propriam ſigni
ficationem,& naturam huius vocabuli, manifeſtum, vide-
tur conſtitutio diſponere.ex ſola enim fama,vel probatōne
veritatis per tres teſtes non reſultat qualitas manifeſti.& ꝑ
conſequens videtur conſtitutio continere id,quod eſt de iu
re impoſſibile.& ſic nulla,c.erit autem.4.diſtin.facit quod
no.in l.cum precario.ff.de preca. nam conatur dicta con-
ſtitutio ad corruptionem proprietatis verborum,& prola-
tionem ſimplicem haberi pro veritate manifeſta: cum ta-
men rerum vocabula ſint immutabilia, vt dicit text. in l.ſi
quis in fundi vocabulo.de le.1.adducit Lau. quod no. in di
cto.c.2.de loca.vbi epiſcopus cum Capitulo non poteſt fa
cere conſtitut in præiudicium aliorum nō conſentientium
vel non præſentium. illud autem ſtatutum vſurarijs eſt dā-
noſum:quia per conſtitut.canonicam non cenſentur inha-
biles, niſi cum fuerint manifeſti. Iſta autem conſtitutio in
habilitat eos ſimpliciter conuictos.etiam leui probatione,
puta per famam.quod concilium Latera.nō attentauit,ſed
alias pœnas impoſuit ſolū manifeſtis, vt patet in c. quoniā.
de vſuris.Item non manifeſtis non attentauit dictum c.q̄q̄.
156 imponere tam grauem pœnam. ¶ Vlterius quæro† vtrùm
valeat ſtatutum, quo cauetur, ꝙ teſtes recepti contra Ma-
gnates non poſsint redargui de falſo.Bart. conſuluit,ꝙ ſic,
& incipit. Dominus Cy.de caſtro ſancti Petri.Mouetur ex
eo,ꝙ etiam de iure communi teſtes non poſſunt quandoq;
reprobari,extra de teſti.c.licèt dilectus.Præſumit enim ſta
tutum,ꝙ non deponeret quis falſum cōtra Magnatem, ar.
l.ſi.in prin.quod me.ca.Itē qn̄ l. iubet aliquid nō reꝓbari,
facit illud præſumptione iuris, & de iur. contra quam
non admittitur probatio in contrarium,l.fina. arb.tu.& ad
Vell.l.antiquæ.& in Auth.matri,& auiæ.§. ad hoc. Hic e-
tiam quæro,vtrùm valeat ſtatutum,ꝙ procedatur in cauſis
omni iur.ſolemnitate omiſſa: vel procedatur ſummariè, &
de plano,& etiam ap.remota.Bal. ꝙ ſic in l. prolatā. C. de
ſen.& l.fi.quorum ap.non reci.¶ Procedo vlterius,& quæ-
157 ro† ſtatutū diſponit de iure perſonæ, & hoc dupliciter, aut
habilitando ad actum inhabiles, vt ſpurios ad ſucceſsio-
nem patris.& de hac dictum eſt ſ.& per Bald.in l. cunctos
populos.de ſum. Trin. vel habilitando filiosfam. ad teſta-
menti facti. vel presbyteros ad inſtrumentorum confectio
nem.Bal.in his tenet,quòd ſtatutum poſsit diſponere,& va
let.vnde ſi ſtatutum dicit, quòd credatur libris cāpſorum,
vel mercatorum, valebit tale ſtatutum,arg.cap.cum dile-
ctus.de fi.inſtru. Nam hoc poteſt teſtator,l.Theopompus.
158 de do.præl.ergo & l.Aduertendum tamen,ꝙ† licèt ſtatutū
poſsit habilitare ſubditos:non tamen forenſes.vnde ſi ſta-
tutum hic permittit filijsfam.teſtari:tamen forenſes huc ve
nientes teſtari non poterunt:ſicut nec ciuis, qui dirigit ſe
ad loca ruralia,poterit teſtari lege ruſticorum,l.fin.C.de te
ſta.Ipſe tamen filiusfam. ciuis habilitatus per ſtatutum ad

teſtamenti factionem, poterit etiam extra territorium con
dere teſtamētum. qa iſte eſt actus hominis priuati, in quo
non conſideratur territoriū, ar.no.in l. propter lit. de excu.
tu. Iſtud tamen ſtatutum non trahetur ad bona filijfam. ſitæ
extra territorium. quod tenet Bal. poſt Bart. in d.l. cunctos
159 populos. Quid ergo † vtrùm ſtatutū poſsit inhabilitare eos,
qui ſunt habiles ad actum de iure communi. ponit Bal. cir
ca ſtatutum, quo cauetur, ꝙ mulier non poſsit legare viro,
tenet, ꝙ valeat. nam ratio hoc ſuadet, ne vxores à viris co-
gantur teſtari. nam & ius commune interdum ſtatuit hoc
idem, vt l. hac edictali. de ſecūdis nup. Subdit etiam ibi Bal.
ꝙ ſi etiam per ſtatutum inhabilitatur minor ad actus (pu-
ta ꝙ minor. 25. an. non poſsit contrahere, vel teſtari) nō ex
tendetur ad forēſem talis ĩhilitas, licèt ibi actum exerceat.
quia in perſonam non ſubditam non poteſt inducere verã
inhabilitatem, vt no. in Spe. de ſen. §. qualiter. ver. item po-
ne quidam. Conclude ergo, ꝙ ſtatutum de iure perſonæ di
ſponens permiſsiuè, vel prohibitiuè non comprehendit fo
renſes gerentes in loco ſtatuti actum illum prohibitum, vel
160 permiſſum. ¶ Ad idē quæritur, † vtrùm valeat ſtatutū, quo
cauetur, ꝙ ingrediens mon. non ſuccedat. Bal. dicit, ꝙ ſi lo-
quitur de ingrediente (puta dicit ingrediens, vel ſi quis in-
trat mona. nō ſuccedat.) nam hoc caſu ſtatutum non diſpo
nit circa clericum, ſed circa laicum. nam laicus eſt, qui in-
greditur, ſicut viuens moritur, l. qui duos. de ma. te. Nō ob.
Auth. niſi. ȷ̃. ad Treb. quia grauabatur propter ingreſſum.
hic verò à lucro remouetur, ar. l. Titio centum. de condi. &
de. Si verò ſtatutum diſponit de iam ingreſſo. & tunc nō va
let ſtatutum. quia non poteſt auferre clerico ius ſuum. Sta-
tutum circa iam ingreſſum non poteſt diſponere, ſed ingre
dientem poteſt inhabilitare, ſubaudi relicta tali legitima,
quæ capitur nō vt lucrum, ſed vt debitum, l. 2. s̃. de iuris &
fac. igno. Poterit ergo ciuitas quò ad ſubditum ſtatuendo
quod poteſt pater teſtando. & ita Bal. in l. fin. C. de pac. & l.
Deo nobis. C. de epi. & cle. & vide qđ no. Bal. in l. ipſis. C. vt
in poſſ. le. vbi dicit non valere ſtatutum, quo prohibetur pa
ter relinquere filiæ moniali, niſi certam ſummam. eſt enim
religioni contrarium. & ſic non valet, all. l. Deo nobis. de e-
161 pi. & cle. & ibi per eum. ¶ Sed hic quęro † per ſtatutum prio
ri cuiuſdam ciuitatis laicorum eſt conceſſum, ꝙ poſsit pari
ter exigere, & diſtribuere legata ad pias cauſas. vtrùm va-
leat? videtur, ꝙ non. quia hoc ſpectat ad epiſcopum, vt ad
patrem pauperum, l. ſi quis. §. vbi autem. C. de epi. & cle. &
c. ſi hæredes. de teſta. Vnde videtur, quod conceſſum ē epi-
ſcopis p leges, & can. in priuilegiū, non poſsit adimi per ſta
tutum, quia hoc videtur contra eccleſiaſticam libertatem,
juxta no. in c. nouerint. de ſenten. excommu. per Innocen. &
in Auth. caſſa. de ſacroſan. eccl. & in Authen. Item nulla cō
munitas. de epi. & cle. Reperio conſultum in contrarium. ſci
licet ꝙ ſtatutum valeat: quia iſta iura, quæ conceſſerunt iſtã
poteſtatem epiſcopo, fecerunt hoc in fauorem defuncti, vt
eius voluntas faciliùs impleretur, in Auth. de hære. & fal. §.
& nullus. Item exequi poteſt magis onus iniunctum epiſco
po, quàm priuilegium, appellari: cum nullum inde commo
dum ſentire debeat, vt dicta l. ſi quis ad declinãdam. & per
hoc ceſſat contrarium per præalle. Auth. caſſa. & Auth. item
nulla communitas. Item per hanc l. ſi quis. quæ hoc com-
mittit epiſcopo, non videtur adempta poteſtas ciuili iudici
ſimiliter exequendi, per l. hæreditas. de peti. hære. nam cum
noua lex venit ad corroboratione̅ legis antiquæ, non vr̃ eã
corrigere. ſed cum ea concurrere: ita quòd vtraque locum
habet, l. 1. §. dixerit aliqs. de publi. & c. felicis. §. per hoc tñ.
de pœn. ȷ̃. per iſta vr̃, ꝙ ſtatu. potuerit ſuper hoc prouidere,
& cumulare epiſcopo, & ciuili iudici etiam ſupradictū prio
rem: vt ſic inter eos ſit locus præuentioni. ſic cōtigit in plu
ribus, qui legis habent iuriſdictionem inſolidum. l. 1. de of
fi. conſul. facit c. per hoc. & quod ibi dixi de hæreti. lib. 6.

¶ Iuxta prædicta occurrit declaratio plurium quæſtionū
ſuper ſtatutis laicorum diſponentium directè, vel indirectè
de rebus, & perſonis eccleſiaſticis, vel contra eccleſiaſticã
libertatem. nam. ll. & canones dicunt talia ſtatuta non vale-
re, vt dicta Auth. nulla communitas. & Auth. caſſa. & irrita.
& c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſti. & c. cum laicis. de re.
162 ec. nō alie. ¶ Quæro igit̃ circa hoc † q̃ ſtatuta dicant̃ cōtra li
bertatem eccleſiæ. Inn. dicit, ꝙ oĩa, q̃ ſunt contra priuilegia
cōceſſa vniuerſali eccleſiæ, ſiue à Deo, ſiue ab eius vicario,
ſiue ab Imperatoribus, vt no. in dicto c. nouerit. de ſen. ex-
com. & Cy. refert in dicta Auth. caſſa. Bar. dicit, ꝙ etiam ſi
per ſtatutum clerici poſſunt reddi timidiores, dicitur eſſe
tale ſtatutum contra libertatem eccleſiæ, l. 1. §. quæ onerã
dę. qua. rer. act. det. & quod no. in Aut. de non ali. §. vltimo.
163 ¶ Pone extra dicit † ſtatutum, ꝙ clericus declinans iuriſdi-
ctionem Poteſtatis ſit extra protectionem communis, & ꝙ
poſsit impunè offendi, & Poteſtas de tali iniuria nullam ha
beat iuriſdictionem cognoſcendi, vel cognitionem. Vtrùm
ergo ſi clericus offendatur, & accuſet offendentem, poſsit
eum audire. dicit Iac. Bu. ꝙ non, quia cum iſto caſu non ha
beat iuriſdictionem (quia ſtatutū eam ſibi denegat) eſt ha-
bendus, vt priuatus. Sed ſi ſtatutum non diſponeret ſuper
iuriſdictio. non conferenda, ſed ſuper iure reddendo. puta
diceret. non reddatur ius: tunc, quia præſuppoſita iuriſdi-
ctione debet ius reddi, non valet ſtatutū. Pondera ergo ver
ba ſtatuti. quia aut non confert iuriſdictio. aut addit, vel di
ſponit de pęna, vel proceſſu. Primo caſu valeat ſtatutum, in
alijs non. & ita Bal. in Auth. ſtatuimus. de epiſcopis, & cler.
Mihi videtur, ꝙ ſtatutum inquantum non confert poteſt.
iuriſdictionis ſuper iniurijs, & offenſis illatis clericis decli
nantibus eius forum, non valeat. & ſic contra libertatem ec
cleſiaſticam timentes offendi, & impunè trucidari, vt in d.
§. quæ onerandæ. per Bar. Vnde non videtur à generali iu-
riſdic. collata poſſe excipi hac protectionem clericorū, quæ
eſt de iure publico, l. 1. ff. de iuſti. & iur. nam iniuriæ, vel of-
fenſæ, quæ inferatur clericis, tenetur quilibet obuiare,
cum poteſt, vt no. in c. quãtæ. de ſenten. excommun. multò
fortius ciuitas per ſtatuta ſua. ad hoc l. ſi hæres accepto fun
do. de hære. inſti. priuilegium enim declinandi forum iudi-
cis ſecularis eſt conceſſum clericis in priuilegium. c. ſi dili-
genti. de foro compe. & dicta Auth. ſtatuimus. ergo ſtatu-
tum in contrarium eſt contra eccleſiaſticam libertatem.
non potuit igitur ſtatut. (conferendo vltimam iuriſdictio-
nis poteſtatem) iſtum caſum ſubtrahere, quicquid dicat Ia.
Bu. & poſt eum Bal. in d. Auth. caſſa. de ſacroſan. eccle. Et
adde hic qđ no. Bald. in l. 1. C. de indic. vid. vbi dicit, ꝙ ſicut
ſtatutum non poteſt prohibere clerico, ne decliuet: ita nec
poteſt diſponere, quòd pro clerico declinante conſangui-
nei teneantur ſoluere pœnam. nam ſi non valet ſtatutum
prohibitorium: ergo nec pœnale, vt d. l. Seius & Augerius.
nam pœna legalis nunquam poteſt incipere à permiſ. l. ab
adminiſtratione. C. de le. facit quod not. in c. ſciant. de elec.
164 in 6. In præal. Auth. caſſa. etiam quærit Bal. † Statuto caue-
tur, ꝙ idem ius reddatur clericis in curia ſeculari. quod red
ditur laicis in curia eccleſiaſtica. pone ergo, quòd ſunt quæ
dam ſtatuta laicorum multum fauorabilia, puta ſuper exe
cu. inſtrumentorum in ordine procedendi, & ſi. & cum non
vigeat in curia epiſcopi poteſtas, non vult, quòd clerici par
ticipent de prædictis ſtatutis, vtrùm hoc ſit contra eccle-
ſiaſticam libertatem. tenet quòd non, quia reducit clericos
ad merum ius commune. & licèt auferat priuilegium illud:
tamen non eſt priuilegium conceſſum per ius canonicum,
vel ciuile, vel Imperatoris. & ideo non dicitur contra liber
tatem eccleſiæ, ſi ſibi ex cauſa aufertur fauore ſtatuti ſui.
165 ¶ Hic etiam quæro † vtrùm ſtatuta generalia includant cle
ricos, vel eorum bona in incluſione clericorum. Dicit Bal.
quòd aut loquimur de fauorabili incluſione, aut de odioſa,
aut



aut de mixta. Primo caſu includit clericos. vnde ſi ſtatutū
dicit, ꝙ filiæ nō ſuccedant ſuperſtite maſculo, includitur in
illo beneficio pſbyter, & monachus. ad hoc extra de fo. cō
pe. c. dilecti. & 10. di. c. ſi in adiutorium. Item ſi clericus hēt
inſtrumētū generaliter contra me, pōt vti beneficio ſtatuti
circa paratã executionem. ſicut. n. hēt actionē ciuilē, & quę
eſt de iure ciuili: ita habet officiū iudicis, q̃q̃ ſit de iure mu
nicipali. Sed dubitari pōt, ſi habeo contra clericum inſtru-
mentū generaliter, vtrū potero petere executionē in curia
epi vigore ſtatuti. Bar. ꝙ ſic in l. cunctos populos. C. de ſum.
Tri. & quod no. in l. ex ea. de poſtu. & c. cū veniſſent. de eo
qui mit. in poſ. Bal. tenet contrarium in d. l. cunctos popu-
los. vbi plenè de hoc. Sed in Auth. caſſa. dicit, ꝙ licèt ſtatutū
tale non afficiat clericum, fortè afficit eū conſenſus, & con
tractus ſm̃ formã ſtatuti. Sed certè, cū per tale ſtatutū omit
tatur ordo iudicij, quia incipit ab executione: non videtur
in hoc valere pactum, ſiue conſenſus. ſ. ꝙ epſ nō ſeruato iu
ris ordine, exequatur inſtrumentū, ar. no. in c. ſi. de re iudi.
166 li. 6. & c. de cauſis. de offi. dele. ¶ Op. Bal. ꝙ † ſtatuta laicorū
eccleſias, vel perſonas eccleſiaſticas nō aſtringat, tenet Io.
An. in c. 2. de ope. no. nunc. in nouel. Item ſi ſint eis fauora-
bilia, non patrocinantur, niſi ſint per eccleſiam approbata.
c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſti. ex quo c. dici pōt, ꝙ ſta-
tuta ſuper executione inſtrumentorū, vel aliàs fauorabilia
non includant clericos, vel eccleſias, quod eſt cōtra diſtin.
Bal. dū dicit de incluſione fauorabili, odioſa, vel mixta. For
167 mat etiam. q. † de ſtatuto, quo cauetur, ꝙ teſtamenta non in
ſinuata infra ſex menſes per hæredē non valeant: ꝙ ſi cleri
cus eſt hæres, non ligatur tali ſtatuto. tū in teſtamento cleri
ci, in quo laicus eſt inſtitutus hæres, ſtatutū locū hēt. priua-
tur. n. propter delictum ſuum; quia non fecit inſinuari: ſicut
priuaretur, ſi non vindicaret necem clerici defuncti, l. in co
gnitione. cum ſi. ff. ad Sil. & ita no. in d. Auth. caſſa. Dicit ēt
168 dom. Bal. ꝙ ſtatuta, per quæ mulier prohibetur teſtari, vel
ſe obligare ſine conſenſu propinquorum: ꝙ ad pias cauſas
pōt liberè teſtari, & bona ſua offerre alicui eccleſię, ſiue of
ferat ſe & ſua, ſiue ſua tantū, ēt ſine conſenſu taliū. nam pia
cauſa eſt priuilegiata. & contra priuilegium, quod reſpicit
ipſum Deū, non pōt ſtatu. diſponere, & hoc ſentit Barto. in
prædicta. l. cunctos populos. ſimiliter offerre ſe, & ſua, ſiue
ſua tantū, eſt actus ſpiritualis, ſuper quo ſtatutum non pōt
diſponere. nam iſta eſt diſpoſitio, in qua eccleſiæ ſunt priui
legiatæ: vnde non valet ſtatut contra priuilegia. & iſta no.
Bal. in l. gn̄rali. de ſacroſan. ecc. ¶ Sed ego hic quæro de q̃-
169 ſtio. in qua cōſului. † Archiepſ Spalat. hēt extra ciuitatē ali
qua molēdina ex largitione regum Vngariæ. ſimiliter Cōe
Spalat. habet alia extra ciuitatem prædictã, & hoĩes de Spa
lat. prout volunt, vadunt ad iſta, vel ad illa, & ſoluunt certã
menſurã. Statuit Cōe Spal. ꝙ omnes ciues, qui cauſa molē
di irēt extra ciuitatem, tenerentur ſoluere in egreſſu portæ
menſuram, de qua. s̃. & alij ad eorum molendina volentes
accedere ſoluere non teneantur. ex quo ſequitur, ꝙ homi-
nes coacti ſoluere in egreſſu portæ vadunt oēs ad molendi
na Communis, vbi aliam ſoluere non tenentur. qui ſi irent
ad molendina archiepi, ſoluere tenerentur. Archiepſ dicit
hoc ſtatutum non valere de iure. quæritur quid iur. & vide-
tur, ꝙ valeat, quia arctat ſuos ſubditos, & in ſuo territorio.
Ratione igitur perſonarum, & loci videtur ſtatutum poſſe
diſponere, l. ſi. de decre. ab or. fa. Item cuilibet eſt licitum ſi
bi proſpicere, & ſuam condit. facere meliorem circa rem
ſuam, ēt cum alterius detrimento, l. Proculus. de dam. infe.
In contrarium conſului. nam cum liberum debeat eſſe i-
ter, ſeu acceſſus ad molendina epiſcopi: cogendo volentes
accedere ad ſoluendum in egreſſu portæ, videtur tale ſtat.
dominum impedire in poſſeſſione, l. vim facit. de vi & vi ar.
Item l. dicit [prohiberi autem inferre videtur, ſiue in locum
inferre prohibeat, ſiue in itinere arceatur] l. 1. §. 1. de mor.
infe. Et alia l. cauetur, ꝙ his, qui habent ius ſepeliendi, com
petit ius etiam per alienos vicos, & territoria funera ipſa de
ferre. ff. de ſepul. viol. l. 3. §. non perpetuæ. no. be. ꝙ in re ſua
eſt licitum facere quodlibet, etiam ſi ex hoc alius damnum
patiatur. quia in laicis, & eorum rebus, (maximè deputatis
ad vſum publicum) habent clerici participium, vt probatur
in c. ſi. & c. 1. de immu. eccle. li. 6. nam ibi ſi clerici non habe
rent ius obſequiorum in laicis, valuiſſet illud ſtatutum quò
ad ligandos ſubditos, ſi cū perſonis prohibi. habeatur par-
ticipium, de decre. ab or. fa. l. pen. & C. non licere habi. me-
tro. li. 11. Item licèt verba ſtatuti dirigantur ad ſubditos: ta
men ex eo grauatur archiepiſcopus. vnde non eſt curandū,
cum quo quis loquatur, ſed in quem voluntatis intentio di
rigatur, l. cum pater. §. donationis. de le. 2. multo. enim con
tingit, ꝙ ĩ diſpoſitione vnus exprimitur, ad alium verò effe-
ctus dirigitur per obliquum, & hoc debet conſiderari, non
perſona interpoſiti, vel expreſſi, vt l. j. §. nūc de effectu. & l.
ſi quis reum. §. 1. de li. le. & l. cum dotem. ad l. falcidiã. Vel
poſſumus ſanè intelligere ſtatutum, ꝙ homines cogantur
ſoluere in ingreſſu portæ, ſcilicet illi, qui volunt ire ad mo-
lendina ciuitatis: non autem ad molēdina alia clericorum,
ad quæ debet eſſe liber acceſſus, vt dixi. & ſic debent cogi
ad declarandum generalitatem ſtatuti: aliàs ſunt excom-
municati, tanquam ſtatuentes contra eccleſiaſticam liber
tatem, vt no. Io. And. in cap. fina. præal. in nouell. vbi ponit
ſimilem quæſt. cum ſcilicet per verba generalia ſtatuti cle-
rici læduntur in commutatio. laicorum, ſiue ſuper rebus eo
rum. ¶ Poſtremò quia ſtatutarijs, ſcriptoribus, & alijs im-
minet pœna magna, ſi aliquid ſtatuant contra eccleſiaſticã
libertatem, vt dicta Auth. ſtatuimus. & cap. plerique. de im-
170 mu. eccle. & c. nouerint. de ſenten. excommun. † Vtrùm ab
iſtis pœnis ſint ſtatutarij excuſati per vnum ſtatutum gene
rale, quod conſueuerunt apponere in fine ſtatutorum: quo
cauetur, ꝙ caſſant, & irritant omne ſtatutum, quod repe-
rietur ſcriptum in dicto volumine contra eccleſiaſticam li
bertatem. dicit Bar. & poſt eum Bal. ꝙ hoc non ſufficit. qa
Authen. caſſa. mandat ea de capitulis amoueri: ita quòd le-
gi non poſsint. ſed ſi poteſt legi, ſæpe dat occaſionem, quòd
de facto ſeruetur. Debet ergo penitus amoueri, arg. l. huius
§. ſi quis ita. de le. 1. & ita Bal. in d. Authen. caſſa. ¶ Quęro
171 etiam de. q. in qua Bar. conſuluit. † Statuerūt Peruſini, quòd
omnes conductores poſſeſsionum, cuiuſcunque fuerint, cle
ricorum, vel laicorum, poſsint renunciare conductionibus
pro futuro tempore, & quòd nullus officialis Peruſij poſsit
de hoc cognoſcere, vel iuriſdictionē habere contra dictos
conductores. Quæritur, an tale ſtatutum poſsit eccleſijs prę
iudicare. Secundò an iudices communis Peruſij poſsint de
hoc cognoſcere. Tertiò ſi non poſſunt, quid habent facere
mon. vel eccleſiaſticæ perſonę. Super primo cōcludit, quòd
ſtatutum non poſsit liberare cōductores eccleſiarū, primò
per iura vulgaria. c. q̃ in eccleſiarū. & c. eccleſia ſanctæ Ma-
riæ. ſecundò quia ſtatuit de rebus ſuæ iuriſdictioni non ſup
poſitis, puta de rebus eccleſiarum ab alijs conductis, l. cum
vnus. §. is qui. de bo. auct. iu. po. Tertiò quia eſt contra ec-
cleſiaſticam libertatem. quod patet, quia per tale ſtatutum
diſſoluitur obligatio, qua tenentur conductores eccleſijs
contra Authen. item nulla communitas. de epiſco. & cleri.
Super ſecundo dicit, quòd officiales Communis non poſ-
ſunt cognoſcere, poſtquam per ſtatutum adempta eſt eis
iuriſdictio. l. iudicium ſoluitur. de iudi. Ego aliter dixi in ſi.
ſupra in ver. Iuxta prædicta quæro. Sed poſito, quòd poſ-
ſit adimere. dicit Barto. quòd remedium eſt, vt clerici ade
ant præſidentes ciuitatis, vt dent eis iudicem: qui, ſi negle
xerint, deuoluetur iuriſdictio ad iudicem eccleſiaſticum, c.
licèt. & c. ex tenore. de foro compe. & ſubau. in dicto con-
ſilio, quòd iſto caſu iudex eccleſiaſticus procedet in cauſa
eo modo, & forma, quibus procederet iudex ſecularis, pu-

ta ſummariè, & app.remota, ſi ita procedant ſeculares. c.
ſolitæ.de ma.& obe.& ibi per Inno.& Hoſtien.huic tamen
adde,& vide quod not.in c.contractus.de re.iur.li.6.Con-
ſilium eius incipit.Domini priores habentes &c.Conſuluit
172 etiam dominus Fede,de Sen.†vtrùm valeat ſtatutum,quod
ex aliquo facto,& iure geſto præſumit contractum vſura-
rium.puta,ſi appareat ſolutio de minori quantitate,quàm
contineatur in inſtrumento, intelligatur contractus vſura-
rius, & habeatur pro plena probatione. modò duo litigãt
in curia epiſcopi,& ad probandum,ꝙ contractus fuerit vſu
rarius, producitur abſolutio à parte debiti,de quo in in-
ſtrumento continetur. Vtrùm vicarius epiſcopi debeat iu-
dicare ſecundùm formam dicti ſtatuti.Feder. conſilio. 91.
dicit: quòd cognitio,vtrùm cenſeri debeat contractus vſu
rarius,nec ne,tangit ſpiritualitatem: ideò non poſſunt lai-
ci ſuper hoc ſtatuere. ſed quando ſtatuitur ſuper eo, quod
eſt facti(puta ſuper vſuris reſtituendis)& valet ſtatutũ. ad-
ducit doctrinam Pau.in cle.1.de vſuris.& Bal.no.in l.Titia.
ſolu.matr.& idem in l. quoties.C.de iudi.& loquuntur ipſi
vtrùm ſcilicet iudex laicus poſsit cognoſcere de cauſa vſu
rarum, matrimonij, iura.decimarum, & ſi. de quo plenè
dicto conſilio.91.& conſilio. 218. quorum deciſio cõgruè
applicatur quæſtioni prædictæ ſuper poteſt.faciendi ſuper
talibus ſtatutum. In caſibus enim, in quibus de prædictis
poteſt iudex laicus cognoſcere, poterit etiam ſtatuere, ar.
no.ff.de iuriſ. om.iudic.in rub. & vide quod dixi in repeti-
tio. cap. ea quæ fiunt à iudice.de reg.iur.li.6.in 2.quæſtio.
173 & plenius in 26.¶Quid dices in materia iuramẽti†nũquid
iuri canonico, quo cauetur omne iura. quod non vergit in
diſpendium ſalutis æternæ,fore ſeruandum,poſsit deroga-
ri per ſtatutum.puta reprobat ſtatutum contractum mino
ris,vel mulieris,etiam iuramento vallatũ,vbi nõ interuene-
rit iudicis decretum.Et videtur,ꝙ non valeat,tanquam ſu-
per re ſpirituali.c.tuam.de or.cog. & c. decernimus.de iu-
di.Item dictum ſtatutum inducit minorem ad delinquen-
dum,ergo &c.l.ſi vnus.§.illud.de pac.Item l.expreſsè cõfir
mat tales contractus,in Authen.ſacramenta.C.ſi aduer.vẽ.
quod ergo ſuperior cõfirmat,inferior nõ infirmat in Auth.
de defen.ciui.§.interim.Bal. in dicta Authen. ſacramenta.
dicit,ꝙ ſi ſtatutum habeat rationẽ annexam, propter mul-
tas deceptio.quas patiuntur minores, & mulieres,tale ſta-
tutum valet. Habeat enim p ſe naturalem rationem, & æ-
quitatem,vt l.1.ff. de mi. Ergo non poteſt dici contra iura.
in multis tamen ciuitatibus ſtatuta fingunt in ſuis contra-
ctibus minores videri,& fingi dolo,& metu inductos.nam
poteſt ſtatu.inducere fictiones.& ita ibi Bald.Bart. plenius
in l.cum lex.de fideiuſ.& l.ſi quis pro eo. eodem titu. & vi-
de Bald.in l.pactum quod dotali.C. de colla. vbi etiam idẽ
tenet.& vide quod dixi ſupra in 3.quæſtio. vbi de poteſta
te l.in materia iuramẽti,& ſupra in hac. 11. quæſtio. princi
pali. ver. item ſi ſtatutum. Dominus Feder. de Sen. in ſi.
ſtatuto dicit, quòd certa confeſſio, vel promiſsio facta à
filiofamil.ſine conſenſu patris, non valeat ipſo iure, etiam
ſi iuratum fuerit.conſuluit, quòd ſi filius ſe obligauit cum
iuramento,poteſt compelli qui ſecum contraxit ad relaxã
dum iuramentum: nec in hoc venit iurans contra iuramen
tum: immo petens relaxa. fatetur ſe eſſe obligatum iura-
mento.ſicut accidit in eo, qui iurauit ſoluere vſuras, & ta-
men poteſt petere relaxationẽ. de iureiuran.c. debitores.
& cap.1.Iſte enim,qui cum tali contraxit,fecit contra ſta-
tutum ciuitatis, contrahendo cum perſona prohibita obli
gari.cap.quo iure.8.diſtin.vnde cum ex dicta tranſgreſsio-
ne deberet puniri.10.queſt.3.c. qui reſiſtit.non debet inde
commodum reportare.16.quæſtio.1.c. legi. & de præben.
174 c.eum qui.lib.6.†¶Et iſtam cõpulſionem (vt dicit) poterit
facere tam iudex eccleſiaſticus, quàm etiam ſecularis. Sub
dit,ꝙ etiam iurans conuentus poſſet dicere excipiendo.nõ

debes audiri petens obſeruantiam iuramenti: quia ipſum
iuramentum relaxare debes, & ipſum relaxari peto,arg.l.
Pap.§.ſi filius.ff.de inoffi.teſta.& in hoc reſidet conſi. 366.
Ego etiam conſului in ciuitate Sen. vbi eſt ſtatutum, quòd
nullus contractus,finis, vel quietantia,quæ fieret per mino
rem.25.an.valeat,nec de eo ius reddatur, niſi interceſſerit
certa ſolemnitas.hoc ſtatuto præmiſſo,contingit,quòd pa-
truus tradidit nuptui neptem ſuam,datis in dotem.5.& iſta
neptis minor renũciauit dicto patruo omnia iura ſibi com-
petẽtia in paterna hæreditate: quæ valebat plus in quadru
175 plo,& iurauit non venire contra. ¶ Quæritur, ſi ſit†aliqđ
remedium reſciſsiuum huius contractus,finis,& quietatio-
nis.Conſului, quòd poteſt peti abſolutio iuramenti,ſiue re
laxatio.pro hoc primo induco regulam, quòd iuramentũ
non debet eſſe iniquitatis vinculum.c.inter cetera.22.quæ
ſtio.4.quod verbum,iniquitatis, multum pondero. Rur-
ſus iuramentum debet habere tres comites,veritatem, iu-
dicium, atque iuſtitiam. eadem cauſa, & quæſtio.cap. ani
maduertendum. In quæſtio. autem prędicta euidens appa
ret iniquitas, cum pro modico quis renũciat hæreditati pa
ternæ ita locupleti. Item paria ſunt diſpoſitione dolum
adeſſe ex propoſito,vel re ipſa, vt eſt caſus in l.ſi quis cum
aliter.de verbo.obligatio.& l.2.§.circa. de doli excep. Hic
autem videtur eſſe dolus re ipſa, ſaltem propter graue dã-
num.ne dum enim vſque ad quadruplum: ſed nec vltra di
midiam veræ æſtimationis iura ſubueniunt deceptis,etiam
maioribus,l.2.de reſcin.vend.in caſu autem noſtro eſt cum
enormi deceptione coniuncta minor ætas,& ſexus fragili-
tas,quibus iura multipliciter ſubueniunt,& medentur pro-
pter naturalem æquitatem,& deceptionem veriſimilẽ tam
in contrahendo, quàm in ſolemnitatibus adhibendis, l. 1.
ff.de mi.& l.doli.§.diuerſorum.de noua. Ex qualitate ergo
perſonarum,& ipſius facti veroſimiliter arguũt contrahen
tem cum tali ſua nepte de dolo.ad hoc l.1. & quod ibi not.
ff.de doli excep.Ratione ergo euidentis iniquitatis, & doli
(ſaltem re ipſa inhęrentis illi renunciationi) videtur iura-
mentum relaxandum: ſicut cum per metum renunciat quis
bonis cum iuramento.c. ſi vero. de iureiuran. & paria ſunt
iſta quò ad reſciſsionem contractus dolus,& metus.c.pe.&
c.abbas.quod me.ca.& hoc eſt, quod dixit Vin. in c. cum
contingat. de iureiur. vt ibi refert Io. An.dicit enim, quòd
licèt iura obligent mulierem ad obſeruantiam contractus:
debet tamen inſtare,vt abſoluatur: & ſic concludit, quòd
debeat abſolutionem conſequi in illo caſu: multò magis in
iſto,vbi concurrunt ſexus fragilitas, minor ætas, & enor-
mis læſio,& etiam reuerentia,quam puella, ſeu fœmina ha
bere debet ad patruum ſuum: in cuius domo, & ſub cuius
gubernatione remanſerat poſt mortem patris. ad hoc l. 1.
§.quæ onerandæ.quarum re.actio non da.per Bar. 22.quæ
ſtio.4.c.vnuſquiſque. & ſecundùm prædicta debet limita-
ri Authen.ſacramenta puberum. vt non habeat locum in
caſibus, in qbus poteſt contractus, vel diſtractus argui de
æquitate euidenti, & dolo re ipſa ex perſpicuis indicijs, l.
dolum.C.de dolo. Præterea iſte patruus contrahendo cum
nepte,non ſeruata ſolemnitate ſtatuti,poteſt dici eius tranſ
greſſor,vt dixit ſupra dom. Fed.nec facio vim,vtrùm ſtatu
tum dirigat verba prohibentis ad contrahentem, an in rẽ,
ſecundùm quod dixit Bar.in l.cum lex.de fideiuſ. nam de
hac differentia verbali non curauit ſupra dom. Fede.Nam
ſtatutum annullando contractum, ſatis videtur prohibere
contrahentibus,ne attentent contrahere,ar.c.qui contra iu
ra.de re.iur.lib. 6. & verba prolata in rem concernunt po-
tius perſonas, quàm res ipſas. cap.tanta. de exce.præla.&
non refert,cum quo quis loquatur,&c.l. cum prætor. ff.de
le.3.¶Concludo igitur iuramentum relaxandũ,prout in fi
176 liofamil.dixit dominus Federi.ſupra† & dominus Iaco. de
Bel.tam in filiofam.quàm in minore prohibitis contrahe-
re



re ſine certa ſolemnitate diſputauit,quid iur.ſi contraherẽt
cum iuramento abſque ſolemnitate ſtatuti, & concluſit de
filiofa.ꝙ dicto caſu iura.eius non poteſt dare robur contra
ctui,tum quia eſt acceſſorium ad cõtractum, nullum ergo,
vt l.nondum.C.de legi.tum quia eſt contra bonos mores.
Nam præbent tales contractus filiorum cauſam deprædan
di parentes,& peccandi,vt l.1. ad Mace. ideo non eſt obli-
gatorium. De minore dicit idem de iure ciuili: ſed de iure
canonico dicit eum obligari,& i hoc reſidet. Sed intelligo,
vt prędixi,poſſe relaxationem peti aliter læſione enormi,
de quo ipſe non tangit: ſed ſolum cum ſtatuti ſolemnitas
omittitur,quæ ſuppleri poteſt per ius canonicum.quod nõ
nego,niſi ſit ſolemnitas formalis, quam iura non videntur
poſſe ſupplere,iuxta no.per Bar.in l.ſi quis pro eo. de fide-
iuſ.& icipit dicta q.lege Peruſina cauet.de qua in addi.ſpe.
ti.de ſen.& his,quę eam ſequuntur.§.vt autem. & de reſti.
in inte.§.1.poſt finem.1.col.prædictis applico.q.quam re-
feram.ſ.12.q.ver.pro confirmatione præcedẽtis &c.¶Sta
tuto cauetur,ꝙ nulla mulier maritata poſsit aliquem con-
tractum facere ſine duorum proximorum ſuorum cõſilio.
177 †Vtrùm ſi mulier non ſeruata dicta ſolemnitate contraxit
cum iuramento,poſsit venire contra. & videtur, ꝙ poſsit:
quia multa ſunt in iure prohibita perſonis, & tamen valet
contractus initus cum perſona illa prohibita. hoc patet in
excommunicato,cuius communio prohibita eſt à iure: ta-
men contractus valet cum eo.c.veritatis.de dolo.& c.ſigni
ficaſti.de eo,qui dux.vx.c.pro illorum.de ſen.excom.Item
periuria ſunt in iure prorſus prohibita: & tamen actus, qui
geritur contra iura,valet.facit quod no.in c.dilecto.de præ
ben.& c.quod ſemel.de re.iur.li.6.Item contracta,etiã con
tra prohibitionem l.& canonis geſta,valent, licèt fieri non
debuerint.ſ.de matri.contrac.c.ſi.& no.in c.capellanus.de
fer.Tandem diſputando inclinat in contrarium. videtur.n.
iſto caſu ſtatutum prohibere tam mulierem contrahere, q̃
etiam contrahentem ſecum,l.1.C.de cupreſ.vnde contra-
hens contra præceptum l. municipalis, peccat mortaliter,
vt no.in c.inter cetera.de offi.or. & c. 2. de ma.& obe.pro
hac parte faciunt rationes deductæ in prece.quæſtionibus.
ideò non proſequor vltra. Et iſta ſufficiant de prædicta.q.
11.ſ.ſuper quibus rebus poſsint fieri ſtatuta. ſolum reſtat,
178 †cum datur aliquibus arbitrium faciendi ordines,& ſtatu-
ta ſuper bono,& pacifico ſtatu ciuit.vel ſuper alio bono pu
blico,quæ vigore huius poteſtatis attentare potuerunt. vi-
de per Bar.plenè in l.ambitioſa.de decre.ab or. fa. & in 1.
conſti.C.per Bar. & Bal. ¶ Duodecimò quæro de viribus
ſtatutorum,perſonarum,& locorum,ad quas ſcilicet per-
ſonas,vel loca extendant effectum ſuum. Et primò eſt quæ
179 rendum de perſonis. vtrùm igitur† ſtatuentes ligentur ſta-
tutis eorum proprijs.Secũdò vtrùm eorum ſuperiores, vel
gerentes actum prohibitum à ſtatuto cum eiſdem. Tertiò
vtrùm ſubditi.Quartò,vtrùm extranei,ſiue forenſes.Quin
tò vtrùm ignorantes. ¶ Quò ad primũ vtrùm ligetur ille,
180 qui ſtatutum fecit.Pone Epiſcopus†ſtatuit,ꝙ quicunq; lu-
deret ad azardum,ſit excommunicatus.vtrùm ipſe erit ex-
communicatus,ſi luſerit. ſuccinctè referam opin.Et primò
opin.Hu.qui tenuit,ꝙ licèt canon epiſcopi non liget ſucceſ
ſorem: ligat tamen ipſum ſtatuẽtem; quia incidit in factum
iam damnatum.23.q.1.c.2.hoc idem tenet Archi.in c.2.ſ.
de cõſti.li.6.Cum enim epiſcopus auctoritate Papæ faciat
ſtatuta: ergo ligatur auctoritate Pa.all.11.q.3.c. nemo con
temnat.Pe.de Bel.per. tenet etiam iſtam opi.vt no.C.de ſa-
croſan.eccle.Auth.quibuſcunque modis. & ibi Cyn. ponit
eius rationem, dicens, quia ſtatuendo gerit perſonam pu-
blicam,delinquendo priuatam.allegat l.cum in eo.de pac.
vbi tutor pacto facto cũ aliis creditoribus, obligatur,ſi ip-
ſe ſit creditor.ſimiliter ergo epiſcopus ſi delinquat. ad hoc
l.1.ff.quod quiſque iur.& c.cum omnes.de conſti. ibi[pate
re[legem,quam tu ipſe tuleris.]Contrariam opi. tenet Ioã.
And.in c.cuilibet.ſ.de re.iur.lib.6.in mercurialibus.ad ra-
tiones,& iura tenentium contrarium ibi plenè reſ.Hãc op.
Io.An.tenet Io.Cal. in contrarium.c.de illis.in 7.q.Et not.
ꝙ Io.And.inducit ſi.de ſententia excõicationis prolata ab
181 epiſcopo contra Titium † vtrùm ipſe epiſcopus cum Titio
participando in locutione,vel crimine, ſit excommunica-
tus.de qua per Inno.in c.quod in dubijs.de ſen.exco.& per
Bar.in c.ſtatuimus.de ſen.excõ.li.6.& per Hoſtien.in ſum-
ma de ſen.excom.§.ſi.ver.quid ſi epiſcopus aliquem.& ver.
ſe.Ex quorum dictis collige,ꝙ ſententia hominis non ligat
ipſum proferẽtem,vt l.penul.ff. de arbi. ergo nec ſtatutum
liget ipſum ſtatuentem. ſtatuere enim eſt iuriſdictionis. &
epiſcopus non habet iuriſdictionem ſuper ſe ipſum: debet
tamen de honeſtate ſuum ſtatutum ſeruare, ſicut etiam Im
perator ſuam l.& hoc tenet Bal.in l.digna vox. C.de legi.i-
dem tenet in dicta Auth. quibuſcunq; modis. ¶In ſecũdo
182 dubio,ꝙ† ſupior(puta archieps)nõ ligẽt ſtatuto epi, tenet
idem Io. An.in dicto.c.cui licet. & refert idem tenere Lau.
8.q.3.& c. 2.& Hoſtiẽ.in ſumma de ſen.exco.§.quis valeat
excommunicari.vbi dicit certo certius hoc tenendum,ꝙ ſu
periorem non ligat.Refert opi.Hu.Bar.Brix. & Archid.cõ
trariam,quorum iura, & rationes ibi plenè refert. & Ioan.
Cal.idem tenet,quod Ioan.An.in d.c. de rap. ¶ Sed reſtat
183 dubium, vtrùm† ſi epiſcopus, vel archiepiſcopus ludentes
contra ſtatutum non ſint excommunicati: Vtrùm erit excõ
municatus ille tertius,qui cum eis ludit?& videtur, ꝙ non,
primò quia exemptio vni cõceſſa,extenditur ad ſocium.c.
licèt.de priui.lib.6.Et interdicto,à quo quis eximitur,intel
ligitur exemptus cum ſocio.c.quod in te.de pœn. & re. Se-
cundò ad idem facit c.cum nullus.in ſi.de temp.or.li.6.vbi
ſicut conceditur ordinare, ita & ſocium, donec ibi manet.
Item iſte actus ludendi inter duos eſt indiuiduus.quia non
poteſt exerceri,niſi cum alio. Sed in iſtis indiuiduis victo-
ria vnius prodeſt alteri.C.ſi vnus ex plu.l.2.& 3.Ad idẽ iu-
ra,q̃ dicunt, ꝙ quis conſequitur ex perſona alterius, quod
non poteſt conſequi ex perſona ſua,vt in l.petẽdæ. de tẽp.
in inte.reſti.& l.ſi is,qui duos.de li.le.Item pœna delinquẽ
tis trahitur ad ſociũ.c.felicis.de pœnis.& c.ſiquis ſuadente.
e.ti.Tertiò principaliter facit, ꝙ Auguſta licèt nõ ſit ſoluta
legibus: tamen participat de priuilegio principis.ff. de ll.l.
principes.ſic ſocietas ludi eximat tales luſores: ſicut priui-
legium militis tranſit ad ſociũ. & beneficio capacis admit-
titur etiam qui non eſt capax.ff.ex qui.ca.ma.l.abeſſe.ad ſi.
& dicta l.ſi is qui duos. Quartò facit natura connexorum,
& inſeparabilitatis,quæ eſt,vt prohibitum habeatur ꝓ per
miſſo.ff.de dona.inter vi.& vx.l.ſi ſponſus.§. generaliter.ad
hoc.ff.ad leg.Iul.de amb. l.vna.vbi ſi aliquid eſt prohibitũ
dari per l.non intelligitur prohibitum dari cõditori legis.
Contrarium tenet Io.An.in dicto.c.cui licet. in mercu. Nã
adducit text. ꝙ in actu inſeparabili vnus peccat,alter non,
vnus tamen punitur, alter non 32. q.5.c.propoſito. al.Lu-
cretiam Rom.Item patet in actu electionis, vbi qui eligunt
ſcienter indignum,puniuntur,ſed nõ ignorantes.c.ſcriptũ.
de ele.& in ſi.i c.ſi cõpromiſſarius.e.ti.li.6.Et intelligit hãc
deciſionẽ in epo, qui ſolum ludit cũ Titio: nõ autem tollit,
vel ſuſpendit effectum ſuæ conſtitutionis.reſpondet ad con
traria prout ibi patet,& ſubdit,ꝙ licèt epiſcopus,& archi-
epiſcopus ludentes cum Titio non ligentur ſententia ſtatu-
ti: ex participio tamen, quod cum Titio faciunt in crimine
damnato(cum illud ſit participium criminis,& criminoſi)
concludit illos ligatos ſententia iur.licèt iſta ſententia cau
ſetur à ſtatuto,& hoc vide in c.nuper.de ſenten.excommu.
in nouel.poſt Inno.& Hoſtien.ſuper glo.colligitur. ¶ Vlte
rius aduertendum,ꝙ reperio diſputatas duas.q.ſimiles ſu-
184 prædictis,primam Ioan.Cal.quæ incipit.† Mandauit lega-
tus abbati ſancti Pro.quòd excommunicaret omnes bene-

ſpriatos,qui non ſoluerent procur.ſuam. Quæritur vtrùm
dictus abbas, qui non ſoluerat procurationem legati, de-
beat excommunicare ſeipſum.Alia huic vicina eſt domini
185 Machagnani de Arzoguidis in his terminis. † ¶Statuto ci
uitatis cauetur,ꝙ maſſarij terrarum teneantur denunciare
delinquentes in ſuo territorio,& ad eorum denunciati. iu-
dex inquirere teneatur.modò contingit, ꝙ idem maſſarius
crimen committit, ex quo pœna mortis venit irroganda.
Quæritur,an idem maſſarius ſe ipſum denũciare teneatur.
186 In prima quæſtione Ioan.Cald. †inducit multa.& genera-
le dictum generaliter debet intelligi. & qui omne dicit,ni-
hil excludit. 19.diſtin.c.primo.& prima quæſtione. 1.c. sũt
non nulli.de pœniten.diſtinctione.3.cap.adhuc inſtant. ad
idem l. 3. de officio præ. ibi [nec diſtinguitur vnde ſint]&
l.de precio.de publi.cum infinitis ſi.Item ſicut non eſt no-
ſtrum legem extendere,l.ſi verò.§.de viro.ſolu.ma. ita nec
reſtringere; vt ſic contrariorum eadem ſit diſciplina,Inſti.
de his,qui ſunt ſui,vel ali.iur. in prin. & in dubio inhæren-
dum eſt verbis,l.1.§.ſi is qui nauem.de exercito. Item ſi di-
ceremus hunc abbatem non includi, hoc procederet vi cu
iuſdam interpretationis,& reſtrictionis verborum genera
lium:ſed mandata non recipiunt illam interpreta.de præ-
ben.c.cui de non.li.6.de verbo.obliga.l.quicquid aſtringẽ
dæ.& poſito,ꝙ interpreta.reciperet,non ſpectaret ad eum
interpretatio,ſed ad mandantem,ar.c. cum veniſſet. de iu-
di. Præterea quod quis debet(potiſsimè ratione officij)in
alijs dãnare,debet fortius dãnare in ſeipſo.de na.ex li.ven.
c.vno.& ibi no.de neg.ge.l.ſi pupilli.§. videamus. de admi.
tu.l.quoties.§.ſi verò.perſona ergo abba.à prædicto man-
dato,& maſſarij à prædicto ſtatuto non videtur exemptæ,
ſed incluſæ 19.di.c.nulli fas. 11.q. j.c.Silueſter.de pigno.l.
Paulus §.fi.de in diem adiec.l.quòd ſi vno.§. vltimo.& hic
eſt,ꝙ quis ſeipſum iudicat.21.di.c.nunc autem. 11.q.1.§.
euidenter.& c.ſi is qui præeſt.de pœni.di.j.c.iudicet homo
ſe ipſum.& c.multiplex.in quibus videtur expreſſum. hinc
eſt etiam,quòd quis ſeipſum ſuſpendit à ſacris. de homi.c.
ex literarum.& no.de ſen.excommu.c.ſi quem.& arctat qs
ſeipſum.de elec c.cum in veteri.ff.ſi quis cau.l.2.§.ſiquis.
Item is,ad quem ſermo dirigitur includitur in mandato ſu
perioris,niſi ſpecialiter ſit exceptus,vt probatur 26.diſt.c.
dictum.& ibi no.& j q.7.c.didici.de conſan.& affi.c.de infi
delibus.& c.ſolitæ.de ma.& obe.& quod no.22.q. 3.c.præ.
Et eſt hoc maximè verum,quando man.factum eſt de actu
executiuo per alium inchoato, c.ſi ſuper gratia.de reſcrip.
187 lib.6.pro hac etiam parte faciat ar.dictum.§.† Nã in eiuſ-
dem perſona poſſunt concurrere diuerſa iura. & poteſt qs
vnum actum gerere vt prelatus, alterum ut priuatus,vt.ff.
de his,qui.vt indig.l.tutore.& de adop.l.ſi conſul.& c.à col
latione.de ap.libro 6.ſimiliter ratione diuerſorum officio-
rum in eiuſdem perſona concurrentium diuerſimodè actũ
gerit,l.accipientis.ff.de auct.tu.& c.cum inter vniuerſas.de
elec.& quod no.in c.cum olim.de re iudi.in nouel. In am-
babus igitur quæſt.abbas, & maſſarius deliquerunt vt pri-
uati.ſeipſos autem excommunicant,& denunciant vt per-
ſonæ publicum officium gerentes.& ſic debent præponere
bonum obedientiæ,& bonum publicum, quod verſatur in
punitione delictorum,proprio, & priuato bono. de renun.
c.niſi cũ pridem.& c.bonæ.de poſtu.pro hoc facit l.ab om-
nibus.§.Titio.de le.1.vbi hæres, cui teſtator leg. compre-
henditur ſub onere iniuncto hæredibus in genere eodem
†ergo cum ſtatutum loquitur,vel legatus, debet includi il-
le,cum quo loquitur, ſi attentat actum prohibitum. facit
quod no.in l.inquiſitio.C.de ſolu. & hæc ſufficiant pro vtra
que parte in vtraque q licèt ipſi canones, ac legum patres
diffuſius proſequantur.Quibus non obſtantibus Ioan.Cal.
in prædicta.q.de abbate concludit,ꝙ non debet,nec poteſt
de iure vigore iſtius mandati excommunicare ſeipſum. Et
pro clariori ſolutione præmittit, ꝙ huic abbati non fuit
manda.vt moneret procur.non ſoluentes. nam non poſſet
monere ſeipſum,vel de facto ſuo cognoſcere.c.ſacro.de ſẽ
ten.excom.& c.ab excommunicato.de reſcrip. debet ergo
intelligi quæſtio,ꝙ monitio iam præceſſerat: vt ſic manda.
de excommunicando eſſet iuſtum,quod præſumitur, de e-
le.c.bonæ.cum ſimi. eſt etiam ponderandũ, quòd in the,
noſtro nudus actus denunciationis, vel publicationis, ſiue
declarationis fuit man. archiep. tunc enim cum eſſet nudũ
à verbis facti miniſterium commiſſum, videretur hunc a-
ctum poſſe exercere, etiam in ſe ipſo. c. nouit. de appe. &
c.paſto.eodem ti.& de teſ.l.hære.palam.§.ſed ſi notam. fa
cit c.ven.de ele.Si autẽ mandaretur nudum miniſteriũ, cu-
ius executio requireret actum facti pun. in condemnatos,
vel priuatos ab eccleſijs:tunc etiam eſſet dubium, vtrùm il
lum actum facti deberet exercere cõtra ſe ipsũ. In quæſtio
ne autem propoſita dicit hunc abbatem ſub man. includi
virtute ſermonis generalis. An autem ſtandum ſit ſtatuto,
etiam iniquo,& an valeat,vel non valeat appellatio. dic ꝙ,
ſtandum eſt conſuetudini,ſuper qua fundatur. de eo q mit,
in po.c.cum veniſſent.Si ergo ius appellandi regulatur ſecũ
dùm ius commune, & ſecundùm conſuetudinem: ergo &
188 ſecundùm ſtatutum.præterea & ſi dici poſsit† ſtatutum illi
citũ aliqua ratione,ei ſtabitur,donec caſſetur:ita quòd ap-
pel.contra ipſum interpoſita non valebit,de decr. ab or.fa,
l.quod ſemel.Sic in alijs diſpoſitionibus, in quibus ſtatur,
donec caſſentur.patet in laudo iniquo, & in electione non
ritè facta.ff.de arbi.l.3.in prin.& C.eo.l. arbitrorum. & de
iureiur.c.Quintauallis.& c.auditis.de elect.& facit qđ not,
de re. iur. l. neque pignus. vbi non valet ſtatutum vniuerſi.
contra ius publicum. In contrarium arguitur primò de c.
quod ſuper his. de ma. & obe. vbi etiã in ſinodo epiſcopus
non poteſt ſtatuere aliquid,quod obuiet canonicis inſtitu-
tis ad idem.25.q.1.cap.inſtitutionis.vbi dicitur de decreto
Romanorum põtificum in totum, vel in partem ab aliquo
epiſcopo conuelli,vel immutari non poſſe. Sunt enim epi-
ſcopi debitores ſacras regulas cuſtodire.9.q.3 c.cũ ſcimus.
quas nulli licet violare 19.di.c.nulli. ſed eas debent obſer-
uare.c.1.§.eo.& contrafacientes depoſitionem merentur.
4.di §.vlt.25.q.1.c.hac cõſona.& c.violatores.ad hoc facit
l.2.C.de offi.pfec.pto.vbi pfectus ptorio cõſtõnẽ legis cõ-
trariam facere non poteſt.Ad idem quod no.in c.ſi de hæ-
reti.li.6. vbi legatus non poteſt committere quæ requirunt
iudiciarium ordinem,terminanda ſine figura iudicij.Secun
189 dò principaliter ad hoc inducit,quòd licet†iudex poſsit fa
cere ſtatutum ſuper his, quæ ſpectant ad ſuam iuriſdictio-
nem:non tñ põt præiudicare iuri ſuperioris, neq; etiam in
ferioris,c.2.de loca.vbi no.Inno.Hoſt.& Ab epiſcopum,e-
tiam cum Capitulo,non poſſe in aliorum præiudicium ſta-
tutum facere:niſi illi conſentiant,vel ſaltem ſint præſentes.
ad hoc quod no.in c.fi.de offi.le.in nouel. vbi legatus facit
ſtatuta de his,quæ ſpectant ad ſuam iuriſdictionem, etiam
ſine conſenſu prouincialium.ad idem optimè.c. venientes.
de iureiur.vbi per ſtatutum lædi non potuit ius ſuperioris,
quod hẽt,vt ad eum poſsit à grauaminibus ap.nã,vt ibi no.
Ioan.An.poſt Inno.ꝙ licèt ciues poſsint ſtatuere, non ta-
men in preiudicium principis,vel alterius. Sic etiam dici-
mus de conſuetudine ſubditorum,ꝙ per illam ius ſuperio-
ris tolli non poteſt.de conſue.c.2.li.6.in nouel.ad iſtã par
tem inclinat Io.An.in c.fi.de ap.li.9.in nouel.& Barto. in l.
omnes populi.ſæpius all. ver. iuxta predicta quæro,an va-
190 leat ſtatutum.&c. D.Fede.de Senis in iſta.q. † an poſsint iu
dices facere ſtatuta contra leges.dicit,ꝙ qõ non eſt ſine ma
xima dubita.allegat no.per Cy.in l.1.ff.quod quiſque iuris.
& quod poſsit,allegat glo.in l.neque pig.de re.iur. not.per
gl.de decre.ab or.fa.in rub.pro qua facit l. non impoſsibi-
le.de pac.& l.ſi ſine.§.Lucius.de admini.tu.& l.2.de conſti,
quæ-



pec.& quod no.Dy.in re.indultum.de re.iur.li.6. in q.an p
ſtatutum poſsit priuari filius legitima.¶ Accedat hic vtilis
quæſtio D.Fede.de Sen.in ordine ſuorum conſiliorum 17.
191 Nunquid conſtitutio epiſcopalis,qua cauetur, ꝙ †per vnũ
teſtem de veritate,vel tres de fama,vel quatuor ſingulares,
vel per confeſsionem extraiudicialem factam coram quo-
cunque presbytero poſsit quis conueniri de crimine vſura
rum:ita ꝙ ex tali probatione habeatur pro manifeſto vſura
rio quò ad omnem effectum mani. Et antequam arguat ad
partes,præmittit,ꝙ in quolibet ar.dictum ſtatutum eſt con
tra ius. in primis de vno teſte.in c. veniens. & c. tam litte-
ris.de teſti.cum ſi.ꝙ etiam fama, vel teſtes ſin. faciant ple-
nam fidem,eſt contra iura,vt dicto c.tam litteris.& c.licèt.
de confeſ.etiam patet in c.quàm ſit graue.de exc. præla. &
de confeſſ.c.fi.hoc ergo præmiſſo arguit,quòd ſtatutum va
leat,primò ratione potentiæ conceſſæ epiſcopo faciẽdi ſta
tuta.de ma.& obe.c.ſi quis.de conſti.c.2.lib.6. & etiam le-
gatis. de offi.lega.c. fi. Cum igitur crimen vſurarum ſit ec-
cleſiaſticum,& hac ratione laici ſint ſubiecti epiſcopo,vt c.
cum ſit graue.de foro compe.videtur ſtatu. validum, tan-
quàm ſuper rebus,& perſonis ſuppoſitis ſtatuẽti. Præterea
conſu.valet contra ius commune.c.fi.de conſue. ergo & ſta
tutum:cum iſta ſint paria,& non differant, niſi vt tacitũ &
expreſſum,& ſcriptum & non ſcriptum,l. de quibus.de le-
gi.& no.C.q̃ ſit lon.con.l.2.Preterea videtur caſus in l.item
eorum.in prin.ff.qđ cuiuſ.vni.no.vbi per cõſue.redditur in
habilis,qui de iure communi habilis habebatur.& ad idem
c.cum olim.de cle.coniuga.& de cogna.le.c. 3. Item vltra
prox.alle.multa ſunt iura,quæ approbant conſuetudinem,
cui ſtatur contra ius commune in præiudicium aliorum,
maximè in materia electionũ,vt patet de conſue.c.cum di
lectus.de elec.c.canon.de ca.po.& proprie.c.cum eccleſia.
de verbo.ſi.c.abbate.Item videtur caſus de ver.ſig. in.c.ex
parte.3. vbi conſtitutio contra ius commune in præiudiciũ
alterius valet (puta vt debeatur tertia,vbi de iur.commu-
ni debetur quarta)vt no.de ſepul.c.certificari.de teſta. c.re
quiſiſti.Item etiam multæ ſunt ll.quæ approbant ſtatuta,&
conſue.contra iura.C.de ædi.priua.per totum.de eman.lib.
l.1.quod vi aut clam.l.prohibere.§.non tantùm.de offi. or.
c.irrefragabili.§.exceſſus.de elec.c.dudum.de offi.dele. c.
cum contingat.de conſue.c.3.li.6.de offi.or.c.1.eo.lib.Ad
idem,quod no. Dy. in c.indultum.de re.iur.lib.6.vbi valet
ſtatutum,quo minuitur legitima filiorũ limitata à iure.ad
hoc quod no.Io.An.in c.2.de vſuris.lib. 6.vbi confeſsio ex
traiudicialis videtur facere crimen manifeſtum.pro hoc fa
cit quod no.in l.neque pignus.de re.iur.& Ioan.An.& Pau.
in Cle.2.de ſepul.vbi tenet,ꝙ epiſcopus poteſt priuare ſa-
cerdotes,& decurtare eorum iuriſdi.in foro pœni. In con-
trarium arguit,ꝙ ſupradictum ſtatutum non valet.quia ſi-
cut minor non habet poteſtatem ſupra ſuum maiorem.c.in
ferior.21.di.ita nec ſupra eius le.vt Cle. ne Romani.de ele.
192 Vnde†nec valet conſuetudo,vt minor in maiorem iuriſdi-
ctionem exerceat,vt no.Archi.in dicto c.ĩferior.quin imò,
ne inferior in ſupiorẽ iuriſd.vſurpet, nõ põt ſibi bñdicere.
21.di.c.denique.ad hoc facit quod no.in c. fi.de hære.li.6.
vbi legatus non poteſt mãdare, ꝙ in cauſa procedatur ſine
ſtrepitu &c.quia hoc eſſet contra iura.c.1.de lit.conte.& l.
prolatam.C.de ſen.præterea canon præcipit ſtatuta Roma
norum pontificum ab omnibus cuſtodiri, vt in c. canõ. &
maximè ab epiſcopis,qui hoc iurant.c.ego enim. de iureiu
ran.& canon dicit,ꝙ epiſcopi ſunt debitores ſacros cano-
nes cuſtodire,9.q.3.c.cum ſimus. & pœna depoſitionis eis
imminet,ſi fuerint tranſgreſſores.4.di.c. denique.in fin.Itẽ
videtur caſus.l.venditor.in fi.cõ.prædi.C.de noxa. l.2.ff.de
idem iuriſ.ad leg.Rhod.de iac. & no.in l.arboribus.§. de il
lo.de vſufru.ad hoc l.ſi pecuniam.in prin.& §.fi. de condi.
cau.da.vbi impeditus implere,videtur impleuiſſe : nec po-
teſt repeti,quod datum eſt,tanquam cauſa non ſecuta,pro
captis adducit iura,quæ dicunt milites captos,poſt redeun
tes conſequi ſtipendia , & præmia , ac ſi capti non fuiſſent.
de re mili.l.deſertorem.§.is qui ad hoſtem. & eodem tit. l.
non omnes. §. qui ab hoſtibus.& l. penulti. ſimiliter quòd
videntur viuere,per glo.Inſti.de excuſa. tuto. §.in bello. &
l.diem functo.de offi.aſſer.& l. 1.§. diuus. de var. & extra-
or.cog.& l.poſt duos.de aduo.diuer.iudi.& C.de proxi.ſa-
cro.ſcri.l.ſiquis pro carceratis.adducit, quia ſtetit per eos,
quibus debebat pręſtare ſeruitium, non aperiendo eis car
ceres:vnde debet haberi conditio pro impleta. de ſtatuli.l.
3.§.non ſolum. Pro his omnibus facit c.imputari.de regu.
iuris.lib.6.cum multis ſi.ibi alleg.ad hoc l.ſub conditione.
§.quoties.de hær.inſti.Item conditio ſeruitij habet cauſam
ſucceſsiuam.poſtquam igitur fuit in aliquo inchoatum, li-
cèt aliquo caſu impeditum implementum,debet haberi cõ
ditio pro impleta,vt d.l.pecuniam.In contrarium arguit.
Et primò contra carceratos (quòd nõ veniant ſub edicto)
facit l. Domitianus . ad Turp. nam nec etiam ad bannitos
pro crimine falſi, l. Athales. de fal. nec contra exbannitos

pro patria expugnata.quoniam pro talibus nulli competit
copia exorandi.C.ad leg.Iul.ma.l.quiſquis.de epiſ. & cler.
l.quicunque.contra mortuos allegatur : quia licèt quò ad
eos habeatur conditio pro impleta : tamen non niſi elapſo
ſemeſtri tempore , debent potiri edicti beneficio , l. 3.§.ſi
ita ſit libertas.de ſta.li.vnde mors , quæ eos cancellauit de
banno,omnia ſoluit: vnde poſſunt eis bona reſtitui,in Au-
then.de nup.§.deinceps,coniuncta.l.quoties.§. vnde Mar-
cellus.de noua. Contra captos , & etiam vulneratos facit.
quia cum rem dubiam,ſcilicet bellicam artem peragẽdam
ſuſceperint,videntur eam ſuſcepiſſe periculo ſuo, non con
ductoris.ad hoc l.ſi vt certo. §. interdum. commo. contra
omnes facit defectus cõditionis. nam debet impleri in for
ma,l.Mæuius.de condit.& demonſt. Item defectus imple-
menti ex parte ſua.non.n. poteſt quis agere ex contractu,
vbi primò impleat ex parte ſua,l.Iul.§.offerri.de act.emp.
ꝓ hoc mens iſtorũ ſtatuentiũ, quæ fuit, vt eis ſeruaretur cũ
periculo ipſorum: quia bellum non eſt expoſitũ cantui phi
lomenæ;ſed nunc hunc,nunc illum ĩterficit gladius. 2. Reg.
11.pro hoc præalleg.§.interdum.& quod not. Innocen. in
c.ſicut.de iureiuran.vbi per Innocen. quòd locator opera-
rum in bello debet ſuo periculo pugnare: vnde equos , ar-
ma,& alia,quæ perdidit,non recuperat.Item impediti ſunt
ſeruire propter vulnera,& capanias hoſtium,quibus hoc li
cuit agere, l. 1. de dolo.ſed cum licitè tertius impedit im-
plementum condit.non habetur conditio pro impleta, l.iu
re ciuili.de condit.& demonſtr. & poſt multa in hanc par-
tem inclinat ſcilicet , quòd nulli incluſi in ſupradicto edi-
cto gaudeant eius beneficio.ex eo mouetur,ꝙ iſta cenſetur
mixta conditio, quæ pendet à facto bannitorum,& inſidijs
fortunæ,& à facto ſtatuentium,quibus debet impleri:vnde
de ea iudicandum eſt,vt de mera caſuali.vt no.de condi.&
demonſt.in rub.& hæc vera dicit,cum verba edicti ſunt cõ
cepta conditionaliter: quo etiam caſu ſi intra ſemeſtre fe-
ciſſent,tamen illi gaudebunt edicti beneficio.pro hoc.l.3.
§.fina.de ſtatuli.Si autem verba edicti fuiſſent cõcepta mo
daliter:vt ſi eſſent ſimpliciter rebanniti , & reſtituti, vt ſer-
uirent per ſemeſtre: tunc qualitercunque fuerint impediti,
non eis præiudicat,l.quibus diebus.de conditio. & demon.
poſtquam enim ſemel ſunt liberati , non reincidunt de fa-
cili in obligationem ſemel extinctam, quæ deſcendit ex de
licto,l.ſi vnus.§ pactus.ſupra de pac.ar. contra.cap.eos.de
ſenten.excommu.lib.6.ſed ibi ſpeciale,vt credo , & dixi in
259 dicto.§.pactus.In iſta materia diſputauit Ia.Bu.quæſt.† de
ſtatuto,quo cauetur,quòd pœnæ maleficiorum,quæ com-
mitterentur de nocte,deberent duplicari. quidam commi
ſit delictum in loco , in quo non auditur campana : vtrùm
delictum ibi commiſſum poſt horam, qua ſolita eſt pulſa-
ri,duplicabitur?tenet quòd ſic. ſi deliquit in nocte vera, &
naturali. ſed ſi in nocte ficta per ſtatutum ( puta intelligit
noctem poſt pulſationem campanæ , quæ pulſat quandoq;
ante ſolis occaſum) tunc ſtatutum non ſe extendit ad iſtũ
locum , poſtquam ſonus ibi non protenditur . quod tenet
Bart.in l. 1.§. hoc autem ſenatus.ad Sil. Bald. dicit, quòd ſi
ratione noctis punit delictum ex omni capite, licèt ipſum
poſt moderetur ad ſonum ; tunc extendatur ad omnem lo
cum:ſecus ſi ſe referat ad delictum ſolum ficta nocte com-
miſſum.arg.c.ſtatutum.de reſcrip. lib. 6.& hoc ipſe not.in
l.fina.C.de his qui.vt indig.& vide quod no.in l. ita autem.
ff.de adminiſt.tuto.per Bart.& c. indemnitatibus. in fin.de
elec.li.6.vbi ſtatutum non comprehendit caſum,ad quem
non poſſunt verba adaptari. multum enim verbis legis eſt
deſeruiendum,vt no.in c.pro humani.de homi.& cap. 1.de
ſtatu re.lib.6.& cap. 1.de vſur.eo.lib.Verba Ia. Bu.circa ſi.
diſputationis formaliter ſic ſe habent:ꝙ aliquando lex fin
git aliquid eſſe,quod non eſt , & contra veritatem : & tunc
eligimus fictionem,& ſpernimus veritatem,quæ ſe cum fi-
ctio-



ctione non compatitur , ſicut patet in fictione legis Cor.&
poſtli. ſicut patet in his,qui finguntur agnati , qui non ſunt
per virilis ſexus perſonas coniuncti,vt l.lege.§.fina.& l. ſci
mus.C.de legi.hære.& ſic hic eſſet,ſi diceretur,ꝙ ſ.intelligã
tur,& procedant primo a'le.Sed aliquando lex ponit nouũ
ſenſum, fictum, vel interpretatũ præter verum , & propriũ,
& tunc magis videtur adijcere , quàm à primo recedere,
ſic intelligitur l.in vulgari.de verbo.ſig.& l. 3.§.2.eod.tit.vt
ſi dicatur de nocte,ꝓut naturaliter eſt , & adijciatur aliud,
ſcilicet ſi intra ſex horas.vt vtroque caſu ſiue vera,& natu-
ralis adeſt,ſiue ciuilis & ficta,ſit inquirendi poteſtas, ſic in
leg. 3.de inſtitu.& ſubſti.& de verbo.oblig.l.ex ea.§.inſulã.
& incipit diſputatio.ſtatuto cauetur,ſiquis aliquem vulne-
rauerit.¶ Quæro vlterius de alia.q. Cauetur ſtatuto,ꝙ ma
ter non ſuccedat,extantibus agnatis defuncti. modò extãt
agnati, & aliqui cognati ex tranſuerſo, qui excludunt agna
tos,vt nepos ſororis:an iſti cognati excludantur, videtur ꝙ
ſic,poſtquam agnati excludunt matrem,quæ præfertur il-
lis.nam dicta verba[extantibus agnatis.]&c.habent virtu-
tem incluſiuam ipſorum agnatorum.quod tenuit Bar. Bal.
contra.in l.illam. in princ.de colla. nam excluſio legis non
debet extendi ad perſonam,de qua non loquitur l.ſi verò.
§.de viro.ſolu.ma.& ibi refert rationes Bart.in contrarium
multum plene.¶ Item quæro. ſtatuto cauetur , ꝙ reus bis
citatus non comparens ponatur in banno, & aſsignetur ſi-
bi terminus octo dierum , infra quem ſi non comparuerit,
habeatur pro confeſſo.Modò iudex in banno aſsignauit ſi
bi terminum ſex dierum:vtrùm poſt.8.dies habebitur pro
confeſſo?videtur, ꝙ non, propter defectum formæ traditæ
à ſtatuto in aſſignatione termini,l.conſtitutionibus.ad mu
nici.Contrarium dicit Bal.quia ſuppletur terminus à lege,
l.4.§.ſiquis.de re iudi.& no.Dy.in c.indultum. de reg. iur.
lib.6.& hoc quando ſtatutum præfigit terminum cum mi-
niſterio hominis. Si autem lex ſimpliciter vnum terminũ
ſtatuit , & iudex ſtatuit diuerſum : an videatur receſſum à
termino legali,& ab effectu , quem producit , dixi ſubtili-
ter poſt Oldra.in c. 1.de conſtitu.lib.6. ad fi. & vide præce.
q.per Bald.in l. ſi ita.qui ac.non poſ.vbi tenet , vt dixi. Sed
pone,dicit ita. ꝙ ſi aliquis debet poni in banno , citetur, ꝙ
ipſe veniat,vel alius pro eo:modò ponamus, ꝙ iudex cita-
uit,ꝙ ipſe compareat.dicunt quidam, ꝙ bannum non va-
leat,tanquam omiſſa forma citatio. ſed Bal. tenet,ꝙ valet,
per l.fi.C.de procur. Nam intelligitur citare , ꝙ veniat per
ſe,vel alium:vnde expreſsio nihil operatur;ex quo tacitè in
260 cluditur.C.de fideiuſ.l.non recte.¶ Quæro etiam† ſi ſtatu-
to cauetur,ꝙ notarij in eorum inſtrumentis debeant appo
nere nomen contrahentis,patris,& aui:aliàs non valeat in-
ſtrumen. Modò notarius confecit inſtrumentum inter Gal
lum preſſum, & Titium,& nominauit Gallum patrem ſuũ.
nam appoſito nomine patris, & aui , an valeat inſtrumen-
tum,videtur,ꝙ ſic, per l. 1.ff.de li.& poſthu.& quod not. in
l.hac conſultiſsima. C. de teſta. Item notoria de natura ſui
non debent aliter demonſtrari ; quia rei demonſtra.aliam
demonſtrationem adijcere , fruſtra eſt,l. 2.in fi.de do.præ
le.In contrarium. quia iſta ſunt verba formalia , de quibus
nihil debet omitti. & ꝙ ſint formalia , patet quia lex vltra
procederet annullando . quia tunc non eſſet de forma, ſed
de mera demonſtratione.ita notat Bal.in dicta l. 1.ff. de li-
be.& poſthu.& quod no.in c.conſtitutionem. de ſenten.ex
commun.lib.6.& iſta ſufficiant ſuper iſto principali mem-
bro interpretationis arctatiuę. ¶ Et deſcendo nunc ad ter
tium membrum,quod erat quædam interpretatio declara
tiua , quæ interpretatio tunc eſt neceſſaria , cum aliquod
verbum,vel oratio appoſita in ſtatutis ſunt ambigua,& poſ
ſunt trahi ad varios intellectus,& iſta ambiguitas, & obſcu
ritas contingit ſæpe in legibus,in contractibus,iudicijs,te-
ſtamentis,priuilegijs,& reſcriptis,dictis teſtium, & ſi. pa-

tet in l.ſiquis intentione.ff.de iudi.de verbo.obliga. l. quo-
ties in ſtipulatio.& ibi exempla,& c.in pręſentia.de proba.
& c.ex litteris.de ſpon.vbi plenè,& plenius per Azo.in ſum
ma.in ti.de re.dub.c.clamor.& c.cum tu fili.de teſti.c.cum
contingat.de offi.delega.facit quod not.Barto.in l.inter ſti
pulantem.§. Stichum.de verbo. obliga. & l. ab executore.
de app. Sub iſto autem membro non ſunt attingendæ ma-
teriæ ſupradictæ, cum in eis verſatur obſcuritas,vel ambi-
guitas(habent enim tractatus ſuos diſtinctos) ſed tantum-
modo cum verſatur in ſtatutis : expedit tamen declaratio-
nem,quæ reperitur fieri in iure ſuper prædictis diſpoſitio-
nibus,adaptari ſimiliter quantum poteſt ad materiam ſta-
tutorum, in qua materia Bart. vtiliter ſcribit in d. l. omnes
populi.in 3.q. vltimæ patris. Vtrùm ergo ſtatuta recipiant
iſtam interpreta. declaratiuam, ſiue expoſitiuam . & refert
omnes Doc.tenere,ꝙ ſic:dumtamen dicta declaratio, ſiue
expoſitio ſit iuri conſona,ſiue congrua. allegat caſum c.cũ
dilectus.de conſue. Quæ autem ſit congrua expoſitio , di-
cit ipſe,ꝙ quædam ſunt verba generalia.Quædam indefini
ta. Quædam prægnantia,quia habent multiplicem intelle-
261 ctum. † Verba generalia debent generaliter intelligi , niſi
ex cauſa reſtringantur.& dicitur tunc interpretatio reſtri-
ctiua,ſiue arctatiua,de qua.ſ.prox. membro plenè. Verba
verò indefinita vtrùm æquipolleant vniuerſ. Dyn. tangit
in rub. de regu. iur. li. 6.& in c.vt circa.de elec.lib.6.& l.ſi
pluribus.de leg. 2. Vtrùm autem in ſtatutis habeant locum
illa,quę no.in præalle.iuribus,dicit Bar.ꝙ dubitatio in hoc
conſiſtit,vtrùm.ſ.in caſibus, in quibus æquipollet vniuerſa
li, vtrùm hoc ſit ex propria ſignifica. an ex interpreta. Pri-
mo caſu haberet locum in ſtatutis.in ſecũdo eſſet dubium,
& tex.videtur,ꝙ talis interpretatio procedat ex benignita
te,& ſic non ex propria verbi ſignificatione in l. ſi ſeruitus.
de ſerui.vr.prædi.ſed Bar.dicit,ꝙ congrua expoſitio eſt, ꝙ
æquipolleat vniuerſali in his, in quibus eſt eadem ratio. &
hoc ſit ex interpreta.& hoc videtur de mente ſtatuentium,
alle.l. 1.in fi.de li.præteri.facit c.ex literis.de conſtitu.circa
verba duplicia ponit exemplũ.ſi in ſtatuto eſt aliquod ver-
bum habens plures ſignificationes, quæ erit congrua expo
ſitio.in hoc ipſe dicit , ꝙ quandoque verbum habet duas ſi
gnificationes proprias:quandoq; vnam ſignifica.propriã,
aliam impropriam.Primò caſu accipiemus illam ſignifica.
quæ congruit ſubiectæ materiæ,l.ſi vno. ff. loca. l. ſi ſeruus
plurium.§.ſi.de le. 1.de reg.iur.l.quoties ſermo.& ibi exẽ-
pla.quibus addit vnum,videlicet cũ in ſtatuto ponitur ver-
bum , quod reperitur in præterito , & futuro ( cum natu-
ra legis,& ſtatuti ſit dare formam futuris negocijs,l.leges.
C.de legi.& l.ſi. de conſti.)intelligemus in futuro.pro hoc.
ff.de condi.& demon.l.ſi ita legatum.& l.ſolemus.Secundo
caſu quando habet vnam propriam,aliam impropriam,re
gula eſt,ꝙ debet aſſumi propria,& omitti impropria, l.nõ
aliter.de le.3.de exercito.l. 1.§.ſi is qui nauem . Fallit, ſi de
mente diſponentis aliud apparet,vt d. l. non aliter. Quali-
ter autem dicatur apparere de mente.dicit ipſe, quando in
tellectus proprius continet abſurditatem : & tunc aſſuma-
mus impropriam,l.in ambiguo. de legi. Item ſi communis
vſus loquendi aliter ſe haberet: nam talis vſus loquendi in
ſubaudiendis ſermonibus omni deciſioni,omnique conſue
tudini derogat.de fun.inſtruc.l.cum delanionis.§. aſinam.
& l.librorum. §. quid ergo.de le.3, & iſte vſus qualiter ꝓ-
betur,vide per Bar.in l.Labeo.de ſup.le.¶ Sed vlterius pro
cedendo quæritur , vnde ſumatur iſta propria ſignificatio,
& qualiter cognoſcatur.dicit Bal.ꝙ ſignificatio ẽ proprius
ſenſus, & verus attributus dictioni ab intellectu, vel ſtatu-
to legiſlatoris. auctoritas enim legiſlatoris,vel inuentoris
dedit vera , & propria ſignificata vocabulis.ff.de verbo.ſi-
gnifi.l.liberorum,& hoc ipſe no.eod.ti.in rub. Bar.dicit,ꝙ
propria ſignificatio primò ſumitur ab auctore, ſi in ſua le-

ge,vel alia hoc dicatur.ff.de verb.ſig.l.propriè bona.& per
multas ll.illius ti.Item à diffinitione.ff.de teſt.l.1.& de tu-
te.l.1.& Inſti.de verb.ob.in prin.Item quando prædicta de
ficiunt,ſumitur propria ſignificatio ex alluſione,ſiue deri-
uatione vocabuli,l.pup.§.territorium.de verbo.ſig.& l. ti-
gurij.eod.ti.Iſta tamen alluſio non ſumitur,vbi repugnaret
diffinitioni illius verbi,vt l.1.de teſta.& ibi per eum:vel vbi
repugnaret limitationi,vel qualificationi factæ in iure in a-
lijs terminis.nam dicitur,ꝙ mutuum eſt, quod de meo tuũ
fit.nam non ſemper quando fit de meo tuum,eſt mutuum:
aliàs ex omnibus titulis, ex quibus transfertur dominium,
eſſet mutuũ,vt ibi dicit Bar.in dicta l.omnes populi. & non
plus circa hæc.adiungam autem dictis ſuis quò ad propoſi
tum aliqua dicta Bald. Dicit Vin. ꝙ duplex eſt intellectus
ſtatutorũ.ſ.literalis.i.grãmaticalis,ĩ quo recurritur ad Lati
nos Grammaticos,puta ad Catholicon.& ciuilis,in quo re
curritur ad mentem,& rõnẽ legum.qui intellectus vocatur
262 ſenſus.i.voluntas.C.de li.præte.l.3. ¶ † Vtrùm ergo in ſta-
tutis debeamus ſequi naturalem intellectum, Bal.dicit, ꝙ
ſic,ſi in eo poteſt ſaluari ratio motiua ſtatuentis: ſed ſi non
poteſt ſaluari rõ,tunc ſecus.ponit exemplũ in ſtatuto, quo
punitur qui extraxerit ſanguinem in palatio.certè non pu-
nietur barbitonſor;quia pœna ſuccedit loco iniuriæ, nõ lo
co beneficij,l.quamuis.de in ius vo.per Doc.alle.in contra
rium.ff.qui & à qui.l.proſpexit.vbi ſeruanda eſt lex,quæ in
diſtinctè loquitur,prout verba ſe habent, licèt dura.nã ( vt
dicit)ratio illius legis non prorſus deficit in abſentem.nam
& abſentes ſciunt interdum quædam conferentia ad verita
tem probandã,puta famam,& coniecturas. ¶ Proſequitur
de intellectu ciuili,vtrùm debeamus ſequi in ſtatutis.& vi-
detur,ꝙ ſic,l.ſi cui.de ſerui.& l. 2. C. de noxa.iõ in ſtatutis
contra non ſubiectos non includuntur clerici, vel eccleſiæ.
reſtringuntur.n.verba abſolutè prolata ad id,qđ eſt poſsibi
le de natura,de facto,& de iure,& ſm̃ bonos mores.ĵ. qui,
& à qui.l.ſi rogatus.§.matrimonij.& de ver.ſig.l.nepos Pro
culo In contrarium,quia iſte intellectus eſt quædam diui-
natio in Auth.de teſt.imperfe.§. 1. & ideo verbis eſt inhæ-
rendum,l.1.§.ſi is qui nauem.de exerci.de ſup.le.l.Labeo.
ſolu.dicit Bald.ſi talis intellectus eſt rationabilis, & poteſt
colligi ex verbis : vel intellectus contrarius eſt impoſsibi-
lis,tunc debemus ſequi mentem,de li. & poſthu. l. Gallus.
§.1.& l.talem.§.fi.de hære.inſti. ſecus ſi ex verbis non po-
teſt elici,nec præſumi:quia tunc dicitur caſus omiſſus.de li,
& po.l.commodiſsimè. & l.ſi verò.§.de viro.ſo. ma. & l.fi.
C.de prædi.curi.li.10.& l.in quorum.de pigno. ¶ Vlterius
etiam aduertendum eſt,ꝙ duplex eſt interpretatio verbo-
rum in ſtatuto prolatorum.quædam eſt interpretatio paſſi
ua:quędam actiua.Illud ius,quod trahit aliud ad ſe,dicitur
accipere interpretra. paſſiuam;quia ab eo informatur:ſed
ſi non informatur ab eo,dicitur interpretatio actiua.paſsi-
ua ergo interpretatio eſt ſuſcipere: actiua verò eſt influere
alteri paſsiuam interpreta.ſm̃ Bal poſt Bar.ſtatuta recipi-
unt à iure cõi,l.1.§.ſi de falcidia.ad leg.fal. & ideo ſi ſtatu-
tum dicit, quòd ſit ciuis,omnia iura loquentia de ciuibus
habent in eo locum,l.quædam cum filium.de verb.ob. Itẽ
ſi ſtatutum dicit, ꝙ valeat teſtamentũ cum duobus teſti-
bus factum,omnes leges teſtãriæ habent locum. & ſi ſtatu
tum dicit,ꝙ bannitus habeatur pro confeſſo, & conuicto,
habebit locum lex,quæ dicit,ꝙ confeſſus, & conuictus nõ
appellat.& licèt Bar.appellet hanc interpretationem exten
ſiuam,tamen ſecundùm Bal.iſta eſt potius interpretatio ef
fectiua ex proprio intellectu vocabuli.nam illud vocabu-
lum,teſtamentum,& alia prædicta ſic ſupponũt. & dicitur
proprius ſenſus non aberrans à diffinitione, vel deſcriptio
ne,quæ intelligentiam ſubiecti claudit. ſimiliter dicit ipſe.
communis vſus loquendi,& intelligendi dr̃ proprius intel-
lectus.i.ipſius vocabuli propria paſsio,de le.3.l.librorum.

263 §.quod tamen Caſsius.de ſup.le.l.Labeo † Vtrũ ergo ſtatu
ta recipiant hanc interpreta.paſsiuã.dicit, ꝙ aut eſt certiſsi
ma mẽs ſtatuti,& qualitas mentis: & tunc pręcisè dẽt ſtari
ipſi ſtatuto.aut non eſt certa qualitas mentis ipſius ſtatuti:
& tũc recurrimus ad granũ ſalis.i.ad ius cõe,ne marceſcat.
verbi gratia,dicit ſtatutum.qui occiderit,occidatur. intelli
gam,ſi dolo,non ſi caſu fortuito.de leg. l. benignius.& l.in
ambigua.& l.4.ff.de ſicca.nec ea verba ſtatuti ſic sũt iudai
cè intelligenda:quia prauus intellectus non recipitur in ſta
tuto,l.2.de legi.vnde ſi ſtatutũ dicit,ꝙ nõ ſuccedat primo-
genitus,intelligam,ſi ſit inhabilis,vel incapax,vt frater mi-
nor,vel demeritus,vel iuſtè exhæredatus. quia beneficia le
gũ capacibus ſcripta ſunt : nõ aũt odioſis, & incapacibus,
ar.l.Lucius.§.Lucius Titius dãma.de le.2.& dictũ eſt.ſ̃.ſu-
per mẽbro interpreta.reſtrictiuæ.Et prædicta adeo ſunt ve
264 ra,ꝙ ẽt † ſi ſtatutũ diceret,ꝙ ſtatuta nõ pñt interpretari,vel
gloſſari,per hoc nõ vr̃ dicta interpretatio prohibita.nã dẽt
intelligi de gl.hominis,non de gl.legis,vt C.de adul.l. q̃uis.
de hoc tangam plenius in ſequenti mẽbro.iſta tangit Bald.
in d.l.oẽs populi.vbi ad finem colligit q̃dã notabilia in ma
teria ſtatutorũ,ex quibus aliqua magis vtilia hic ſubdã, q̃
reſpiciũt iſtud mẽbrũ ĩterpretationis declaratiuę. ¶ Primò
igitur no.ꝙ vbi eſt eadẽ rõ,& oĩmoda ſimilitudo,nõ ꝓpriè
dicimus ſtatutũ extendi.quia ineſt tacitè,in c.1.de tẽp. or.
li.6. ¶ Scđò no.ꝙ ſi ſtatuto cauetur,verba ſtatutorũ debere
intelligi ad lr̃am:ꝙ litera intelligitur,prout à vulgo exponi
tur.de ſup.le.l.Labeo.& quod no.in l.fi.de cõpen.& l.ſtipu
latio iſta.§.hi quoq;.de verb.ob.& quod not. in l.2.de ori.
iur. ¶ Tertiò no.ꝙ ꝓpria verborum ſignificatio ſumitur ex
auctoritate legẽ ſtatuẽtis,ꝙ tale verbũ ſic debeat intelligi.
de ver.ſig.l.liberorũ.per Bar. ¶ Quartò no.ꝙ verba ſtatuto
rũ debent aliquid operari,l.1.ad munici.dũmõ non trahan
tur ad iniquum intellectũ.de vul.ſubſti.l.ex facto. ¶ Quin-
tò no.à forma ſtatuti non eſt recedẽdum: ſed verba,ſi pñt,
ſunt ad vnguẽ ſeruanda.c.q̃q̃.de vſu.li.6.in nouel.& c. 1.de
homi.eo.li.in nouel.& de ſta.re.c.1.eo.li.Et ſi ſtatutum exi
git factũ conſummatũ,nõ ſufficit inchoatũ.facit quod not.
in l.is qui cũ telo.de ſicca.& c.perpetuæ.de ele.li.6.& quod
no.Bar.in l.ſi quis non dicam rape.C.de epi.& cle. ¶ Sextò
no.ꝙ verba ſtatutorũ ſunt intelligenda efficaciter,& in ſen
ſu verbi proprio,non abuſiuo,& improprio. Vnde ſi loqui
mur de ſnĩa,de teſtõ,de inſtrumento, de banno, intelligã
de prædictis,ſi ſint de iure valida,non ſi nulla.facit quod di
xi.ſ̃.in proximo membro interpreta. reſtrictiuæ circa pri.
¶ Septimò no.ꝙ ſtatutum referens ius cõe, vr̃ vti iure com
muni cum ſua cauſa,ſuiſq; intellectibus, cum ius cõe ſit ra
tione originis,& obſeruantiæ, licèt tranſlatum ſit in figurã
ſtatutorum.ſuper quo vide no.per gl.& plenè in c.1.de con
ſti.li.6.Alia eius notabilia non refero, quia hic non cadũt.
¶ Relatis itaq; regulis, & doctrinis generalibus circa iſtã
interpre.declaratiuam,ad exempla(vt clarius eluceſcat) de
ſcendendum eſt.& in hoc poſſet referri totus ti. de ver. ſig.
C.& ff.ac ẽt Decr.ſed quæ verba notiſsima ſunt in iure,nõ
expedit referre:ſed illa, quæ ſunt dubia apud Docto. & ſic
non omnia,ſed quæ in mente venient in proceſſu huius mẽ
265 bri. ¶ Et primò.ſi † in ſtatuto ſinodali fiat mentio canonico
rum, an veniant clerici, & econuerſo. conſuluit in fi. ꝙ ſic
Fede.de Senis.quia nomen clericorũ gñale eſt,& compre-
hendit magnos & paruos.11.q.j.c.de perſona.vnde omnis
clericus propriè poteſt dici canonicus.circa quod vide qđ
no.in c.1.de elec.lib.6.in nouel.Et quid econuerſo, an ap-
pellatione clericorum veniant clerici.dic vt no. in c.exem-
ptis.de priui.li.6.& idem Fede.in dicto conſilio.71. Secun
dò pone.ſtatuto cauetur,ꝙ nullus poſsit eſſe de prioribus:
niſi ſit originarius ciuis. modò Titius receptus eſt in ci-
uem, cum clauſula, quòd habeatur pro originario quò
ad omnia, an poterit eſſe de prioribus? videtur, quòd
non



non;quia iſte eſt idem caſus fictè, non verè: ergo non
includitur ſub ſtatuto, l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. geſtis.
¶ In contrarium l.quidam cum filium.de verbo.obli.& de
excu.tu.l.cũ ex ratione.nam ex quo ſic habetur, ac ſi eſſet
oriundus,iſta ſpẽs temperat genus.i.derogat generi. nã ex
quo eſſe tale,& haberi pro tali eſt expreſsè, & ſingulariter
ordinatum,debent pari iure cẽſeri. ſic in filio emancipato,
cui data eſt bonorum poſſeſsio cauſa litis agnoſcendæ. nã
ex quò l.acceptat eũ,reſpuere non debemus.Nec ob.l.mer
cis appellatione.de ver.ſi.quia illud eſt verum, attenta pro
pria ſimilitudine.ſed hic lex vltra procedit. quia non ſolũ
aſsimilat.ſed ſtatuit eandem eſſe cenſuram, vt d.§.hæc ver
ba.& ita tenet Bal.in d.l.omnes populi. idem Bart.in l.ſi is
qui pro emp.& l.ſi maritus.ff.de adulte. vbi vltra q̃rit Bar.
in caſu,quo non deberet haberi pro ciue quò ad oĩa, quò
ad quæ habebitur pro ciue?dicit,ꝙ quò ad omnia (quæ ci-
uitas ipſa poteſt concedere ſuis veris ciuibus)habebitur ꝓ
vero ciue.Quò ad illa verò,quæ habet ciuitas aliunde (vt à
Papa,vel ab Imperatore ex priuilegio ciuibus cõceſſo ) nõ
habebitur pro ciue.adducit l.codicillis.§.fi.de le.2. vbi di-
xit teſtator,ꝙ volebat volũ.ſuã haberi pro legitimè facta.
nam in eo,ꝙ teſtator poterat diſponere(puta ꝙ valeret iu-
re codicillorũ)& habebitur pro legitima quò ad hoc: non
autem habebitur pro teſtamento;quia non à teſtatore,ſed
266 à lege auctoritas iſta pendet. ¶ Sed pone † aliquis eſt effe-
ctus ciuis per ſtatutũ: vtrùm dicatur ciuis verè,& propriè,
prout in certis caſibus eſſe ſtatutum requirit.dixit Bar.con
ſulendo,ꝙ aliquem eſſe ciuem,non eſt actus naturalis, ſed
ciuilis.quod apparet.Primò ex ipſo nomine,quia ciuis.Se-
cundò quia de iure naturali non eſt ciuilitas, & naſcendo
non efficietur ciuis.Eſt ergo conſtitutio iuris ciuilis,quæ fa
cit aliquem ciuem propter originem, vel propter dignita-
tem,vel propter adoptionem,vt C.de incol. l. omnes.vnde
non eſt dicendum, ꝙ aliqui ſint ciues ciuiliter tantùm: ali-
qui naturaliter propter originem.eo enim ꝙ ciuitas ſtatuit
quem haberi pro ciue,ciuis erit,vt l.ædifi.ia.de verb. ſig.&
quod ibi no.Nam verè,& propriè ciuis eſt quicunque reci
pitur,& munera ſubijt.facit ad munic.l.1.ibi[propriè]&c.
& ita reperi conſilium Bar.quod incipit.Punctus talis eſt.q
dam &c. ¶ Conſuluit etiam ſuper quodam alio dubio.nam
conceſſum fuit priuilegium ciuitati Camerini inter alia, ꝙ
haberet audientiam cãrum ciuiũ ſuorũ:an trahatur ad cãs
267 comitatenſium?dixit,ꝙ ſic.quia † comitatenſes ciuiũ appel
latione continentur,l.qui ex vico.ad muni.iũcta l. ciues.de
tuto.preterea quando ciuitas ponitur pro loco:tunc muris
cingitur.de verbo.ſig.l.2.& c.ſi ciuitas.de ſen.excom. li. 6.
Sed quando ponitur pro coaduna.hominum.& tunc etiam
continentur ruſtici,caſus eſt in l.fi.de nundi.Nec ob.c.Ro-
dulfus.de reſcrip.quia fateor, ꝙ appellatione eorum, qui
ſunt de diœ.non continentur qui ſunt de ciui. vt C.ne ruſti.
ad vllũ off.l.1.li.11.ſed appellatione ciuiũ bene continẽtur
comitatenſes,niſi ponerentur ad differentiam ciuis:qa tũc
eſſent vt ſpẽs ſepatatæ.& ita concludit conſilium,quod in-
268 cipit.Ciuitati Camerini. ¶ Do.Bal.etiam conſuluit † vtrũ.ſ.
tale priuilegium trahatur ad incolas habitantes in loco.di-
cit,ꝙ ſic.nam,ſm̃ eum,quò ad legem fori cenſentur ĩde ori
undi, quãdiu ibi incolatũ habent.de fo. cõp.c.dilecti.de iu
di.l.hr̃s abſens.de ver.ſig.l.prouinciales. nam quia quò ad
legem fori incolarum,ſicut ciuium,eſt eadem conditio,ea-
dem debet eſſe iuris interpretatio.C.de reuo.dona.l.his ſo
lis. ¶ Do.Iac.de Bel.diſputauit ẽt quæſtionem in his termi
nis.Rex conceſsit priuilegium,ſiue beneficium ciuitatibus,
vel ciuibus regni ſui.Quæritur primò,ciuitatum,& ciuium
appellatione quę terræ,& quæ perſonę contineãtur.& poſt
multa argumenta hincinde deducta,& optimis iurib. con
firmata,cõcludit,ꝙ aut priuilegiũ,ſeu beneficium ad hono
rẽ,vel ornatũ ciuitatis,vel ciuiũ pertinet principaliter: aut
ẽt ad omnium terrarũ,& perſonarũ vtilitatẽ pertinere po-
teſt.Primo caſu ciuitates propriè & ſtrictè intelligẽdæ sũt,
ſcilicet pro his,quæ eo noĩe appellatæ ſunt, & nõ imꝓpriè,
& largè, & ciues accipiendi ſunt propriè & ſtrictè. ſcilicet
pro his,qui nati ſunt in ciuitate,vel ſuburbijs, vel in conti-
nentibus ædificijs.de lega.1.l.ſi quid relictũ.& l. ciuitatib.
in prin.& l.ſiquis à filio.§.fi.& l.ſi hæres.§.vicis.e.ti.de ver.
ſig.l.qui in continentibus.& l.vrbana familia. Siue de ciui-
bus cogitauit vt de vniuerſis,ſiue vt de ſingulis, l. ciuibus.
de reb.dub.& quod ibi per Bar. Secundo caſu aut certum
eſt,ꝙ lex omnibus terris,& perſonis voluit prouidere: aut
certum eſt,ꝙ noluit:aut dubitatur.primo,& ſecundo caſi-
bus ſtamus certo.Tertio caſu,cum eſt dubium,dicit ipſe,ꝙ
in priuilegijs ciuitates, & ciues propriè & ſtrictè,non im-
propriè & largè intelligere debemus.Nam potius ſecundũ
ius cõe,q̃ ſm̃ priuilegium interpretatio facienda eſt.de con
ſue.c.cum dilectus.de transla.c.inter corporalia.de deci.c.
ad audientiam.C.de inoffi.te.l.ſi qñ. ſed in beneficijs pleniſ
ſima interpretatio facienda eſt,& in eis ciuitates intellige-
re debemus cum ſuis adiacẽtijs,pertinentijs,& territorijs,
ar.l.1.§.cum vrbem.de offi.præfec.vr.& de bo.vac.l.ſi quã
do.de conſti.prĩ.l.beneficium.de priui.c.quia circa. de ver.
ſig.c.olim.Et hæc vera dicit,niſi ex vſu loquendi, vel cõſue
tudine regionis, vel ex mente legis aliud appareret: quia
tunc illud ſeruandum eſſet.de ver.ſig.l. vt Alphenus.& l.vr
bana familia.& de leg.1.l.ſi ſeruus plurium.§.fi.& c.ex lite
ris.de ſpon.& in hoc reſidet.Cui adde quod de hoc no.Bar.
in l.vrbis appellatio.de ver.ſi. Caderet hic etiã declaratio,
quid ſit ciuitas, quid caſtrum,quid villa, quid prouincia,
quid regnum.remitto de his ad no.plenè per Bar.in extra-
ua.qui ſint rebelles,& in c.ſi ciuitas.de ſen.excom.lib. 6.in
nouel.adde etiam,quod no.in c.felicis.de pœnis.in nouel.
Nam in illo c.priuatur ciuitas dignitate epiſcopali.Diſpu-
tat ibi Io.An.vtrũ per hoc intelligetur etiam priuata diœ.
refert ibi Archi.tenere,ꝙ non,& pro eo plures rationes ad
ducit,& alias in contrarium,& concludit, ꝙ indigeret de-
claratione:ſed ꝓ opi.Archi.facit deciſio Ia.de Bel. de qua
ſ̃.nam ſi in priuilegijs ſtricta debet fieri interpretatio,vt ſu
matur ciuitas pro murorum ambitu: multò magis ſtricta
debet fieri in pœnalibus.c.in pœnis.de reg.iur.li. 6.Sed cũ
epiſcopi non ſint inſtituendi in villis, nec in modicis ciuita
tibus.80.diſt.c.epiſcopi.& c.illud.videtur ꝙ in diœ.ſola nõ
debeat epiſcopalis dignitas remanere, poſtquam ciuitas
eſt priuata.nec videtur poſſe ſubſiſtere nomen diœ.vbi de-
269 eſt ciuitas. ¶ Vltimò iuxta prædicta quæro † ſi ſunt conceſ
ſæ repræſaliæ contra Florentinos: vtrùm accipiemus Flo-
rentinos origine,ſi non ibi habitant, ſed alibi conſtituerũt
ſibi domicilium. & quid iuris de habentibus ibi domici-
lium,ſed originem aliunde: & videtur de habentibus ibi
domicilium intelligendum,non de Florentinis origine ali-
bi incolis,de quo per Bar.in l. prouinciales.de verb. ſig. &
in ſuo tractatu repręſaliarum.& dixi in c.ſtatutum.in §. cũ
vero.in gl.olim dicebamus.de reſcrip.lib.6. ¶ Tertiò prin
cipaliter quæro quia in ſtatuto ſit mentio fili orum, vtrùm
comprehendantur nepotes ex filijs. Ia.Bu.diſputauit quæ-
ſtionem in his terminis. Statuto cauetur, ꝙ ſiquis deceſſe-
rit,relictis filijs maſculis ab inteſtato,filia,ſiue filiæ,quæ do
tatæ fuerint,non ſuccedant in bonis patris. Modò contin-
git,quòd quidam deceſsit,relicto nepote ex filio maſculo
præmortuo,& nepote ex filia dotata præmortua, vult ne-
pos ex filio ſuccedere,nepos ex filia vult concurrere.primò
arguit pluribus rationibus,quòd nepos ex filio ſtatuto nõ
continetur.Secundò in contrarium,ſcilicet ꝙ ſtatuti benefi
cium porrigatur ad nepotem ex filio. & pro iſta parte con
cludit,etiam ſi ſtatuto dicatur,ꝙ ſtatuta intelligantur ſm̃ ꝓ
priũ,& vulgarẽ intellectum,& abſq; ſubauditione, vel ĩter
pretatione. ¶ In 2.q.concludit, ꝙ rõ excludẽs filiã ex rõne
ſexus

ſexus,& præhabitæ dotis,non porrigitur ad nepotem ex fi
lia:ideo nec ex mente, nec ratione excluditur. Concludit
ergo nepotē talē non excludendū. Tu de his qōnibus dic,
vt no.Bar.in l.liberorū.de ver.ſig.quā l. ex prædicta diſpu
tatio.& alijs,quas.ĩ.ſubijciam, vtiliter commentauit Ioan.
An.& iſtas.q.Ia.Bu.refert in addi.Spe.ſub titulo. de ſucce.
ab inte.vbi ēt tangit.q.diſputatam per Iac. de Are. qui te-
net,ꝙ ſi per ſtatutum frater repellit ſororem dotatā à ſuc-
ceſsione patris ab inteſtato:ꝙ nepos, & neptis ex filio præ
defuncto excludent illam à ſucceſsione aui. nam ſecūdùm
eum,nepos, & neptis fratres appellantur. de gradi. l. Iuris
conſultus.§.qui autem.& Inſti.de gradi.§. quarto. & auus
demonſtratur nomine patris.de verbo.ſign.l.iuſta.per quæ
patet,ꝙ verba ſtatuti non repugnant, & ipſius conſuetudi
nis mens cōcordat,quæ eſt,vt agnationis ſalua ſit dignitas.
ff.de leg.1.l.ab omnibus. circa prin.quid tamen de nepote
ex filio,qui excludat filiam,dic,vt per Bar.in dicta l.libero
rum.Et prædicta locum habent,cum verbum, filij, profer-
tur in ſtatutis.Si autem in teſtamentis, & per modum con-
ditionis ſecus.diſputauit idem Ia.Bu aliā.q.in his terminis.
Titius fecit teſtamentum, & inſtituit ſororem ſuam hære-
dem,& adiecit,ꝙ ſi cōtingat prædictam ſuam ſororem ſine
filijs decedere,bona ſua debeant deuolui ad mon.contigit,
ꝙ ſoror deceſsit,& reliquit tm̄ nepotem ex filio: nunquid
iſte nepos excludat mon.ſubſtitutum.arguit primò,ꝙ non,
quia nepos non comprehenditur appellatione filij ex pro-
prio intellectu:ſed impropriè,& interpretatiuè, vt l.iuſta.
de ver.ſig.ſed ſi verba poſſunt operari ſecundùm propriū
intellectum,non ſunt trahenda ad improprium,l.in pupilla
ri.de vul.& pu.& l.Scæuola.ad Trebel. Secundò quia in cō
dit.attendimus mentem,quæ colligitur ex cōi vſu loquēdi,
l.in condi.primum locum.de condi.& demon.coniuncta.l.
3.§.conditio.de adi.le.ſed ex communi vſu loquendi appel
latione filiorum non comprehendūtur nepotes.cōis enim
appellatio auget, & quandoque minuit proprium verbi ſi-
gnificatum,& ei præualet,l.Labeo.de ſup.le.& l.librorū. §.
quod tamē Caſsius.de le.3. Tertiò ſi propter fauorem quā
doque expreſſam ſubſtitutionem excludimus, l. cum acu-
tiſsimi.C.de fideicō.multò magis debemus excludere pro
pter animam propter participium fauore ſubſtituti.ſ.mon.
in quo ſalus animæ procuratur, l. ſancimus. C. de ſacro-
ſan.eccle.Arguit etiam ad idem,ꝙ filius, & nepos ſunt ſpēs
oppoſitæ.Item correlatiuæ, & per conſequens vt penitus
ſeparatæ vna aliam non comprehendit.Inſtitu. de his, qui
ſunt ſui,vel al.iur.in prin.& l.1.de præto.ſtip.Inſti.de gra-
di.§.1.ad hoc.l.quid ſi nepotes.ff.de teſta.tu. vbi diſpoſitio
de filio non porrigitur ad nepotem. In contrarium arguit,
ꝙ porrigatur ex proprio ſignificatu verbi, vt not.in dicta l.
quod ſi nepotes.& de verbo.ſig.l.liberorū.§.ſed quod Pap.
Secundò probat ex mente defuncti, quæ prætulit ſobo-
lem ſororis ſuæ mon.ſed eadem verſatur affectio ad nepo-
tem ex filio,quæ ad filium. propter mentem enim non ſolū
recedimus à verborum proprietate, ſed etiam totaliter ab
ipſis verbis,& ſequimur æquipollens.l.3.C.de inſti.& ſub-
ſti.nam ingreſſus monaſterij purificat condi.collatam in ca
ſum nuptiarum, & mortis,& etiam filiorum,in Auth.de ſā.
epi.§.ſed hoc de præſenti.& C.de epi.& cleri.l.Deo nobis.
Alijs rationibus hanc partē roborans in ea reſidet, & dicit
cōſiderādū,ꝙ qdā leges dicūt appellatione filiorū nō cōti
neri nepotes pp cōem appellationē,Inſt.qui da.tu.po. §.fi.
& d.l.qd ſi nepotes.qdā dūt cōtineri pp verbi ſignific.vt d.
§.ſed qd Pap. Quædā dicūt cōtineri pp mētē, & idētitatis
rōnē,vt l.ſed Iul.§.j.& l.ſi filiū.ad Mac.Ex hac vltima conſi
deratione,& ex illa pcedēti,ꝙ ī cōd.debemus recurrere ad
mētē,& ad id,qd eſt bonū,& æquū.l.in his.de condi.& de-
mō.cōcludit nepotē in q.iſta excludere ſubſtitutū, plures
rōnes adducēs,ꝙ talis fuerit volūtas teſtatoris.Nā nō ptu-
lit taliter filios,vt in eis diſponatur,l.Lucius. de hære. inſti.
ſed vt ſorori diſponēdi ius in filios relinquatur.huius aūt ſo
roris eadē eſt affectio ad nepotes,q̄ ad filios. Itē nō poſuit
verbū,filios,ꝙ haberet maiorē affectionē,q̄ ad nepotes:qa
nondū erāt filij fortè nati.& hæc dicta ſint, cū præferuntur
filij p modū cōdōnis,de quo Bar. plenius in d.l.liberorum.
Sed qn̄q; verbū, filijs, ponitur in conceſsionibus gratioſis:
vt ecce de facto.quidā comes de Battefolijs cōceſsit in feu-
dū Spiechæ de Vice dn̄is de Aretio recipienti p ſe, & filijs
ſuis maſculis quoddā feudū.Dubitabat,vtrū hoc feudū trā
ſiret ad nepotes,& deſcēdētes ex linea maſculina. Magnæ
ſciæ,ac famæ doctor dn̄s Fran.de Albergotis de Aretio cō
ſuluit,ꝙ ſic.qa feudū eſt quoddā bn̄ficiū in 10.col.de coll.
feu.c.2.qui.mo.feu.amit.c.1.ſed in bn̄ficijs latiſsima inter
pretatio facienda eſt cōtra cōcedētē.de conſti.prin.l.bene
ficiū.& c.cū dilectus.de dona.ſed in larga ſignifica.appella
tio filiorū includit nepotes, vt l.filij.& l.iuſta.& l.liberorū.
de verb.ſi.& l.filiū habeo.ad Mac.Itē verbū,filijs maſculis,
non videtur appoſitum, vt reſtringat naturam contractus
feudalis,quæ eſt,vt tranſeat ad omnes deſcendentes per li-
neam maſculinam:ſed eſt poſitum ad demōſtrationem, &
diſcretionem lineæ trāſuerſalis,& fœmininæ.nā hæc eſt hu
ius contractus natura.ad hoc l.ſi vno.ff.loca.& l.ſi ſtipula-
tus.de vſuris.Item filiorum perſona non videtur appoſita
in conceſsione cauſa reſtringendi, ſed cauſa ampliandi be
neficium;quia ex perſona propria filius dicitur habere,nō
vt hæres patris ſtipulantis,l.quodcunq;.§.ſiquis ita.de ver-
bo.ob.de perſona igitur filij,cui eſt facta acquiſitio, debet
tranſire ad nepotem,ſecundùm eum.latius per Bart.in d.l.
liberorum.vbi plenè,vtrùm in caſibus,in quibus appellatio
ne filiorū veniūt nepotes:vtrùm hoc ſit ex propria ſignifi.
an ex interpretatione,vt ſic vendicet ſibi locum in ſtatutis,
vel nō.de quo p Bal.in l.1.C.de li.prçteri.& vltimò de hoc
plenè videas in c.ad extirpandas.de fil.pſby.in nouel.& c.
in quibuſdam.de pœn.vbi etiā in nouel.& plenius per Bal.
in l.Gallus.§.inſtituens.de lībe.& poſthu. in repeti. ſua l.
in ſuis.de li.& po.ad fi.¶Hic etiam quæri poteſt,ſi in ſtatu
tuto dicatur[de filijs ex ſe natis] an tunc veniant nepotes,
dic vt per Bar.in d.l.liberorum.& per Bal.in l.1.de condit.
inſer.vbi an contineantur,ſi dicatur[de filijs ex ſuo corpo-
270 re natis.]& dicit,ꝙ ſic.¶Quid † ſi ſtatutum loquitur de fi-
lijs legitimis,& naturalibus: vtrùm ſub iſto verbo[ legiti-
mis,& naturalibus]veniant legitimati per reſcriptum prin
cipis,vel comitis Palatini,ſiue per ſubſequens mat. cum cō
cubina.Habui his diebus bis iſtam. q. de facto in materia
ſubſtitutionis.ſubſtituerat enim frater reciprocè duos eius
fratres ſuperſtites, ſi alterum prædecederet ſine filijs legiti
mis,& naturalibus.vnus autem ex eis præmoriens reliquit
filium legitimatum ad eius preces per comitem Palatinum.
erat dubium, an iſte excluderet fratrem ſuperſtitem ſubſti
tutum,vt.ſ.& quidam Doc.eximij inclinabant in illā par-
tem,ꝙ non excluderet.Ego in partem oppoſitam, ꝙ exclu
deret talem fratrem ſubſtitutum iſte legitimatus. quia na-
turalis eſt,item & legitimus.quia à l.animata iura legitima
tionis eſt affecutus, & iſta legitimatio retrotrahitur,vt ple
nè conſuluit Dyn. & naturalis tantùm filius ſubſtitutum
excludit regulariter,l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ad Trebel.
& no.in Spe.qui fi.ſint legi.in addi.& ita reperi poſt datum
conſilium fuiſſe diſputatum, & concluſum per magnæ ex-
cellentiæ Doc.dominum Ange. de Peruſio. quod facit ad
ſtatuta, quæ loquuntur de legitimis, & naturalibus, vt con
prehendant legitimatum. ¶Vltra prædicta quæro.ſi ſtatu
to cauetur,ꝙ de relictis in teſtamento debeat ſolui tātum
nomine gabellæ, exceptis filijs, & nepotibus, qui ſoluere
non teneantur:vtrùm ſub iſta appellatione[filijs, & nepoti
bus]veniant naturales,quibus auus,vel pater in teſtamen-
to reliquit. Vidi ſubtile conſilium cuiuſdam Doc.eximij.
D.Mer-



Do.Merlini, qui dicit ſibi quæſtionem videri dubiam,nec
immeritò:quia Iuriſcon.inter ſe variauerunt,vt Treb.& La
beo.in l.ſi.ff.de iur.deli.Et primò, ꝙ non comprehendan-
tur,oſtendit per ea,quæ not.35.q.7.c.quid eſt.& in 10.col.
ſi de feu.fu.contro.c.adoptionis.§.naturales. & c. omnes fi
lij.Item filius naturalis appellatione filij continetur per in-
terpreta.extenſiuam.C.de natura.lib.l.fi.ad fi.ibi[in tā de-
generes homines]&c.& talis interpretatio non cadit in ſta
tutis,l.conſtitutionibus.ad municip.ad idem.C.de inſti.&
ſubſti.l.generaliter.§.cum autem. ibi[humanitatis intuitu
hoc latius & pinguius interpretandum]& ibi[hoc in natu-
rales liberos extendatur.]nam ſi contineretur ex vi verbi,
interpretatio Iuſtiniani extenſiua fuiſſet ſuperflua, & non
dixiſſet,extendatur.In cōtrarium adducit plures rationes,
& inter alias. quia lex,quæ loquitur de patre, & filio, cum
non vult includi naturalem tantùm, eum excipit expreſsè,
l.3.C. ad leg. Iul. de adul. Item appellatio filij videtur in
multis alijs caſibus naturales includere.de natura.lib. l. 2.
& l.humanitatis.C.quando mu.tu.offi.fun.po.l.fi.ad Treb.
l.ex facto.§.ſi quis rogatus.l.Lucius.§.fi.de leg. 2.l.cum pa
271 ter.§.volo.eo.ti.Item† appellatio filij ampliatur, cum agi-
tur de fauore:& reſtringitur,cum tractatur de odio,vt not.
de ver.ſig.l.filij.Sed exactio gabellç eſt odioſa.C.noua ve-
cti.per to.ex quo ſequitur,ꝙ ſub exemptione filiorum à ga
bellis includantur naturales: quia in hoc fauor vertitur. &
hanc partem videtur ſequi Cy.in l.3.C.ad leg.Iul.ma.in 4.
q.& Io.An.in c.ſtatutum.de hæreti.li.6.& no.Ber.in c.Ray
naldus.de teſta.& c.in præſentia.de proba.& no.in cle.j.de
bapti.pro hoc videtur caſus in ſi. C. de impo. lu. de.l.1.vbi
dicitur,ꝙ ſi titulo lucratiuo alicui aliquid relinquitur, vel
donatur, ꝙ dēt ſoluere quatuor ſiliquas: ſaluò ſi pater,vel
auus reliquit filio,vel nepoti.& ſubdit rationē; quia in tam
neceſſarijs,& coniunctis perſonis ſub liberalitatis appella
tione debitū naturale pſoluit.Si ergo in filio, vel nepote rō
naturalis debiti facit ceſſare illā ſolutionē: ergo idē in filio
naturali tantùm in eo,quod pater iur. debiti naturalis po-
teſt ſibi relinquere.vltra verò ſi ſibi relinquitur(quia poteſt
auferri)tenetur ſoluere,pro hoc dicta l.generaliter.§.fi.vbi
parificatur naturalis filius in eo tantùm, quod poteſt ſibi
relinqui per patrem,ſecundùm l.filio legitimo, & naturali.
ibi[vſque ad modum,quem nos ſtatuimus]&c.Concludit
ergo idem doctor,ꝙ nepos naturalis vſque ad quātitatem,
quam auus potuit ſibi licitè relinquere, non teneatur ſolue
re gab.ſed in eo,ꝙ vltra teneatur,pro hoc dicta l. fi. de na-
tu.li.& adde prædictis quod not.Bart. in l.1.ff.de accu.vbi
quando l.facit mentionem de filijs ſub vocabulo naturali
(puta vt parentum,& liberorum) non debemus tunc atten
dere diſpoſitionem iuris ciuilis,l.tutela.de capi.dimi. Vn-
de concludit,ꝙ naturales, & ſpurij de quocunque damna-
to coitu procreati(ut de ſacerdote,& monacho) admittan
tur ad vlciſcendam necem defuncti.nam tales cōſanguinei,
& affines dicuntur, not. in l.non facilè. §. affines.de gradi.
Vnde dicit Bal.ꝙ aut prouiſio l.reſpicit ciuilem rationem,
aut naturalem.Primo caſu baſtardus non continetur. ſecū
do ſic.facit ad hoc l.4.de li.ca.& no.Cyn.C.de inter. ma.l.
liber. & ad leg. Iul. ma. l. quiſquis. & ex his conclude poſt
Gui. de Cu. ꝙ immunitas conceſſa alicui ex filijs eius non
porrigitur ad illos naturales.& hoc not.in l. 2. ff. de in ius
vo.& vide omnino quod not.Bal.in l.1.C. qui.accu.nō po.
ver.quò ad ſecundum arti. ¶Iuxta prædicta Ioan. And. in
addi. Spe.ti.qui fi.ſint le.quærit de ſtatuto, per quod pater
tenetur emendare damnum datum per filium, an habeat
locum in filio illegitimo.concludit poſt Gui.de Suza.quòd
pro inceſtuoſo non teneatur, cum non debeat filius nomi-
nari. p verò naturali nato videlicet ex cōcubina vnica ī do
mo retenta,dicit illum teneri, cum filij nomen habeat. &
ſufficit ſic deſcriptum eſſe, licèt durum ſit.qui, & à qui. l.
proſpexit.& in hoc ibi reſidet.vide tamen Cy.in d.l.quiſ-
quis. ad leg. Iul. ma. & vide quid de iſto filio naturali not.
Bar.in l.ex facto.§.ſiquis rogatus.ff.ad Treb.¶Dubitat a-
272 libi Bar.† an baſtardi dicantur de domo.& dicit aduerten-
dum,qualiter ſint verba ſtatuti concepta,an per nomina ſi
gnificantia naturaliter,an per verba ſignificantia ius. Pri-
mo caſu contineantur.puta dicit ſtatutum Piſ.ꝙ omnis,qui
eſt de parentela nobili &c. Nam baſtardus dicetur de pa-
rentela. Secundo caſu quando per verba ſignificantia ius,
vt agnatio:& tunc non cadit in baſtardo. & ſic non videtur
includi,cum dicitur de domo talis. nam idē eſt domus, qđ
agnatio.ad Sil.l.1.in prin.per Ia.de Are.& de ali. le. l. cum
vnus. in prin.per glo.demum in hoc Bar.dicit inſpiciendā
materiam,de qua loquimur, & communem vſum loquen-
di,vt ipſe not.in l.nunciatio.de verb.ſig.Dominus Bal. in l.
fi.C.de ver.ſig.dicit,ꝙ in ſtatutis pœnalibus baſtardi ſtri-
ctè,& propriè non dicantur de domo, nec de caſata: niſi
aliud probaretur de communi vſu loquendi, vel eſſet alia
coniectura ex mente ſtatuti.ad hoc bene facit quod not.in
cle.vnica.de bapti.& eſt ratio,quia ſi non continentur in fa
uoribus:ergo nec in pœnis,& rigoribus.& ſubdit, ꝙ ſi non
continentur baſtardi filij:multò minus continebuntur ne-
potes,& legitimi ex baſtardis nati.quia nulla conſequentia
poteſt eſſe legitima ex illegitimo naſcendi principio,& ra-
dice corrupta.de natu.li.l.fin.& c.vulnerato.2.q.1.Vnde ſi
primus philos,ideſt primus amor,eſt cōtra bonos mores:
ſecundus philos,ideſt ſecundus amor,deriuatus ad nepotē,
ſine peccato(vt ſic dixerim)originali eſſe non poteſt.Vnde
qui primitiua inficit, deriuatiua vituperat. hæc ſunt verba
273 ſua in d.l.fi.de verb.ſig. ¶Circa nepotes quæro† vtrùm fi-
lius fratris dicatur nepos,ſi fortè in ſtatutis,vel alijs diſpo-
ſitionibus fiat mentio de nepote ſimpliciter.Do.Fed. de Se
nis cōſuluit,ꝙ ꝓpriè loquēdo,nepos dr̄,q naſcit̄ ex filio. &
ꝓnepos,qui naſcitur ex nepote,de gra.af.in l.Iuriſcō.in 2.
col.ad fi.ſic etiam habetur in canonibus, ex quibus ſumi-
tur arbor conſang.35.q.5.c.1.& 2.idem de hæreti.c.2.lib.
6.nam quod ibi dicitur de ſecundo gradu, intelligitur de fi
lijs filiorum.c.ſtatutum.eod.tit.& ita conſuluit Fede.conſi.
38.Bal.plenius hoc tangit in l.ſi auiæ.C.de ſucce. edic. vbi
refert Dy.conſuluiſſe, ꝙ in materia ſtatutorum pœnalium
nomine nepotis non includetur nepos tranſuerſalis.nā ne-
pos dicitur quaſi natus poſt,& ſignificat naſcendi,& proce
dendi ordinem,ſed ſuperius, & inferius, non ex latere.
Quędam autem ll. & cap. quæ allegat dictus Do. Fede.
& Bal. in d. l. ſi auiæ.filios fratrum appellant nepotes quò
ad patruum, ſed impropriè, ſecundùm Fede. & Io. An.in
c.fundamenta.de elect.lib.6.in nouel.& l.ſi vxor.C.qui ac-
cu.non poſ.per Bal.& dic vt dicta l.ſi auiæ.per Bal.vbi etiā
dicit, quòd nepotes ſpurij non continentur appellatione
nepotū ſub ſtatuto, quo cauetur,quòd pater teneatur pro
filio,& nepote.nam non intelligitur de ſpurio nepote,ſecun
dùm eum ibi.¶Proſequendo vlterius eſt quęrendum,vtrū
274 † appellatione filiorum veniant filiæ fœminæ. poteſt dici,
quòd in materia differenti(vt feudali)non veniant: ſecus in
materia indifferenti.Bald.circa hoc ponit aliquas quæſt. in
d.l.quicunque.eadem conſideratio habetur in illa vulgari
quæſt. vtrùm maſculinum concipiat fœmininum. de qua
plenè dixi poſt glo.& Ber.in c.generali.de elect.lib.6.per
Cyn.& Bal.in l.quicunque.C. de ſer.fug. per Bart.in l.1.de
verbo.ſign.per Archi. pleniſsimè in c. ſiquis ſuadente. 17.
quæſtio.4.& vide quod no.Bar.in l.Plautius.de auro,& ar.
le. ¶Sed occurrit circa prædicta quæſtio notabilis de ſta-
tuto, quo cauetur, quòd filiæ dotatæ extantibus maſculis
non ſuccedant patri. Modò quidam relictis filiabus dota-
tis, & filijs,in teſtamento dixit[ filios meos hæredes inſti-
tuo.]Vtrùm videantur filiæ inſtitutæ.Py.quæſt.65. ponen-
do terminos in conſuetudine diſponēte,vt.ſ.arguit ad par-
tem

tem affirmatiuam,ꝙ ſic:quia filiorum appellatione & filiæ
continentur,l.ſi ita ſcriptum.de le.2.In contrarium arguit,
ꝙ iuxta conſuetudinem regionis interpretanda eſt intentio
teſtatoris.de leg.3.l.nummis.& l.ſemper. de reg. iur. &
ad ipſam ſe retuliſſe videtur.ff.de iudi.l.ſed ſi ſuſceperit.ſol
uendo concludit videri etiam filiam inſtitutam. & eſt ſimi
lis quæſtio,cum ſtatuto cauetur,ꝙ frater ab inteſtato exclu
dat ſororē,ſaluò ꝙ debeat dotari. modò pater fecit teſtm̄,
& ita dixit[filios meos hæredes inſtituo in eo,quod eis tan
git de iure.]Vtrū includatur filia.Bal.ꝙ ſic,ſed in qua parte,
an in ſtatutaria,an in ea,quæ debetur de iure cōi. ideſt
in virili.quod verius credit;quia ad ius ſe retulit.& ſic intel
ligam de digniori,Inſt.de iure natu.gen. & ciui. §. 2. & ita
no.Bal.in l.quicunque.de ſer.fugi. ex cuius deciſione infer
tur,ꝙ diſpoſitio dubia ad perſonam relata, magis recipit
interpretationem à iure communi,quàm à ſtatuto,vel con
ſuetudine circa perſonas aliter diſponente.Ego dubito,an
hoc ſit verum.nam probabilius videtur, ſequi in dubio,qđ
diſponit ſtatutum, vel conſuetudo, quàm ius cōe.pro hoc
optimè.c.cum dilecto.de conſan. & affi. nam ad vulgarem
intelligentiam referenda ſunt verba.c. ex literis.de ſpon.
Vnde ſi ſtatutum,vel conſuetudo diuerſum ſtatuit in filijs
maſculis,& fœminis in hac materia differenti: non videtur
inter homines illius loci in eorum diſpoſitionibus aſſumen
da interpretatio iuris cōis,poſtquam ſtatutum, vel conſue
tudo facit differentiam inter eos. videtur enim teſtator po
tius intellectum ſuum applicaſſe ad conſuetudinem ꝓpriā,
quàm ad ius cōe,vt dicto ca.cum dilecto.& eſt iſte pulcher
275 paſſus.¶Sed aduerte ad ſi.q. † gradus conſanguinitatis, &
affinitatis aliter conſiderat ius canonicum,aliter ius ciuile.
Quid ergo ſi ſtatutum loquitur ſimpliciter de gradibus,pu
ta ꝙ cauſæ inter coniunctos vſque ad quartum gradum de
beant compromitti:vtrùm computabimus gradum ſecundum
ius canonicum,vel ciuile?& videtur, ꝙ ſecundùm ius
cañ. tanquam poſterius. nam in omni materia poſteriora
derogant prioribus,l. non eſt nouum.de legi.& c. 1.de con
ſti.lib.6.& in pactis,l.pacta nouiſsima.C.de pac. & in vlti
mis voluntatibus.l.diui.§.fi.de iure codi.Econtra,quòd de
beat interpretari ſecundùm intellectum iuris ciuilis; quia
pars eius eſt.ff.de iuſti.& iur.l.omnes populi.& hæc pars vi
detur verior.Non ob ius cañ.quia illa computatio iuris ca
nonici in gradibus ſolum habet locū in matrimonijs. & ita
refert Bal.tenere Nico.de Mat.in l.ſi auiæ.C.de ſucce.edic.
vbi etiam dicit ita tenuiſſe diſputando Io.But.in his termi
nis.Statuto cauetur,quòd extantibus agnatis defuncti vſq;
ad quartum gradum, non poſsit mater ſuccedere. quærebatur,
qualiter debeant computari gradus, an ſecundùm
leges, an ſecundum canon. tenuit quòd ſecundùm leges.
quæ propriè enumerant gradus ſecundùm canon. improprie.
Idem in quodam conſilio eleganter ait, quòd veram
diffinitionem graduum, & naturalem, & notabilem ſigni
ficationem verborum non potuit ius canonicum ſimplici
ter, & generaliter immutare, ar. ff.de vſufruc.earum re.
quæ vſu conſu.l. 1. & 2. & vide pro hac deciſione text.not.
35.quæſtio. 5. cap. ad ſedem.& adde hic, quod dixi ſupra
proximo membro interpretationis reſtrictiuę.ver. occur
runt aliæ quæſt.vbi remiſit ad Bald.in l. 1.C.qui bo. ce.po.
276 ¶Dicto de filijs & nepotibus,quæro † circa fratres. ſi ſtatu
to caueatur,quòd fratres defuncti, & fratrum filij præferā
tur in ſuccoſsione ab inteſtato filiabus ipſius defuncti, qua
liter accipiemus fratres,an pro fratribus primi gradus tan
tùm,an de fratribus ſecundi, vel tertij gradus?Bald. conſu
luit,ꝙ de primis fratribus,non de vlterioribus,qui non di
cuntur ſimpliciter fratres, ſed patrueles,vel conſobrini.&
ita vulgus loquitur, & communis vſus loquendi ita ſe ha
bet.& l.quæ dicit[tres fratres]&c. intelligitur de carnali
bus,non de conſobrinis.ff.de pac.l.tres fratres. Aſſumo e
nim in potiori ſignificatu,& non extendo odium.& nomen
fratris ſororem non comprehendit hoc caſu, iuxta no.in l.
1.de verb.ſig.per Dy.Filia igitur excludet ſororem defun
cti, vt pote non incluſam ſub ſtatuto iſto caſu. nec debet
tam iniquè interpretari, vt fœmina excludat aliam fœmi
nam magis defuncto proximam,ar.l.aſsiduis. C. qui po.in
pi.ha.ſtatuta enim (niſi omnino verba repugnent) ſic ſunt
intelligenda,vt quàm minimum contineant iniquitatis.de
reg.iur.l.quot.ſermo.idem ipſe not.in l.vxo. qui. accu.non
poſ. In alijs tamen terminis pone.mulier impetrauit iudi
ces ad cognoſcendum, & puniendum interfectores fratris
ſui:tamen vult corā iudicibus accuſare de morte conſobri
ni.nūquid poſsit?arguit primò,ꝙ ſic, & cōcludit cōtrariū.
ſ.ꝙ nō poſsit.qa reſcripta ſunt ſtricti iuris: iō debēt ſtrictè
īterptari.Itē verba debēt intelligi p prius,non p poſterius.
& ſic de fratre carnali,nō cōſobrino vr̄ ſenſiſſe per prius.fa
cit l. 1.§.q ī ppetuū.ſi ag.vec.vel ēphi.pe.& hoc dicit verū,ſi
nomen fratris ſine inſertione proprij nominis inſertum eſt
in reſcripto.¶Sed hic quæro, in caſu quo appellatione fra
277 tris continentur ſorores.quid † ſi ſtatutum loquitur de fra
tribus Minoribus,an venient Sorores Minorum ſanctę Cla
re?Bal.dicit,ꝙ iſtud fœmininum non eſt de illo maſculino.
304 nam vt dicit†quidam ſunt actus, qui non poſſūnt expediri per inſtrumentum ſeparatum à corpore, vt adulterium,falſum teſtimonium,& ſi.& tunc ille fictè facit,qui mandat.& hoc voluit glo.in l.1.§.quotiens.de vi & vi ar.quædam ſunt facta,quæ nō pn̄t fieri per inſtrumentum ſeparatum ab opere,vt percuſsio, homicidium cum ſi. & tunc aut tale inſtrumentum neceſſariò agit,vt ſagitta emiſſa,lancea, vel lapis:& ille facit,qui facit per talia inſtrumenta,l.item ſi obſtetrix. cum alijs, quas alleg. quandoque inſtrumentum, quo perpetratur delictum, agit in virtute libertatis, vt homo:& tunc ſi illud,quod mandatur, eſt licitum: vel ꝙ ille, cui mandatur,tenetur exequi:& tunc ille,qui mandat,verè facit,l.2.§.ſi procur. qđ quiſque iur. & l.ſi pater.de manu. quandoque ille,qui agit,non debebat illud agere.quia mā. erat illicitum,ſiue rei turpis:tunc qui mandat, dicitur facere interpretatiuè.ita intelligit.§. deieciſſe. & multas alias, quas allegat in dicto.§.quòd ſi ſeruus meus. vbi not. tāgit, vtrùm iſta interpretatio cadat in ſtatuto quò ad mandantem.Cyn. tamen dicit, quòd ſic,per rationes ſuas, de quibus ſupra.Dominus Bald.tangit iſtam quæſtio.in l. omnes populi.de iuſti.& iur.in ver. ſed quæ eſt interpretatio actiua in ſtatutis.&c.& ibi dicit,quòd aut verba ſunt ſcripta in rem:vel ſunt dubia,an in rem, vel in perſonam:& tunc ſunt realiter intelligenda, & omnes comprehenduntur, in quibus eſt par ratio,& conditio, vt c. ſicut dignum.de homi. ponit exempla, ſi ſtatutum dicit.pro vulnere imponatur talis pœna. quandoque ſunt ſcripta in perſonam:& tunc non ſtat ſimpliciter cum Cyn.quia non ſine ipſa ſtatutum perſonam no.& non ſimpliciter ipſum factum, vt dicto. §. non dixit.tandem ſubiungit, cum verba ſunt ſcripta in perſonam. quòd aut ſtatutum diſponit de indulgentia, aut de pœna.primo caſu, vt ſi dicit, quòd homicidæ habenti pacem remittatur pœna perſonalis: tunc idem ſtat. intelligam in mandante,& opem ferente.quia benigna eſt hæc interpretatio,ar.ad Sil.l.2. Secundo caſu refert. aut diſponit de pœna regulari iuxta qualitatem delicti:& tūc delictum extenditur ad mandatorem,nempe princeps eſt delicti. & ita intelligitur.l.ſi perſonam.& quod ibi per Cy. aut ſtatutum regulariter damnat factum:vel factum damnatum irregulariter punit:& tunc non comprehēdit mandatorem, exēplū de primo.ſtatutū dictat, ꝙ qui inuenitur de nocte, puniat̄ in cētū:certè nō punietur ſcholaris.qa ſtatutū limitatæ materiæ dat pęnam,& ipſum ſtatutum inuenit hic materiam delicti de nouo,& ſuis terminis contenti eſſe debemus,& ſtatutum figit pedes ſuos in ea. De ſecundo ſiquis fecit iniuriam patri,non gaudeat beneficio inuentarij:certè non continetur mandans.quia iſta pœna extranea eſt à propria natura delicti. quia reſpicit actum quendam remotiſsimum, & extrinſecum valde, vt dicto.§.non dixit. Sed pone.ſtatuto cauetur, quòd de omni maleficio poſſit fieri pax,ſaluo quòd ſiquis occiderit hominem,ei non proſit pax. modò quæro. nunquid proderit mandatori?dicit, quòd ſic.quia exce.quæ debet eſſe de prædicatis regulæ,tamen eſt contra officium reg.quędam excipiendo, & detrahendo.cetera enim efficaciter dimiſſa ſubſtantia firmat.nā detractio in quibuſdam videtur cetera confirmare, l. tribunus.§.fina.de te.mili.hoc ad litteram dicit Bald. in dicta l. omnes populi.& vide etiam eum in l.non ideo minus.in 7. quæſt.C.de accu.vbi refert ſupradicta verba Barto. magis

pul-



pulchrè.Reperio etiam Bald.conſuluiſſe in tali.q. per ſtatutum.Poteſtas habet arbitrium latiſsimum contra aſſaſsinos.aliud eſt ſtatutum,quòd bannitus poſsit impunè occidi.Modò quidam de Aretio per pecuniam mandauit occidi quendam exbannitum inimicum ſuum,& occiſus eſt Peruſij: vtrùm Poteſtas Aretij contra illum mandantem habeat arbitrium,& videtur,quòd non.quia ſtatutum videtur referri ad occidentem: quia ille propriè occidit,qui exanimat,non qui fieri mandat,l.ita vulneratus.ad leg.Aquiliā. Ipſe conſuluit contra.quia ſtatutum permittit offenſionem cuiuslibet generis,& fortè occiſionem: cum ſint verba generaliſsima,& omnes comprehendat.l.aut qui aliter.§.fin. quod vi aut clam.Item non ſolum verba,vtrùm ſint ſcripta in rem,vel in perſonam,debent conſiderari, ſed etiam ratio ſtatuti,quæ eſt,vt bannitus tanquam hoſtis ciuitatis pereat,l.3.§. transfugas. de ſicca. ꝙ autem ſit hoſtis,indictio belli,& diffidatio manifeſtant,l.amiſsione.§.qui deficiunt, de capi.di.nihil igitur intereſt, qualiter occidatur iuxta illud.Dolus an virtus quis in hoſte requirat? hoc etiam ſuadet ſeueritas publicæ diſciplinæ.l.licitatio.§.quod licitè.de public. Item arbitrium conceſſum eſt ad aggrauandum factum omni iure damnatum, & deteſtabile. c. pro humani. de homicidio.in 6.ſed quò ad Poteſtatem Aretij iſtud non erat factum damnatum,ſed impunè permiſſum: ergo pœnam non meretur,l.Graccus.de adulte. In facto igitur, ex quo ſequi debet abſolutio, non debet extendi arbitrium ad condemnatos.& incipit cōſilium. Quidam habebat ini
305 micum.&c.¶ Vltimum membrum fuit.ſi†ſtatutum prolatum eſt per verba præteriti,vel præſentis temporis:an trahatur ad futura.quod videtur.de leg. 1. l. talis ſcriptura. & l.verbum oportebit.de verbo.ſignifi. Bar. diſtinguit in d.l. omnes populi.dicens,quòd aut ſtatutum continet delictorum indulgentiam,vt quia dicit.quicunque eſt,vel fuit bannitus,liberetur ſoluēdo duos ſolidos pro libra: & non porrigitur ad futura.caſus eſt in l.cum lex. de legi. & ideò eſt materia delinquendi, l. 2. de abolitio.Si verò continet aliquam diſpoſitionem: tunc trahitur ad futura, ſi ſit eadem ratio.hoc ideo quia ſemper lex loq̃tur.C.de hæreti.l.Arriani. Vnde ſtatutum,quo cauetur, ꝙ quicunque eſt, vel fuit obligatus per publicum inſtrumentum,poſsit perſonaliter capi,& detineri,habet locum in eo, qui incidit in ſtatutum poſt obligationem.pro hoc l. 1.de condi. ex leg. ibi[oblig. lege noua introducta ſit]& iſtud verbum,eſt, trahitur ſine dubio ad futuras leges.pro hoc l. legis virtus. de leg. ſemper.n.l.punit,imperat,vetat, & ꝑmittit.pro hoc faciūt plu. quæſtiones,quæ tractantur in l.iuriſgen.§.ſi.de pact.¶Iuxta prædicta quæro poſt Bal.quomodo cognoſcam, vtrùm ſtatutum contineat indulgentiam, vel ſit ſtatutum generale.reſpondet ipſe, ꝙ aut materia præcedit l.aut lex præcedit materiam.Primo caſu aut præcedit generalis ordinatio in contrarium,& præſumitur indulgentia.ver.gra.ſecundū ſtatutum generale homicida debet occidi. Modò propter guerram facta eſt reformatio,ꝙ banniti pro homicidio,habita pace,ſoluendo 10.extrahantur de banno. Nam tota l.iſta eſt pręteriti temporis,non futuri,niſi in ſolutione, & cancellatione banni. & ideo ſiquis eſſet homicida, tamen non eſſet bannitus, non prodeſſet ei lex noua. Item nec futuro homicidę.quia quod ignoratur, remitti non videtur. de pecu.le.l.cum dominus.Nam iſta eſt quædam diſpenſatio,quæ non refertur ad ignorantes defectus.propterea refert ipſe,ꝙ quidam fuit decapitatus Bononiæ,qui habebat ſecuritatem de proceſsibus, ſed non de delictis,de quibus non eſt proceſſum. C. de tranſ.l.ſi de certa.& de tranſ.l.cū hij qui.Aut non præcedit aliqua ordinatio in contrarium. ver.gra.dicit reformatio,vel ſtatutum populi,quòd omnibus pacem habentibus iudices dimittant medietatem pœnæ;& tunc de futuris intelligo, quia noua forma nouæ materiæ adaptatur.C.man.l. ab Anaſtaſio. in fi.ſi autem lex præcedit materiam:tunc de futuro loquitur,de iuſti.& iur. l.ius ciuile.in glo.quia non poteſt eſſe forma ante materiā. & ideò ſtatutum contra arengantes non habet oculos retro.quia inuenit materiam delicti de nouo. & ideò pœna non refertur niſi ad futuros caſus.& hoc not.Bald.in l.cum lex.ff.de legi.Subdit ibi,ꝙ iſta verba [quicunque ſoluerit] poſſunt habere ſignificationem præteriti, & futuri. quia ſunt implicatiua ad præteritum,& futurum:tamen in legibus interpretantur de futuro,ideſt quicūque ſoluerit poſt, vt not. expreſsè in l. cum tale. §. penul. de condi. & demon.& ideò ſoluenti ante reformatio. non prodeſt reformatio. quia non eſt ſolutum auctoritate reformat. ſed à caſu,& fortuna,l. 2.de condi. & demon.quod eſt no.ſecundùm eum,qui tamen in quæſtione ſimili videtur tenere cōtrarium,vt dixi. ſ.in 14.q. ver. vltimò pro confirmatione huius materiæ. Et ſub illa. 14.quæſt. caderet iſtud vltimum membrum.nam in dicta q.plenè examinantur ſtatuta trahentia ad præterita:Sed in primo membro, vtrùm ſtatuta præteriti,vel præſentis temporis trahantur ad futura. quibus adde, quod ipſe no.in præal.l.omnes populi.in verſicu. nunc videamus,ad quæ tempora referantur ſtatuta. Dicit enim,quòd aut habent relationem in certum tempus, & in certos caſus: & tunc comprehendit illud tempus cum ſuis caſibus nondum deciſis:ſecus in deciſis,vel tranſactis. ad Tertul.l. 1. in fi. & intelliguntur quò ad hunc ar. deciſum, etiam ſi ſit à ſententia appellatum.idem eſt in caſibus concluſis,in quibus igno.tam iuris, vel facti poteſt alle.in Authen.vt cum de app.cog.in prin.de cauſa poſ. & proprie.c. paſtoralis.per Inno.Aut habent relatio. ſimplicem,& indefinitam implicitam ad caſus præteritos,& futuros: & tunc aut noua lex refert veterem:& trahitur ad tempus vetus legis,Inſti.de hære.quali.& diffe.§. ſed his. aut interpretatur verba,& mētem legis veteris,& idem: quia retrotrahitur, Authen.de fil.ante do.inſtru.na.§.fi. aut interpretatur mentem,ceſſantibus verbis:& tunc de rigore trahitur retro:ſed de benignitate non,C.man.l. ab Anaſtaſio. in fi. Aut innouat legem veterem,aliquid detrahendo,vel addendo:& nō trahitur retro,in Authen.hæc conſtitutio inno.coll. 8. Aut lex noua ſimpliciter diſponit: & tunc aut per modum indulgentiæ: & non continet futuros caſus, ſed præteritos. ȷ̃.de legi.l.cum lex. Aut per modum reg.generalis: & tunc comprehendit futuros caſus. quia hæc eſt natura legis,vt no.de condi.& de.l.cum tale.§.fal.& hæc eſt eius diſtinctio in præalle. l. omnes populi. vbi etiam an ſtatuta trahantur ad facta ante ſtatutum:tamen reſp.eius,ſuper quo diſponitur, recipiunt confirmatio. de futuro. & circa hoc vide quæ no.in ſimili.in c.non debet.de conſan. & affi. in Cle. 1.
306 eod.tit.¶Tangit etiam vtrùm†ſtatutum trahatur ad futuras perſonas.verbi gratia dicit,ꝙ vxores cum filijs bānitorum non poſſunt ſtare in ciuitate:vtrùm nati poſt legem,& poſt bannum poterunt ſtare? videtur quòd non. quia magis debet eis nocere delictum patris, quàm ante natis. C. de liber.& eorum lib.l.2.& de ſta.ho. l. Imperator. in fi. & quod no.eo.ti.l.in ſeruorum.§.fi.mortuo tamen patre, redire poterunt ad ciui. quia bannum morte extinctum: vnde ammodo non ſunt filij bannitorum.de leg.2.l.Titia.§.vſuras.per Iac.de Are.His igitur quinque membris,quæ referuntur ad 4. principale membrum interpretat. extenſiuæ. ſic per ordinem declarandum.reſtat vna quæſtio, quæ eſt communis ad iſtud 4. membrum,& ad alia de interpretatione correctiua, & reſtrictiua.de quibus plenè ſupra.ſæpe
307 enim†in extenſione, correctione, vel arctatione le. canonis,vel ſtatuti conſideramus,vtrùm loquamur in materia fauorabili, an in materia odioſa. Iſtam enim reſtringimus: illam autem ampliamus.c.odia.lib. 6. de reg.iur. & l.cum quidam.de libe.& poſthu.& eſt hoc difficile cognoſcere.nā

nulla conſtitutio poteſt eſſe fauorabilis vni, quin ſit alteri oneroſa. patet in Maced. in fauorem filiorum fa. & in odiũ creditorum, & in Vell. in fauorem mulierum, & in præiudicium contrahẽtium cum eis. ſimiliter in fauorabilibus, quæ conceduntiura eccleſijs, minoribus, viduis, mulieribus in ſuis dotibus, & alijs, puta patronis contra libertos. nam ſi alteri fauent, alteri in conſequentiam nocent. aliter ergo iudicabitur fauorabilis, vel odioſa. Barto. dicit quòd ſecundùm principale propo. diſponentis, vel ſtatuentis debet cẽſeri fauorabilis, vel odioſa: vnde quia Macedo. principaliter fuit inductum in odium creditorum, tota illa materia iudicabitur odioſa. econuerſo autem in Velle. ideſt in dotibus, in minoribus, eccleſijs, & patronis. nam in ipſorum fauorem principaliter iura ſunt edita: licèt ſecundariò ad grauamen aliorum ſecum contrahentium redundent. & ideò de ipſis materijs iudicabimus, tanquam de fauorabili. & ita no. in l. qui excep. ff. de condi. inde. & l. ſiquis nec cãm.
308 ſi certum pe. Dominus Bald. circa hoc quærens † de ſtatutis. quæ excludunt filias, & deferunt hæreditatem maſculis, quærit an ſint fauorabilia, an odioſa. Et primò arguit, quòd odioſa, per l. maximum vitium. de li. præteritis. quia enim malè tractantur filiæ per ſtatutum, videntur quodam modo exhæredari: vnde ſicut exhæredatio patris eſt odioſa: ita exhæredatio per ſtatutum patriæ, argu. dictæ l. cum quidam. de libe. & poſthu. facit l qui volebat. de hæred. inſti. In contrarium, ꝙ ſit fauorabile, probatur. quia factum eſt principaliter in fauorẽ agnationis, vt familiarũ ſalua ſit dignitas. de ven. inſpic. l. 1. §. ſi ſeruus. ſed hoc eſt quid fauorabile, nec poteſt dici hoc editum in odium mulierum. quia ſi non eſſent maſculi, non excluderentur. Item ſtatutum pœnale reſpectu eius, qui contrahit matrimonium cum pupilla ſua, dicitur fauorabile, & extendendum, in fauorem pupillæ principaliter editum, l. libertum. §. ſenatus. de ritu nup. à priori ergo, non à poſteriori cognoſcitur, vtrùm in fauorem, vel in odium emanauerit. Bald. tamen dicit, quòd glo. in l. qui in poteſtate. C. de in ius vocan. & ff. eodem titu. l. ſed ſi hac. §. ſina. aliter dirimit quæſtionem, dum dicit, quòd ex parte eius, cui conſtitutio fauet, conſtitutio eſt cenſenda fauorabilis, & amplianda: ſed ex parte eius, quem grauat, eſt odioſa, & ſtrictè interpretanda. ex quo infert, quòd ex parte maſculorum ſuccedentium eſt fauorabile, ſed ex parte mulierum eſt odioſum. per quam theoricam concludit, quòd in dicto ſtatuto appellatione filij continebitur nepos: ſed quia ex parte filiæ ſtatutum eſt odioſum, appellatione filiæ non excluderetur neptis ex filio: ſed bene excluderetur neptis ex ipſa filia. quia repræſentat perſonam, quæ excludebatur. & quia non debet plus concedi nepti, quam filiæ: quia ratio ſtatuti hoc non patitur. C. de bo. ma. l. ſi viua matre. ver. nam licet. & ita intelligitur quod no. Cy. in l. 2. quæ ſit lon. conſue. & ita refert ſe conſuluiſſe in dicta l. qui in poteſtate. vbi refert opi. Iaco. de Bel. qui dixit, quòd quamquam in prohibendo fauor verſetur: tamen vbicunque apponitur pœna, aſtrictione pœnæ dicitur diſpoſitio odioſa. & ita no. Iac. de Bel. in Authen. de non ali. § quia verò Leonis. Prædictis adde quòd no. Bal. in l. ſiquis ſeruo. C. de fur. vbi poſt gl. quærit,
309 vtrùm illa † l. quæ eſt pœnalis, & loquitur in corrumpente ſeruum: an extendatur ad corrumpẽtem filium. & dicit ibi glo. quòd ſic, quia eſt eadem æquitas. Nam ſecundùm Bal. l. quantumcunque pœnalis dicitur æqua: tamen pro vtilitate communi poſita eſt, ff. ad leg. Aqui. l. ita vulneratus. & ibi tex. dat iſtam doctrinam ad æquitatem cognoſcendam, quòd id dicitur æquum, cuius contrarium eſt abſurdum: vt mala exempla, ſiue malefacta non puniri. & ex hoc ipſe notat, quòd ſtatutum ſpeciali ratione contra ius commune trahitur ad caſum ſimilem, quod eſt contra. l. quod non ra. ff. de legi. ſed dicit, quòd ibi non deficit ratio, cum ſit omnino eadem, argu. de oper. noui nun. l. de pupillo. §. ſiquis riuos. Barto. ibi dicit, quòd regula legis antiquæ, quæ pariter corrumpebat ſeruos, & filios, extenditur ad caſum nouæ legis, quæ loquitur de ſeruo tantum, vt virtute dictæ regulæ extendatur ad filium. Regula igitur, pluſquam ratio, operatur illam extenſionem pœnalis conſtitutionis: ſicut extenditur etiam ex mente, vt cap. ſi poſtquam. de e-
310 lect. lib. 6. ¶ Occurrit † alia quæſtio, quæ etiam eſt communis ad omnes interpretatio. ſupradictas. nam communiter in fine ſtatutorum conſueuit poni ſtatutum, quòd ſtatuta non recipiant aliquam interpretationem, gloſſationem, vel extraneum intellectum. Dubitatur, quæ interpretatio per hæc verba videatur prohibita. Bart. dicit, quòd dictum ſtatutum modicum, aut nil operabitur. nam ſolum friuola per hæc verba videtur remitti. C. de ve. iu. enu. l. 1. §. fin. ad hoc quod dicimus de clauſ. appellatione remota. nam intelligitur de friuola. c. paſtoralis. de app. & cap. ſuper eo. de offic. delega. & quod not. Barto. in l. 1. ff. quod vi aut clam. Item ſi ſic ruditer, & ad corticem deberent ſtatuta intelligi, prout iacent: vbi ſtatutum puniret extrahentem ſanguinem, occidentem, furtum committentem, puniretur barbitonſor, & alij, qui talia perpetrarent caſu, dementia, vel furore, vel ad defenſionem. quod eſſet ſatis abſurdum: vt delicta, quæ poſſunt probabiliter excuſari, punirentur. facit 1. quæſt. 4. per to. & 15. quæſtio. 1. per to. & l. ſcimus. C. de pœn. & c. quæſiuit. de his, quæ fiunt à maio. parte Capi. & hoc firmat Barto. in dicta l. omnes populi. ad fi. Bald. etiam ibi tangit, & dicit, ꝙ ſtatutum, quo cauetur, quòd ſtatuta non poſſunt interpretari, vel gloſſari, debent æquè intelligi de gloſſa hominis, nõ de gl. legis, vt C. de adulte. l. quamuis. Idem dicit, ſi dicatur, quòd ſtatuta ſint præciſa, ideſt præciſè obſeruentur. nam verbum, præciſum, recipit determinationem laudabilem. de verbo. obligatio. l. ſi ſtipu. ſim Dammã. & ſiñ eum debemus in ſtatutis ſequi litteralem, & planum intellectũ ad vnguem, ſi in eo pôt ſaluari rõ motiua ſtatuti: ſed ſi non poteſt ſaluari rõ, tunc ſecus. Eſt autẽ litteralis intellectus ſonus verborũ, extraneo non indigens interprete. c. exijt qui ſeminat. in fi. de verb. ſig. Intellectus autem tranſcendens, appellatur intellectus ſubtilis. & ĩ hoc laudantur quidã Iuriſconſulti. vt Pap. in l. cũ acutiſsimi. C. de fideic. & Claudius magnò ingenio. de cond. & demõ. ĩ l. à teſtatore. Paulus, Domitius, & Scæuola legum mẽtem cõſiderauerũt aliter, quàm ſonarent verba. ff. de excu. tu. l. ſcire etiam oportet. §. ſed & ſi maximè. facit quod no. in c. capellanus. de ferijs. Alibi etiã dicit Bal. de ſtatuto, quo cauetur, ꝙ ſtatuta nõn recipiant extraneum, vel ſubauditum intellectum: vtrũ per hoc ceſſabit arg. à contrario ſenſu ſtatuti? dicit, ꝙ ſic. quia intellectus à contrario ſenſu eſt intellectus ſubauditus, & tacitus, & verbis omiſſus, ſicut in hoc exemplo. dixit pater. exhæredo filium meũ, ſi non redierit ad patriam: nũquid vr̃ eũ inſtituere, ſi ad patriam redierit? videtur, ꝙ ſic, per arg. à contrario ſenſu, qui debet ſequi in fauorabili diſpoſitione. de ma. te. l. ſiquis locuples. in fi. & de teſta. l. qui teſtamento. §. mulier. & l. apud antiquos. de fur. Contrarium tenet, & dicit, quòd ex diſpoſitionibus priuatiuis non reſultat habitus. de hære. inſti. l. ex facto etiam. Item ex diſpoſitionibus negatiuis non reſultat affirmatio. ff. de ma. te. l. Titia. §. fi. Et aduerte, quòd ſicut prohibentur quandoq; ſtatuta gloſſari: ita beatus Franciſcus prohibuit gloſſari regulã datam ſuis fratribus. quæ verba exponit Papa in illa extrauag. in d. c. exijt qui ſeminat. Dicit enim hoc debere intelligi, ꝙ ſic prolata, & ſic ruditer exponatur ad litteram, quòd ſuper ipſa gloſſæ non fiant. niſi per conſequens fortè verbum ſenſus, ſeu cõſtructio, quaſi grammaticaliter ad litteram, vel intelligibilius exponatur, nec intellectus ipſius ĩ aliquo extorqueatur ad aliud, q̃ ipſa littera ſonet, vt in d. c. exijt. §. & qui ſub colore. Quæ





verba ſunt aurea, & vtilia pro dictis ſtatutis, vt no. Bald. in Auth. ſi qua mulier. in fi. de ſacroſanc. eccle. ¶ Accedant hic duæ q. diſputatæ. vna per Iac. But. quæ talis eſt. Statuto cauetur, ꝙ ſiquis deceſſerit ab ĩteſtato, relictis filijs maſculis, & filia, ſiue filiabus, quæ dotatæ fuerint in bonis patris, amplius non petant. Item alio ſtatuto cauetur, ꝙ verba ſtatutorum intelligãtur ſm̃ proprium, & vulgarem intellectũ abſque ſubauditione, vel interpretatione, vel extraneo intellectu. contingit, ꝙ quidam deceſsit, relicto nepote ex filio maſculo præmortuo, & nepote ex filia dotata præmortua. vult nepos ex filio ſolus ſuccedere. nepos ex filia vult cõ
311 currere. Primò quæritur † vtrùm beneficium excludendi filiam dotatam, quod datur filio, trahatur ad nepotem. Secũdò, an qua ratione filia dotata excluditur, excludatur nepos ex ea. probat primò nepotem non contineri appellatione filij ex proprio ſignificatu, ſed ex interpretatione. de verbo. ſigni. l. iuſta. Nam in illa l. probatur filium continere nepotem ex modo, quo filius continet filiam. ſed hoc non eſt, niſi per interpretationem, non ex propria ſignificatione. Item & quæ differunt ſpẽ, & diuerſam habent iuris diſpoſitionem in multis, non poſſunt dici idem numero, & in ſubſtantia: ſed in multis differunt filij, & nepotes, Inſtit. de hære. q̃ ab inte. §. cũ filius. & l. illam. C. de colla. & diſponũt iura de filijs, & nepotibus, vt de perſonis diuerſi gradus. & in iure ſuccedendi, & rumpendi nepos cum filio non concurrit: ergo non poteſt dici, nepotes appellatione filij contineri: cum differant, vt dixi, nomine, vitæ ſpẽ, & gradu. facit l. ſi idem. C. de codi. & l. quod ſi nepotes. de teſta. tu. & Inſt. qui da. tu. poſ. §. fin. In contrarium arguit, ꝙ nepos ex propria ſignificatione vocabuli veniat appellatione nepotis. Nam, vt dicit, ex alluſione vocabuli colligitur proprius ſẽſus rei, l. 2. § appellata. ſi cer. pe. & l. pupil. §. territorium. & l. tigurij. de verb. ſig. & C. de teſt. l. 1. ſed alluſione huius verbi, filius, continetur & nepos: cum dicatur filius à philos, qđ eſt amor. & eadem amoris cauſa, & idem amor eſt ad filiũ, & ad nepotẽ, l. iuſta. & l. liberorũ. §. ſed & Papirius. de verb. ſig. Ad hoc in Aut. de non eli. ſecundò nub. §. cũ igitur. Nõ ob. l. ꝙ ſi nepotes. quia loquitur, ꝙ de cõi vſu loquendi non comprehendit, ſed de propria ſignifi. ſic, vt dicto. §. ſed & Papirius. oſtendit. n. & probat, ꝙ intellectus, qui habetur ex communi appellatione, ſit intellectus ſignificatiuus, l. Labeo. cum ſua glo. de ſup. leg. Sed intellectus figuratus nõ eſt ille proprius, quem figurat. C. de iure annu. au. l. 2. & de la. li. tol. l. 1. circa prin. & patet ad ſenſum, ꝙ fig. hominis non eſt homo. ſic acceptilatio non eſt vera ſolutio, ſed imaginaria. facit de reg. iur. l. imaginaria. Item auctoritas ſenatuſc. non poteſt mutare propriam naturam, & verum rei ſignificatum. ideò aliter prouidet in rebus, quæ vſu cõſumũtur, in quibus ſalua rerum ſubſtantia prouidere non potuit, l. j. ff. de vſuf. ea. re. quæ vſu conſu. Si hoc non poteſt facere ius ſcriptum: ergo nec conſuetudo loquendi poteſt mutare rei proprium ſignificatum, quẽ non debet alterare, vel mutare conſuetudo: ſicut nec partiũ expreſſa cõuentio. quia eſt immutabilis, ſicut mera rerũ vocabula, l. ſiquis in fundi vocabulo. de leg. 2. In alijs rationibus hoc confirmat, ex propria verbi ſignificatione nepotem appellatione filij contineri, & per conſequens admitti debere ad beneficium ſtatuti contra filias dotatas. nã priuilegium datum filio, tranſit ad nepotes. C. de quæſti. l. milites. & l. Diuo Marco. Nam & mortuo filio, eius locum obtinet, & eius loco ſubrogatur, & ꝑ conſequens eius materiam aſſũmit ex vi, & natura ſubrogationis, l. ſi eum. §. q iniuriarum. ſi quis cau. & l. Gallus. §. videndum. de li. & po. & quia de iſta propria verbi ſignific. in d. q. tangit quæ dicta ſunt, & alia circa hoc vtilia, & ſubtilia: ideò aliquãtulum latius quò ad hoc retuli iſtam. q. quã tetigeram. ſ. in 3. membro interpretatio. declaratiuæ. ver. Tertio principaliter &c. vbi videas deciſionem ſecundi dubij quæſtionis prædictæ. ¶ Tranſeo nunc ad aliam. q. quã in iſta materia diſputauit Rayn. de Forliuio in iſtis terminis. ¶ In principio voluminis ſtatutorũ cuiuſdam ciuitatis cauetur, ꝙ ſtatuta debeant intelligi ad literam, prout iacent abſq; gloſſatione, ſubauditione, interpretatione, vel extran. intellectu. Alio ſtatuto cauetur, ꝙ quicũque commiſerit aliquod maleficium, iudicis ar. puniatur. qui verò commiſerit homicidium, decapitetur. contigit, ꝙ Titius occidit fratrẽ, vel filium fratris. quæritur, an punietur pœna arbitraria vigore primi ſtatuti: an præcisè pœna capitis vigore ſecundi? Concluſiuè tenet, ꝙ poſsit puniri pœna vtriuſq; ſtatuti quò ad originem. ſed vna impoſita, tollitur alia, non ob. ꝙ ſtatutum prohibeat interpretationem, & iſta eſt interpretatio quædam, vt no. in l. ſed ſciẽdum. ad leg. Pomp. de parri. vbi ex ĩterpretatione occiſione fratris, vel filij fratris cadit parricidium, & per conſequens ceſſat ſtatutum de pœna in maleficijs, poſtquam de ſimplici homicidio iſte caſus contingit. nã (vt dicitur) interpretationes Iuriſconſultorũ eodẽ iure funguntur: licèt per modũ additionis, & ſuppletionis veniãt ad ius vetus, ar. ff. de ori. iur. l. 2. §. 1. ver. ne diutius. nã acceſſ. trahitur ad naturam principalis, vt eodem iure, & ęquitate fungatur. de pac. do. l. inter ſocerum. §. inter. & hinc ſumpta occaſione proſequitur diſtinguendo duos caſus. primum de interpretatione legis municipalis prohibita, vel permiſſa. ſecundò de ipſa intelligenda, vel non intelligenda ſecundùm interpreta. iuris cõis. Circa vtrũnq; mẽbrum refert plures ſpẽs interpretationum de quibus quia ſuperius dictum eſt, nõ repeto: ſed ex membris eius elicio,
312 ꝙ † interpretatio, quæ ſumitur pro congrua verbi, ſiue vocabuli expoſitione, locum habeat in ſtatutis. de verb. obli.
313 l. 1. in fi. de ori. iur. l. 1. in prin. Item † interpretatio, quę ſe habet per modum extenſionis de vno caſu ad alium, etiam habet locum ratione abſurditatis vitandæ: vel etiam circũſcriptionis. abſurditas. n. ſemp dẽt intelligi excluſa, & ſi excluſio verbis videatur omiſſa, vt l. ſcire etiam oportet. §. aliud. de excu. tu. C. de teſt. l. conſulta diualia. de reg. iu. l. ad. ſimiliter & circumſcriptio, quæ ſub ſpẽ legis ſæpe crimen inuoluit, l. fraus. & l. contra. ff. de legi. & exemplum poſui ſupra ex Declamatione Senecæ, de tranſ. l. cum hi. §. ſi cui. & l. non dubium. C. de legi. Quandoque volo extẽdere per modum æquitatis, & ſimilitudinis rationis: & tunc aut illa æquitas reperitur ſcripta in aliqua lege, vel ſtatuto: & poteſt fieri. puta ſtatutũ prohibet procedi in delictis contra maiorem. 25. an. & minorem 30. niſi cum certa ſolemnitate propter nõ perfectam ætatem. & certè hoc ſtatutum debet trahi ad minorem. 25. an. vbi magis à iure ſubuenitur, quàm illis, de quibus ſtatutum loquitur, & abſurdum eſſet aliter dicere. & idem ſi non eſſet iſta æquitas in lege: ſed ratio, quæ exprimitur in ſtatuto, poſſet ad illam adaptari omnimodo. Nam ratio extendit mentem ſtatuentis ad illum, in quo eadem ratio reperitur, l. nominis & rei. §. verbũ ex legibus. de ver. ſig. & c. ſi poſtquam. de elec. in nouel. Aut illa æquitas non eſt ſcripta in lege, nec ex ratione expreſſa in ſtatuto colligitur, & non debet extendi. & tunc habet locũ regula, ꝙ ſtatuta non recipiunt interpreta. extenſiuam, vt l. quicquid aſtringendæ. de verb. ob. & in hoc differt interpretatio ſtatutorum ab interpreta. legum. quia leges trahũtur ad caſus non deciſos per ſimilitudinem ęquitatis, & rationis, vt l. non poſſunt. de legi. nam hęc eſt legis intentio nihil relinquere indeciſum. C. de ve. iur. enu. l. 1. §. cum quæ. non deciſa autem l. municipali, relinquuntur deciſioni iuris communis. ff. ſolu. matri l. ſi cum dotem. & iſta eſt eius doctrina, quæ vtrùm concordet, vel in aliquo aduerſetur theoricis ſupradictis, per te videas. per hoc enim ſentit, quòd caſus indeciſus per legem, vel ſtatutum debet decidi potius per ſi. legum, quàm ſtatutorũ. de quo ſuperius tactum eſt &c.

*S V M M Æ.*

1 *Nullus ſine culpa venit puniendus.*
2 *culpa dicitur eſſe triplex.*
3 *Culpa quælibet an puniatur criminaliter.*
4 *Conſtitutio præterita non concernit.*
5 *Ignorantia iuſta, & probabilis non meretur pœnam.*
6 *Papa, vel Imperator an poſsit priuare quem dominio ſuo.*
7 *Conſtitutio an comprehendat ignorantem.*
8 *Effectus ſententiæ, vel priuilegij, an noceat, vel proſit ignoranti.*
9 *Iura ignorare quibus perſonis eſt licitum.*
10 *Conſtitutiones extrauagantes an liceat ignorare.*
11 *Sententia excommunicationis lata à canone, vel ſtatuto epiſcopi an liget ignorantes.*

COgnoſcentes. Conſtitutio reſpi
cit futura, nõ pręterita. hoc dicit Io. An. quatuor ſunt partes, ſecun
dùm Boa. in prima deciſa facti narratio, ex qua formatur
quæſtio. In ſecunda traditur regula, ex qua datur ſolutio.
In tertia ibi [quoties] directa ſolutio. In quarta ibi [ne de-
trimentum] ſolutionis ratio. dictum eſt ſupra cap. proxim.
qui ligentur conſtitutionibus. hic verò loquitur, à quo tem
pore conſtitutiones ligare incipiant. ¶ Not. primò regu-
1 lam, quòd nullus † debet ſine culpa puniri: vnde dicit Hoſt.
Qui caruit culpa, careat, me iudice, pœna. à contrario er-
go ſenſu punitur quis propter culpam. 38. diſtin. cap. qui
ea. nam publica vtilitas &c. infra de ſenten. excommu. cap.
a vt famæ. ¶ Sed hic quæritur, cum ſit triplex a culpa † leuis,
2 lata, & leuiſsima, vt dixi infra de commo. c. 1. An quæli-
3 bet culpa † criminaliter puniatur. no. Barto. in l. reſpicien-
dum. §. delinquũt. ff. de pęnis. de lata enim nõ eſt dubium,
quòd punitur, minus tamen, quàm dolus, vt no. in l. in actio-
nibus. ff. de in litem iuran. De leui, & leuiſsima qualiter
puniãtur, no. Cyn. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epi.
& cleri. & l. 1. in prin. ſi quis teſtamento li. eſſe iuſſus fue. ff.
vbi plenè per Bart. an diſpoſitio ſtatutaria ſimpliciter fa-
ctum puniens, non facta mentione de dolo, vel culpa, exi-
gat culpam, vel dolum. ¶ Secundò no. regulam, quòd con-
4 ſtitutio † non cõcernit præterita, ſed futura. circa quod dic,
quòd aut lex noua loquitur ſuper cauſis: aut ſuper obliga-
tionibus. & ſi ſuper cauſis, aut ſuper lite ordinanda: & ſer-
uatur l. noua. aut ſuper lite decidenda: & tunc aut cauetur
in noua l. quòd trahatur ad præterita. Et ſubdiſtingue, aut
illa præterita ſunt deciſa: & non refertur ad illa, vt l. penul-
tima. & fin. C. de ſacroſan. eccle. aut non ſunt deciſa, ſed pẽ
dent: & tunc aut pendent per appellationem: & termina-
buntur ſecundùm legem veterem, & non nouam, etiam ſi
ſit dictum, quòd ad præteritas trahantur, vt in Authen. vt
cum de app. cog. §. 1. & in Spec. de app. §. de officio. ver.
quid ſi dum cauſa. Idem credo hic, ſi pendeant per viam
cauſæ principalis: vt ſicut de reſcripto ſpeciali in illa cauſa
impetrato non curamus, vt in cap. fina. infra vt lite pen. ita
neque de lege generali. quia lite pen. nihil &c. vt ibi. ¶ Se-
cundo caſu, cum lex diſponit ſuper obligationibus: & tũc
aut ſuper obligatio. inducendis: & ſeruatur lex antiqua,
aut ſuper obligationibus tollendis: & ſeruatur lex noua, vt
in Authen. hæc conſtitutio interpretatur. in prin. in l. leges.
C. de legibus. & prædicta inducit Cyn. ad quæſtionem. ſta-
tutum vetus continet, quòd exbanniti eximantur de ban-
no ſol. 50. lib. ſuperuenit nouũ ſtatutũ diſponens, quòd exi
mantur ſolu. centum. modò quidam exbannitus tempore
veteris ſtatuti volebat ſoluere quinquaginta, quaſi ſtatu-
tum poſtea ſuperueniens non concernat eum. ipſe refert
contrarium determinatum fuiſſe Paduæ: quia tale ſtatu-
tum dat formam futuram exemptionibus exbannitorum.
& ſic formam liberationibus: vbi ſeruari debet lex noua, e-
tiam in obligationibus contractis ante nouum ſtatutum.
quod eſt notandum. Similem quæſtionem diſputauit Ricar
Malumb. & ita etiam determinat, & incipit. In feruore or-
tæ diſcordiæ. facit l. cum lex. ff. de legi. & per Ioan. And.
in cap. licèt canon. de elec. lib. 6. ¶ Circa hoc quærit
Ioan. An. ſi quis incipit extrahere granum, & caſu diſtulit:
ſuperuenit lex, quòd nõ poſsit extrahi. an iſte, qui incœpit
extrahere, poſsit proſequi, non obſtante prohibitione ſu-
perueniente? tenet, quòd ſic, per l. Cæſar. ff. de publica. ego
hanc opinionem confirmo per ſimile. Teſtamentum, dum
viuit teſtator, pendet, & obitu confirmatur, vt in c. cum
Marthæ. de celeb. miſſa. pone ergo. Titius fecit teſtamen-
tum cum tribus teſtibus, vt ſtatutum tũc requirebat: ante
mortem verò Titij teſtatoris ſuperuenit nouum ſtatutum,
diſponens de numero ſeptem teſtium. poſtea mortuus eſt
teſtator, teſtamento poſtea non mutato: an valeat. text. eſt,
quòd ſic in l. iubemus. C. de teſtamen. efficacia ergo a-
ctus pendentis, & non conſummati ſumit vires à vete-
ri conſtitutione, & non noua. quod eſt notandum. ¶ Tertiò
nota regulam, quòd iuſta, & probabilis ignorantia † non
5 meretur pœnam. ſecus in ignorantia affectata. quod idem,
quod ſcientia, operatur, vt in cap. cum inhibitio. de clan-
deſtina deſpon. paria enim ſunt ſcire, vel ſcire debere, vt l.
quod te. ff. ſi certum peta. & hæc præſumptio ſcientiæ in
conſtitutionibus promulgatis inducitur poſt duos menſes,
vt in Authen. vt facta noua conſtitutio. in prin. quod intelli
git Ioan. in legibus. Sed in canonicis conſtitutionibus,
poſt ſex menſes, vt ipſe not. 82. diſtinct. cap. propoſuiſti.
Idem archi. de præben. cap. quia cunctis. in prin. Ioan. de
Ligna. dicit idem in canonica conſtitutione, ſicut in legi-
bus: cum non reperiatur correctum. facit cap. 1. de noui.
oper. nunciatio. poſt duos ergo menſes lapſos ligan-
tur etiam ignorantes conſtitutionibus, & legibus, vbi
lucidè probatur ignorantia, ſecundùm Innocen. Idem ſen
tit hic glo. quæ incipit. argu. circa fin. cui adde quod not. in
data, ſexto lib. ¶ Et primò oppono circa apparatum. di-
citur in text. quòd nullus ſine culpa punitur. contra de cap.
renouantis. 22. diſtinct. & 34. diſtinct. cap. ſi quis. & cap. ſe
quen. vbi quis ſine culpa iure ſuo priuatur. ſolu. dicit gloſſ.
quia &c. ꝙ contrarium eſt ſpeciale. vel dic ſecundò, quòd
quandoque quis priuatur ſine culpa, non tamen ſine cau-
ſa. infra vt lite non conteſta. cap. quoniam. §. ſi verò. põt e-
nim ſuperior cum cauſa priuare quem dominio ſuo, vt l. Lu
cius. ff. de euictio. & l. ſi ita verberatum. de rei ven. multò
magis priuilegio, cum tendit ad noxam principaliter, vt in
cap. ſuggeſtum. de decimis, & iura alle. in glo. in contrariũ
loquuntur in priuilegijs, quę poſſunt tolli per conceden-
tem, ſi non tranſiuerint in contractum, vt in c. fi. de reſcri.
li. 6. & de ſepul. c. fina. in cle. & vide per Bart. in l. omnes po
puli. ff. de iuſti. & iure. & per Hoſtien. in ſumma. eod. cap. §.
b quæ quibus. ſub §. eſt autem. ¶ An Imperator, b † vel Pa-
6 pa poſsit ſine cauſa quem priuare dominio rei ſuæ. no. Iac.
Butri. in prima conſtitu. Digeſt. & ibi per And. de Piſis in
additionibus. ¶ Oppo. ſecundò. dicitur in text. quòd igno-
rantes non debent ligari pœna conſtitutionis. contra 16.
diſtinct. cap. quod dicitis. Solu. vt in glo. ar. cui adde, quod
no. in cap. quod ad hæc. de poſtu. & in data. ſexto libro.
¶ Oppo. tertiò de vſur. Solu. dicit Innocen. ibi loquitur, cũ
noua conſtitutio diſponit ſuper eo, quod eſt prohibitum
de iure naturali: hic verò ſecus. & idem, ſi in conſtitutione
cauetur, quòd trahatur ad præterita, ſecundùm eum. ¶ Re
7 uoco tertium dubium: an conſtitutio † comprehendat igno
rantem, reſpon. aut diſpoſitio iuris tendit ad commodũ
ignorantis: & ſibi prodeſt, ſtatim cum lex eſt prolata, &
eſt text. notabilis in l. penulti. C. de decurio. lib. 10. circa fi.
facit quod le. & no. in c. quia cunctis. de cõceſ. præben. vbi
8 plenè in text. & per Innocen. ¶ An effectus † priuilegij, vel
ſen-



tentiæ proſit, vel noceat ignoranti. facit l. genero. ff. de
his, qui no. infa. & c. ſtatutum. de præben. lib. ſexto. vbi tem
pus à conſtitutione limitatum currit ignoranti, ſi eſt ſibi cõ
modum, quòd currat. ad hoc l. cum pater. §. ſurdo. ff. de le-
ga. 2. aut conſtitutio tendit ad incommodum, & ad pœnã.
& tunc poſt duos menſes ligantur omnes, vt dixi. ſ. vide ta
men quod leg. & nota. in c. vt animarum. e. tit. li. 6. ¶ Qui-
buſdam tamen perſonis licitum eſt ignorare iura omni
tẽpore: vt fœminis, minoribus, ruſticis, & militibus. quod
dic, vt plenè nota. in l. regula. ff. de iuris & fac. igno. & 1. q.
3. §. notandum. facit quod no. dominus Bald. in l. venia. C.
de in ius voc. vbi omnino vide. ¶ Secundò quæritur, an cõ-
ſtitutio inferiorum liget ſtatim, vel poſt duos mẽſes. reſpõ.
ſecundùm Ioan. de Ligna. ſtandum eſſe arbitrio iudicis.
idem Ioan. 82. diſtin. cap. propoſuiſti. & arg. de conceſ. præ
ben. c. quia cunctis. facit l. vlt. de decre. ab or. fa. ff. ¶ Tertiò
9 quæritur, an liceat ignorare conſtitutiones † extrauagan-
tes. reſpon. non, ſi ſint publicè notæ, vt conſt. execrabilis. &
conſti. ad reprimendam. alias aũt extrauagan. eſt licitum
ignorare: nec ſententia eſſet nulla, lata contra ipſas, expreſ-
sè: nec iudex faceret litem ſuam, vt l. cum prolatis. ff. de re
iudi. facit c. paſtoralis. de fide inſtrumen. & circa hãc quæ-
ſtionem vide quod legitur, & no. in prœmio Clemẽn. cir-
ca fi. ¶ Ad vnum aduerte, quia quando conſtitutio diſpo-
nit declarando, trahitur ad præterita, vt in Authen. de alie.
& emphi. §. omnino igitur. colla. nona. ¶ Quartò quæritur,
10 an ſententia † excommunicationis lata à canone, vel ſta-
tuto epiſcopi liget ignorantes. dic, vt in cap. vt animarum.
infra eodem. li. ſexto. facit quod no. in Cle. grauis. de ſent.
excommu.

ADDITIONES.

a ¶ Cum ſit triplex culpa. Adde Bart. in l. quod Nerua. ff. depo. & in l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. commod. Odof. in l. cum oſtendimus. §. 1. ff. de fideiuſ. tut. & culpæ materiam vide per Sali. amplè in l. ſi nullã. C. de pig. acti. Bal. in l. pignus. C. eo. tit.

b ¶ An Imperator, vel Papa. Adde ad hanc materiam, quòd Imperator non poteſt ſine cauſa auferre feudum, niſi precarium. Bal. in l. qui ſe pa tris. C. vnde libe. & aduerte ad vnum, quòd Imperator poteſt licitè poſsidere quicquid eſt ſub Sole, & Luna. Bal. in Authen. habita. C. ne fi lij pro patre.

*S V M M Æ.*

1 *Statuta in vno ſeruantur in eius connexo.*
2 *Tranſlatio poteſtatis intelligitur eſſe facta cum poteſtate legis condendæ.*
3 *Populus Romanus an poſsit tollere Imperatori poteſtatem legis condendæ.*

1 TRanſlato. Statuta † in vno, ſeruantur
in eius connexo. hoc dicit.
¶ Vel aliter. c In illum, in quem transfertur pote-
ſtas, & imperium, transfertur per quandam conſequentiã
legis auctoritas, & arbitrium. hoc dicit. ponit rationem ibi
2 [quia.] ¶ Nota primò, quòd translatio † poteſtatis intelli-
gitur eſſe facta cum poteſtate legis condendæ: vnde popu-
lus Romanus, qui tranſtulit in Imperatorem omne impe-
rium, etiam poteſtatem legis condendæ tranſtuliſſe vide-
tur, vt Inſti. de iure natu. & gen. §. ſed quod principi. & ſu-
per hoc reuocatur in dubium per Docto. hic. An populus
3 † Romanus poſſet hanc poteſtatem reuocare, & leges con-
dere. not. glo. in l. non ambigitur. ff. de legi. & quòd poſsit,
tenent ibi Placentinus, & Iaco. Bu. Ioan. de Ligna. tenet
glo. quæ tenet hic contrarium. & Cyn. tenet in l. fina. C.
de legi. ¶ Secundò not. quòd quandoque ratione conne-
xitatis, ſeu connexionis, vno translato, transfertur & reli-
quum. vnde translato legato in alium, transfertur & onus
legati iniunctum in alium, vt l. Gaio. ff. de ali. & ci. leg. & l.
tranſlatio. ff. de adi. leg. tranſlatio. n. videtur habere vim ali
cuius nouationis, quæ eſt vnius obligationis in aliam trans
fuſio cum omnibus ſuis qualitatibus, vt l. ſi Stichum. §. 1. &
l. in diem. ff. de noua. ¶ Et adde, quòd quædam ſunt conne
xa, vt hic. quædam nouata, ſeu ſubrogata, vt l. ſi eum. §. qui
iniuriarum. ff. ſi quis cau. quædam ſunt correlatiua, de qui-
bus in l. fi. de accepti. quædam mixta, vt l. ſponſus. §. 1. ff. de
donatio. inter virum & vxor. quædam principalia & acceſ-
ſoria, vt in cap. inter dilectos. in fi. de fi. inſtru. quædam con-
ſecutiua ad propoſitum, & conſequens: vel econtra, vt l. il-
lud. ff. de acquir. hære. quædam non ſunt ſimilia per omni-
modam rationem: tunc enim tacitè cautum videtur, vbi ea
dem ratio reperitur, vt l. his ſolis. ff. de reuo. do. & quod no.
in c. 1. de tempo. or. li. 6. & iura hic allega. in glo. ¶ Pro de-
claratione text. quæro, quæ intelligantur translata per iſtã
translationem ſacerdotij. reſpon. ſecundùm Abba. omne
ſacramentum, vel ſacrum, quo gratia cõfertur: vnde ordo,
& ſimilia non ſunt hodie apud iudeos, & non baptizatos. ĩ.
de presby. non bapti. c. 1. & fi. & de hoc in Specu. de æta. &
quali. §. 1.

ADDITIO.

a ¶ Vel aliter. Adde quod ſtatuitur in vno connexorum, de alijs eſt in telligendũ. primò ponit dictum. ſecundò rationem, ſeu cauſam dicti ſui, ſecunda. ibi. ſed quia.

*S V M M Æ.*

1 *Conſtitutio generalis comprehendit omnes ſpecies, quę aptitudine, licèt non actu ſub eodem genere includuntur.*
2 *Specificatio ſub nomine generali idem operatur, quod ſpecialis expreſsio ſpecierum, ſub genere incluſarum.*
3 *Mala omnia oriuntur ex concupiſcentia.*
4 *Ebrietas eſt fomes omnium malorum.*
5 *Auaritia eſt radix omnium malorum.*

NAm cõcupiſcentiam.
1 Cum quid prohibetur, prohibentur omnia, quę
conſequuntur ex illo. hoc dicit. Vel aliter. Conſtitutio † ge-
neralis comprehendit omnes ſpecies, quæ aptitudine, licèt
non actu, ſub eodem genere includuntur. h. d. ſecundùm in
tellectum fin. glo. ¶ No. primò, quòd Auguſtinus commen
dat hic conſtitutionem, quæ verbis generalibus cõcipitur.
debet enim eſſe breuis, & clara. 4. di. c. erit autem. ¶ Secun-
2 dò no. quòd ſpecificatio † ſub nomine generali idem opera
tur, quod ſpecialis expreſsio ſpecierum, ſub genere incluſa
rum. facit c. conſtitutionem. de ele. in Cle. c. qui ad agendũ.
de procura. lib. 6. diſcurrit iſta regula per contractus, vel vl
timas voluntates, & iudicia: vt ſi quid prohibetur, prohibeã
tur omnia, quæ ſequuntur ex illo. & econtra. ſ. quod permit
titur &c. facit. ĩ. de offi. deleg. c. præterea. & in reg. cũ quid.
de reg. iur. li. 6. & l. 2. ff. de iuriſdi. omnium iudicum. ¶ Ter-
a tiò no. ꝙ ex concupiſcentia a † oriuntur omnia mala. quod
3 glo. magna exponit. i. quæ oriri poſſunt, quaſi aptitudine,
non actu. ſimile. ĩ. de bapti. c. maiores. §. cæterum. alibi dici
b tur, ebrietatem b † eſſe fomitem omnium vitiorum. 35. diſt.
4 c. ante omnia. alibi dicitur de ignorantia, quæ eſt mater er-
rorum. 38. diſt. c. ignorantia. alibi dicitur, quòd amor pe-
cuniæ eſt quaſi materia omnium criminum. 34. diſtin. §. is
igitur. alibi quòd auaritia † eſt radix omnium malorum: vt
5 in Auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. cogitatio.

ADDITIONES.

a ¶ Tertiò no. quòd ex concupiſcentia. vide pro declaratione iſtius tertij notabilis dom. Car. Zab. hic in 2. op. nu. 2. & 3.

b ¶ Ebrietatem. Adde tamen, quòd ebrietas eſt leuis culpa. gl. in fi. §. fi. C. de repu. tamen eſt peccatum mortale, niſi ſit rara. §. ea demum. 25. di. Abb. in c. ſi conſtiterit. de accuſa. tamen Cardi. in Cle. 1. de homi. dicit eſſe veniale, per. §. criminis. 15. diſt.

SVM-

*S V M M AE.*

1 *Conſtitutiones decretorum ſingularibus opinionibus veniunt præfe rendæ.*
2 *Iudex ſequens opinionem vnius nõ approbatam ab alijs, an debeat puniri.*

1 NE innitaris. Conſtitutiones † Decretorum ſunt ſingu
laribus opinionibus præferendæ. hoc d. ¶ Not.
primò, quòd vbi in Decretis aliquid ſtatutum reperitur,
quilibet debet illud ſequi, non propriam opinionem.
¶ Quid ſi in vno caſu ſunt opiniones diuerſæ. pone exem-
plum in l. dos à patre. C. ſolu. matrimo. & etiam in multis
caſibus, in quibus diſcordant Innocen. & Hoſtien. vt patet
infra de reſti. ſpoliato. c. ex conqueſtione. ¶ Quæro er-
2 go ſi iudex † ſequitur opinionem vnius non approbatam
ab alijs, an debeat puniri. dic, quòd ſic, ſi eſt communi-
ter reprobata, vt no. Barto. in l. cum prolatis. ff. de re iudi, &
quod no. Ioan. Mona. in cap. cupientes. § denique. de elec.
lib. ſexto. ¶ Si autem inter ſanctos eſſet opinio: vt de Salo-
mone damnato. 34. diſtinct. cap. Salomon. cuilibet licitum
eſt dicere, quòd vult: ꝙ alle. vſque ad vnũ iota ſeruẽtur, niſi
eſſent correcta. 15. diſtinct. cap. fina. & 9. diſtinct. cap. noli
frater. adde quod not. Inſtitu. de obli. quæ ex quaſi delic.
in prin.

*S V M M AE.*

1 *Conſtitutio capituli, per quam tollitur antiqua conſuetudo, non valet.*
2 *Canonici in eccleſia ſua conſtitutionem facere poſſunt.*
3 *Epiſcopus eſt caput eccleſiæ cathedralis.*
4 *Conſtitutio, quæ non ligat vniformiter omnes de Capitulo, non valet.*
5 *Canonicis futuris an poſsit lex noua imponi.*
6 *Collator in collatione beneficij an poſsit imponere nouum onus beneficiato.*
7 *Conſtitutio prima non tollitur per poſteriorem.*
8 *Abſentes de iure an ſint vocandi ad tractatum, ſicut ad electionem.*
9 *Fructus beneficij vigore conſuetudinis in abſentia an quis percipere poſsit.*

1 CVm omnes. Conſtitutio † capitu
li, quæ non eſt com-
munis omnibus, & per quam tollitur antiqua
conſuetudo non valet. hoc dicit. ¶ In prima ponuntur
duæ quæſtiones. ¶ In ſecunda præmittit duas rationes
pro deciſione ipſarum. Tertiò deciſionem vtriuſque ſub
nectit. Secunda ibi [ cum igitur. ] Tertia ibi [ mandamus ]
dictum eſt ſupra de conſtitutionibus generalibus, quæ
omnes ligant. ſequitur videre de conſtitutionibus alicuius
collegij, vel alterius vniuerſitatis. & de iſtis tractat vſque
2 ad cap. fin. excluſiuè. ¶ Not. primò, quòd canonici † poſ-
ſunt facere conſtitutionem in eccleſia ſua. quod eſt verum,
etiam ſine conſenſu epiſcopi, ſiue ſit eccleſia cathedralis,
3 ſiue alia. nam epiſcopus † eſt caput eccleſiæ cathedralis,
& aliarum. de teſta. cap. requiſiſti. de his quæ fi. à præla.
cap. nouit. & not. Archi. de verbo. ſignificatio. cap. 2. & vi-
de quod not. 1. quæſtio. 2. cap. ſacerdos, vbi no. an Capitu
lum habens bona diſtincta poſsit illa diuidere per præ-
bendas ſine conſenſu epiſcopi. ¶ Vlterius circa poteſta-
tem Capituli in condendo ſtatuta ſine epiſcopo, quæri-
tur de ſimili quæſtione. ſi ad Capitulum ſpectat collatio
præbendarum, an poſsint ſtatuere, quòd vnus conferat
vnam, dum vacabit: alius aliam. videtur, quòd ſic, ad
ſimilitudinem plurium patronorum in Clem. 2. infra de
iure patrona. In contrarium facit quod not. Stephanus
in Cle. 1. de ſup. neg. præ. vbi dicit, quòd abbas non poteſt
diuidere bona menſæ inter ipſum, & conuentum. facit
quod not. Franciſcus de reſcriptis. in c. edoceri. vbi poſt
cõſecrationem diuiſio bonorum fit per ſolum epiſcopum.
¶ Nunquid autem ſuper reſidentia canonicorum poſſint
ipſi inter ſe ſtatuta facere. Innocen. & Compoſt. tenent,
quòd non. & iſta fuit vna de cauſis recitandi conſtitutio-
nem, de qua in text. reſidentia enim clericorum eſt de epi
ſcopali officio, cum ſine eius licentia peregrinari non de-
beant. de conſe. diſtinct. 5. cap. non oportet. ¶ Secundò
4 not. quòd non valet conſtitutio, † quæ non ligat vniformi
ter omnes de Capitulo. non enim debet idem collegium
duplici iure cenſeri. 12. quæſtio. 2. cap. cognouimus. quan-
doque tamen iſta diſparitas toleratur, ſi talis conſuetudo
eſt in eccleſia præſcripta. vt ſcilicet vnus magis, quàm a-
lius, percipiat. de conſue. cap. fina. vbi verò non eſt con-
ſuetudo, quantùm ad victum omnes debent eſſe æquales.
quantùm ad indumenta ponderatur auctoritas, & præro-
gatiua. de quo infra de ma. & obe. cap. ſtatuimus. & hæc
tangit Innocen. & Augu. in regula. ¶ Tertiò not. quòd fu-
5 turis canonicis † non poteſt noua lex imponi. vtrùm au-
tem præſentibus poſsit ſuperior, vel Capitulum duriorem
imponere legem, vt de non comedendo carnes, & ſimilia.
dic, vt not. in Clemen. vt hi qui de æta. & qualita. & in
cap. ſignificaſti. de elect. per Innocen. vbi not. an in colla-
6 tione beneficij poſsit collator † imponere nouum onus
ipſi beneficiato. de quo infra in cap. ſignificatum. de præ-
ben. ¶ Quartò not. iſtas duas regulas [ quòd quiſque iu-
ris. ] &c. [ & patere legem, quam tu ipſe tuleris ] &c. facit ad
materiam, quam ponit Innocen. in cap. cum venerabilis.
de excep. & ff. quod quiſque iuris. l. 2. per totum. ¶ Quin
7 tò not. circa fin. quòd conſtitutio † prima non tollitur per
poſteriorem ſibi contrariam, quæ non valet. & ſic limitat
cap. 1. eodem titu. lib. 6. ſic teſtamentum vltimum imper-
fectum non rumpit primum validum, vt l. ſi filius. ff. de
libe. & poſthu. ar. contra. de adi. lega. l. & ſi transferã. ff. de
lega. 1. l. planè. in princi. ¶ Glo. magna format primò v-
num contrarium. Secundò quærit de vna quæſtione. op-
ponitur ergo, & videtur, quòd canonici potuerint hoc
facere, quòd futuri canonici abſentes nihil percipiant:
quia conſtitutio talis erat iuſta, & fauorabilis eccleſiæ: vn
de videtur, quòd poſsint, etiam in præiudicium ſucceſſo-
rum, vt in iuribus alle. in glo. dicit Innocen. quòd duplex
eſt cauſa nullitatis huius conſtitutionis, ſcilicet inæqualitas
inter nouitios, & antiquos. & quia auctoritas epiſcopi nõ
interfuit. valuiſſet ergo hæc conſtitutio cum eius auctorita
te, excepto quàm de vineis, ſecundùm Innocen. fuit ergo
iniqua ratione perſonarum conſtituentium, non ipſius con
ſtitutionis. non enim eſt iniquum, vt antiqui canonici in
ſuis conſuetudinibus tolerentur, & circa nouos aliquid ſta
tuatur. quia proprium eſt conſtitutionis futura cõcernere,
vt in c. cognoſcentes. ſupra eodem. & hoc verum, æquius ta
men eſt, vt æqualitas inter omnes ſeruetur, ſecundùm eum.
¶ Secundò extra glo. opponitur, & videtur, quòd rationes,
quæ redduntur in litera, contradicant ſolutioni, quæ da-
tur in fi. c. Rationes enim text. concludunt, quòd antiqui
canonici debeant pati legem, quam tulerant. & illud æquũ,
quod putauerunt ſeruari in perſonis aliorum. & tamen mã
dat in fin. ſeruari non iſtam conſtitutionem, quam fece-
runt, ſed antiquam. ergo deciſio contraria rationibus
prædictis. ſoluit Innocen. tribus modis. vltima eſt, quòd
rationes prædictæ habent locum, cum lex tenet: ſed hic
non tenebat, quia deficiebat conſenſus epiſcopi, vt præ-
dictum



dictum eſt. Edictum enim quod quiſq; iuris. non habet lo-
cum, cum illud, quod ſtatuitur, eſt nullũ, vt hic patet. tamen
potes dicere, ꝙ iſtæ rationes inferunt nullitatem dictæ con-
ſtitutionis: quaſi non teneat, poſtquàm decernunt non liga-
ri. & aliud ſtatuerunt in perſonã alterius, quàm ſuã. ¶ Quæ-
rit glo. nunquid ſi iſti canonici cõmuniter congregati, aliqui
bus inuitis, potuiſſent facere ſtatutũ, de quo in tex. glo. nota
biliter diſtinguit: quòd aliquando aliquid eſt cõmune pluri
bus vt ſingulis: & non valet quod à maiori parte, alijs inui-
tis, factum eſt. fallit in l. fin. C. qui bo. ce. poſ. vt l. maiorem. ff.
de pac. quandoq; aliquid eſt cõmune pluribus vt collegia-
tis: & tunc dic, vt in glo. aut neceſſario: aut voluntario actu
geritur. vt ſi voluntario, non teneat, ſecundũ glo. hoc verũ,
niſi quod voluntariè agitur, vergeret in vtilitatem eccleſiæ,
& ornatum: vel niſi conferant pietatem, & eleemoſinam: vt
in conferendis ſumptibus ſcholari canonici ſtudẽtis. vt ĩ. de
his, quæ fi. à ma. par. ca. c. fi. vnum verbum no. poſitum in gl.
ꝙ regula, qua cauetur, ꝙ valeat actus, qui geritur à maiori
parte, debet intelligi, ſi alij, qui faciunt minorem partem,
fuerunt vocati. facit quod no. in l. planè. & l. nulli. ff. quod cu-
8 iuſque vniuerſi. nomine. an autem de iure abſentes † ſint vo-
candi ad tractatum, ſicut ad elec. dic, vt ĩ. de teſti. c. præſen-
tibus. lib. 6. & de noui oper. nun. c. 2. in glo. ſi quis. ŝ. per Ioã.
An. & vide quod legitur, & no. ĩ. de poſtu. c. bonæ. 2. per Ho
ſtien. Inn. per Io. An. vbi plenè declaratur quod hic glo. tan-
git in fi. an debeant canonici actui conſentire vt ſinguli, an
collegialiter. ¶ Vltimò gl. quærit, an poſsit vigore cõſuetudi
9 nis percipere quis fructus † beneficij in abſentia ſine pecca-
to. dic, vt hic per Io. An. ſuper ea. ¶ Vltimò quærit hic Com
poſt. Inno. & poſt eum Hoſt. an aliæ vniuerſitates, ſiue colle-
gia poſsint condere ſtatuta. & an poſsint adijcere pœnã ſuis
ſtatutis. & quid ſi viuit rector: an vniuerſitas poſsit aliquid
agere ſine eo. & an mortuo rectore, iuriſdictio redeat penes
ipſam vniuerſitatem, ſiue collegium. de his omnibus plenè p
Inno. & per Bar. in l. omnes populi. circa prin.

*S V M M AE.*

1 *Conſtitutio laicorum ſuper rebus eccleſiæ facta non tenet.*
2 *Laicus feudum, quod habet ab eccleſia, non poteſt in caſu neceſſitatis alienare.*
3 *Ius feudatarij an confiſcetur propter delictum, ſicut alia bona.*
4 *Papa ex officio ſuo indemnitatibus eccleſiarum prouidere poteſt.*
5 *Geſta prætextu iniquæ conſtitutionis an ſint retractanda.*
6 *Laicis an ſit licitum facere ſtatuta.*
7 *Laici ſuper quibus rebus poſſint facere ſtatuta.*
8 *Reſcriptum principis, per quod aufertur dominium rei propriæ, non valet.*
9 *Actiones an ſint de iure gentium, vel ciuili.*
10 *Obligationes ex delictis an ſint de iure gentium, vel ciuili.*
11 *Ius diuinum an poſſit tolli per ius poſitiuum.*
12 *Vaſallus an poſſit feudum alienare.*
13 *Feudatarius an poſsit inuito domino, feudo renunciare.*

1 QVæ in eccleſiarum. Conſtitu
tio † lai-
corum ſuper rebus eccleſiæ facta non tenet. h. d.
Vel aliter. Conſtitutio facta ſuper rebus non ſuppoſitis iuriſ
dictioni ſtatuentis, ipſo iure non valet. h. d. diuiditur in duas
partes. In prima ponit conſtitutionis tenorem. Secunda con-
ſtitutionem annullat. & quod ex ea ſequutum eſt in eccleſia
rum præiudicium, non valere decernit. ſecunda ibi [ volẽtes. ]
¶ Not. ꝙ vniuerſitas poteſt facere conſtitutionem: non tñ ſu
per rebus non ſuppoſitis iuriſdictioni ſuæ, vt hic. facit l. ſi
vnus. poſt prin. ff. de bo. aucto. iudi. poſ. ſic etiam conſtitutio
non põt ligare non ſubditos, vt in c. vt animarum. eo. c. lib. 6.
& l. extra territorium. de iuriſ. om. iu. facit c. paſtoralis. de re
2 iudi. ¶ Secundò no. ꝙ in caſu neceſsitatis non põt laicus † feu
dũ, quod habet ab eccleſia, alienare: res ergo alienari à iure
prohibita, ẽt in caſu neceſsitatis alienari non poterit. Si autẽ
non à iure, ſed à teſtatore, vel contrahentibus, alienatio pro
hibetur: an hæc prohibitio extendat ad alienationem neceſ
ſariam. dic, vt in l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. & l. pater. ff. de le.
3 3. an aũt delinquendo ius feudatarij † confiſcetur, ſicut alia
bona. dic, vt in c. in præſentia. ĩ. de proba. p Doct. & l. ſi fini-
ta. §. ſi de vectigalibus. ff. de damno infec. per Bar. ¶ Tertiò
4 no. in ver. volentes, ꝙ Papa † ex ſuo officio prouidere poteſt
indẽnitatibus eccleſiarũ. eccleſiæ enim æquiparantur pupil-
lis, quibus iudex tenetur impendere ſuum officiũ, ẽt non pe
titum, ſicut omnibus miſerabilibus perſonis. vt l. 4. §. hoc au
tem iudicium. de damno infec. vbi plenè per Bar. facit c. cum
veniſſet. ĩ. de inſtitu. & quod no. in c. ad nr̃am. de iureiuran.
5 ¶ Quartò no. omnia retractari, quæ geſta † ſunt, prætextu
iniquæ conſtitutionis. idem ſi reprobetur auctor: nam ſcri-
pta ſua reprobata videntur. ĩ. de hæreti. c. fraternitatẽ. p Inn.
¶ Quintò not. ꝙ illud, quod geſtum eſt à poteſtate ſeculari
ſuper rebus eccleſiaſticis, per iudicem eccleſiaſticum retra-
ctatur. ad ipſum. n. pertinet defendere bona eccleſiaſtica con
tra illicitos detentores, vt ĩ. c. cum ſit generale. de foro cõp.
6 ſuper glo. 1. ¶ Venio ad glo. & quæro, an laicis † liceat face-
re ſtatuta. reſpondet glo. ꝙ ſic, per l. omnes populi. ff. de iu-
ſti. & iure. de quo dic, vt ŝ. in c. proxi. in nouella. ¶ Secundò
7 quæritur ſuper q̃bus rebus poſsint laici † facere ſtatuta. rñ-
det, ꝙ non ſuper rebus eccleſiaſticis ſine auctoritate Papæ.
de quo plenè in c. bene quidem. 96. diſt. ¶ Circa hoc quæri-
tur tertiò extra glo. an vniuerſitas potuerit facere ſtatutum
ſuper feudis laicorum, ꝙ poſsint ex cauſa neceſſaria aliena-
ri. Papa ad hoc non reſpondet: ſed ſtatutũ damnat, quate-
nus feuda eccleſiaſtica tangit. circa hoc Hoſtiẽ. & Compoſt.
poſt Inno. dicunt, quòd non valuerit tale ſtatutum, etiam in
præiudicium laicorum, ſi emanauerit ſine cauſa. ratio eſt ſe-
cundùm eum. quia dominia, & iuriſdictiones ſunt de iure gẽ
tium, & naturali, vt l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure. Statuta
non ſunt de iure ciuili, vt d. l. omnes populi. ergo non poteſt
quod de iure naturali competit, per ius merè poſitiuum ſi-
ne cauſa tolli. cum cauſa non poſſet, vt in maleficijs. ff. & C.
8 de bo. damna. per totum. hinc eſt, ꝙ nõ valet reſcriptũ † prin
cipis, per quod aufertur dominium rei propriæ: vt l. quoties.
C. de preci. Impera. offe. facit quod not. in l. 2. C. quæ ſit lon.
conſue. vbi vniuerſitas nõ poſſet vnum ſpecialiter obligare.
quia obligatio eſt de iure gentium, vt not. hic Ioan. de Lig. in
7. q. de quo latius per Cynum in dicta l. ex hoc iure. Ex cuius
dictis idem Ioan. aliqua reaſſumpſit, primò, an vtile domi-
nium ſit de iure gentium, vel ciuili. Item an ſeruitutes reales
ſint de iure gentium. ¶ Item an ſententia condemnatoria
transferat dominium. de qua quæſtione plenè per Cynum
in l. 2. C. communia vtriuſque iudi. & Inſti. de offi. iudi. in fi.
9 ¶ Item an actiones † ſint de iure gentium, vel ciuili. ardua
eſt quæſtio, de qua pleniſsimè per Cyn. in dicta l. ex hoc iu-
10 re. in 10. quæſt. ¶ Item an obligationes † ex delictis ſint de
iure gentium, vel ciuili. dic, vt ibi in vlt. glo. ¶ Item an do-
minia, ibi plenè in ſecunda, & tertia oppoſitione. & expedit
ſpecies iuris cognoſcere. quia vnum eſt potentius reliquo:
vt naturale, pluſquàm ciuile. ¶ Item ius diuinum. Item ius
canonicum. Item ius ciuile. ſenatuſconſulta. prætorum edi-
cta. ſtatuta municipalia, & conſuetudines. de quibus omni-
bus, & alijs à prima diſtin. vſque ad 13. in Decretis. vbi ple-
nè, vt vnum alteri præualeat, vel ſuccumbat. facit Inſtitu. de
iure natura. gent. & ciui. §. ſed naturalia. & per totum. & l.
eas. ff. de cap. dimi. ¶ Tangit hic etiam Innocen. an ius diui
11 num † ſiue naturale poſsit tolli per ius poſitiuum, canonicũ,
vel ciuile: videtur, ꝙ non, vt dicto §. ſed naturalia. & l. eas. Ci-
uilis enim ratio ciuilia iura corrumpere poteſt. naturalia au
tem non poteſt. Innocen. verò tenet, quòd licèt non poſ-
ſit in totum tollere: poteſt tamen interpretari, & modifica-

ri.de iure enim diuino ſufficiunt duo teſtes. quia in ore duo-
rum &c.vt in c.in omni. de teſti. & tamen in teſtamentis de
iure ciuili requiruntur.7. Item de iure naturali filijs alimen-
ta debentur,vt Inſti. de iure natu. in prin. & tamen ex cauſa
ius ciuile eis denegat alimenta: vt l.ex complexu.C.de ince-
ſti.nup.& not.in c. Quintauallis.ĵ. de iureiuran. in nouella.
Item ius diuinum dicit . non occidas . & tamen de iure ciuili
permittitur,vt C. quando licet vnicuiq; . l. 1. cum multis ſi-
milibus.& de iſta quæſt. an valeat ciuilis,vel canonica conſti
tutio contra ius diuinum.diſtingue plenè per Bar. in d.l. om
nes populi,ff.de iuſti.& iure. in tertio articulo,ſuper quibus
rebus poſsint fieri ſtatuta:vbi etiam quærit an ſuper his,quæ
ſunt diſpoſita à iure ciuili, poſsit fieri ſtatutum aliter diſpo-
nens contra,vel præter. facit quod ipſe no.in l.teſtamenti fa-
ctio,ff.de teſta,vbi quærit,an valeat ſtatutum, quòd filius ſpu
rius ſuccedat patri . dom. Frede.de Senis conſuluit, ꝙ non.
facit quod de hac materia no. Bald.in l.fi.C.ſi contra ius,vel
vti.pu.& in diſputatione ſua de vſurario, quòd non audiatur
poſt quinquennium ſuper ſorte.& l.habeat.de ſacroſan.eccl.
vbi no.ſi conſcientia contradicit iuri canonico,vel ciuili:pu-
ta in re præſcripta , vel per ſententiam adiudicata debeat qs
adhærere conſcientiæ , vel iuri communi . de quo plenè in
quæſt. domini Frederici . & vide quod tangit dom. Ioan. de
Ligna.in c.s̃.proxi.an ſtatutum epiſcopi detrahens ſolemni
tati probatoriæ (vt quòd ſufficiat probare debitum per vnũ
teſtem) valeat. dom. Frede.tenuit,quòd non.de hac materia
remittit Hoſtien.ad ſummam de reſcrip.§.quas matres . ſub
§.poteſt autem. ¶ Tertia glo. tractat , & querit : an vaſallus
12 † poſsit feudum alienare . a tenet , ꝙ non poſsit titulo dotis.
a poteſt tamen infeudare alteri . & hoc diſputando determi-
nat glo.10.colla.de capi.Corradi.c.1.idem hic glo. Io. Vin.
Phi. & Hoſtien. dummodo non infeudetur eccleſiæ. de hoc
in Specu.de feud.§.2.verſi. 38. pro anima verò an dare poſ-
ſit: videtur , quòd non , vt in conſti. Imperialem. circa prin.
10.colla.& per Hoſtien.in ſumma de immu.eccle.§. inquan
tum.ſub §.ſed vt illa immunitas.¶ Secundò quæritur,an feu
13 datarius † poſsit renunciare feudo, inuito domino. & quòd
poſsit,alle. aliqua iura : deinde in contrarium, & non ſoluit.
hanc partem,quòd poſsit,tenet Hoſtien.Io. Vincen. & Phi.
dummodo non interſit domini : vel non nimis intempeſtiuè
renunciet. facit c. 1. de vaſallo , qui contra conſtitutionem
Lotharij feudum aliena. 10. colla. de qua quæſtione plenè
per Bar.in l.is cum quo.ff.de aqua plu.arcen.& tetigi in c.cũ
inter vos.ĵ.de re iudi. ¶ Vltima glo.querit,an contractus ini
tus ſuper rebus eccleſiæ, non ſeruata forma,valeat,ſi omnes
canonici conſentiunt. ea verò ſeruata,tenet contractus: licèt
etiam reſtituatur, ſi eſt leſa. dico tamen , quòd non intelli-
gitur læſa , ſi conſentit vaſallo vendere ius ſuũ.quia tunc di-
rectum dñium eccleſiæ non mutatur. & ita dicit Io. And.

ADDITIO.

a ¶ An vaſallus poſsit feudum alienare. vide per dominum Car. Zaba. in 12.qõ.nu.14.& per Doct.in c.1.inf.de feu.Pau.de Ca.conſi.154.

SVMMAE.

1 *Bona dignitatis ſuppreſſæ in eccleſia , an debeant applicari clericis.*
2 *Dignitas extincta in eccleſia per ordinationem canonicorũ actu contrario reuiuiſcit.*
3 *Capitulum an poſſit minuere numerum præbendarum.*
4 *Epiſcopus cum Capitulo an poſſit in eccleſia nouam dignitatem creare.*

CVm acceſsiſſent. Dignitas ſublata ď
eccleſia per ſtatutum Capituli , poſtea cõfirmatũ
per Papam,vltra non cenſetur vacare : niſi poſtea ſtatutũ il-
lud fuerit per pactum contrarium reuocatum.h.d.diuiditur
in tres partes, ſecũdùm Hoſtien. In prima ponitur allegatio
pro primicerio.In ſecũda allegat cõtra eũ pro Cap. In tertia
diffinitiuę commiſsio. Secunda ibi [fuit inſuper. ] Tertia ibi
[quo circa. ] ¶ No.primò, quòd iſte archidiaconus petebat
primiceriatũ,tanquàm deuolutum.& ſubdit,ꝙ non erat de-
uolutum ; quia non poterat dici vacãs,cum eſſet extinctum.
eſt ergo vnus de caſibus , quo morte prælati non vacat bene
ficium.alius eſt,cum non ſunt diſtinctæ præbendæ. ĵ.de prę-
ben.c.dilecto.& de conceſ.præbẽ.c. ex parte. alius caſus eſt,
cum beneficium eſt de menſa.quia mortuo clerico,conſoli-
datur menſæ:vt in cle.quia regulares.de ſup.neg.prela.¶ Se-
1 cundò nota,ꝙ bona dignitatis † ſuppreſſæ,vel extinctæ in ec
cleſia,debent clericis applicari. facit , ꝙ ſi diſſoluatur colle-
gium,bona collegij debeant diſtribui inter priuilegiatos. fa
cit quod no.in c.dilecta.de exceſ.præla. & l.2.ff. de collegijs
2 illi.per Bar. ¶ Tertiò no. ꝙ dignitas † extincta in eccleſia ꝑ
ordinationem canonicorum, actu contrario reuiuiſcit , etiã
ſi extinctio fuerit confirmata per Papam.quod eſt notandũ.
¶ Primam glo,magnam ordina per tres quæſtiones. Prima
3 eſt,an Capitulum † poſsit minuere numerũ præbendarũ , &
canonicorum. vel ſupprimere aliquam dignitatem de eccle
ſia. ¶ Secunda eſt econuerſo,an poſsit augere, vel augmen-
tare,ſeu nouam dignitatem in eccleſia creare.Tertia qd ope
ratur confirmatio Papæ appoſita in aliqua diſpoſitione . In
prima quæſtione arguit primò,ꝙ non poſsit. ¶ Si quæris cir-
ca numerum præbendarum : aut numerus non eſt ibi iura-
tus,nec per Papam confirmatus. & tunc non eſt dubium , ꝙ
epiſcopus cũ Capitulo poteſt.ad hoc facit c.dilecto.& c. va-
cante.de præben.aut numerus eſt ibi iuratus, ſed non confir
matus:& tunc ſtatuto ſtante iurato,non poſſunt:ſed eo ſubla
to, ſic,vt in d.c.dilecto.Si autẽ numerus fuit confirmatus per
Papam. aut eſt decretum decernens rem,aut nõ. ſi eſt decre
tum:& poterunt,ſi fructus ſunt augmentati: aliàs non.ſi non
eſt decretum:& poterunt,vt in iſto c.& in c. prox. à contra-
rio &c.Secundò ponit opinionem Io.diſtinguentis:vt cũ cau
ſa poſsit,ſed non ſine cauſa.ego ex dictis Io.And. ſic diſtin-
guo.ꝙ aut numerus, vel illa dignitas erat conſtituta auctori
tate Papæ:& tolli non poterit ſine eius conſenſu,vt in reg. ni
hil tam naturale : aut non conſtat , quòd Papa conſtituerit
numerum,vel dignitatem. & tunc aut quæris, an Capitulum
poſsit hoc ſine epiſcopo: & non poteſt , vt hic:nec prodeſſet
hoc caſu confirmatio per ſubiectionem obtenta.ĵ. eod.c.ex
parte.aut quæris,an Capitulum,& epiſcopus hoc poſsint.: &
tunc aut ad eos pertinet collatio,& eã dotauerit.aut tertius,
puta laicus.ſi ad eos : & tunc aut bona epiſcopi , & Capituli
ſunt cõmunia. & non poterunt minuere , vel ſupprimere ſi-
ne ſuperioris auctoritate: aliàs videretur epiſcopus auctori
zare in re propria. quod non poteſt, vt in c.ſi vna. de rebus
eccl.non alienan.in Clemen. ſi verò ſunt bona diuiſa, & epi-
ſcopus ex hac diminutione non ſentit commodum: & pote-
rit ſola eius auctoritate fieri ſuppreſsio, vel diminutio digni-
tatis,& valebit . Non obſtat hoc c. quod innuit , non valere
ſuppreſsionem ſine auctoritate Papæ. quia hic ſuperflua fuit
confirmatio poſtulata , ſecundùm Compoſtellanum . qui
etiam ita reſpondet ad Decre. cum olim.de conſue. alio ve-
rò caſu,cum ſcilicet dignitas,vel præbenda eſt dotata à lai-
co, non poteſt epiſcopus , & Capitulum ipſam tollere ſine
ipſius laici conſenſu.16.q.8.c.monaſterium.& quod not.ĵ.
de iure patro.c.nobis. ¶ In ſecunda quæſtione an epiſcopus
4 † cum Capitulo poſsit augere numerum præbẽdarum : vel
nouam dignitatem in eccleſia creare. ſic diſtingue circa nu-
merum. ꝙ aut numerus , qui erat in eccleſia , fuerat confir-
matus à Papa cum clauſ. decernentes . & non poſſet,niſi fru
ctus fuiſſent augmentati . quia dicta clauſula generali non
obſtante,poſſet augeri numerus in Authen . vt determina. ſit
numerus clericorum ad fi. colum. 1. Si autem non erat nu-
merus confirmatus à Papa : tunc poſſet augere epiſcopus
circa



circa dignitatem creatam in eccleſia.tenent Inno.& Hoſtiẽ.
quòd aut loquimur in dignitatibus maioribus (vt in epiſco-
pali & maioribus:) & tunc non poſſent: aut in minoribus. &
tũc aut illæ dignitates non fuerunt ordinatæ ab Eccleſia Ro
mana,niſi ex ſpeciali priuilegio, vt Cardinalatus, in eccleſia
Rauenñ.& Compoſtella. & non poſſent canonici talem di-
gnitatem creare. aliam verò ſolitam ſæpe inſtitui , poterunt
creare canonici cum conſenſu epiſcopi,ſecundùm Ioan.An.
& alios. ¶ Tertiò glo.quærit, quid operetur confirmatio Pa
pæ.dic,vt in c.in ea.& in c.quia diuerſitate. de conceſ. præ-
ben.& quod no.Ia.de Bel.in titu. de iuriſdi. omnium iudi.ff.
in additionibus . ¶ Secunda glo. magna prolixè proſequi-
tur quæſtionem illam : an per actum contrarium perdat
quis priuilegium ſibi conceſſum : vel ipſum non vtendo
quis perdat glo. ponit plures opiniones , quas Ioan. And.
ita coniungendo diſtinguit . Aut priuilegium competit
circa iudicium:aut circa factum . Primo caſu aut competit
ad agendum, aut excipendum. ſi ad agendum,agi poteſt in-
fra tempus, quod natura actionis requirit , & non vltra.ff. ſi
quis cautio.l.ſi eum.§.qui iniuriarũ.facit ĵ. de elec.c. ſi ele-
ctio.lib.6.Si ad excipiendum: tunc, ſi nullus agit , perpetuò
competit.quia quæ temporalia ſunt &c.ff.de doli excep.l.pu
rè.§.fi.niſi ſit,quod poſsit excipienti imputari.ĵ.tit.1.c.ſi au
tem.& c. pleruuq; . vel niſi limitatum ſit tempus.C.de preci.
Impera.offe.l.quoties . ſi aliquo agente non excipitur, fit ei
præiudicium quò ad illum actum tantùm.C.de epiſc.& cle-
ri.Authen. presbyteri. ¶ Secundo principali membro,quã-
do priuilegium competit circa factum . aut datur ad facien-
dum: & tollitur ſpatio decem annorum.C. de iudi. l. 1. ſed
iſtud in priuatis: in eccleſijs videtur ſecus , vt ĵ.aut datur ad
non faciendum: & tunc aut Papa ſibi, vel alteri aliquid reſer
uat: & tunc renunciare quis non poteſt : niſi quatenus eum
particulariter tangit.ĵ. qď metus cauſa.c.penul.de arbi.c.cũ
tempore.de inſti.c.cum veniſſent.aut nihil reſeruauit:& tunc
aut datum erat fauore perſonarum : & vnico actu contrario
perditur, vt hic.& de præben.c.pro illorum.cum ſimi.aut fa-
uore eccleſiarum,vel ordinum:& tunc vnico actu non perdi
tur.de priuile.c.accedentibus. & vide de materia per Hoſt.
in ſumma huius tituli.§.quando conſtitutio.& per Cyn. in l.
voluntariæ.C.de excu.tu.vbi plenè. ¶ Vltimò no. glo.fin.ꝙ
citius reuiuiſcit,quod iam fuit, ſed extinctũ eſt , quàm illud,
quod nunquàm fuit in eſſe productum: hinc dicitur . quæli-
bet res de facili reuertitur ad naturam ſuam , vt l. ſi vnus.
§.quod & in ſpecie dotis.ff.de pac.facit quod no. in Clem.
literas.de præſcrip.

SVMMAE.

1 *Canonici poſſunt minuere numerum præbendarum.*
2 *Recipi in canonicum quis poteſt ſine aſſignatione præbendæ.*
3 *Clauſula conſueta, ſi non repetitur in reſcripto,præſumitur per errorem omiſſa.*
4 *Recepti vltra numerum canonicorum debent habere redditus ſuperexcreſcentes.*
5 *Proteſtatio diuiditur in quatuor ſpecies principales.*
6 *Præbenda vacans,quæ inſtituta eſt pro canonico:an per hoc intelligatur collata canonico.*

a CVm M.Fer. a Si Capitulum con
tra ſuam inſtitutio-
nem de certo numero aliquem receperit vltra nu
merum, de ſuperexcreſcentibus fructibus illis prouidere re
netur.hoc dicit.diuiditur in tres partes , ſecundùm Hoſtien.
in quarum prima ponitur allegatio pro ſe,& ſocijs. In ſecun
da allegatio canonicorum in contrarium. In tertia diffinitio
nis commiſsio. ſecunda ibi [verum.]tertia ibi [mãdamus.]
& quælibet particula ſubdiuiditur in alias tres, vt patet clarè
ex litera. ¶ Not. primò, quod innuit iſte tex. videlicet quòd
1 canonici † poſſunt minuere numerum præbẽdarum, de quo
plenè.s̃.cap.proxi. ¶ Secundò not. ꝙ poteſt quis agere pro
ſe,& alijs,qui ſunt conſortes litis eiuſdem . de quo in glo. &
2 licèt. ¶ Tertiò no. ꝙ poteſt quis † recipi in canonicum ſine
aſsignatione præbendæ.qď an ſit licitum. dic vt ĵ. de præbẽ.
c.dilectus. vbi no. an rupto numero canonicorum, videatur
ruptus numerus præbendarum.dic vt ibi in nouella . & facit
tex.iſte, quòd non. ¶ Quartò no.ꝙ quandoque quis recipi-
tur in canonicum ad preces,vel ad inſtãtiam alicuius. quod
an ſit licitum.dic,vt ĵ.de æta.& quali.c.tuam. ¶ Quintò no.
ꝙ quando plures recipiuntur diuerſis temporibus in præbẽ
da vacatura,primò receptus debet præferri : non tamen hic
probat iſte tex. quia ex pacto hic conuenerat , vt patet ibi
[itaque.] &c. Quid ergo ſi vacaret vna ſola præbenda.Vin-
cen.& Egi.dicunt, quòd locus eſt gratificationi. quia priori
tas temporis non attenditur in beneficio perſonali, vt l.pri-
uilegia.ff.de priuileg.cred.Ioan. And. poſt Hoſtien.tenet, ꝙ
præbenda,quæ vacat,debeatur prius recepto. & idem tenet
in fructibus excreſcentibus : vt prius recepto debeantur , ſi
non ſufficiunt ad omnes præbendas.Innocen.tamen dicit,ꝙ
illi, qui ſuperſunt,aſsignabuntur communiter eis . quod eſt
verum, ſecundùm Compoſtella. & Ioan. And. quando non
apparet,quis prius fuerit receptus.licèt autem prębenda pri
mò vacans debeatur prius recepto: non tamen vitiaretur al
teri facta collatio. quod dic, vt ĵ. in c.ſi ſoli.de conceſ. præ-
ben.lib.6.& quod not.Innocen.in c.inter cætera.de pręben.
¶ Sextò nota.in ver.mandamus,ibi[ ſicut conſueuit ] &c. ꝙ
3 ſi in reſcripto, ſiue priuilegio non reperitur clauſula † con-
ſueta,præſumitur per errorem omiſſa . & perinde debet in-
telligi,ac ſi eſſet appoſita.idem in contractu:vt illa,quæ ſunt
de conſuetudine , veniant,etiam ſi non exprimantur, vt l.ex
cepto.C.locati.nec imperitia tabellionis non ponentis clau-
ſulas conſuetas in inſtrumento debet obeſſe partibus:quin-
imo ipſe parti teneretur ad intereſſe.& quandoque crimina-
liter puniretur de dolo præſumpto , ſi omittit ſolemnitatem
debitam. pro hoc l.fina.C.de fideiuſ. in fi.& l.fina.C. de ma-
giſtra.conueni. & l.iubemus.in fi.C.de teſtamen.facit l. iube
mus.C.de ſacroſanctis eccle.§.his tabellionibus. ¶ Septimò
not. quòd numerus canonicorum confirmatus à Papa rum
pitur auctis facultatibus. de quo dixi. s̃. cap. proxi. priuile-
gia enim ſecundùm præſentem ſtatum, & quamlibet diſpo-
ſitionem debent intelligi. facit cap. quemadmodum.ĵ. de iu
4 reiuran. ¶ Octauò not. quòd recepti † vltra numerum de-
bent habere redditus ſuperexcreſcentes. an autem alia iura
canoniæ. ĵ. ſubijciam . ¶ Nonò not.in ver. reuocatis . &c.
quòd innouata poſt litem motam debent reduci in ſtatum
priſtinum.de quo infra dicam . ¶ Venio ad oppoſitiones ,
& primò dicitur hic , quòd iſti veniunt contra conſtitutio-
nem , recipiendo plures . contra conſtitutio diſponebat ſu-
per numero præbendarum , vt patet in litera . debet.recipe-
re .n.plures canonicos,non eſt rumpere numerum præben-
darum : ſed eſt actus diuerſus . ergo de vno ad aliud non in-
fertur, vt l.ſi maritus. C.de do. inter virum , & vxorem.Sol.
dicit Hoſtien. ſtatutum reſtringebat etiam expreſsè nume-
rum canonicorum. quod patet ibi [ qui diuidi conſueuerant
inter plures. ] ¶ Secundò oppo. dicitur hic , quòd fuerunt
electi duo ad eandem præbendam . ſed hoc fieri non po-
teſt : vnde videtur obſtare cap. maioribus. & cap. tuæ.ĵ. de
præben. Solu. vt in glo. ſi hoc eſſet . Innocen. exponit eam,
id eſt ea vacante . vel dic , quòd canonicorum receptio præ
ceſsit iſtam ordinationem ſecundam de aſsignando iſtis
duobus eandem præbendam . vnde iſtud illicitum non vi-
tiat præcedentem receptionem de ſe validam : cum contra-
ctus ſint diſtincti , vt in cap. ad quæſtiones . de rerum per-
mutatio. ¶ Tertiò oppo.& videtur , quòd receptio iſtorum
quinque fuerit nulla, quia facta contra confirmationem Pa-
pæ.10.diſtin.c.vides.& C.de legi.l.non dubium. Sol.in con-

firmatione non fuit decretum appoſitum:aliàs fuiſſet nulla :
vt in c.dilecto.ĩ.de præben.vel dic, quòd ſi etiam decretum
fuiſſet appoſitum:tamen auctis fructibus potuiſſent canoni-
ci augere numerum.& hoc ſentit litera in ver.mandamus.&
dixi.s.in ſeptimo notabili. ¶ Quartò oppo. ad fi. c. dicitur
hic, quòd omnia attentata poſt litem motam veniunt retra
ctanda.contra aut iſtam retractationem inducit receptio ca
nonicorum:aut litis motio,non receptio. quia facta à capi-
tulo non afficit præbendam.ſecus ſi à Papa.ĩ. de præben.c.
ſi poſtquàm.lib.6. Item non litis motio.quia actio perſona-
lis non facit rem litigioſam,ſed realis tantùm, vt C. de litig.
Authen. litigioſa. ſed hic iſti quattuor canonici agebant per
ſonali . ergo malè dicit tex. de reuocatione. Solu. fatentur
Doct. quòd iſta retractatio attentatorum habet locum de
attentatis concernentibus litigantes. vt ĩ. vt lite pendẽ.cap.
1.non autem retractaretur , ſi præbenda vacans lite penden
te fuiſſet collata tertio. ¶ Quintò opponitur, & videtur , ꝙ
iſte ſecundus malè egit per ſe , & ſocijs ſuis. quia non appa-
ret habuiſſe in mandatis:ergo non potuit agere, vt l. 1. C. de
procura. Solu. gl. 1.quòd iſte eſt caſus ſpecialis,quia agebat
pro conſortibus : vbi quis admittitur cum cautione de rato,
vt C.de conſor.eiuſd.li. l. 2. quæ tamen non fuit hic præſtita:
quia non fuit ante litem conteſtatam petita.vt l. Pomponius.
§.rati.ff.de procurato.de quo in Specu. titu.de ſatiſda.¶ In-
cidenter hic tangit Ioan.An. quando procur.interuenit poſt
litem conteſtatam , vel in cauſa, in qua litis conteſtatio non
exigitur , quando præcluditur via exceptioni rati , vel alij
declinatoriæ fori.dic,vt no.Cy. in l.nihil.C.de procu. & not.
in c. 1.ĩ.de elec.lib.6. ¶ Sextò op.dicitur hic,quòd iſti fue-
runt proteſtati,eis non profuit proteſtatio.contra.de c.per-
latum. quod metus cauſa.& de alijs iuribus alle. in glo. ergo
non prodeſt.proteſtatio enim præambula declarat animum
in futurum deeſſe.& reddit actum inefficacem,qui poſtea ge
ritur contra proteſtationem,vt l. qui in aliena.§.Celſus.ff.de
acquir.hære.cuius contrarium hic dicitur.Solu.vt in glo.Sed
tu poſt Ioan.And. latius ſic diſtingue. aut fit proteſtatio con
tra ſubſtantiam negocij,aut non . Primo caſu non valet,vt in
recepto in canonicum ſub proteſtatione,ne habeat præben-
dam,vt hic. & in profeſſo ſub proteſtatione , vt habeat pro-
prium,vt in c.cum ad mo. de ſta.mo.vitiatur tamẽ quando-
que quod agitur, vt in c.fina.de condi.appo. In ſecundo caſu
quando non eſt contra ſubſtantiam:aut fit in iudicio. & hæc
ſemper tollitur per contrarium actum : Sed donec interue-
niat,ſemper valebit. vt ſi proteſtor , ꝙ litem conteſtari non
intendo:ſi poſtea ex interuallo reſpondeo, non repetita pro
teſtatione,erit lis conteſtata. de hoc in c. 1.ĩ.de lit. conteſta.
aut fit extra iudicium:& tunc tangit ius proteſtantis tantùm.
& hoc caſu põt bñ proteſtari:& actus,qui contra proteſtatio
nem ſequitur,eſt nullus,vt l. ſi quis in principio teſtamẽti.de
leg.3.& dicta l.qui in alie. §.Celſus. Si verò tangit ius prote-
ſtantis,& alterius: & tunc aut ſubeſt iuſta cauſa , quæ prote-
ſtationem corroborat , aut non . Primo caſu valet proteſta-
tio , maximè vbi certat proteſtans de damno vitando.ĩ. de
offi.ord. c. paſtoralis . Secundo caſu , cum non ſubeſt iuſta
cauſa:tunc aut proteſtatio eſt nuda : & tollitur per contra-
rium,vt hic: aut eſt veſtita(vt ſi eſt conuentionalis:) & valet.
ĩ.de elec.c.Cumana.Hoſtien.remittit ad ſummam huius ti-
tu.§. quando conſtitutio. verſicu. quia de proteſtatione. Io.
Mona. plenè not. in reg.in generali. de reg.iur.lib.6. Dom.
Bart. tramitem proteſtationis diuidit in quatuor principa-
5 les ſpecies.quædam enim ſecundùm eum eſt proteſtatio † de
claratoria voluntatis proteſtantis . quædam eſt proteſtatio
prohibitoria,ſeu inhibitoria,ne aliquid fiat . Tertia eſt inci-
tatoria, vt aliquid fiat . Quarta eſt proteſtatio certificatoria
alicuius,quod eſt, vel non eſt . & quamlibet ſpeciem certifi-
cationis diffusè,& pulchrè proſequitur.quod dic, vt in l.non
ſolum. §.fin.ff.de noui operis nuncia.per eum , & vide quod
not. Innocen. in dicto c. Cumana. verſic. Quid iuris.ſi facio
actum coram iudice , & proteſtor , quòd per illum actum ,
vel alium non intendo in eum conſentire , tanquàm in iudi-
cem competentem. ¶ Septimò oppo. dicitur hic , quòd iſti
fuerunt recepti ſub pacto , ne aliquid perciperent : ſed talis
receptio eſt ſimoniaca,ergo nulla,vt ĩ.de præben. cap. dile-
ctus filius . Sol. vt in glo. videtur quòd hic fuerit &c. quam
ſolutionem tenet Innocen. fecerunt enim canonici de hoc
pacto ſtatutum:ſed in receptione prædictorum nihil fuit ex-
preſſum.vnde ſi eis receptis , non fuit tale ſtatutum intima-
tum,poſito quòd fuerit illicitum ſtatutum , non tamen eſſet
irrita receptio purè facta. ¶ Octauò opponitur , & videtur ,
quòd allegatio canonicorum fuerit valida de iure . Si enim
eorum induſtria fuerunt fructus augmentati , non tenentur
alijs aſsignare.vt C.de alluuio.l.3.Sol.vt in glo. vel dic quòd
ſi fructus alicuius præbendæ fuerunt augmentati , præben-
dario cedunt , vt in contrario : ſecus ſi cõmunitatis prædia
vnius ſolicitudine augeantur,vt hic, ſecundùm Hoſt. ¶ No-
nò oppo. dicitur hic , quòd prebendis canonicorum in ſuis
integritatibus manentibus , ſuperexcreſcentes aſsignentur
&c. qui recipiendo vltra numerum,videntur renunciare pri
uilegio. vt s.in c. proxi.in fi. ergo ſuas præbend. communi-
care tenentur.Sol.vt in gl.ſed cum canonici.ex qua no. quòd
licèt per receptionem aliquorum rumpatur numerus cano-
nicorum : tamen non rumpitur numerus præbendarum ,
Idem no. in c.pro illorum.ĩ. de præben. dic vt ibi per Inno.
¶ Venio ad quæſtiones,& quæro de iure iſtorum , qui reci-
piuntur in canonicos ſine præbenda , quid conſequatur per
iſtam receptionem.glo.fina.quæ incipit.hic quæri poteſt.di-
cit , quòd non habent vocem in electionibus epiſcoporum,
vel aliorum prælatorum : niſi hoc habeat conſuetudo . dicit
Inno.ꝙ ſi ſint ſtallati in choro, facient quæ ordini ſuo com-
petunt. & aſsignato eis loco in Capitulo, debebunt in omni
bus, quæ aguntur in Capitulo , intereſſe : niſi ſit in contra-
rium conſuetudo, de quo per Hoſtien. in ſumma de conſue.
§.fina. ver. quid ſi quis de mandato Papæ . dicit etiam Inno.
quòd debebunt habere quotidianas diſtributiones . Ioan.
And. remittit ad no.per eum in c.ſtatuimus.de maio.& obe.
& etiam hic diſtinguit inter eos, qui voluntariè, & eos , qui
neceſſariò ſunt recepti : cum magis faueatur Capitulo reci-
pienti de neceſsitate vltra numerum: vt ſcilicet non teneatur
receptis auctoritate Papæ, quàm ſi ſponte motu proprio.fa-
cit qđ no.ĩ.de offic. delega.c. ab arbitris.lib.6.Compoſt. in
alio articulo, de quo s.tenet, quòd etiam non ſtallatus , ſiue
receptus impugnet electos propter cõtẽptum . Nam in illis
incorporalibus ſtatim dominium acquiritur ſine traditione:
ſecus in prophanis,vt l.traditionibus.C. de pac. Archi. in c.
eum qui.de præben.lib. 6. tenet contrarium ſcilicet talem
non ſtallatum non debuiſſe vocari.licèt enim habeat domi-
nium:non tamen poſſeſsionem. & eligere eſt fructus poſſeſ-
ſionis,non proprietatis:vt ĩ. de iure pa. c. conſultationibus.
¶ Secundò quærit Io.An. ſi alicui conferatur præbenda va-
6 cans, † quæ inſtituta eſt pro canonico. an per hoc intelligatur
collata canonia.tenet,ꝙ ſic.ſecurius tñ eſt,ꝙ conferatur præ
benda cum plenitudine iuris canonici.ĩ. de conceſ. pben.c.
propoſuit.¶ Tertiò quærit Io.de Lig.in eccleſia eſt numerus
canonicorum,& præbendarum cõfirmatus à Papa,& ex cer
ta ſcientia fructus ſuperexcreuerunt . aliqui impetrant præ-
bendam,non facta mentione numeri.opponitur,ꝙ non valet
gratia,velut ſubreptitia. quia impetrans tacuit numerum,vt
b in c.conſtitutus.ĩ.de reſcrip.b ipſe tenet contrarium.quia in
confirmatione ſubintelligitur illa clauſula,vbi fructus ſuper
excreuerunt.vt in tex.Hoſt.ad hoc alle.c. 1.& c. auctoritate.
ĩ. de inſti.¶ Quartò quæro. dicitur in tex. circa fi. ꝙ omnia
poſt litem motam corã epiſcopo Ferrariæ reuocentur. reſp.
intelligitur duobus modis , primò de innouatis coram epi-
ſcopo Ferrariæ:vt ſic verbum, innouata , poſt litem motam
coniun-



coniũgantur cum verbo,coram epiſcopo.Secundo modo in
telligitur, quòd innouata coram epiſcopo poſt litem motã,
ſcilicet coram Papa debeant reuocari. & ſecundùm dictos
duos intellectus Docto.duas materias hic proſequuntur.q̃-
ro ergo. innouata poſt litem motam debeant ſtatim reuoca
ri ſine cauſæ cognitione,vel cũ cauſæ cognitione. tenet Inn.
& Compoſt.quòd cum cauſę cognitione.idem Spec. de ap-
pel.§.penul.verſicu.ſed quæro.& quod no.Ioan. And.de re-
bus eccle.non ali.c.nulli. Non ob. l. quòd ſi nolit. & l.ædi-
les.§.ſciendum.ff.de ædil.edic.Non enim dicitur ibi , quòd
ſummatim cognoſcatur de emergentibus poſt litem motã.
Sed dicit , quòd ſpectant ad officium quæ poſtea accidunt,
non quæ ante, niſi expreſsè petantur.& habet locum hæc re
uocatio attentatorum , cum mouetur quæſtio ſuper domi-
nio:ſecus ſi ſuper aliqua re actione perſonali . verbi gratia,
ſecundùm Compoſt. receptus in canonicum petit præben-
dam coram iudice competenti à Capitulo li.pẽ. Capitulũ
confert illam alteri , vel petit confirmationem electionis ad
canonicatũ, vel archiepiſcopatũ, quem lite pen.Capitulum
alteri confert:an talis collatio ſit irritanda , antequam con-
ſtet de iure actoris , quod videtur hic.& infra de arbi. c. ex
parte.arg.contra de reſt.in integ.c.cum veniſſet.Inno.tenet,
quòd non irritetur , etiam ſi fuerit appellatum ad Papam.
Non obſtat,quòd pen.appel.nil debeat innouari. quia illud
verum in concernentibus proceſſum : vt ſi reciperentur te-
ſtes , vel ſententia ferretur : ſecus de his, quæ poſſent exer-
ceri,pendente cauſa principali:vt actus iſte eligendi, arg.ad
hoc l.poſtquam. §.Imperator.ff.vt in poſ.leg.de prædicto ta
mẽ articulo dic, vt infra vt li.pẽ.c. 1.& 2.li.6.& hic latius in
nouella.¶ Quintò quęro poſt Inno. ſi Papa incæpit cogno-
ſcere de aliqua cauſa:an videatur eandem euocaſſe. Inno.te
net,quòd non,niſi quò ad ipſos litigantes.Hoſt.contra ĩ.de
appel.c.vt noſtrum.& vt lit.pen.c. 2.¶ Sextò quæritur, quid
in inferioribus à Papa. pone enim , quòd vnus incæpit co-
gnoſcere de cauſa:alius etiam ſuper eadem recognoſcit: an
valeat vtriuſq; proceſſus.Inno.tenet,quòd valeat,niſi oppo
natur exceptio lit.pen.Si enim opponitur, debent ad eundẽ
iudicem remitti,vt l.ſi pariter.ff.de libe.cauſa.de quo articu
lo vide plenè per Bar.in l. 2.ff.de ſepul.vio. ¶ Septimò quæ-
ritur.ſi ſtatutum , vel conſtitutio Capituli habeat proteſta-
tionem,ſiue clauſulam derogatoriam annexam : vt ſi conti-
gerit facere conſtitutionem in contrarium, non valeat ipſo
iure.& quid ſi fuerit iuramento firmata. dic plenè per Bart.
in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iu.

ADDITIO.

a ¶ Cum.M.adde ad hanc decretalem text.in l.Emilius. ff. de admi. tu.&
ibi Nic.de Neap.vbi allegat tex.videlicet,quòd in libello debet poni no
men,& cognomen libellantis.& idem probat tex.in l.Lucius.aliàs Lici-
nius.ff.de leg. 2 .tex.in l.quæro. §.Lucius.ff.de teſt.tu .facit quod in ſimi
li notat Bar.in Auth.quod ſine.de teſta.
b ¶ Infra de reſcriptis. Adde quòd dominus Gaſpar tenet contrarium,&
fundat ſe per dictum c.conſtitutus.de reſcrip.

*SVMMAE.*

1 *Laici,quãquam religioſi,non poſſunt ſe intromittere de rebus eccle-
ſiaſticis.*
2 *Poteſtas eccleſiaſtica eſt maior,quàm ſecularis.*
3 *Statutum laicorum diſponens de rebus eccleſiæ , etiam in fauorem,
eſt ipſo iure nullum.*
4 *Executio facta prætextu ſententiæ, quæ non valet,debet retractari.*

## ECcleſia ſanctæ Mariæ.

Cauſæ eccleſiaſticæ per conſtitutiones terminari
non debent.h. d. diuiditur in duas partes. In prima ponitur
motiuum diffinitionis. In ſecunda diffinit,ibi [quod à ſena-
tore.]mouetur aũt ad diffiniendum duabus rõnibus: quarũ
primam exemplo corroborat. Secunda ibi [à quibus]exem
1 plum,ibi [omne ſtatutum.] ¶ No.ꝙ laici, † quãquam religio
a ſi, a nõ poſſunt ſe intromittere de rebus eccleſiaſticis. ſic er
go laicus conuerſus non dẽt intereſſe electioni. quod dic,vt
ĩ.de elec.c.ex eo.li.6.& c.3.de inſti.¶ Secundò no.ꝙ maior
2 ẽ ptãs † eccleſiaſtica,q̃ ſecularis.de quo ĩ.de ma.& obe.c.ſo
3 litæ.¶ Tertiò no.ꝙ ſtatutum † laicorum diſponens de rebus
eccleſiæ,ẽt in fauorem, eſt ipſo iure nullum.& aduerte quia
hic vr̃ ſtatutum Baſilij diſpoſuiſſe ſuper rebus eccleſiæ dire
ctò.quid ergo ſi non directò, neq; contra libertatem eccle-
ſiæ:an tunc liget clericos.Bar.ꝙ ſic,in repetitione l.oẽs po-
puli.per c.cum veniſſet.ĩ.de eo,qui mit.in poſ.de quo hic p
Io.de Lig.qui nõ ſtat cum Bar.in hoc puncto.¶ Quartò no.
4 ꝙ executio † facta prætextu ſñię,q̃ non valet, dẽt retractari.
& fortè de facto,ſicut de facto proceſsit , vt not.in ſimili l.ſi
minor.ff. de euic.text. tñ dicit hic [ſñaliter diffinimus.]&c.
quaſi ſñia fuerit neceſſaria.facit l.meminerint.C. vnde vi.&
l.iuſtè.ff.de acq.poſ.¶ Quæro primò,an requiratur expreſ-
ſa approbatio conſtõnis laicalis, an ſufficiat tacita.dicit Io.
de Lign. ꝙ in conſtitutionibus Imperialibus ſufficit tacita.
quia videtur illas eccleſia approbaſſe. Io. di.c. ſi in adiuto-
rium.in municipalibus requiritur expreſſa approbatio.quia
Papa præſumitur illas ignorare.de conſti.c. 1.li.6. ¶ Tertiò
quæro.exempla quæ ſint illa eccleſiaſtica, quæ laicis prohi-
bentur.Rñ.ſunt multa:vt reconuentio in cauſa ſpirituali , vt
in c.ſi clerici.de iudi.Item de incidenti ſpirituali.vt ĩ.c.tuã.
de ordi.cog.Item eligere in c.Maſſana.de elec.Item reſigna
tionem beneficii recipere , vel inueſtituram dare. de renun.
c.quod in dubiis. 16.q.7.c.ſi quis deinceps.cum infinitis ſi-
mi.quæ enumerare potius laborioſum, quàm ſubtile, vt di-
cit in glo.l.1.ſolu.ma.

ADDITIO.

a ¶ Laici quãquam religioſi.Adde dominum Frã.Zab.& hic in primo no-
tabili,& concordat tex. in c.laicis. 16.q. 7. & quot modis capiatur reli-
gio.vide Doc.in rub.de regula.

*SVMMAE.*

1 *Doctores faciunt vniuerſitatem.*
2 *Pœna inflicta propter contumaciam , purgata contumacia , rela-
xatur.*
3 *Vniuerſitas ſcholarium an poſsit conſtituere aliquid de concernen-
tibus Doctores.*

## EX literis.

¶ Pęna priuationis à cõione,
quæ pp cõtumaciam conſtõ
nis infertur,intelligitur temporalis,non perpetua.
h.d.diuiditur in tres partes.Primò ſtatutum,& factum, ſiue
quæſtio.Secundò ſtatuti interpretatio.Tertiò quæſtionis ſo.
Secunda ibi [quia tamen.]Tertia.ibi [mandamus .] ¶ No.
1 primò,ꝙ Doctores † faciunt vniuerſitatem,& à iure appro-
batam:ſicut & omnis alia congregatio , quæ fit ad aliquod
opus licitum:vt l. 1.ff. quod cuiuſq; vniuerſi. no. facit quod
no.in c.cum ab eccleſiarum.de offi.ord.& c. cum dilecta.de
excep.præla.¶ Secundò no. ꝙ illi de collegio poſſunt adiice
re pœnam ſuæ conſtitutioni:& inter ipſos talis cõſtitutio eſt
ſeruanda.facit l.fi.in fi.C.de conſti. pec. & l.fin. C. de iuriſ.
omnium iudi.vbi de vniuerſitate ſcholarium. ¶ Tertiò no.
2 ꝙ pœna † inflicta propter contumaciam, purgata contuma
cia,relaxatur.¶ Opp.impoſuerunt ſibiipſis pœnam.contra,
nemo poteſt ſibi imperare, vel pœnam imponere, vt l.pe.ff.
de arbi.Sol.dic,quòd in cõſentiendo in alium,& in ſubijciẽ
do ſe alteri, non dicitur præcipere ſibi. facit l. quoties. ff. de
ſeruitu.¶ Scđò oppo.vniuerſitas Doctorũ nõ hẽt iuriſdictio
nẽ,ergo non põt ſtatuere.Sol.dic , ꝙ Doctores hẽnt iuriſdi-
ctionẽ,vt in pœmio Dige. ſicut & magiſtri militum:vt l.ma
giſterię.C.de iuriſ.om.iud. qñ.n. faciũt de iure vniuerſitatẽ,
licèt de cõſuetudine ſcholariũ.dic vt in Auth.habita.& in di
cto pœmio.circa fi.tractat hic Io.de Lig.an vniuerſitas ſcho
lariũ poſsit facere ſtatutũ cõtra ſtatuta vniuerſitatis.¶ Item
an contra cõſtitutionem epiſcopi. & an ſubſint epiſcopo.&

vnum mãdat epiſcopus ſcholari, aliud rector, cui debeat pa
3 rere. ¶Item an poſsit a vniuerſitas† ſcholarium cõſtituere
a aliquid de concurrentibus Doctores. ¶Item an poteſt ali-
quid ſtatuere circa ſpectantia ad examen.& quid ſi Docto-
res reprobant vnum in examine: an archidyaconus Bono-
nien.vel epiſcopus hic poterit approbare. tenet quòd ſic. ſi
p cõſpirationem, vel aliam fraudem notoriam reprobarent
dignum. Item fortè econuerſo, ſi gratia, vel alia ratione ap
probarent indignum, poſſet epiſcopus reprobare. Interſunt
enim Doctores in examine tanquam teſtes. epiſcopus tan-
quam iudex, certum eſt, quòd iudex poteſt dicta teſtium nõ
ſequi, ſi aliter viſum fuerit. vt in c. quoniam contra falſam.
de proba.& de renun.c.in præſentia.& de his quæſtionibus
hic per eum.¶Vltimò induco iſtum tex.ad quæſt.condem-
nata eſt ciuitas, ſiue caſtrum ad deſtructionem murorum,
& deſtructi ſunt.modò quæritur: an poterunt refici. iſte tex.
facit, quòd ſic, ſi propter contumaciam hoc contingit: ſecus
ſi propter crimen. quia tunc pœna intelligitur perpetua, vt
in iuribus all. in glo.de qua quæſt.dic per Cyñ. C.de pœnis.
l.ſeruus.& l. ſi quis adulterium. §. ſi quis ff. de adulte. facit
l.inter Caſtillianum.ff.de arbi.Et no.theoricam glo.& Doc.
hic, vt ſi pœna infligitur propter crimen, intelligatur perpe
tua: ſecus ſi propter contumaciam, vt hic.de quo latius in
l.puto.ff.de poſtulan.

ADDITIO.

a ¶An poſsit vniuerſitas. Adde Doc. in l.ſicut.ff.quod cuiuſ. vniuer. not.
Car.Zab.hic in 10.q.nu. 12. Abbas in c.cum ab eccleſiarum. de off.ord.
Bar.in l.fi.ff.de coll e.illi.

*SVMMÆ.*

1 *Numerus miniſtrorum debet inſtitui ſecundùm facultates ec-
cleſiæ.*
2 *Cultus diuinus debet augeri, non minui.*

EX parte. ¶Non valet ſtatutum, per quod
diuini cultus diminuuntur, etiã
ſi in forma communi à Papa fuerit confirmatum.
hoc dicit. ¶Primò factum ponit reprehenſibile. Secundò
1 illud corrigi mandat. Secunda ibi[nolentes]¶Not.primò,
quòd ſecundùm facultates eccleſiæ debet inſtitui numerus
2 †miniſtrorum. concor. infra de teſti.cap. 1. Item cultus†di
uinus debet augeri, non minui. ¶Item cõfirmatio Papæ ob-
tenta in forma communi parum operatur.de quo in glo.Itẽ
beneficia ſunt perſonis idoneis conferenda: vt infra de præ-
ben. cap. graue. ¶Quærit hic Ioan. And. Papa mandat hic
conferri perſonis idoneis. quid ſi collatio facta eſt non ido-
neo, videtur non valere. quia contra formam mandati, vt in
cap.cum dilecta.de reſcrip.contrarium dicit. quia quod ta-
citè ſubintelligitur: ſi exprimatur. non facit gratiam condi-
tionalem.ad hoc quod not.Innocen. infra de præſump.cap.
fina.& de offi.deleg.cap. prudentiam. ¶Secundò quæritur.
hic mandat Papa conferri cum conſilio epi. quid ſi conſiliũ
habere non poteſt; quia mortuus eſt? videtur, quòd poſsit
conferri ſine eo: vt l.turpia.§ 1.ff.de leg. 1. vbi legatum mu-
lieri, ſi nubat arbitratu Seij, debetur: licèt Seius non arbi-
tretur; quia mortuus.pro hoc infra ne ſede vacan. cap. 1.lib.
6.per quod cap.poſſet videri iſta quæſtio ſuperflua, ſed non
eſt.hic enim loquitur, cum ex conſuetudine, vel ſtatuto con
ſilium requiritur, & haberi non poteſt. hic verò requiritur
vigore mandati apoſtolici, quod eſt exacta diligentia obſer
uandum.de quo latius hic per eum, & per Bar.pleniſsimè in
l. 1.§.ſi plures.ff. de exerci. in repetitione. facit cap. cum in
veteri.de elec.& cap.cum olim.de arbi.& l.mater decedens.
ff.de admi.tuto. ¶Tertiò quæritur hic. Papa, reſtricto nu-
mero ſine cauſa, mandat reduci ad numerum antiquum:
quæritur ergo. ſ. eod. cap. cum M. numerum diminutum
ſine cauſa non mandat ad antiquum reduci. dicit Vincen.
ita fieri de iure, niſi numerus facultatum creuiſſet.quod præ
ſumitur, poſtquam vltra numerum creauerunt, arg.l.cum
de indebito. ff. de proba. Si autem conſtat, quòd non ſunt
aucti fructus, reducetur ad numerum antiquum, ſecundùm
eum, ſcilicet. 14.fortè aliud in diminutione, vbi læditur ec-
cleſia, vt hic, aliud eſt in maiori, vbi magis eccleſia honora-
tur, & ſibi melius deſeruitur.& ita non eſt eadem ratio con
trariorũ.pro hoc facit quod not. Innocen. infra de præben.
cap.dilectus.¶Vltimò facit iſtud cap. contra not.per Inno.
in cap.quia diuerſitatem.infra de conceſ.præben. vbi tenet,
quòd ſi capitulum diſponit aliquid de beneficio: licèt non
valeat eius prouiſio: non tamen ſibi currit tempus, nec de-
uoluitur collatio ad ſuperiorem.per cap.nulla. eod.titu.con
tra quam oppo. facit iſte text. quia hic de præbendis vacan
tibus Papa mandat prouideri auctoritate ſua, non obſtañ.
ordinatione Capituli, quæ non tenuit.

*SVMMÆ.*

1 *Conſtitutio noua reſpicit futura, non præterita.*
2 *Conſtitutio apoſtolica dicitur omnes ligare.*
3 *Conſtitutio ambigua eſſe non debet.*
4 *Papa declarat conſtitutionem ſuam.*

QVoniã conſtitutio. ¶Con-
ſtitutio
1 a noua †reſpicit futura, non præterita: niſi de præ
a teritis caueatur in ea. hoc dicit hic. tria facit. Primò ponit
dictum in genere, declarando conſtitutionis cauſam. Secun
dò declarationem. Tertiò declarationis rationem. Secunda
ibi[declaramus.]Tertia ibi[cum leges.]¶Nota, quòd con
2 ſtitutio †apoſtolica b omnes ligat.ratio redditur in gl. ¶Se-
3 cundò not. quòd conſtitutio † non debet eſſe ambigua, vel
b obſcura: ſed debet eſſe, vt legitur, & no.in 4. diſtin.cap.erit
autem lex.nihil enim tam proprium legum, ſicut claritas, in
Authen.de teſta.imperfe.§.nos igitur. colla. 9.naſcitur au-
tem obſcuritas tribus modis aut rerum difficultate: aut ma
giſtri imperitia; aut diſcentis nimia tarditate, ſecũdùm Hie-
ro.& dicit obſcurum quantùm ad literam.ambiguũ quan-
4 tùm ad mentem.¶Tertiò no. quòd Papa † declarat conſti
tutionem ſuam: ſic & Imperator leges vt l.penul. & fi.C.de
legi.de quo in l.ab executore.ff.de appel. facit q̃d not. in c.
1.infra de poſtu.¶Itẽ pro declaratione teſtamenti ad teſtan
tem recurritur, ſi vixit.ff.de ali.leg.l.3.Cum autem dubietas
vertitur in contractu. dic vt not.Azo.in tit. de rebus dubijs.
vbi plenè in contractibus, teſtamentis, iudicijs, & ſentẽtijs.
In ſtatutis verò ad quem recurretur pro declaratione, arg.
quòd ad principem, vel ad Papam. ſupra eo. cap.ex literis.
dic, vt not.Bart.in materia ſtatutorum in l.omnes populi.in
c vltimo arti. ¶Quartò not. quòd maiores c in perceptione
portionis præferuntur minoribus. maiores autem intelligũ
tur prius ordinati. 17.di.§.vlti.vel illi, qui ſunt maiores in or
dine, etiam poſterius ordinati.¶Quærit hic Ioan.An.pone,
quòd antequam fieret declaratio per iſtud cap. communi-
ter illa conſtit.ſtatuimus. fuit aliter intellecta, videlicet ad
præterita trahere: nunquid ſententia vigore talis interpre-
tationis, licèt malæ, debeat reuocari. vel matrimonia cõtra-
cta contra verum intellectum canonum, diſſolui. vel ſacra-
menta reiterari, poſtquam contra communem interpreta-
tionem noua conſtitutio ſuperuenit. Reſpondet Ioan.And.
in ſententijs, & matrimonijs, quòd propter communem er-
rorem debeant tolerari: ſed in ſacramentis tenet, quòd om
nia retractentur. ĩ.de presby.non bap.c. veniens.& de bap.
& eius effectu.c.2. ¶An autem conſtitutio trahatur ad præ
terita, no.hic Io.de Ligna.referens Bar.de verbo ad verbũ,
vt ipſe no.in repetitione l.omnes populi.

Addi-



ADDITIONES.

a ¶Conſtitutio noua. Adde Hoſt. in ſumma huius tit. §.quando conſti-
tutio.in fi.glo.in c.licèt canon.de elec.lib.6.& in clem.1. de viſur. & in c.
1.de poſtula.præla.lib.6.Doct.in l.iubemus.C.de teſta.Car. Zaba.hic in
princ.
b Conſtitutio apoſtolica. Adde, quòd iſtud notabile eſt intelligendum in
ſpiritualibus, ſecundùm glo.& Doct.hic.& in c. nouit. de iudi. & Doct.
in c.ſolitæ.de maio.& obedien.
c ¶Maiores in perceptione.adde, quòd iſtud intelligitur in maioribus re
ſpectu ordinis, ſecundùm Pet.de Saxonia hic.

# De reſcriptis.

VISVM eſt de conſtitutionibus, ſed quia
reſcripta quò ad illos, q̃bus, & inter quos
conceduntur, vim conſtitutionis habent;
ideò ſubijcitur de reſcriptis, de materia
habetur. 25.q.1.& 2.& per totum. repeti
tur in 6. & cle. & multa alia iura faciunt
ad hanc rub.allegata hic in nouella, & maximè titu. de offi.
deleg. de præben.& de priuileg.

*SVMMA.*

1 *Reſcriptum, in quo appellatio remouetur, valet.*
2 *Appellationi an ſit deferendum, aliquando eſt dubium.*
3 *Reſcriptum ſpeciale derogat generali.*
4 *Conſtitutio Papæ an tollat ſtatutum epiſcopi, continens tantummo-
do ius commune: ſicut tollit ipſum ius commune.*

SIcut ro. Priuilegio generali ſecundũ ius com
mune obtento obſtat reſcriptum, de
illo non faciens mentionẽ.h.d.Primò ponitur conſul-
tatio.Secundo reſponſio, ibi [inquiſitioni.] Tertiò reſponſio
1 nis ratio, ibi[quia.] ¶Not.primò, ꝙ valet reſcriptum, † in
quo appellatio remouetur. quid autem talis remotio opere
tur, no.glo.in c.vt debitus.de appel.& c.paſtoralis. ¶Secun-
2 dò no.ꝙ qñq; eſt dubium, an appellationi † ſit deferendum.
& ſic iudex non debet eſſe feſtinus admittere, vel non admit
tere appellationem interpoſitam, vt c.cum appellationibus.
3 ĩ.de appel.lib.6.¶Tertiò no.regulam, ꝙ reſcriptũ † ſpecia-
le derogat generali. generi enim per ſpeciem derogatur, vt
in reg.generi.hoc fallit ſecundũ Compoſt. cum generaliter
ſententia, & vniuerſaliter omnia particularia ſub ſe cõtinet:
vt cum datur priuilegium religoſis ſuper decimis villę, vel ca
ſtri, quæ ad eos non ſpectant de iure: vel datur eis certus iu-
a dex in omnibus cauſis ſuis. Nam non valeret a ſpeciale priui
legium ſuper illis decimis a b aliquo ibi impetratum.vel de-
legatio alterius iudicis in ſecundo caſu. Si autem primum ge
nerale comprehendat omnia ſpecialia (non tamen ſimul, &
particulariter vt ſuper beneficio in diœceſi vacato) valeret
aliud ſpeciale poſtea impetratũ, non faciens mentionem de
primo.de præben.c.dudum.lib.6.Si verò vtrunq; eſt genera
le.tunc primò ſpecificatum præiudicat alteri: vt ĩ.eod.c.pa-
ſtoralis. ¶Oppo.contra iſtud c. & videtur, quòd iſta indul-
gentia generalis, ꝙ poſſet in qualibet cauſa appellare, fuerit
ſuperflua. quia de iure communi vnicuiq; hoc licet. 2. q.6.c.
ad Romanam. Si hoc de iure licet. ergo fruſtra precibus im-
petratur.C.de theſau.l.1.lib.10.cum ſimi. Sol.dicunt quidã,
vt Alanus, ꝙ per iſtam indulgentiam conſequetur: quia ap-
pellabit in caſibus prohibitis à iure appellare. quod eſt ve-
rum, niſi vbi ius prohibet appellare propter delictum. quia
tunc vigore talis indulgentiæ non poterit: nec etiam à corre-
ctione.quia expreſsè Papa non conceſsiſſet, ſecũdùm Inno.
Alij dicunt, vt Tan.ꝙ iſte erat talis, qui non poterat appella-
re: vnde per iſtud reſcriptum reſtituta erat ſibi appellandi
facultas.quæ reſtitutio debet intelligi, cum cauſa agitatur iu
re communi. ¶Alij vt Gofr.& Phi.dicunt, ꝙ ſolum ius cõe
indulgetur hic ad cautelam.& hanc tenet Innoc.ponens hãc
cõcluſionem ſuam in materia reſcriptorum: vt de reſcripto,
vel priuilegio, quod ſolũ continet ius cõe, non debet impe-
trans aliud reſcriptum, vel priuilegiũ ſuper eodem de illo fa
cere mẽtionem.verbi gratia.Eccleſia parochialis, ſiue plebs
impetrat priuilegium percipiendi decimas in parochia ſua.
alius poſtea, ad quem ibi non ſpectat perceptio decimarũ,
impetrat, ꝙ poſsit percipere omnem decimã, ſiue quartam,
non facta mentione de priori priuilegio: certè valebit iſtud
ſecundũ.& eſt ratio, ſecundũ Inno. vt ſicut de iure communi
non debet impetrans facere mentionẽ: ita nec de priori pri-
uilegio, quod continet ſimpliciter ius cõe.quod no.¶Et hic
4 inducit Io.An.ad quæſt. an conſtitutio † Papæ tollat ſtatutũ
epiſcopi, cõtinens tantũmodo ius cõmune: ſicut tollit ipſum
ius cõe, licèt de ipſo non faciat mentionem in c.1.de conſti.
lib.6.& tenet ibi, ꝙ ſicut tollit ius cõmune conſtitutio ſuper-
ueniens: ita tollat ſtatutum epiſcopi, continens illud idẽ. q̃d
alijs rationibus ibi probat.Dominus Io.de Lig. diſputat hic
latè contrarium, videlicet ꝙ tale ſtatutum epiſcopi non tol-
latur per conſtitutionem contrariam ſuperueniẽtem.probat
primò per dictum.c.1.quod generaliter loquitur, ergo &c.
vt l.de pretio.ff. de publi. ſecundò quia ſublata vna de dua-
bus ſeruitutibus, altera manet.ĩ.de vſu, & auct.pal. c.ex tua-
rum. Tertiò ſi ſint duo vincula circa idem, poſsibile eſt vnũ
tolli, & aliud remanere, vt l.intelligere.C. de lui. pign. Item
obligatio, qua quis tenetur legis obſeruantia, non inſurgit p
pter formalem diſpoſitionẽ: ſed propter auctoritatem legis
condentis, quæ diuerſa eſt hic vnius, & alterius: & alijs ratio-
b nibus hoc probat, quas hic vide per eũ. ¶Secunda magna b
glo.hic plenè proſequitur.cum plura reſcripta, vel priuilegia
impetrantur à diuerſis: quod alterũ alteri præualeat. circa
quod dominus Ho. pleniſsimè ſic diſtinguit. cũ ſecũda ſcri-
ptura contra primam impetratur: aut vtrũque eſt reſcriptũ:
aut vtrunque priuilegium: aut vna priuilegium, & altera re-
ſcriptum. Item aut vna ſpecialis, & alia generalis: aut vtraq;
ſpecialis: aut vtraque generalis. Primo caſu quando vtraque
eſt reſcriptum: ſiue altera ſola ſpecialis prima, vel ſecunda:
ſiue vtraque ſpecialis: ſiue vtraque generalis, tenet illud, q̃d
glo.hic no. ſumendo ſpeciale incertum pro generali. Secun-
do caſu qñ vtraque ſcriptura eſt priuilegium, contradicit
glo.dicens, ꝙ ſpecialis ſcriptura derogat generali, ſiue ſpecia
lis ſit poſterior, vt hic.& ĩ.de fo.compe.c.dilecti. ſiue prior,
arg. ĩ.de decimis.c.ex multiplici.ponit exemplum de abba-
te, cui per priuilegium ſunt conceſſæ decimæ alicuius paro-
chiæ: cuius priuilegij mentione nõ facta, aliquis de parochia
impetrat immunitatem decimarum, arg. ꝙ valeat. de deci-
mis.c.à nobis.per iſtud exemplum, & aliud, q̃d hic ponit,
infert per ſpeciale priuilegium detrahi generali aliquãtulũ:
licèt de ipſo non fiat mentio. fatetur tñ, ꝙ generale per illud
ſpeciale non poſsit nimis, vel in totum abſorberi. facit quod
no. ĩ.de præſcrip.c.veniens. per Inno. Si verò vtraque gene-
ralis, ſiue vtraque ſpecialis, poſterior primæ, de qua non fa-
cit mentionem, non detrahet, nec in toto, nec in parte, vt in
dicto c.veniens.& 25.quæſt. 2. c.inſtitutionis. quod eſt verũ,
vbi neutra eſſet in corpore iuris clauſa. Si enim vtraque eſſet
in corpore iuris clauſa, poſterior corrigit, vel determinat
priorem. ĩ.de conſtit.c.1.lib.6. Si verò altera ſola ſit in cor-
pore iuris clauſa, ſemper illi præiudicatur, & ipſa nunq̃ præ-
iudicabit: vñ de priuilegio Ciſtercieñ.in corpore iuris clauſo
non eſt neceſſe facere mentionem.ſatis eſt enim, vt fiat men
tio de ordine: vt ĩ.eod.c. cum ordinem.hoc intellige, niſi illa
clauſula in corpore iuris clauſa caueatur contrarium. pone
exemplum de æta.& quali.c.eam te.Si verò prima ſcriptura
eſt priuilegium & generale.Secunda eſt reſcriptum & ſpecia
le, non derogatur priori: niſi de ipſa fiat mentio. ĩ.eo.c. con-
ſtitutus.& de cleri.non reſi. c. cum dilectus. niſi hoc contin-
gat vigore alicuius clauſulæ habentis inſtar priuilegij, maxi-

mè ſi priuilegiũ ex natura ſua fuerit odioſum. quia per hoc
priuilegium extenduntur lites: vel niſi ſit abominabile. de
fil.presby.c.ex tua.& j̃.eo.c.ex parte.tunc enim reſtringitur.
& ideò hic non appellat, niſi quatenus poteſt de iure cõi: vt
ſic res de facili redeat ad naturam ſuam: multò minus dero
rogabit generale reſcriptum generali, vel ſpeciali priuilegio
præcedenti: niſi de ipſo fecerit mentionem.

ADDITIONES.

a ¶ Nam non valeret. Adde quod facit l.fina.C.quod cum eo, qui in alie. pot.
b ¶ Secunda magna glo. Adde Dom. in c. quoniam. 18.diſtin.& per Fel.& Car. Zab. hic nu.2.& dat Fel. hic ſex notabiles limitationes.
¶ Vide ad materiam huius c.Hoſt. Abb.& Car. Zaba. hic.

*SVMMAE.*

1 *Papa mandat periurum à beneficio remoueri.*
2 *Renunciantes à beneficio veniunt explodendi.*
3 *Literas apoſtolicas de falſitate ſuſpectas præſentans, ad ſedem apoſtolicam eſt remittendus.*
4 *Leges canonizatæ, cum contradicunt canonibus, an valeat canonizatio.*

EX parte ¶ In reſcriptis apoſtolicis in-
telligitur clauſula, ſi eſt ita. & ſi
reſcriptum cauſæ cognitionem vetat, eſt de falſita
te ſuſpectum. hoc, dicit. Primò ponitur primi iudicis quere-
la. Secunda ibi[ verùm ]ponitur prouiſio. Prima pars conti-
net communem formã reſcripti, iudicis ſententiam, & par-
tis appellationem, & appellantis impetrationẽ. Secunda cõ-
tinet reſcripti ſuſpicionem, diffinitionis conditionalem cõ-
miſsionem, & impetrantis remiſsionem. ¶ Nota primò, ꝙ
1 Papa † mandat periurum à beneficio amoueri. concor. j̃. de
iureiuran.c.querelam. ¶ Secundò no. ꝙ non præſumitur Pa-
pa concedere per ſuum reſcriptum, vt alicui præcisè, & ſine
cauſæ cognitione beneficium reſtituatur. & quod non eſt ve
riſimile Papam conceſsiſſe, non debet iudex exequi. & hoc
eſt, quod dicitur, ꝙ ſi reſcriptum eſt illicitum contra iura, iu
dex debet expectare ſecundam iuſsionem. quia præſumitur
per importunitatem obtentum, vt in c. fina. de reſcrip. lib. 6.
2 ¶ Tertiò not. ꝙ renunciantes † ſunt à beneficio excludendi.
7. q. 1. c. qđ periculoſum. ¶ Quartò not. ꝙ in quolibet reſcri-
pto intelligitur clauſula[ ſi preces veritate nitantur. ] ¶ Quin
tò no. ꝙ in literis impetratis in cauſa appellationis non ſolũ
debet fieri mentio de appellatione: ſed de forma literarum
impetratarum in cauſa principali. ¶ Sextò not. ꝙ Papa hic
mandat primam ſententiam confirmari, eoipſo ꝙ ſecunda
impetratio fuit nulla. de quo. j̃. dicam. ¶ Septimò no. ꝙ ille,
3 qui præſentat literas † apoſtolicas de falſitate ſuſpectas, eſt
ad ſe. apoſtolicam remittẽdus. & hodie debet capi. j̃. de ver.
ſig. c. nouimus. & 19. diſt. c. in memoriam. ¶ Venio ad oppo.
& primò opponitur. dicitur hic, ꝙ Papa conceſsit reſcriptũ
ſimpliciter ſuper reſtitutione: ergo alio non inquiſito, debuit
ſtatim capi, & mitti ad ſedem apoſtolicam. C. de preci. Impe
ra. offe. l. quoties. hic dicitur contrarium, quare malè. Sol. ſe-
cundùm Inno. hæc verba[ ſinè cauſæ cognitione ]non fuerũt
adiecta in literis Papæ. hic dicit, ꝙ fuerunt adiecta. & reſpon
dit aliter, vt ibi per eum. ¶ Secundò opponitur, & videtur, ꝙ
ſi iſte impetrauit tacita veritate, debuit delegatus procedere
ſecundùm veritatẽ, non attenta forma expreſſa, vel conten-
ta in reſcripto: cuius contrarium hic dicitur. Sol. iſte impetra
uit dolosè, vnde carere debuit impetratis. j̃. eo. c. ſuper lite-
ris. vel aliter ſi appellans non facit mentionem in impetratio
ne de appellatione ſua, literæ ſunt nullæ, vt hic. ſecus in apo-
ſtolica. j̃. de appel. c. ſæpe. & c. oblatæ. ¶ Tertiò oppo. & vi-
detur, ꝙ licèt iſte malè impetrauerit, non per hoc debuerit
prima ſententia confirmari, niſi probata veritate. Sol. dic, ꝙ
mandat confirmari: ſed debet hic ſubaudiri, ſi fuerit confir-
manda, non enim ſequitur. iſte dolosè impetrauit: ergo con-
tra eum ſententia lata valeat. qa in ſeparatis de vno ad aliud
non infertur. vt l. ſi maritus. C. de do. inter vi. & vxo. facit c.
olim. ad fi. j̃. eo. c. ad confirmationem ergo ſententiæ primæ
non ſufficit annullatio ſecundarum literarũ, ſm̃ Inno. Com-
poſt. & Egi. ¶ Quartò oppo. dicitur hic, ꝙ ſubintelligitur
conditio[ ſi preces veritate ]&c ſed contra de l. vniuerſa. ca-
nonizata. 25. q. 2. c. vniuerſa. So. in glo. quæ incipit no. ergo. q̃
ſoluit, ꝙ aliud ſecundũ leges, vt ibi. aliud ſecundũ canones,
vt hic: an ergo illa lex debeat ſeruari in foro eccleſiaſtico, ex
quo contrariatur canonibus. j̃. ſubdam. ¶ Sunt duæ quæſtio
nes breues. Papa hic cõmiſit cauſam ſub hac forma, ſi ille eſ
ſet conuinctus periurio, & renunciauerit. quæro ergo, an re-
quiratur probatio vtriuſque. ſ. periurij, & renunciationis: an
verò alterius tantũ. glo. prima magna quærit, & arguit pro, &
contra, & diſtinguendo ſoluit hoc modo, ꝙ aut duo copula-
tiuè mandantur, quorum neutrum per ſe ſufficit ad victoriã
cauſæ: & debet vtrunq; probare. aut alterum tantũ per ſe
ſufficit: & tunc vnius probatio requiritur, vt in iuribus all. in
glo. Si autem plura alternatiuè mandantur, ſufficit alterius
probatio. de qua materia tangit Bal. in l. Titia. ff. ſolu. mat. fa
cit l. ſancimus. ff. de verb. ſig. & l. falſa demonſtratio. ff. de cõ-
di. & demon. facit quod legitur, & no. in c. licèt cauſam. j̃. de
proba. & quod no. Bar. in l. diuus. ff. de re iudi. vbi omnino
vide. & no. hunc articulum pro libello, vbi plura ad eundem
effectum narrantur: an ſufficiat alterum probare. facit quod
no. in c. exhibita. j̃. de iudi. ¶ Secundò quæro. cum leges ca-
4 nonizatæ † in Decretis contradicunt canonibus, ſicut illa. 4.
q. 3. §. in criminali. ver. item inuiti. & l. ex eo. ff. de teſti. cano-
nizata. 15. q. 3. c. ex eo. quod patet ex not. de ver. ſigni. c. fo-
rũs. & multæ aliæ ſunt leges canonizatæ contrariæ canoni-
bus. no. de hoc Archi. poſt Huſto. 9. diſt c. quis neſciat. & Io.
An. tenet hic, ꝙ canonizatio non probat l. ſeruandam in fo-
ro eccleſiaſtico, qñ inuenitur contrarium caſum expreſſum:
aliàs eſſet ſeruanda. j̃. de no. oper. nun. vbi de hoc.

*SVMMAE.*

1 *Literæ obreptitiæ ad lites ſunt nullæ.*
2 *Literæ primæ conſenſu partium impetratæ præualent ſecundis impetratis ab altera parte.*
3 *Exceptio ſubreptionis in vim dilatoriæ contra reſcriptum præiudicat.*

CEterum. ¶ Si in ſecundo reſcripto de
primo reſcripto aduerſarij
eiuſdem cauſæ non ſit mentio, valet primum: ali-
ter valet ſecundũ. & ſi primum cõi conſenſu fuit obtentum,
non valet ſecundũ hic tacitè impetratũ. h. d. partes patent.
Secunda ibi[ ſi verò. ]Tertia ibi[ verũ. ] ¶ No. primò, ꝙ lite-
1 ræ † ſubreptitiæ a ad lites ſunt nullæ ſecundũ quoſdam. ſecũ-
a dũ alios ſunt annullandæ. j̃. e. c. ad audientiam. verſi. etiam
b de literis ad beneficia. ¶ Secundò not. ſi in ſecundis b literis
ſit mentio de primis, primæ ſunt ſublatę: an autem ipſo iu-
re, vel ope exceptionis. j̃. ſubijciã. ¶ Tertiò no. ꝙ literæ pri-
2 mæ † conſenſu partium impetratæ præualent ſecundis impe
tratis ab altera parte tantùm. ¶ Recito hic dicta Doct. per
quæſt. Et primò quæro: an ſecundæ literæ, non facientes de
prioribus mentionem, ſint ipſo iure nullæ: vel ita demum, ſi
exceptio ponatur. Tan. tenet, ꝙ ipſo iure. Goff. Inno. Hoſtiẽ.
Phi. Pe. & Abb. tenent contrarium, videlicet, ꝙ ſecundæ va-
leant, ſi nõ opponatur exceptio. & quod plus, ſi opponatur,
& non admittitur, debebit appallari: aliàs ſi non appelletur,
valebit proceſſus habitus per ſecundas, ꝙ non ſint nullæ ip-
ſo iure, ſed ope exceptionis, probat per c. plerunq:. & c. ſi au-
tem. j̃. e. vbi poſt annum habent vires: ergo infra annum non
fuerunt nullę. quia non poſſent conualeſcere, vt in reg. non
firmatur. ſecũdùm hoc ergo ſi primus impetrans proſequi-
tur



tur coram ſecundis, exceptione non oppoſita: vel oppoſita,
ſed repulſa, valebit proceſſus duorum iudicum. ¶ Secundò
quæro econuerſo. pone, ꝙ in ſecundis literis eſt facta expreſ
sè mentio priorum: ita quòd cauſa eſt exempta à cognitione
priorũ iudicum, vt dicit litera. quid ergo, ſi corã primis par
tes comparent, & ſponte litigant: an valebit proceſſus. dicũt
quidam, ꝙ non, ſi ſint certificati de ſecundis reuocantibus
primas. allegant ad hoc mentem principis, argu. j̃. de ap. c. ſi
duobus, & de offi. deleg. c. ex literis. Io. de Lignano diſtinguit
inter expreſſam reuocationem, an habeat locum oppoſitio
ſupradicta, & tacitã: vt ſi in ſecundis dicatur[ non obſtañ. pri
mis, procedatur ]&c. & tunc valet proceſſus priorum, ſi non
opponitur exceptio coram eis: quaſi ſecundò impetrans poſ
ſit renunciare fauori ſecundarum literarum, vt l. quod fauo-
re. C. de legi. ¶ Tertiò quæro. dixi. s̃. ꝙ primæ literæ præua-
lent ſecundis, quando de primis non faciunt mentionem: &
econuerſo, qñ præualent; quia faciunt. & debet opponi exce
ptio: aliàs valet proceſſus habitus per illas literas, quæ pote
rant per exceptionem edidi. quæro ergo, ſi exceptio propo-
nitur, & reijcitur: vel de ipſa non facta mentione per iudicẽ,
ad vlteriora proceditur: an valeat proceſſus. Inn. vt dixi. s̃. te
net, ꝙ expedit appellare: aliàs exceptione oppoſita non ob-
ſtañ. valeret proceſſus, ſola ergo exceptionis propoſitio non
eſt nullitatis cauſa proceſſus. quia opponens poſtea proce-
dendo videtur exceptioni propoſitæ renũciaſſe. j̃. de teſti. c.
cũ veniſſet. & de offi. deleg. c. gratum. hanc opi. tenet Ioan. de
Lig. ſi excipiens poſtea procedit in cauſa, ſi non poſt exce-
ptionem propoſitam vlterius in cauſa principali, non reſpõ
det de ſua exceptione confiſus, non tenebit iſto caſu proceſ-
ſus, ſecundùm eum. probat primò. quia virtus exceptionis
conſiſtit in eliſione eius, quod opponitur: ſed ſi eſſet expe-
diens appellare, non operaretur eliſionem exceptio: ſed ap-
3 pellatio. j̃. de appel. c. nõ ſolũ. l. b. 6. Itẽ exceptio † ſubreptio-
nis in vim dilatoriæ contra reſcriptum eſt præiudicialis: ſed
ſi prætermiſſa præiudiciali proceditur in principali, non te-
net proceſſus. j̃. de iudi. c. exhibita. facit. l. 2. & ibi no. C. com
muni diui. & l. fundi. & l. fundũ. ff. de excep. Tertiò iura ſim-
pliciter dicunt, dilatorias impedire proceſſum, ſi opponan-
tur, nec exprimunt neceſsitatem appellandi. Non obſtat ſe-
cundùm eum, quod dicit Compoſt. iſta omiſsio non concer
nit ordinem ſubſtantificum. quia imò ſicut omiſsio ordinis
iudiciarij reddit iudicium nullum, vt l. prolatam. C. de ſentẽ.
ita ſi omittatur ordo cognoſcendi ſuper iſta exceptione: vn-
de ſecundùm eum ſi opponatur de ſecundis literis, & cogno
ſci debet ſecundũ formam Decre. c. paſtoralis. j̃. eo. ſi aliter,
quàm ſecundùm formã ibi traditã iudex procedit, erit pro-
ceſſus nullus. & pro pleniori declaratione ſubnectit hic quã-
dam diſtinctionem, quãdo exceptio reijcitur, an requiratur
appellatio, vel ſufficiat ſola propoſitio. & diſtinguit, ꝙ quã-
doque iura tradunt ordinem ſine hominis miniſterio, vt in
iudiciario ordine. qñq; cum miniſterio, vt in c. paſtoralis. j̃.
eę. & in iſtis duobus caſibus ſufficit proponere. quandoque
opponitur exceptio præiudicialis iuriſdictioni, & proceſſui,
vt in caſu c. tuam. j̃. de ordi. cog. & idem. qñq; opponitur ex
ceptio ſimplex, quæ concernit proceſſum tm̃. & tunc quan-
doq; iudex admittit eam. vel dicit, ea non obſtañ. ad vlterio
ra procedendum: & non valet proceſſus, vt in c. exhibita.
qñq; non admittit eam, vel tacet: & tunc eſt vera opinio In-
no. ꝙ valet proceſſus, ſi non appellatur. rationẽ diuerſitatis
aſsignat inter iſtos caſus, vt hic vide per eum. Contra iſtas
conſiderationes dom. Ioan. de Lig. facit fortiter dictum Spe
cu. quod refert Bart. & poſt eum Do. Bal. in l. ſi quæramus.
ff. de teſta. vbi ante litem conteſt. in iudicijs non eſt dare or-
dinem, cuius omiſsio reddit iudicium nullũ. ¶ Item incidẽs,
& cauſa principalis ſunt diuerſæ cauſæ: licèt habeant ordi-
nem traditũ à iure in procedendo: ſed in cauſis diuerſis ſub
ordinatis adinuicem non vitiat peruerſio ordinis: vt no. in l.
1. C. de appel. ergo non eſt bonum ſimile, arguere de omiſ-
ſione ordinis in eadem cauſa ad diuerſas. Item iure cauetur,
ꝙ ſi iudex exceptione oppoſita non obſtante, ad vlteriora
procedit, ipſam intelligitur reuocaſſe, vt in c. ſuborta. de re
iudi. imputet ergo ſibi opponens, ſi non appellat, vel eius ex-
ceptionem iudex expreſsè repellit: vel ad vlteriora procedit.
& hac de cauſa fortè in c. exhibita. fuit expediens appellare,
quaſi non ſuffeciſſet proponere. & ſic illum tex. inquantum
de appellatione, retorqueo contra eum. ſi enim exceptio rei
iudi. iuriſiurandi, vel alia, quę perimat intentionem agentis
oppoſita, & reiecta, vel non diſcuſſa, non reddit iudicium
nullum: multò minus exceptio præiudicialis, vel ordinis (quã
fortè iudex falſam putauit) debet hic operari. regula enim
traditur generalis in iure, ut quis debeat ab omnium graua
mine appellare: aliàs ſibi imputet: nec reperitur, vt ſola ex-
ceptionis propoſitio ſubtrahat litigantem à iuriſdictione iu-
dicis: vt proceſſus eius non teneat, vbi appellatur. ex quibus
ſimpliciter, & indiſtinctè dico oppoſitionem Inno. verã eſſe.

ADDITIONES.

a ¶ Literæ ſubreptitiæ. Adde Fran. Zaba. hic nu. 1. qui allegat tex. in Cle. 1. eo. titu.
b ¶ In ſecundis. Adde Doct. in c. ex literis. de offi. dele. Inno. in c. 1. de conceſ. pręben. lib. 6.

*SVMMAE.*

1 *Ad veritatem diſiunctiuæ ſufficit alterum probari.*
2 *Electio in dictione alternatiua cuius ſit.*

a INter. ¶ Ex diſiunctiuè narratis a in reſcripto ſuf
ficit impetranti alterum probare. h. d. ſunt
duæ partes, conſultatio, & reſponſio. Secunda ibi[ huic
1 ergo. ] ¶ No. primò, ꝙ ad veritatem diſiunctiuæ † ſufficit al-
terum probari, vt hic. & in iuribus alle. in glo. Sed ad verita-
tem copulatiuæ debet vtrunq; probari. s̃. eo. c. 2. & de mate-
ria alternatiuæ vide plenè per Cy. in l. cũ quidam. C. de verb.
ſig. vbi plenè diſtinguit: ꝙ aut profertur à lege, aut ab homi-
ne &c. vt hic per dñm Ioan. de Lig. referendo verba Cyn. de
eodẽ non facientem mentionẽ. ¶ Induco quæſt. dicit ſtatu-
tũ, ꝙ omnes officiarij ſuper ſtudio, vel minor ex eis, poſsint
conducere Doctores, & alia facere. modò quæro, an hi qua-
tuor, alijs duobus non requiſitis, potuerunt facere. hic eſt ar
gumentũ, ꝙ ſic. quia alterum tantũ ſufficit, vt in tex. ad idem
c. cum plures. de offi. deleg. lib. 6. dicit alibi Bar. ꝙ qñ aliqd
committitur pluribus, qñq; apponitur clauſula[ ꝙ ſi aliquis
ex eis noluerit, vel nõ potuerit intereſſe, expediat p alios. ]
tunc non poteſt per alios procedi: niſi prius conſtet de alio-
rum impotentia, vel voluntatẽ, vt in c. prudentia. de offi. de-
le. quandoq; apponitur clauſula, ꝙ poſsit expediri per om-
nes, vel aliquos ex eis, vt in themate quæſt. & tunc aut talis
diſpoſitio reſpicit commodum eorum, ad quos refertur: &
ſubintelligitur, ſi alij noluerint, vel non potuerint: vt l. hære-
des mei. §. peto. ff. ad Trebel. & l. ſi fundum ſub conditione.
§. his verbis. ff. de leg. 1. quoniam non reſpicit eorum cõmo-
dũ, ſed grauamẽ, vt in pluribus iudicibus deleg. vel arbitris.
& tunc poſſunt alij, non requiſitis alijs per alternatiuam ad-
iunctis præoccupare, vt in c. cum plures. & hæc conſideratio
haberi debet in quæſtione propoſita. & ita no. Bar. in d. §. pe
to. ff. ad Trebel. ¶ Et aduerte. quia prædicta habent locum
cum copulatiuè, vel alternatiuè concipitur diſpoſitio: an ſuf-
ficiat alterum adimpleri. Si autem concipiatur ſub alio no-
mine collectiuo, vel diſtributiuo, ſiue particulari, vel indiffi-
nito: vt ſub iſtis dictionibus[ omnis, quilibet, & quicunque,
vel aliquis ]tunc an requiratur concurſus ad veritatem diſpo
ſitionis. dic vt not. in l. ſi ita ſcriptum. ff. de leg. 2. & l. ſi is, qui
ducenta. §. vtrũ. ff. de reb. du. facit l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. ff. ſi
quis cau. & adde ad prædicta quæſt. Cyn. quam ponit in d. l.
cum quidam. ſi vadens vltra mare facit depoſitum apud fra-
tres,

tres, & adijcit, ꝙ reſtituat Petro, aut Seio. an liberet̃ alteri re
ſtituendo: vel requiratur, ꝙ ambobus. & tenet hic, ꝙ aliteri.
facit l. ſi ex toto. §. 1. ff. de lega. primo. ¶ Tractat etiam hic
2 dom. Io. de Lig. cuius ſit electio† in dictione alternatiua. dic,
vt in l. Lucio. de lega. 2. per Doct. in obligatione generis, vt
in l. legato generaliter. ff. de leg. 1. in pœnis dic, vt l. quicunq;.
C. de ſeruis fugi. in beneficijs alternatiuè, vel in genere debi-
tis tangitur in c. 1. de reſcrip. lib. 6. & in c. ſi pluribus. de præ-
ben. eod. lib.

ADDITIO.

a ¶ Ex diſiunctiuè narratis. Adde Bar. in l. is qui. ff. de reb. du. & tex. in l. alien. §. vlt. ff. de verb. ſig. Et quid in alternatiuis. vide glo. in Clem. 1. de cōceſ. præben. & in Cle. 1. de re. ec. non alie. Ioan. An. in c. venerabilem. de elec. ſuper glo. ſuper verſi. voluerit. tex. in l. ſi quis ita ſtipul. ff. de condi. & demon. quod eſt verum in affirmatiua: ſecus in negatiua, vt in c. inter cæteras. de re iudi. Card. Zaba. hic nu. 1. in 1. nota.

SVMMAE.

1 *Iudex delegatus Papæ an debeat exequi mandatum Papæ prima fronte iniquum.*
2 *Executor poteſt cognoſcere de qualitate pretij in reſcripto deducti.*
3 *Ratio de omnibus, quæ gerimus, reddenda eſt.*

SI quando. ¶ Is, ad quem reſcriptum Pa-
pæ dirigitur, debet illi parere.
a aut iuſtã cauſam oſtendere, a quare parere non poſsit.
hoc dicit. ponit dictum, quod alternatiuè declarat, & alter-
1 natiuè cauſam reddit. ¶ Not. primò, an iudex † delegatus
Papæ, ſiue executor debeat exequi mandatum Papæ prima
facie iniquum. hic dicitur, ꝙ non, ſed ſuperſedere. & hoc ve-
rum, cũ apparet iniquitas ex tenore reſcripti. ſi autem extrin
ſecus opponuntur exceptiones: an tunc executor debeat ta
les exceptiones admittere, & ſuperſedere executioni. dic,
vt in cap. de cetero. de re iudi. & in c. ex ratione. de appel. ꝑ
Inn. legem autem, quamquàm durã, debet iudex ſequi, vt l.
proſpexit. ff. qui, & à q̃bus. facit 4. di. c. 3. nec à tali iniquita-
te legis poterit appellari: vt l. ſi qua pœna. ff. de verbo. ſigni.
2 ¶ Secundò no. ꝙ executor † poteſt cognoſcere de qualitate
rei, ſiue negocij in reſcripto deducti. de quo in cap. paſtora-
lis. j̃. de offi. deleg. & in c. de cetero. de re iudi. per Inno. & ple
nius per Bar. in l. à diuo Pio. in prin. ff. de re iudi. ver. an illi,
cui eſt commiſſa executio, videatur commiſſa cognitio, &
econtra. ¶ Tertiò no. ꝙ excuſatur iudex inferior, ſi nō po-
teſt exequi mandatum ſui ſuperioris. & iſta impotentia quã
doq; conſiſtit in facto: quãdoq; in iure. illa enim poſſumus,
quæ de iure, & ſaluo pudore poſſumus. j̃. e. c. ſciſcitatus. & l.
ſi filius. ff. de condi. inſti. & per Bar. in l. ſuus. ff. de hære. inſti.
& l. pecuniæ. ff. de ali. & ciba. lega. ¶ Quartò no. ꝙ reddenda
3 eſt ratio † de omnibus, quæ gerimus. alleg. 1. gl. magna plu-
ra ſimilia ad hoc, & deinde allegat in contrariũ duo iura. &
ſoluit, ꝙ reddenda, eſt ratio, ſi pōt, aliàs non. Ioan. de Lig. di
ſtinguit inter ea, quæ ſubijciuntur naturali diſpoſitioni prin-
cipiorum. & reddenda eſt ratio, & illa, quæ ſubijciuntur ſe-
creta rōne diuini iudicij: & in illis non eſt reddenda: ſed de-
bet dici [ ò altitudo diuitiarum. ] quandoque loquimur de
his, quæ ſubijciuntur diſpoſitioni legis humanæ. quandoque
de his, quæ ſubijciuntur diſpoſitioni actuum humanorum.
Et tunc quãdoq; diſpoſitioni iudicis: quandoq; teſtamento
rum: quandoq; contrahentium. & in qualibet diſpoſitione
poſſet quæri, an quò ad effectum cauſa, ſiue ratio diſpoſitio
nis ſit conſideranda. facit l. quia poterat. ad Trebel. & in c. ſi-
cut nobis. de re iudica.

ADDITIO.

a ¶ Cauſam oſtendere. Adde gl. in verbo nuncians in Authen. de manda. prin. in §. deinde. Cardi. Zaba. hic nu. 1.

SVMMAE.

1 *Priuilegium conceſſum contra ordinem priuilegiatum, non facta mentione dicti ordinis, eſt nullum.*
2 *Priuilegiatus an debeat comparere ad allegandum ſuum priuilegium.*

a CVm ordinem Ciſtercien̄. a ꝑ re-
ſcriptum apoſtoli
cum, in quo de eorum ordine non ſit mentio, cō-
ueniri non poſſunt. h. d. non indiget diuiſione: quia breue eſt.
1 ¶ No. primò, ꝙ priuilegium † conceſſum contra ordinem
priuilegiatum, non facta mentione dicti ordinis, eſt nullum.
& aduerte, quia videtur in impetratione ſufficere, ꝙ fiat mē
tio de ordine. quod eſt verũ, ſecundũ Doct. quando impetrã
tur literæ iuſtitiæ contra illa, de quibus priuilegia ſunt con-
ceſſa: vt ſi moleſtant me ſuper decimis, quas aſſero me ſoluiſ
ſe. Et ita debet intelligi iſte tex. ꝙ ſufficiat facere mentionē
ordinis. Si verò impetrantur literæ gratioſæ, ſiue priuilegiũ
contra contenta in priuilegio religioſorum: tunc debet fieri
mentio de ordine, & eorum priuilegio. facit etiam de re iu-
di. c. inter mona. & no. s̃. c. 1. ¶ Oppo. de c. 1. s̃. eod. Nam hic
fuit ſpeciale priuilegium impetratum contra generale priui
legiũ totius ordinis Ciſtercien̄. ergo ſpeciale derogat genera
li. cuius contrarium hic dicitur. Solu. vt in glo. magna, cuius
contrarium hic dicitur. Tu dic ſecundũ Io. And. hoc priuile-
gium generale eſt, comprehendens omnia indiuidua ſub ge
neralitate contenta. ſ. omnia monaſteria eiuſdem ordinis. fa
cit ad hoc l. ſi. C. quod cum eo. & dixi. s̃. c. 1. ¶ Secundò op-
ponitur de c. conſtitus. j̃. e. ibi enim non valent literę, ſi non
faciunt mentionē de ſtatuto: ergo idem, ſi non faciunt men-
tionem de priuilegio. cuius contrarium hic dicitur. Solu. ibi
literæ gratiæ, hic iuſtitiæ. ¶ Vltimò tangit glo. an priuilegia
2 tus† debeat comparere ad allegandum priuilegium ſuum. &
ſi non compareat, valeat ſentẽtia contra eum, vel proceſſus.
dic vt in q. 2. c. ſi epiſcopus. & j̃. de accu. c. veniens. & l. ex qua
cunque. ff. ſi quis in ius vo. non ierit.

ADDITIO.

a ¶ Ciſtercienſes. Adde Pau. de Caſt. conſi. 134. incipiente. notandum eſt, quòd iſta Imperialis conceſsio. col. 7. ver. ideo quando ſummus Pōtifex. Card. Zaba. in ver. his præmiſsis ſum ſic in iſta Decre.

SVMMAE.

1 *Epiſcopus ante conſecrationem non dicitur promotus.*
2 *Eccleſia quando vacat, mandatum dirigitur ad Capitulum, vel decanum.*
3 *Dignitatem, & canonicatum in eccleſia quis habere poteſt.*
4 *Collatio ſi ſpectet ad epiſcopum ſede vacante, capitulum non ſuccedit in collatione.*
5 *Status mutatio non liberat quem ab obligatione.*
6 *Inhabilitas ex infidelitate proueniens tollitur per baptiſmum.*

EAm te. ¶ Si vacante ſede Papa ſcribat Ca
pitulo, vt præbendã in eadē eccle-
ſia conferat, ep̄s ibi creatus illud mandatum adim
plere tenetur, tanquàm ſucceſſor. h. d. quatuor continet, man
datum, excuſationem cauilloſam, reprehenſionem, & reſpō
ſum ad tacitam oppoſitionem. ¶ No. primò ex principio cō
a iuncto tex. circa finem. ꝙ a epiſcopus † ante conſecrationem
1 non dicitur promotus. facit j̃. de elec. c. trãſmiſſa. & 40. diſt.
2 c. ſicut. ¶ Secundò no. ꝙ qñ vacat eccleſia, † mandatum diri
gitur ad Capitulum, & decanum: an ante tale mandatum te-
neatur ep̄s, qui poſtea ibi creatur, executioni mandare. te-
net ita tex. hic, ꝙ ſic. & j̃. dicam. ¶ Tertiò not. ꝙ attenditur
tempus datæ, de qua in glo. ¶ Quartò no. ꝙ poteſt quis ha-
3 bere dignitatem † in eccleſia, & canonicatum. de quo. j̃. de
4 conſue. c. 1. lib. 6. ¶ Quintò no. ꝙ ſi collatio † præbendarum
ſpectat ad ep̄m, ſede vacante Capitulũ non ſuccedit in col-
latione. de quo in c. 2. j̃. ne ſe. vac. e. ti. c. vno. lib. 6. vbi quid iu
ris, ſi pertinet ad vtrunq;, vel ad alterum cũ conſilio alte-
rius, & ille talis haberi non pōt. dic vt ibi. ¶ Sextò no. ꝙ mu-
tatio



5 tatio ſtatis † non liberat quem ab obligatione. de quo j̃. de
obli. ad ratio. & l. Pomponius. ff. de neg. geſt. ¶ Septimò no.
6 ꝙ inhabilitas † ex infidelitate proueniens tollitur per baptiſ
mũ. quia efficitur nouus homo. 50. diſt. c. ferrum. non tamē
debent iſti neophiti ſtatim ordinari. 48. diſt. c. 1. ¶ Venio ad
oppo. & arguo contra iſtud c. aut enim Papa ſcripſit Capi-
tulo, & decano vt collatoribus. & hoc falſum: vt patet ex lite
ra. aut vt ſuccedentibus collationibus beneficiorum, & hoc
etiam falſum. j̃. ne ſede vac. c. 2. aut vt executoribus. & tunc
ipſi, non ep̄s, exequi tenentur. j̃. de offi. deleg. c. ſanè. & c. pa-
ſtoralis. §. quia verò. & ſic mala fuit excuſatio, ꝙ non potue-
rint iſto caſu. ſol. pluribus modis, ſed vera ſolutio eſt, quàm
Inno. Compoſt. Hoſt. & alij hic ſequuntur: videlicet, ꝙ Papa
non mandauit vt collatoribus, vel vt executoribus, ſed vt vi-
cegerentibus epiſcopi: vnde creato ep̄o, ceſſat vicegerentis
poteſtas, & in epiſcopum transfertur. & hæc ratio conclu-
dit non ſolum ſi canonicus eccleſiæ eſt creatus epiſcopus, vt
hic: ſed etiam ſi quicunq; extraneus. mandatum ergo factũ
vicegerenti debet adimpleri per dominum poſt creatum.
¶ Sed contra prædicta ſecundò opponitur. ſi impetratur re-
ſcriptum contra vnũ ſuper aliqua re, & illa res ad alium ſine
eius dolo perueniat: non poteſt ille, ad quem res peruenit, vi
gore dicti reſcripti ſuper illa re conueniri. de ali. iu. mu. cauſa
fac. c. 2. ita reſcripta non extenduntur de perſonis expreſsis
ad perſonas non expreſſas in ipſis. j̃. de offi. dele. c. P. & G. &
j̃. c. cum olim. ſo. ibi loquitur; cum per literas datur contra
aliquem iuriſdictio. quæ iſto caſu cōceſſa per reſcriptũ con
tra vicegerentē, non extenditur ad ep̄m poſt creatum, vt in
contrario: ſed mandatũ bene extenditur, vt hic. ¶ Tertiò op
po. aut Papa contulit ius in hac præbenda: aut non. ſi contu-
lit, malè facit, redarguendo ep̄m. quia ep̄s, ad quem pertinet
collatio, bene facit, ſi de nouo non confert. quia ſufficit illi
collatio Papæ: ſed Capitulum fuit iſto caſu redarguendũ, nō
recipiendo: ſi Papa non cōtulit, adhuc iniuſtè redarguit, cum
literæ non valerent; quibus mandabatur in canonicum reci-
pi qui non erat canonicus. & per eos non poterat recipi, cũ
ad eos non ſpectaret collatio. Sol. Papa nō contulit per illas
literas canonicatum, vel præbendam: ſed canonici vigore ip
ſarum poterant vtrũq; conferre. Sed tunc ſtatim opponitur.
ergo ipſi, & non epiſcopus debuerunt redargui: cuius con-
trarium hic facit Papa. ſo. vt s̃. dixi. hoc ideo contingit; quia
mandabatur eis vt vicegerentibus. ſi aũt maedaſſet penitus
extraneo: an tunc epiſcopus adimplere teneatur, dicit, ꝙ nō,
imò non valerent literæ, niſi ex certa ſciẽtia. diſtingue ergo,
ꝙ aut ſcribitur alicui vt collatori, & eſt collator: & nō eſt du-
bium. aut non eſt collator: & tunc, aut ſcribitur coniuncto, &
communionem habẽti (vt puta Capitulo) & idem, vt hic. aut
penitus extraneo: & tunc aut ex certa ſcientia. & idem. aut
non ex certa ſcientia: & tunc ſecus. aut ſcribitur vt axecuto-
ri: & tunc quilibet exequi poterit, vt in c. cum aliquibus. eod.
tit. lib. 6. Si ergo ſcribatur Capitulo, & erat tunc ibi ep̄s, non
tenetur ep̄s implere: ſicut non teneretur, ſi cuilibet extra-
neo ſcriberetur. idem ſi ſcribatur ep̄o viuenti, & moriat̃ ante
præſentationem literarum, capitulum non tenetur adimple
re: ſecus ſi epiſcopus moreretur poſt præſentationem, ſecun
dùm Compoſt. tunc enim Capitulum, vt ſucceſſor epiſcopi
exequetur factum inchoatum, vt j̃. eo. c. ex literis. ¶ Vltimò
quæro, an mandatum Papę de recipiendo aliquem à Capi-
tulo debeat collegialiter adimpleri: vel ſufficiat vt ſinguli. dic
vt in glo. & in nouella, & plenius. j̃. de poſtu. c. bonæ. & s̃. ti. 1.
c. cum omnes.

ADDITIO.

a ¶ Epiſcopus. Adde glo. in Cle. ſi quis ſuadente. de pœnis. Doct. in c. 1. de relig. domib.

SVMMA.

1 *Reſcriptum ad beneficium non valet, in quo tacetur impetrantis dignitas.*
2 *Impetrans beneficium ſuppreſſo nomine dignitatis, ſi ipſum conſequatur per ſententiam, vel aliter: an poterit poſtea priuari.*
3 *Sententia ſuper matrimonio carnali reſcinditur, detecto impedimento.*

1 AD aures. a ¶ Non valet reſc riptũ† ad
beneficium, in quo tacetur
dignitas impetrantis. h. d. cōis diuiſio. Secunda
ibi [ conſultationi. ] ¶ Not. primò, ꝙ ſuppreſsio dignitatis
in literis ad minora beneficia impetrantis vitiat gratiam. &
idem ſi maiora beneficia impetraret modò, multò magis eſ
ſet gratia, & reſcriptum nullũ, q̃ ſi impetraret ſuper minori-
bus: vt j̃. eo. c. cũ adeo. & c. ſi proponente. & intellige tam de
beneficijs obtinendis, quàm obtentis diſpenſatiuè retinen-
dis. iſtis enim caſibus tex. iſte vendicat ſibi locum, vt vitiet
ſuppreſsio dignitatis. quid ergo ſi mutat, vel non exprimat
nomē proprium. dic ꝙ idem, vt j̃. e. c. ſi. ¶ Quęrit Io. de Lig.
ſi quis non ſuper beneficio, ſed vſuris impetrat literas, nō fa
cta mentione ſuæ dignitatis: an talis ſuppreſsio vitiet. dicit, ꝙ
non. idem Io. An. quia tex. loquitur de beneficialibus. & idē
tenet de ſuppreſsione dignitatis ſecularis: vt talis ſuppreſsio
non habeat vitiare. quia non reperitur in iure cautum. ¶ Vl-
terius quærit, ſi tempore impetrationis erat in dignitate, ſed
tempore præſentationis non, vel econuerſo. dic vt c. ſi eo tē-
pore. e. ti. lib. 6. & c. gratiæ. e. ti. in Cle. Et quid ſi impetrat ꝓ-
curator meus, ſuppreſſo nomine dignitatis, quam habet. re-
mittit ad no. in c. gratia. eo. ti. lib. 6. & vide in Spec. de reſcri-
pti præſentatione. § ratione aũt impetrantis. ver. quid ſi im-
2 petrator. & duobus ver. ſe. ¶ Quærit Inn. ſi impetrans † bene
ficium ſuppreſſo nomine dignitatis ipſum conſequatur, for-
tè per ſententiam: vel quia ſponte recipitur à canonicis: an
poſtquàm ſic conſecutus fuerit, priuari poſsit, & inde amo-
ueri: videtur, ꝙ ſic. quia quicquid factum eſt per literas ob-
reptitias, eſt nullum, vt j̃. e. c. ad audientiam. Item non ema-
nant iſtę literæ de intentione Papæ, vt hic. & j̃. c. poſtulaſti. &
c. ſi proponente. abeſt ergo titulus, & ingreſſus canonicus, ſi
ne quo non poteſt beneficium obtineri. j̃. de reg. c. 1. lib. 6. ꝑ
hoc. ff. de fal. l. qui nomine. & de proba. c. licèt. licèt enim iſte
habeat ſententiam pro ſe, vel per conſenſum Capituli reci-
pientis eum. debet tñ titulus talis reſcindi. ſicut cum quis in-
ducitur ad contrahendum dolo, aliàs non contracturus. ff.
3 de dolo. l. eleganter. Item ſententia † ſuper matrimonio car
nali reſcinditur, detecto impedimento. j̃. de re iudi. c. lator.
& c. conſanguinei. ergo idem in ſpirituali. Inno. tamen tenet,
ꝙ ſententiæ eſt parendum: ſed talis retinet beneficiũ cũ pec
cato, & agi poterit contra eum per viam denunciationis. j̃.
de iureiur. c. quemadmodum. quando autē ipſum ſponte re-
cipiunt, ignorantes ipſum aliud habere beneficium, vel etiã
ſcientes: an poterunt poſtea contradicere, tenet ꝙ non, ſi
ſcienter: ſecus ſi ignoranter.

ADDITIO.

a ¶ Ad aures. Adde Doct. in c. in noſtra. inf. de reſcrip. tex. in c. is cui. de præben. lib. 6.

SI autem aliquis. ¶ Excipit reus
cōtra reſcriptũ,
quod de ſuo mentionem non facit: niſi dolo, vel frau-
de noluerit vti illo. h. d. non diuiditur. ¶ Opponit gl. 2. & vi-
detur, ꝙ nedũ infra annum, ſed perpetuò poſsit excipere. qa
quæ temporalia ſunt ad agendũ, perpetua ſunt ad excipien-
dum. vt l. præſente. §. ſi. ff. de doli exceptio. ſo. quoniam ex eo
dem fomite poteſt agi, & excipi: & tunc tanto tempore du-
rat exceptio, quanto actio. & ita hic. qñq; ille, qui excipit, nō
pōt agere tutus exceptione partis ſolutionis, & ſimilis. & ha
bet locum quod dicitur in contrario. ff. de peculio. l. quęſitũ.
facit l. Papinianus. §. filius. ff. de inoffi. teſta. & not. Inno. in c.
cũ dilectus. & c. ſi. de ordi. cog. ¶ Secundò opp. de l. falſo. C.
de

de diuer. reſcrip. ſo. dicit glo. reſcriptum ſemper valet, niſi
vbi impetratur ſecundũ. vel dic, ꝙ perpetua ſunt, niſi termi-
nus præfigatur. ſed hic præfigitur annus, vt j̃. e. c. plerunq; er
go ceſſat contrarium. ¶ Tertiò oppono de c. vt debitus. j̃. de
appel. ſolu. vt in glo. magna ad fi.

*S V M M AE.*

1 *Reſcriptum, per quod incerti iudices dantur, non valet.*
2 *Generalitas nimia reprobatur.*

1 AD hæc ſumus. Non valet† re
ſcriptum, per
quod incerti iudices dantur. vel per quod nego
cia futura cõmittuntur. h. d. Prima proceſſus narratio. Secun
da Papalis prouiſio. Tertia narrat impetrantium malitiam,
2 abuſum, & remedium. ¶ No. ꝙ nimia generalitas† reproba
tur. de quo in glo. 1. ¶ Quæro, quomodo intelligatur iſtud
c. an ꝙ iſti elegerint certos iudices in cauſis ſuis: an verò ꝙ
debeant eligere, quãcũque eis placuerit. glo. magna dicit, ꝙ
pōt intelligi duobus modis. Primò, ꝙ verbũ, elegerint, ſit ꝑ-
teritum perfectum ſubiunctiui: vt denotet, ꝙ iſti in ſuis lite-
ris elegerint certos. vel poteſt intelligi, ꝙ ſit futurum ſubiun
ctiui: ꝙ ſit ſenſus, ꝙ poſſint eligere, quandocunque lites ha-
bere contigerit. Et ſecundum iſtum intellectũ approbat hic
glo. & has literas nullas eſſe, iuribus ſimilibus oſtendit. Et di
cit Ioan. An. has literas non valere, cum in forma iuſtitię cõ
ceduntur. ſecus ſi in forma gratiæ, & ad præſentia, non futu-
ra negocia: niſi de futuris eſſet expreſſum. j̃. eo. c. fin. Et not.
hunc tex. ꝙ literę ad lites generales reſpectu cauſarum: ſed
ſpeciales reſpectu perſonarum non dant iuriſdictionem. qđ
eſt verum, quando iudices debent eligi ab altera parte tan-
tùm. Si autem dantur certi iudices in omnibus cauſis, quæ
verti poſſent cum tali monaſterio: non video, quare delega-
tio non valeret: imò ſic dantur hodie conſeruationes. vt j̃. de
officio delega. c. 1. lib. 6.

*S V M M AE.*

1 *Latinitas falſa an vitiet reſcriptum Papale.*
2 *Literæ Papales per quot manus tranſeant.*

a
1 AD audientiam. Falſa a latinitas
vitiat † reſcri-
ptum Papæ. h. d. Primò exceſſus narratio. Secun
dò prouiſio. Secunda ibi. [quibus qm̃.] ¶ Not. quod dixi in
ſummario. quod eſt verum. ſi latinitas eſt falſa: ſecus ſi
dubia quia ſaluari poteſt. quo caſu fiet interpretatio ꝓ re-
ſcripto. de fi. inſtru. c. inter dilectos. ¶ Et no. ꝙ faciliùs præſu
mitur falſitas in reſcriptis abſolutionis, quàm in literis, ſeu
reſcriptis commiſsionis, vel iuſtitiæ. j̃. de cri. fal. c. fi. ¶ Vlti-
mò hic Ioan. And. docet, per quot manus tranſeant literæ
2 † Papæ. hic vide per eum.

ADDITIO.

a ¶ Falſa latinitas. Adde glo. in c. licet. de cri. fal. Bar. in l. Plautius. ff. de aur. & arg. leg. Bal. in l. tanquàm. C. de fideicom. Card. Zab. hic in ſecundo notabili. nu. 1.

*S V M M AE.*

1 *Rector principalis agit, ſi capellanus poſitus in capella ſua ſpoliatur.*
2 *Literæ ſecundæ, quæ non faciunt mentionem de primis, an valeant.*
3 *Tempora appellationum currunt à tempore appellationis interpoſitæ.*
4 *Innouata poſt appellationem iudicis officio reuocantur.*
5 *Appellans debet condemnari in expenſis poſt deſertam appellationem.*
6 *Expulſus de dignitate ſeculari an teneatur creditoribus.*

EX parte Non poteſt contra reſcriptũ op
poni taciturnitas primi, qđ ap-
pellans impetrauit, non facta mentione de ſua ap
pellatione. h. d. Communis diuiſio. Secunda ibi [ideoque.]
1 ¶ No. primò, ꝙ rector† principalis agit, ſi capellanus a poſi
a tus in capella ſua ſpoliatur. quia ipſe ſpoliatus videtur. j̃. de
reſti. ſpo. c. cum veniſſet. & de iudi. c. cum deputati. vbi ꝑ Inn.
¶ Secundò no. caſum, vbi ſecundæ literæ appellati præualēt
prioribus literis appellantis. & hoc propter quatuor, quæ fa
ciebant contra iſtum appellantem: quia ſuppreſsit: quia vti
poſtpoſuit: quia de appellatione mentionem nō fecit: & qa
ipſam infra tempus legitimum proſecutus non fuit. ¶ Tertiò
2 no. ꝙ ſecundæ literæ † valent, quæ non faciunt mentionem
de primis, quæ poterant per exceptionem elidi: ſicut iſtæ pri
mæ impetratæ ab. O. cui propter ſpoliationem non tenebāt
aduerſarius reſpondere. ¶ Quartò no. tex. ibi [dolo vel ne-
gligentia] &c. ꝙ articulus non poteſt formari alternatiuè. de
3 reſti. in integ. c. auditis. & ibi no. ¶ Quintò not. † ꝙ tempora
appellationum currunt à tp̄e appellationis interpoſitæ. de
quo in cle. ſi appellationem. de appell. ¶ Sextò no. ꝙ innoua
4 ta † poſt appellationem iudicis officio reuocantur: licèt iam
appellatio ſit deſerta. quia deſertionem confirmant attenta
ta, vt probat notabiliter iſte tex. & c. licèt. de ſen. excō. lib. 6.
vbi eſt tex. notabilis. ¶ Septimò no. ꝙ poſt deſertã appella-
5 tionem debet appellans† condemnari in expenſis. & hoc be
ne no. quia iam habui de facto. erat enim deſerta appellatio,
& petebã à delegato in cauſa ita pronunciari. ſ. appellatio-
nem deſertã, & appellantē in expenſis condemnari. dixit ip-
ſe: non poſſum, quia non habeo iuriſdictionem, cum ipſo iu
re ſit prioris iudicis ſententia confirmata: vt in c. ex ratione.
j̃. de appel. & in Authen. ei, qui appellat. de tempo. appell.
ſubdebat, quia poſt deſertionem ſuper principali, non vide-
tur durare officium iudicis ſuper acceſſorijs: vt idem opere
tur iuris deciſio, quod operatur deciſio hominis, vel iudicis,
poſtquàm non licet de expenſis conqueri. l. terminato. C. de
fruct. & lit. expenſis. Allegabam pro me iſtum tex. & c. cum
olim. de priuileg. & quod no. Cy. in l. properandum. in fi. C.
de iudi. vbi ſi expirat inſtantia cauſæ principalis, remanet of
ficium iudicis ſuper expenſis. Non obſtat, ꝙ cauſa principa-
lis ſit deciſa per deſertionem. quia etiam alio caſu quando
perit caſu, vel culpa partis inſtantia ſuper principali, durat
iudicium, & iuriſdictio ſuper acceſſorijs, vt no. in l. vtiq;. ff. de
rei vend. facit quod no. j̃. e. c. fi. & in cle. 1. in fi. e. ti. & ita ob-
tinui. & poſtea reperi, ꝙ ita determinat do. Fre. de Sen. in cō
ſilijs ſuis. facit quod no. in l. 1. C. qui dari tuto. poſ. ¶ Oppo-
nitur. licet appellanti ſuæ appellationi renunciare. 2. q. 6. c. ſi
quis libellos. ergo non debuit iſte. O. in expenſis condemna
ri. So. illud verũ re integra, non, cum appellatus appellationē
proſequitur, vt hic erat. facit c. interpoſita. de appel. ¶ Secun
dò opponitur. iſte. S. impetrauit ſuper reſtitutione fienda ſi-
bi officio iudicis, veluti innouata poſt appellationem, quæ of
ficio iudicis retractãtur, vt no. in l. chirographis. ff. de admi.
tu. Sed contra hunc ſpoliato competit interdictum vnde vi.
& ſic ordinarium remedium; ergo debet ceſſare extraordi-
narium. ſ. officiũ iudicis, vt l. in cauſæ. ff. de minori. & l. in ꝓ-
uinciali. in fi. ff. de no. ope. nunc. So. per iſtud extraordinariũ
corroboratur ordinarium: & eſt in eius auxilium introdu-
ctum, & ideò concurrit cum ordinario. vt not. in d. l. in pro-
uinciali. per Bar. plenè. ¶ Sed hic incidenter quæritur, in quo
prodeſt plus iſtud officium iudicis circa reuocationem attē-
tatorum in caſu huius cap. quàm prodeſſet iudicium interd.
vnde vi. vbi ſufficit probare ſolummodo ſpoliationē, & poſ-
ſeſsionem, vt c. olim. de reſtitu. ſpo. reſpondeo plus prodeſſe
in hoc. quia intentando officiũ iudicis ſufficit tantummodo,
ꝙ poſſederit tempore appellationis, etiam ſi non probat ſe
ſpoliatum, vt no. Inno. in c. bonæ. j̃. de appel. ¶ Sed tertiò cō
tra iſtam ſolutionem oppo. & videtur: quòd appellatio iſtius
S. fuit



S. fuit extraiudicialis, videlicet ab inſtitutione. s̃. ergo nō de-
buerunt innouata ſtatim reuocari: ſed demum probata veri
tate cauſæ: vt dicto c. bonæ. vbi plenè per Inno. So. ibi loquiť
de innouatis ab appellato: ſed hic de innouatis ab ipſo ap-
pellante, quæ etiam ſine cauſæ cognitione reuocãtur. vel dic,
ꝙ appellatio iſtius O. fuit iudicialis. impetrauit enim literas
contra. S. aſſerens ſe ab eo moleſtari ſuper dicta eccleſia, &
lata ſententia contra eum, appellauit, & appellatione penden
te ſpoliauit. ¶ Tertia lectura eſt, ꝙ O. appellauit propter in-
ſtitutionem factam de capellano. & contra iſtam lecturam
venit obiectio de non retractandis innouatis poſt appella-
tionem extraiudicialem, niſi probata veritate cauſæ: quam
ſolue vt s̃. ¶ Quartò opponitur, & videtur, ꝙ literæ impetra
tæ ab iſto S. non valeant. quia non fecerunt mentionem de
appellatione interpoſita ab. O. & ſic non valeant. j̃. de appel.
c. oblatæ. Item debuit expectare finem anni, quo hic factum
fuiſſe non dicitur. vnde videtur obſtare Authen. ei qui app.
de tempo. appella. So. dic, ꝙ iſtud operatur temeritas dicti
O. qui ſuæ appellationi non detulit: ſed fecit contra, ſpolian
do capellanum, vel ipſam non proſequendo. vnde de tali ap-
pellatione inualida ex poſtfacto, vel de literis impetratis ſu
per ea non debuit fieri mētio, ſecundũ Innocē. qui remittit
ad no. in cap. ſtatuimus. de elec. & c. cum dilecti. de maio. &
obe. ¶ Quintò oppo. dicitur circa finem c. [ꝙ poſſeſsio ca-
pellæ reſtituatur huic. S. ſi prædictum O. proſecutum nō fuiſ
ſe appellationem ſuam, cōſtiterit, & in expeñ.] &c. ¶ Sed cō-
tra hoc opponitur de l. terminato. C. de fruct. & lit. expen.
Sol. ibi loquitur, cum expenſæ petũtur iudicis officio. hic ve
rò vigore conſtitutionis, de qua j̃. de appel. c. reprehenſibi-
lis. & hæc no. quando ſcilicet expreſsè vigore conſtitutionis
expenſæ debentur, poſſunt peti finito iudicio ſuper principa
li. concor. quod no. in l. 1. ff. ſi quis ius di. non obtempera. Idē
dico, ſi expenſæ debentur ex aliquo contractu, vel obligatio
ne. glo. eſt notabilis in l. ſi mulier. §. ſi rem. ff. de leg. 3. ¶ Tan-
git hic Innocen. materiam c. frequens. de reſtitu. ſpol. lib. 6.
& 2. q. 2. per totum. an ſpoliatus propria dignitate eccleſia-
ſtica ante reſtitutionem debeat alicui reſpondere. Et ego
6 addo quid de dignitate † ſeculari: an expulſus ab ea credito
ribus teneatur. dic, vt hic per Inno. & dicam. j̃.

*S V M M AE.*

1 *Impotentia infertur ad impotentiam iuris, & facti.*
2 *Exceptio infamiæ repellit iudicem delegatum.*
3 *Nolens dicitur non poſſe.*

SCiſcitatus. Reſcriptum, quod dirigi-
tur pluribus cum clauſula
[quòd ſi non omnes potuerunt intereſſe.] &c. de im-
a potentia a iuris, & facti debet intelligi. hoc dicit communis
diuiſio. Secunda ibi [nos verò.] Vel ſecundùm dominum
Gaſpar. clauſula [ſi non poteritis.] poſita in reſcripto dele-
gationis, de impotentia iuris, vel facti intelligitur. hoc pri-
mò. vbi eſt dicta clauſula in reſcripto, delegatus, qui non po
teſt intereſſe collegis ſuis, vt procedant, debet ſe excuſare.
hoc ſecundò. prætextu dictæ clauſulæ poſitæ in reſcripto [ſi
non poteritis] non excuſatur nolens. hoc tertiò. Communis
diuiſio. Secunda ibi [nos verò.] illa ſecunda facit tria, quæ di
xi in ſummario. ſecunda ſecundę, ibi [dummodo.] Tertia
1 ibi [nec enim.] ¶ No. primò, quòd impotentia † infertur ad
impotentiam iuris, & facti. aliquid enim poſſe dicitur quin-
que modis, ſecundùm glo. quæ ponit verſus Ho. volens ad-
dere quoſdam modos alios mutat verſum: & ſic.

*Poſſe dabit factum, ius, & natura, poteſtas.*
*Officium, meritum, commodum, deitas, & honeſtas.*

Quos hic declara per eũ. tu vtilius ver. iſtud, poſſe, proſeque
re, vt no. Bar. in l. 1. ff. de iniuſto rup. teſtam. vbi tractat, quã
do profertur affirmatiuè. ſi autem negatiuè, ſicut hic [ſi non
potuerit intereſſe] &c. quando dicatur non poſſe, dic, vt in
l. ſuus. ff. de hæredi. inſti. per eundem. vbi deducit eis theori-
cam. quòd pro vulnere ſoluat centum: quos ſi ſoluere nō po-
tuerit, amputetur ſibi manus. quando dicatur non poſſe. dic
vt ibi per eum. facit quod not. in l. quod ſeruus. ff. de condi.
ob cau. & quod ipſe not. in l. pecuniæ. ff. de alimen. & ciba.
b lega. ¶ Secundò no. b quòd tunc poteſt vnus ex pluribus de-
legatis procedere, cum eſt appoſita clauſula, de qua hic. aliàs
ſecus. vt in c. prudentia. de offi. deleg. Idem ſcilicet, quòd poſ
ſunt, quando ſunt alternatiuè dati. vt in c. cum plures. de of
ficio deleg. lib. 6. In pluribus ordinarijs dic, vt l. 1. ff. de offi.
conſul. In pluribus arbitris. vt in c. 1. de arbi. lib. 6. In pluri-
bus executoribus teſtamenti dic, vt in c. fina. de teſta. eod.
lib. 6. In pluribus procuratoribus dic, vt in c. ſi plures. ea. l.
In pluribus tutoribus dic, vt l. ſi plures. ff. de admini. tuto. In
pluribus curatoribus datis bonis dic, vt l. 2. §. 1. ff. de cura.
2 bonis dando. ¶ Tertiò not. quòd exceptio † ſeruitutis, vel
infamiæ repellit iudicem delegatum. an autem ordinarium,
Inno. dicit hic, quòd non. vide in Specu. c. 1. §. excipitur. ver.
ſed nunquid. Quis autem de iſta exceptione infamię, vel ſer-
uitutis cognoſcet, cum opponitur contra iudicem ordina-
rium, dic per Innocen. in c. cum ſuper. de offi. delega. & ple-
nius per Bar. in l. quidam conſulebant. ff. de re iud. ¶ Quar-
tò not. quòd coniudicibus, vt procedere valeant, debet con-
ſtare de impotentia collegæ: aliàs ſi hoc non diſcuſſo proce-
derent, crederem non valere proceſſum, etiam ſi verè impe-
dimētum ſubeſſet. vt l. hæc autem. ff. de ex qui. cau. in poſſeſ.
eatur. & Bar. in ſimili in l. multum. ff. de condi. & demonſt.
ver. licèt aliquis ſit verus contumax. quia citatus in termino
non comparuit. tamen ſi iudex, non facta ſibi relatione de
citatione à nuncio, ad miſsionem, vel ſententiam procedat,
& poſtea relatio ſibi fiat, ſententia eſt nulla. ita dicit ibi: li-
cèt in contrarium faciat quod not. Inno. in c. veſtra. ad fi. de
coha. cle. & muli. ¶ Quintò not. in verſicu. nec enim. quòd
3 ille, qui non vult, † non dicitur non poſſe. diuerſa enim ſunt
iſta. ſicut ille, qui non poteſt, non dicitur nolle. ff. de condi.
& demonſtra. l. hæc conditio. & l. pater Seuerinam. ¶ Sextò
& vltimò not. de clauſula, quæ ponitur in fine cap. ſi non om
nes &c. Sed tunc poſſet incidenter tractari quod ſcripſi. s̃. in
c. inter cæteras. an iſto caſu poſsint aliqui, alijs non requiſi-
tis, procedere. dic vt ibi per eum. ¶ Prima glo. quærit, quot
modis dicatur aliquid poſſe. dic, & remitte vt s̃. in primo no
tabili. ¶ Secundò quæritur, ſi iudicio pendente, ſuperue-
niat inhabilitas in perſonam iudicis delegati: an poſsit op-
poni hæc exceptio. & quid ſi reſtituit, an reaſſumat in ſe iuriſ
dictionē. dic vt in ea. & quod not. in l. quid ergo. §. pœna gra
uior. ff. de his, qui not. infa. ¶ Tertiò quæritur, ſi poſt latam
ſententiam per delegatum detegitur, quòd erat ſeruus, vel
infamis: an ſententia ſit nulla. glo. dicit, quòd non, vt l. Bar-
barius. Goff. contra: vt ſi reus ignorauit, dicere poſsit ſenten
tiam nullam. ff. de iudi. l. 2. 1. reſpon. Lau. Vincen. Phi. Innoc.
Compoſt. & Hoſtien. tenent glo. & Specu. eod. titu. §. vlti. in
prin. pro iſtorum opin. allego caſum expreſſum in l. 2. C. de
ſenten. ¶ Quartò quæritur de natura iſtarum exceptionũ,
ſeruitutum infamiæ, & ſim. an ſint dilatoriæ: ita quòd tan-
tummodo ante litem conteſt. ſint opponendæ, & non po-
ſtea. dicunt Inno. & Compoſt. quòd quidam ſunt, qui prohi-
bentur ratione naturæ, vt feminæ. quidam ratione carentiæ
intellectus. Et in iſtis duobus caſibus exceptiones ſunt per-
emptoriæ: ita quòd ſententia lata per tales, etiam non op-
poſita exceptione, non valet. In alijs non prohibitis alijs
de cauſis bene valet iudicium, & ſententia, ſi non fuerit op
poſita exceptio ante litis conteſt. & refert Compoſt. quandã
ſententiam fuiſſe retractatã. quia quædam mulier fuerat ꝓ-
curatrix in cauſa: ipſe tñ & hic Io. An. tenent contrariũ, vide
licet ꝙ valeat in prędictis ēt iudicium, & ſententia, ſi nō fue-
rit oppoſita exceptio. Ita no. glo. in l. ea demum. C. de procu

ra.& vide in Spec.de excep.§.2.verſi. ſed quæro de his.¶ Et prædicta intelligo vera,ſi inhabilitas concernit iudicem, vel litigatorem alieno nomine:vt ſcilicet valeat ſententia, & proceſſus, ſi non fuerit exceptio oppoſita. quid ergo ſi concernit aduerſariũ. verbi gratia dicit ſtatutum, ꝙ exbannitus, vel ꝙ non ſoluit gabellam,non audiatur. pone ergo, ꝙ tales egerunt,& exceptione non oppoſita,ſententia lata,an valeat: dico, quòd non,ſecundùm Iac.de Are.qui ita diſputauit, & efficaciter probat.

ADDITIONES.

a ¶ De impotentia. Adde tex. cum glo.in c. dilecto.de teſti. in ver.excluſo.Ca d.Zab.hic in prin.

b ¶ Secundò no. Vide Ioan. Fa.C. quando prouo.non eſt ne.l.cum magiſtratus.

*SUMMAE.*

1 *Litigantes in eadem cauſa poſſunt diuerſas literas, & ad diuerſos iudices impetrare.*

PAſtoralis. In quæſtione reuocationis reſcriptorum recurritur ad arbitros. ſi iudices ſibi non deferant, nec inuicẽ cõcordant.hoc dicit vſque ad §.quoniam. vel aliàs cum ab eiſdem diuerſæ literæ impetrantur, & ambigitur quæ alijs præualeant, huius cognitio pertinebit ad iudices in vtriſque literis deputatos. & ipſis diſcordantibus, recurritur ad arbitros à partibus communiter eligẽdos.hoc dicit. diuiditur in conſultationem, & reſponſionem. ¶ Præmitte, ꝙ in eadem
1 cauſa poſſunt litigantes † diuerſas literas, & ad diuerſos iudices impetrare.quod exemplifica, vt in c.cæterum.& c.1.in nouella.quandoq; in diuerſis cauſis fit iſta impetratio:& tũc aut ab actore.& non poteſt,vt in c.diſpendia. eod.titu.lib.6. quandoq; fit à diuerſis, vt ab actore & reo: & tunc eſt caſus in d.c.diſpendia.§.reus quoque. cogitur enim reus ad eoſdẽ literas impetrare,vt ibi.quid autẽ ſi iam impetrauit ad alios, & prius fortè, quàm ille,qui præuenit eum in citatione corã alijs iudicibus: an in comparitione poterit excipere, & dicere.domini iudices,ſi paterer coram vobis conueniri: oporteret me coram vobis proponere meas actiones, vt in d. §. reus quoque. Sed cum habeam literas priores, & velim agere contra eum,volo,quòd ipſe cogatur actiones ſuas proponere coram eis, & hac de cauſa declino iudicium veſtrũ: an poterit fortè habere locum præuentio per citationem, non attenta prioritate, & poſterioritate conſidera, vt iſtud c.& c.ſi autem.& c.cæterùm. habeant locum in eadem cauſa,non in diuerſis. Renouatio enim concernit literas diuerſas ſuper eodem facto impetratas,vt credo.In cauſa verò appellationis conſidera quod habetur in c.ſæpe.de appel.& c.oblatæ. Dom.Inno.Hoſt. & alij moderniores ſuper iſto c. intricatè multum proſequuntur iſtum articulum, cum ſcilicet ad diuerſos literæ impetrantur, & dubitatur quæ aliæ alijs præualeant, vel proceſſus per eaſdem.Et quis cognoſcet de ipſarum efficaciæ valore: quorum dicta aliquibus additis colligo per modum diſtinctionis: & ſic quandoq; eſt contentio inter duos ordinarios. quia quilibet defendit cauſam ad ſuam iuriſdictionem pertinere. & iſtud non tangitur hic per eos.Sed ego remitto ad no.ſuper c.literis.ĩ.e.& ad no.in l.de iure.ff.ad municip. per glo. & Doct. & l. ſepulchri.ff.de ſepul.vio.per Bar.& l.ſi pluribus.de leg.1.per Dom.Bal.quandoque eſt contentio inter ordinarium, & iudicem appellationis,qui dicit cauſam ad ſe deuolutam,& ordinare hic negat.& dic vt ĩ.eod.c. dilectus. facit c. cum appellationibus. coniuncto c. Romana. de appella. lib.6.& idem, quod hoc caſu: cum delegatus dicit per literas impetratas à iudice appellationis non eſſe eius iuriſdictionem reuocatam, ſecundùm Innocen.vt ſcilicet iudex appellationis cognoſcat,vt dicto c.dilectus.aut eſt quæſtio inter ordinarium, & delegatũ Papæ,qui ordinarius dicit per tales literas non eſſe eius iuriſdictionem reuocatam: & cognoſcet iſto caſu, ſcilicet delegatus, cum maior ſit ordinario. quandoque eſt quæſtio inter duos delegatos Papæ per diuerſas literas à partibus impetratas. & tunc eſt materia noſtri.c.ſiue impetrentur diuerſæ literæ in cauſa principali, ſiue appellationis.quod fieri poteſt, vt in c.bonæ.ĩ.de confirma.vti. vel inutili.& in iſto c. ſic plenè diſtingue. aut per alios tantùm iudices,nulla exceptione oppoſita, vſque ad ſententiam eſt proceſſum: & valet ſententia,ſiue fuerint primò impetrati, ſiue ſecundò.quia cum primæ non tollant ſecundas, nec ſecundæ primas ipſo iure, ſed ope exceptionis,valet ipſorum ſententia,& proceſſus,iuxta no.per Inno.& Doct.ſ.eo.c.cæterùm. In caſu verò, quo aliæ alias tollerent ipſo iure, vt hic exemplifica in nouella, per tales ipſo iure ſublatas non dicerem valere proceſſum. facit quod no.in d.c.diſpendia.ſuper ver. proceſſus. Aut contra illos,qui vigore primarum, vel ſecundarum procedunt, excipitur: quia dicitur procedere non poſſe, cum ſint tales impetratæ priores:& tunc ipſi de hoc cognoſcunt.ĩ.e.c.literis.& l.ſi quis ex aliena.ff.de iudi.nec habet locum prouiſio huius c.iſto caſu, ſecundùm Inno.quod intelligo verum, niſi lite coram primis pendente, ſuper reuocatione ſecundi impetrati incipiant procedere. quia tunc ſi contra ipſos excipitur de proceſſu primorum, etiam ipſi debent conuenire, & de hoc cognoſcere.ſemper enim,antequàm ſit in hac cognitione concluſum,admittendi ſunt alij ad hanc cognitionem, ſecundùm formam huius Decre. licet alij dicant, ꝙ primi, qui præuenerunt, habeant hoc decidere. ſed ſecundùm hos nimis reſtringitur Decre. iſta ad caſum, videlicet in quo alij incœpiſſent cognoſcere de viribus reuocationis. tene ergo primam opp.ſecundùm Ioan. And. quando ambo paria iudicum in cauſa procedunt. quia ſecundi coram ſuis procedunt,exceptione non oppoſita.& refert Innocen.ſ.e.c. cæterùm.quoſdam referre proceſſum illorum validum, qui primò procedere incœperunt, ſiue eorum literę fuerint priores,ſiue poſteriores, per c.vt debitus.ĩ. de appel. ſuper quo membro adde quod no.Inno.ſ.de conſti.cum M. Fer. & ibi dixi. quandoque coram vtriſque de reuocatione excipitur: ſed ambo reiecta dicta exceptione in cauſa procedunt: tunc inſpicietur,quæ literę alijs præualeant.& pronunciabitur illorum proceſſus tenere, & alius irritabitur.ĩ.de offi.deleg.c. ex literis.quandoq; coram vtriſque excipitur, & ambo volunt procedere ſecundũ formam huius Decre. & habet locũ quod dicitur in hoc c.in quo caſu conſidera,ꝙ qñq; partes conſentiunt,ꝙ procedant iudices in vtriuſque literis impetratis: & poterunt procedere. quia cũ vtriq; habeãt iuriſdictionẽ,licèt aliorũ,poſsit elidi.vt ſ.eo.c.cæterũ.poterit tñ cõſenſu partiũ prorogari, ſm̃ Inno.& Comp.Hoſt.cõtra de offi.deleg.c.cum ſup.& c.P.& G. qñq; partes nolunt cõſentire:ſed quælibet optat ſuos: & tũc aut iudices volũt ſibi deferri:& pñt ẽt inuitis partibus,ẽt non obſtañ.appellatione, ſi altera pars appellaret.qa diceret ſe ex delatione grauari. Hoſ. in hoc cõtra,videlicet ꝙ poſsit appellare.opi.Inn. ſequit D. Ioan.de Lig.qñ iudices volunt ſibi deferre,ſed litigant ſuper hoc:& tũc aut poſtea iudicant aliorũ eſſe iuriſdictionẽ: & illi cognoſcẽt.qñq; nõ ſunt cõcordes: & tunc qñq; præualet aliquorũ ſnĩa ſup hoc, veluti ſi duo ex tribus in quibuſdã ex literis delegati cõcordãt cum omnibus alijs delegatis in alijs, vt ĩ.dicam.qñq; non eſt dare inter eos exceſſum. & tũc dñt cogi partes ad electionẽ arbitrorũ, vt in iſto c.ſed p quos cogentur,an per iudices vtrarũq; literarum:an per eos,qui primò procedere incęperunt,placet Inno.& Compoſt.ꝙ per iudices vtrarũq;: licèt Hoſt.dicat Papã cõſulendũ iſto caſu.& ſic ſine calũnia põt intelligi,ſm̃ eum.c.ſanè.ĩ.de offic. deleg. qñq; altera pars nõ vult eligere arbitros delegatos alterius ptis,remanet iuriſdictio,& poteſtas pcedendi,& cõpellẽdi, vt ſit



litium finis.ĩ.d.c.cum contingat. quandoq; arbitri ſic electi volunt hunc articulum eis commiſſum finire. & tũc ad prædictos pertinet coactio.licèt Hoſtiẽ. ſentiat,ꝙ ad Papam deuoluatur. ¶ Venio ſuccinctè ad apparatum glo. 1. arguit contra iſtud c.admiſsione.& videtur, ꝙ non poſsit de literarum reuocatione dubitari. aut enim ſecundæ faciunt mentionem de primis:& reuocant.aut non: & non reuocant.ſ.e. c.cæterum.So.vt in glo.& Inno. ſoluit, ꝙ poteſt dubitari de facto,& de iure. & exemplifica, vt hic per eum. ¶ Secundò opponitur,& videtur, quòd hæc dilatio non poſsit ſibi locũ vendicare.cum aut primi, aut ſecundi iuriſdictionem habeant idem. ſi dubitant de iuriſdictione ſua, non videtur, ꝙ poſsint partes citari.Sol.vt in glo.quę ponit quatuor ſolutiones. ¶ Tertiò opponitur. dicitur hic, quòd non ſtatur iudicio maioris partis.contra de multis iuribus hic alle.in glo.ſecunda.dic vt in ea.circa hunc articulum dic ſecundùm Vincen.ꝙ ſex ſunt caſus de arbitris eligendis. duo, quibus itur ad arbitros.& duo,quibus non itur. & duo dubitabiles. ¶ Si iudices per primas dati pronũciant pro ſcđis, & dati per ſecundas pro ſcđis, itur ad arbitros: idem quãdo primi pronunciant pro literis ſecundorum, & ſecundi pro literis primorum.& ſi vnus de duobus datis per vnum reſcriptum cõcordat cum tribus datis per aliud reſcriptum: vel duo ex tribus cum illis duobus,non itur ad arbitros. Si verò duo dati per vnum reſcriptum,& vnus de tribus datis per aliud reſcriptum concordant, dubitabilis eſt caſus: quia ille vnus non videtur curandus,cum ab illis duobus,qui remanent maior pars,remaneat actus efficax.ibitur ergo ad arbitros, ſecundùm Vinc.Sed ſi concordant vnus ex duobus: & ſic nõ maior pars.& duo ex tribus: & ſic maior, dubitabilis etiam eſt caſus.Sed dicit Vincen.horum factum præualet,ſcilicet cum duo ex tribus,& vnus ex duobus cõcordant. Cõpoſt.cõtra, tradens regulã,ꝙ omni caſu, quo erunt in diſcordia, ibitur ad arbitros:niſi maior pars vnius reſcripti cum maiori parte alterius reſcripti concordet. vnde ſecundùm eum ſi vnus in vno reſcripto pro ſe pronunciet cum vno alio ex tribus delegatis,in alio non procedet: ſed recurretur ad arbitros.

¶ Et no.iſta,quæ faciunt ad quæſtionem. cum pertinet electio ad epiſcopum,& Capitulum cõiter,& quidam de Capitulo minor pars,& epiſcopus eligunt vnũ: alia & maior pars Capituli eligunt alium,quæ electio præualeat. de qua dic, vt ĩ.de concei.præben.c.poſtulaſti. & in diſputatione dñi Frederici de Senis. ¶ Item ſi ad plures eccleſias incumbit aliquid expedire,an inſpicietur pluralitas reſpectu numeri clericorum ipſarum:an verò vna eccleſia habens fortè quatuor canonicos tantum iuris habeat, quantum alia habens decem: ita ꝙ non habeatur(vt ſic dixerim) reſpectus ad capita: ſed ad ſtirpes.dic ut no.per Inn.ĩ.de elec.c.ſcriptum eſt. facit l.planè.poſt prin.ff.de leg. 1.

*SUMMAE.*

1 *Reſcriptum ſpeciale derogat generali.*

§.Quoniam autem. ¶ Per clauſulã generalem[quidam alij, & rebus alijs] poſitam in reſcripto delegatus ante expreſsionem perſonarũ,vel rerum in eas iuriſdictionem nõ exercet.hoc primò.valet etiam ſpeciale reſcriptum,quod ante expreſsionem prædictam conueniendus per clauſulã generalem eo tacito impetrauit.hoc dicit communis diuiſio.Secunda ibi[nos igitur.] ¶ Not. ꝙ commiſsio fit quandoque, expreſsis quibuſdam rebus, & perſonis, ſubiuncta clauſula generali quò ad perſonas, & res. Quot autem,& quales ſub tali generali clauſula includantur.dic vt ĩ.eod.c. proxi. & ĩ. eo.c.cum in multis lib.6. ¶ Secundò no.regulam, ꝙ ſpeciale
1 reſcriptum † derogat generali.de quo plenè.ſ.c.1.& c.generi.ĩ.de reg.iuris lib.6. ¶ Tertiò no.ꝙ ante ſpecificationem nullus per generalem clauſulam eſt ligatus. idem cum promittitur certa ſpecies de incertis,ante electionem eius nulla eſt in obligatione.de quo in l.illud aut illud ff.de conſti.pec. ſimiliter cum mandatur de beneficio in genere prouideri,ẽt cum decreto. nam ante expreſsionem nullum eſt officium, vt in c.1.de conceſ.præben.lib.6. ¶ Quærit Innocen. quando impetratur reſcriptum ſuper certa re,& contra certã perſonam,ſubiecta clauſula generali quò ad perſonas alias. an ſuper eadem re valeant literæ impetratæ à tertio, qui poterat conueniri vigore generalis clauſulæ.Reſpondet ipſe, conſidera naturam actionis in reſcripto deductæ. aut enim eſt actio generalis(vt tutelæ,pro ſocio, fami. erciſcundæ.de reſtitutio.in integ.confirmationis, electionis,& ſimiles) tunc non valebunt ſpeciales à tertio impetratæ. Idem ſi ſuper rebus, & iuribus indiuiſibilibus. & eſt ratio, quia vigore primi reſcripti iſte cõprehenſus ſub clauſula generali poterit impetrantem conuenire coram iſtis iudicibus. quia reſcriptum ſuper iſtis indiuiduis,& generalibus actionibus impetratum,intelligitur quò ad onus commune, etiam ſi ab vno fuerit impetratum. facit quod no.Inno.& Hoſt.ĩ. de reſtitu. ſpo.c.ex compoſitione.aut reſcriptum fuit impetratum ſuper certa re ſpeciali. & tunc comprehenſus ſub clauſula generali poterit impetrare ſuper eadem re. quod hic efficaciter probat.& aduerte quia quod hic dicitur, comprehenſus ſub clauſula generali, non poſſet adaptari ad eum,qui eſt cõprehenſus,& conuentus vigore clauſulę ſpecialis. quia tunc non poſſet impetrare ſuper rebus alijs, vel eadem, niſi coram eodem,per c.diſpendia.§.reus quoque.eo. titu.lib.6. & idem econuerſo ſi habeat ſpeciale, præuenit in cõueniendo: quia tunc habens alias literas non poterit eis vti. quod dic, vt dicto §.reus quoque. ¶ Ad tertium ergo impetrantem literas ſpeciales bene adaptatur iſte §.vt prioritas ſub verbis generalibus non elidat impetrationem ſuam ſpecialem poſtea factam. ¶ Glo.fi. quærit de duabus quæſtionibus.Prima eſt,an iſti,iudices poſsint mandare iuriſdictionem, quam habent vigore huius clauſulæ generalis. dicit ꝙ non: quia licèt habeant iuriſdictionem, non tamen exercitium circa eam. quod ſingulariter no. ¶ Ego circa hoc in caſu alio ſimili quæro, an iſta iuriſdictio delegata quò ad exercitium poſsit à partibus prorogari. quia glo.loquitur de delegatione,nõ de prorogatione,Bar.de facto conſultus dicit, ꝙ ſic, in ciuitate Tuderti:vbi facta erat reformatio,ꝙ Poteſtas nõ poſſet vſq; ad 6.menſes cognoſcere de certis cauſis. modò partes prorogauerunt ei iuriſdictionem, & cognouit modò: an valeat ſententia.allegat ad hoc l.nec ille.ff.de tu.& cu.dat. ¶ Secundò quærit glo.ſi ante expreſsionem generalitatis, poſt citationem tamen,ſuperficiali cauſa delegata, moritur delegãs: an quò ad perſonas, vel res comprehenſas ſub clauſula generali ſit iuriſdictio perpetuata.tenet, ꝙ non.Idem Gof.& Vincen.Inno.contra,remittens de hoc ad no.per eum in c. licèt. de offi.delega. & hanc glo.inducit Compoſt.ad quæſt. ſi executor, qui poterat in certa prouincia prouidere, facit inhibitionem in duabus eccleſijs,an poterit inhibere.dicit,ꝙ ſic, ſi non expreſsè ſe reſtrinxit ad illas:aliàs ſecus.de hac materia plenè dicetur in d.c.licèt. ¶ Vltimò quærit Innõ. de effectu expreſsionis quò ad perpetuandã iuriſdictionem,& impediendum aduerſarium impetrare: & an requirat partis præſentiam.& coram quo fiat.dic vt hic per eum.

*SUMMAE.*

1 *Apoſtolica ſedes conſueuit eſſe liberalis.*
2 *Infinitas eſt vitanda.*
3 *Negocia grauiora,expreſſis minoribus,non veniunt vigore clauſulæ generalis.*
4 *Argumentum de perſonis ad res dicitur eſſe licitum.*
5 *Perſonæ maiores, & digniores quæ dicantur.*
6 *Conueniri quot poſſint vigore clauſulæ generalis.*

SEdes apoſtolica ¶Per clauſulas [quidam alij.]
poſitas in reſcriptis non cõuenitur multitudo, nec pſonæ, vel res maiores expreſsis. pares verò, vel minores ſic:
niſi malitioſè fieret expreſsio.h.d. ¶ Et duo facit, præmittit
conſtitutionis cauſam. Secundò cõſtitutionem ſubnectit ibi
[nos igitur.] In qua quatuor facit. Prouidet primò circa per
ſonas. Secundò circa multitudinem. Tertiò circa res. Quartò circa expreſsionem fraudulentam. partes patent. ¶ No.
1 primò, ꝙ ſedes apoſtolica † conſueuit eſſe liberalis.ª In quo
a autem conſiſtat iſta liberalitas, declarabitur ſuper glo. ¶Secundò no. ꝙ clauſula generalis non refertur ad perſonas ma
iores, vel digniores expreſsis. de quo in glo. 3. ¶ Tertiò not.
2 in ver. ſed nec. ꝙ infinitas † eſt vitanda. de quo in c. 2. j̃. eod.
lib. 6. & l. qui bona. in prin. ff. de dam. infec. per Bar. ¶ Quar-
3 tò no. ꝙ expreſsis minoribus negocijs, † non veniunt vigore
dictæ clauſulæ generalis negocia grauiora. & loquitur iſte
tex. cum ſit talis expreſsio in rub. quid autem ſi in inſtrumen
tis procurationũ, vel alijs dipoſitionibus. j̃. ſubdam. ¶ Quin
4 tò no. ꝙ de perſonis † ad res licitum eſt arguere; ſicut de pſonis ad tempus, vt l. miles ita hæred. ff. de mili. teſta. ¶ Sextò
no. in verſi. ſi quis verò, ꝙ ſi perſona exprimitur in reſcripto
per fraudem, clauſula generalis nihil operatur; vt ſic dolus in
principali adhibitus habeat etiam, quod ei ineſt, tacitè vitia
te, vt in reg. cum principalis. de reg. iur. ¶ Oppo. dicitur hic,
ꝙ ſedes apoſtolica conſueuit eſſe liberalis; ſed contra, nemo
in neceſsitatibus liberalis exiſtit, vt l. rem legatam. ff. de ali.
le. ſed de neceſsitate ſe. ap. ad liberalitatem tenetur præcepto Euangelij. & patet. j̃. de foro compe. c. licèt. ergo non po
teſt appellari liberalitas. Sol. vt in glo. vel aliter hic in nouel-
la, vt in ſimili no. j̃. in c. relatum. de præben. ¶ Quærit. 3. gl.
b quæ dicantur eſſe perſonæ ᵇ maiores, † & digniores. nam di
5 citur maioritas, & dignitas multis modis. & tandem concludit, ꝙ non poteſt dari certa doctrina, & ideo reliquit offi
cio iudicis. Idem Inno. & omnes Moderni. in quo ergo vertetur iudicis officium circa prædicta? dicunt, quòd nominato clerico vigore clauſulæ generalis, non conuenietur laicus,
neque econuerſo, propter diuerſitatem profeſsionis. idem in
eadem profeſsione graduum, tñ diuerſorum. facit qđ not.
Inno. in c. dilectus. j̃. de conceſ. præben. expreſſo autẽ poſito
in dignitate ſub clauſula generali, includit maior diuitijs vel
potentia, & idem econuerſo. & expreſſa minori ſumma, an
veniat maior ſub clauſula generali, hic vide per eum. & de
pluribus quæſtionibus circa hoc vide in Specu. de reſcripti
præſentatione. §. fin. & in ſecunda columna, & de offi. deleg.
in c. cum olim. in nouella. ¶ Secundò quærit. Innocen. an illud, quòd hic dicitur in reſcriptis, vt ſub clauſula generali
non veniant maiores, vel digniores, habeat locum in procurationibus, & alijs diſpoſitionibus. pone ergo conſtitui procuratorem Titium contra Seium ſimplicem clericum, & con
tra omnes alios ad petendum fundum, & omnes alias res, in
quibus mihi tenentur: an maiores perſonæ, & negocia includentur, quàm fuerint expreſſa. dicit Inno. ꝙ ſic. & iſtud
c. habet locum, ſecundùm eum, in reſcriptis ad lites, non in
alijs diſpoſitionibus. facit quod not. 26. diſt. c. deinde. & l. ſi
ſecundũ. C. de ſer. fugi. ¶ Tertiò quæro, in quot poſsint vigo
6 re clauſulæ generalis † conueniri. dic, ꝙ in quatuor, vt in c.
cum in multis. eo. titu. lib. 6. & de materia huius. c. vide quod
no. in cle. procura. de procura. facit l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cau. ¶ Quartò quæro ſi hac exceptione maio
ritatis non oppoſita, procedatur: an valeat iudicium, & ſententia, tenet Inno. ꝙ ſic Barto. contra, de quo. j̃. eo. c. Rodulphus per Ioan. And.

ADDITIONES.

a ¶ Conſueuit eſſe liberalis. Adde Doct. in c. grandi. de ſupplen. negli. præl.
b ¶ Perſonæ maiores. Adde glo. in c. lex eſt. 2. diſt. & in c. ſuper eo. l. 2. de
ele. Pet. de Ancha. in repe. c. canonum. de conſti.

SVMMAE.

1 *Caſus, in quo duo reſcripta inuicem ſe elidunt, & neutrum valet.*
2 *Iudex poteſt punire quoſcunque videat coram ſe delinquere.*

EX tenore. ¶ Qui contra vnum ſuper
eodem impetrat ad diuerſos diuerſa reſcripta, & eis vtitur, perdit commodum. hoc dicit communis diuiſio. Secunda ibi [nos igitur.]
1 ¶ No. primò caſum, † in quo duo reſcripta inuicem ſe elidunt, & neutrum valet, regulariter verò alterum valet. & an
primum, vel ſecundum, glo. hic plenè diſtinguit, & latius Ho
ſtien. Nam quandoque impetratum eſt ab altera parte tan
tùm: & nullum dubium, ꝙ durat perpetuò. C. de diuer. reſcrip. l. falſa. Sed ſi duo impetrantur, aut ab eadem parte,
aut à diuerſis. Item aut contra eundem, aut contra diuerſos.
Item aut ſuper eodem negocio, aut ſuper diuerſis. Item aut
ad eoſdem iudices, aut ad diuerſos. Item aut ſub eadem data, & forma, aut ſub diuerſis data & forma. quod plenè proſequere hic per eũ. no. hic Goff. quare expedit, ꝙ vnũ reſcriptũ faciat mẽtionẽ de alio, & non noua cõſtitutio de priorũ
contraria. dic plenè hic per eum, & plenius. j̃. de conſtitu. c.
1. lib. 6. ¶ Vlterius no. circa finem, quòd iudex, coram quo
vtitur iſte impetrans ſecundo reſcripto, pronunciat, quòd
careat commodo vtriuſque: ſed hoc non videtur bene dictum. quia cum ſecundum reſcriptum non tribuat eis iuriſdictionem: non videtur, ꝙ habeat poteſtatem pronunciandi. Item ſuper his, quæ in modum exceptionis in iudicio deducuntur, iudex non debet pronunciare. j̃. de ordi. cog. cap.
cum dilectus. Sed hic de viribus reſcriptorũ in modum ex-
2 ceptionis contenditur: ergo pronunciari non debuit. Solu.
ſecundùm Innocen. iudex † poteſt punire quoſcunque videat delinquere coram ſe: quia delictum tunc eſt notoriũ,
& conſtat ſibi iudici vt iudici. ergo iuris ordine non ſeruato
procedit. C. de teſti. l. nullum. & quod no. Innocẽ. in c. veſtra.
de coha. cle. & muli. & inf. eo. c. fina. in nouella. ¶ Quærit gl.
magna circa fi. nunquid ſecundæ literæ non facientes mentionem de prioribus, quæ poterant per exceptionem elidi,
valeant, vel non. & tenet, quòd de talibus literis, quæ elidi poſſunt, non expedit facere mentionem. concordat in hoc
Vincen. ſecundùm quem in hoc differt reſcriptum ab electione. idem Tan. & Bart. Brix. Gof. tenet contrarium, cuius dictum vide infra de regu. iur. c. non præſtat. lib. 6. Damaſius dicit, quòd ſi non valent primę propter vitium impetrantis: tunc ſit vera opi. glo. & prædictorum, ſcilicet vt
ſecundæ valeãt. quandoque ſunt nullæ: (quia iudices deceſſerunt:) & tunc non valeant ſecundæ. & mihi videtur iſta
op. vera, arg. eius, quod dicimus de teſtamento ſecundo
imperfecto in principio, quòd non rumpit primum validũ,
vt l. ſi filius. ff. de lib. & poſthu. ſecus ſi ſecundum ſit à principio validum; ſed deficiat, quia abijcitur hæreditas: quia
tunc rumpit proximum, vt Inſtitu. qui. mo. teſt. infir. §. poſteriore. ¶ Secundò quærit glo. vtrùm iſte condemnabitur in
expenſis. glo. 2. quòd ſic. Sed Guli. Na. contra. Sed opin. glo.
verior: quia iſta condemnatio reſpicit intereſſe partis, facit quod no. in clem. 1. j̃. eodem. ¶ Tertiò dom. Ioan. de Lignano quærit de vno membro, quod tangit glo. ſcilicet cum
duæ commiſsiones impetrantur ab eodem, & in eodem negocio ad diuerſos iudices ad cautelam; an habeat locum qđ
dicitur in hoc c. dicit glo. quòd non, ſi alijs tantùm vtitur: ſic
ſi attentaret vti alijs, perderet vtraſque. cum glo. concordant Vin. Phi. Goff. & Spec. in titu. de reſcripti præſentatione. §. ratione formæ. ver. item excipitur, ꝙ duæ. idem videtur tenere Inno. Hoſt. preciſè tenet, ꝙ neutræ valeant: quia
tex. dicit [impetrantis] & non vtentis. Ioan. An. tenet ſe cum
glo. & dicit op. Hoſti. poſſe habere locum, cum ſecundis vtitur, non aliter. Ioan. de Lign. opp. Hoſti. quia tex. hic & in c.
diſpen-



diſpendia. ponderant impetrationem ipſam, & non vſum
dic, vt hic per eum. cui adde quod habetur in l. 3. ff. quod
quiſque iuris.

SVMMA.

1 *Reſcriptorum forma eſt diligenter conſideranda.*
2 *Literæ non facientes mentionem de beneficio impetrantis, non valent.*
3 *Clericum ſe appellans cum non ſit in reſcripto, an valeat.*
4 *Papa ſcribens pro indigno an ſibi debeat prouideri.*

a CVm adeo. ¶ Non valet reſcriptum ª
impetratũ ad beneficium
obtinendũ, de beneficio impetrantis non faciens
mentionem. hoc dicit cõis diuiſio. Secunda ibi [cum enim.]
1 ¶ No. primò, ꝙ mens, & forma reſcriptorum † eſt diligẽter
conſideranda, vt s̃. eo. c. ad aures. & c. cum dilecta. ¶ Secun
2 dò no. ꝙ non valent literæ, † non facientes mentionẽ de beneficio impetrantis. concor. j̃. eo. c. ſi proponente. ¶ Tertiò
no. ꝙ clauſula [ſi dignus, vel idoneus] ſemper intelligitur in
reſcripto: nec intelligitur idoneus, qui habet beneficium. j̃.
3 de præben. c. is cui. lib. 6. ¶ Quærit glo. ſi quis † appellat ſe
clericum, cum non ſit, an valeat impetratio, tenet, ꝙ non, per
c. ex literis. j̃. de trãſac. Compoſt. dicit, quòd ſi quis incedit
tonſuratus vt clericus, valeãt literæ ad beneficia impetratæ,
cum iam animi deſtinatione clericus ſit, arg. l. ſi eo tempore. ff. de teſta. mi. Io. An. remittit ad no. per eum. j̃. de inſti. c.
2. tenet tñ Compoſt. ꝙ is, qui incedit tonſuratus, ſi ſub nomi
ne ſcholaris impetrat, non valet, ſi non eſt clericus. facit qđ
no. Io. An. j̃. de præſump. c. ſi. ſuper ver. ſcholarem. Si tamen
dicatur in literis [prouideas tali: quia deſcribi deſiderat mi
litiæ clericali] valent literæ, etiam ſi ille non ſit clericus: non
tñ teneatur recipere, niſi fiat, ſaltem per primam tonſuram,
4 per Decre. 2. j̃. de inſtitu. ¶ Vlterius quæritur. ſi Papa † ſcri
bit pro indigno: an ſibi debeat prouideri. dicendũ eſt, quòd
ſic, ſi ex certa ſcientia hoc facit, vt minori de beneficio curato. videtur enim ſuper inhabilitate diſpenſare, arg. l. quidam conſulebat. ff. de re iudica. & quod no. j̃. de æta. &
qua. c. 1.

ADDITIO.

a ¶ Non reſcriptum. Adde Rotam in iſto titu. deciſ. 66. in antiquis deciſionibus, & deciſ. 3. de præben. in antiquioribus.

SVMMAE.

1 *Ordo reſcripti interpretationem recipit à iure communi.*

1 CAuſamque. ¶ Ordo reſcripti † interpretationem recipit
à iure communi. hoc dicit. In prima iudicium deciſa conſultatio, vel partium conqueſtio. In ſecunda reſpon
ſio, & iudicum inſtructio. ¶ No. primò, ꝙ ſuper contentis
in reſcripto iudex debet ſequi ordinem iuris, non ordinem
verborum reſcripti. quia non eſt veriſimile Papam per præpoſterationem verborum reſcripti ordinem iuris peruertere voluiſſe. ¶ Idem in iudicijs, ſi quis petat in libello aduerſarium compelli ad ſolutionem, & condemnari, non ob
ſtan. ꝙ ver. cõpelli ad ſolutionẽ, præceſſerit verbum cõdem
nationis. nam vbi mens legis eſt certa, non eſt curandum de
ordine ſcripturæ, vt l. nec enim. ff. de ſolu. & l. 2. §. prius. ff.
de vulg. & pup. & hoc verũ de ordine iuris: de ordine aũt facti dic, vt j̃. eo. c. cum dilecta. ¶ Tractant hic Doc. de interpretatione reſcriptorum. Item ſtatutorũ, de qua plenè per
Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. de interpretatione
priuilegiorum, de qua. j̃. de dona. c. cũ dilectus. & ff. de conſti. prin. l. beneficium. de interpretatione dictorum teſtium,
de qua in c. in præſentia. j̃. de proba. de interpretatione diſpenſationum, & promiſsionum, de qua. j̃. de affi. & cõſang.
c. ꝙ dilectio. de interpretatione verborum litigan. dic vt in l.
ſi quis intentione ambigua. ff. de iudic. de interpretatione
ſententiarum, de qua in l. ab executore. ff. de appel. de inter
pretatione teſtamentorũ, & contractum, de qua in reg. con
tra eum. j̃. de reg. iur. lib. 6. facit. l. inter, ſtipulantem. §. ſi Stichum. & quod ibi per Bar. ff. de ver. obli. & hic per Cõpoſt.
vbi de literis ad beneficia reſtringendis. Si enim dicitur in li
tera, conferas tali, non obſtan. collatione facta alteri, intelligitur de collatione facti, non iuris. Item ſi dicitur, ꝙ
impetrans alijs præferatur, intelligitur de alijs, qui habent
ius ad rem, non in re. facit. j̃. de præben. c. antepenul. &
penul. lib. 6. ¶ Glo. 2. tangit de errore ſcribentis, q. error an
poterit per tabellionem ipſum corrigi, partibus non citatis. dic vt in data. lib. 6. per Ioan. An. & in l. ſi librarius. ff. de
reg. iur. & l. Imperator. ff. de ſtatu ho. per Guli. de Cu. & Docto. ¶ Glo. quæ incipit. & ita quandoque. tractat de clauſu
la generali, an referatur ad proxima, an ad omnia præcedentia. & an referatur ad præcedentia, & ſequentia, ſi in me
dio ponitur. dic vt in c. ſecundò requiris, & c. inquiſitioni.
de appel. & in l. talis ſcriptura. ff. de lega. 1. & per Bar. ver.
quid iuris ſi ponitur in teſtamentis. & l. 2. de lib. & poſthu.
& l. licèt Imperator. ff. de leg. 1.

SVMMAE.

1 *Reſcriptum executorium ſuper canonicatu, & præbenda eccleſiæ vltra numerum impetratum non valet.*
2 *Papa dat literas ad præbendas vacaturas.*
3 *Exceptio numeri iuramento firmati vitiat literas, & gratiam.*
4 *Capitulum & decanus poſſunt facere ſtatutum in eccleſia.*
5 *Factum per literas ſubreptitias ad beneficia eſt irritum.*
6 *Papa ſi mandat prouideri de beneficio vacaturo, & vacat tempore datæ, an debeatur.*
7 *Capitulum an poſsit tollere ſtatutum iuramento firmatum.*

1 COnſtitutus. ¶ Non valet reſcriptũ
† executorium ſuper canonicatu, & præbenda eccleſiæ vltra numerũ impetratum, non facta mentione de numero prius iurato. h.d.
& ſecũdùm hæc tria facit. ponit impetrationẽ exceptionem
contra ipſam, & diffinitionis commiſsionem. Secunda ibi
[verum.] Tertia ibi [diſcretioni.] ¶ No. hic, ꝙ tempore Cæ
leſtini hæc gratia facta fuit de præben. vacan. vel de proxima vacatura, & in vita ſua non fuit ſortita effectum. & tamẽ
in fin. c. mandat iſte Inno. eius ſucceſſori ipſam executio-
a ni demandari: ergo gratia ª ad beneficium vacans, vel vacaturum morte Papę non expirat: nec ſimiliter poteſtas exe
cutoris ſuper ea. caſus eſt. j̃. de offi. delega. c. ſi ſuper gratia.
lib. 6. & de præben. c. is cui. e. li. In legato verò de latere an
per eius obitum, vel deceſſum firmetur gratia nondum con
ſummata, dic, vt in c. præſenti. j̃. de offi. leg. lib. 6. & l. ſi cer-
2 tarũ. §. fi. ff. de mili. teſta. ¶ Secundò not. ꝙ Papa † dat litteras ad prębendas vacaturas. quod alius non poſſet. j̃. de con
ceſ. præben. c. propoſuit. & c. conſtitutus. ¶ Tertiò no. ꝙ ſuper receptione in canonicum, & collatione præbendæ ſcribitur Capitulo, & decano. Si aũt ad eos nõ ſpectaret, ſed ad
epm, vel cõiter inter eos: an deberent tũc adimplere. dic, vt
in c. eã te. s̃. e. per Inno. & Doc. ¶ Quartò no. in ver. verum.
ꝙ coram executoribus poſſunt contra literas legitimæ exceptiones opponi. an autem executores ipſas admittere teneãtur, & ſeruare iudiciariũ ordinẽ. dic vt in c. fi. j̃. de p̃ſum.
per Inn. & cle. 1. j̃. de offi. delega. ¶ Quintò no. ꝙ exceptio
3 † numeri iuramento firmati vitiat literas, & gratiam. Non
enim eſt veriſimile Papam numerum tollere per reſcriptũ:
ſicut nec per conſtitutionem generalem intendit tollere con
ſuetudines, & ſtatuta locorum. j̃. de conſtitu. c. 1. lib. ſexto.
4 ¶ Sextò no. in verſi. diſcretioni. ꝙ capitulũ, & decanus † poſ

ſunt facere ſtatutum in eccleſia. de quo plenè. j̃. de verb. ſig.
c. 2. lib. 6. hic autem. Io. An. dicit noncurandum de efficacia
ſtatuti, quia poſito, ꝙ non tenuerit: tamen fuit iuramento fir
matum, vel etiam à Papa confirmatum, ſecundùm Innocen.
5 ¶ Septimò no. ꝙ † quicquid factum eſt per literas ſubrepti-
tias ad beneficia, eſt irritum ipſo iure, vt dixi poſt Inno. s̃. eo.
c. ad aures. & per glo. j̃. eo. c. ad audientiam. ¶ Octauò no. ꝙ
literæ monitoriæ præcedunt executorias. & ꝙ ſtatutum epi
ſcopi factum poſt gratiã, & ante executorias eſt efficax ad
ipſam præcedentem gratiam irritandam. quod dic, vt in glo.
hic conſideratur. ¶ Nonò no. in fi. ꝙ Papa mandat huic con
ferre præbendã: ſed de canonicatu nihil dicit. quia forte ſibi
collatus fuerat per executores. an tunc hoc facere potuerint.
remittit Hoſt. ad no. per eum in c. vt noſtris. j̃. de conceſ. p̃-
ben. ¶ Opponitur & videtur, ꝙ iſtud ſtatutum non debue-
rit reddere impetrationem inualidam: quia nullum erat velu
ti factum, ſiue conceſſum epiſcopi, vt in c. nouit. & c. quanto.
de his quæ fi. à præ. & quod nullũ erat, non præſtat impedi-
mentũ, vt in reg. non præſtat. Sol. iuramentũ operatur iſtum
effectum annullationis, vt dixi. s̃. in 6. notabili. ¶ Secũdò op
ponitur. Capitulum oppoſuit huic exceptionem ſubreptio-
nis ante lit. conteſt. Sed contra, quia eſt perẽptoria, & debuit
opponi poſtea. Solu. facilis eſt, de iure nouiſſimo, ſecundùm
quod procedit in beneficialibus ſine ſtrepitu, & figura iu-
dicij, vt in cle. diſpendioſam. de iudi. Sed de iure iſto dic ſecũ
dũ Io. An. ꝙ quædam eſt exceptio perimens literas, & gra-
tiam: & iſta, inquantũ perimit literas, eſt dilatoria: inquan-
tum gratiam ipſam, eſt peremptoria: ideò propter diuerſam
naturam põt opponi ante, & poſt, vt hic. quædam exceptio
non concernit literas tantùm: vt ſi iuraſti non impetrare. &
iſta eſt dilatoria, & debet opponi ante. quædam verò exce-
ptio concernit actionem: vt ſi iuraſti me non conueniſſe, vel
mecum agere: & tunc perimit actionem, & eſt peremptoria.
remittit Io. An. ad no. per eum de iſto articulo. j̃. de excep. §.
dicto ver. ſed quæro. ¶ Tertiò oppo. dicit circa finem. c. [ ꝙ
ſi, antequàm executorias impetraſſet, fuerit numerus iura-
mento firmatus. ] &c. & ſic non inſpicitur tempus gratiæ: ſed
executionis poſtea commiſſæ. Sed contra. s̃. e. c. eam te. Item
poſt monitorias poteſt dici negocium iam inceptum: ergo
de tempore executoriarum non eſt curandum. cuius contra
rium hic dicitur. Sol. dicit Pet. ꝙ Papa hunc impetrantẽ gra-
uauit in hoc: vt ſi ante executorias poſt monitorias iuratus
eſſet numerus, non valerent literæ: ſed in alio releuauit, ſcili-
cet ꝙ ſi numerus eſſet inſtitutus, & confirmatus ſine iuramẽ
to, valerent literæ, vel aliter vt hic in nouella. ¶ Venio ad ali
quas quæſtiones, & quæro. pone, ꝙ non facta mentione nu-
meri, Papa mandat conferri præbendã: quæ tunc vacabat,
an debeat conferri. tex. iſte facit, ꝙ ita demum mandat con-
ferri præbendam vacantem, ſi eſt facta mentio numeri, vt
hic in fi. [ ſi qua vacat. ] &c. in contrarium facit. quia nume-
ro, & canoniæ non fit præiudicium per talem collationem.
Compoſt. reſpondet ad hoc contrarium, ſecundũ Io. An. di-
cẽs, ꝙ ſi tempore datæ non vacabat ( licèt modò vacet) non
debeatur propter ſubreptionem à principio. & hoc propter
iuramentum, non propter numerũ: ſed ſi tempore datæ vaca
bat, tenet, ꝙ ſibi debeatur, iuramento non obſtan. Sed D. Io.
de Lig. dicit hanc opi. D. Io. An. veram, ſi mandatur conferri
præben. vacans. Sed ſi de præben. vacan. vel vacatura literæ
concedantur, non debeatur etiam vacans, vt in iſto tex. ¶ Se
cundò quæritur. ſi facta mentione numeri, & iuramenti, nõ-
dum vacat præbenda: an debeat ſibi de cõmunibus fructi-
bus prouideri, arg. ꝙ ſic. j̃. de præben. c. dilectus. 2. in fi. ſecũ
dũ Hoſt. Sed illa Decre. loquitur, cum Capitulũ contem-
pſit conferre illam, de qua mandabatur. Io. de Lig. tenet, ꝙ
ſi eſt receptus in canonicum, & intereſt diuinis, debeat ha-
bere. remittit ad not. per eum. s̃. de conſti. c. cum M. hoc di-
ctum intelligo verũ, vbi fructus cões eſſent deputati clericis
cõſtitutis certis oratiõibus, vt in ſacris: tũc enim receptus in
canonicum auctoritate Papæ, & non conſtitutus in ſacris de
talibus fructibus certo ordini deputatis non habebit partẽ.
& ita prædicta pridie conſului, ar. c. ſi propter. e. ti. lib. 6. & c.
ſi ei cui. de præbendis. e. li. ¶ Tertiò quæro. ſi mandat Papa
recipi vltra numerum iuramento firmatum (& ſic non valet
gratia) an canonici recipiendo euitent periurium? propter
mandatum Papæ, tenet Io. An. ꝙ non euitant, imò eſſent per
iuri. quod eſt mirum: quia ex hoc tenetur quis excipere, vt
euitet periurium. quid ſi mandat Capitulo, ꝙ non obſtañ. iu-
ramento, & numero, vel recipiat, vel det centum: an recipien
do incidat in periurium, cum nõ poſsit recipere, dando cen
tum. tenet Io. An. ꝙ non incurrat in recipiendo, ar. l. quę ſub
conditione. §. iureiurando. ff. de condi. inſti. Si autem non fa
cta mentione iuramenti, mandauit, vel recipi, vel centum da
ri, etiam ad centum non tenebitur, ſm̃ eum, vt in dicto §. qđ
6 no. ¶ Quartò quæro. ſi Papa † mandat prouideri de bene-
ficio vacaturo. & vacat tpe datæ, an debeatur. glo. ꝙ ſic in
c. ſi poſtquàm. de p̃ben. lib. 6. & c. vno. in Cle. eo. ti. & l. nedũ
erit. ff. de verb. ſign. Archid. variauit in d. c. ſi poſtquàm. &
7 c. ſi propter. j̃. eo. lib. 6. ¶ Vltimò quærit dñs Io. de Lignano,
an Capitulum † poſsit tollere ſtatutum iuramento confirma
tum: vel ſtatutum confirmatum à Papa. quod dic, vt in c. dile
ctis. j̃. de præben. per glo. & Doct.

ADDITIO.

a ¶ Gratia ad beneficium vacans vltra vacaturum, morte Papæ non ex-
pirat.

*SVMMAE.*

1 *Mendacium vitiat reſcriptum.*
2 *Mandatum ab ignorante commiſſum non reddit ſimpliciter reſcri-
ptum nullum.*
3 *Mendax precator precibus carere debet.*
4 *Iudex delegatus cognoſcit, an ſit ſua iuriſdictio, necne.*
5 *Iudex pronuncians ſe competentem vigore reſcripti, an valebit eius
ſententia.*
6 *Dicens ſe appellaſſe, cum non appellaſſet: an teneatur ire coram iudi
ce appellationis.*
7 *Opponi an poſsit contra reſcriptum, quòd iudex ſit infamis.*

SVper literis. ¶ Qui per malitiam ta-
cet verum, vel falſum ex
primit, in reſcripto, caret impetratis. Idem in eo, qui
hoc facit ignorantia, vel ſimplicitatę, ſi, ꝙ tacuit expreſſo, vel
tacito falſo, quod expreſsit, literas non habuiſſet. ſi verò nihi
lominus (ſaltem in forma cõi) literas habuiſſet, ſecũdùm for
mam iuris procedet iudex. h. d. Primò ponit quæſtionem, &
oppoſitiones quorundam. Secundò ſuam deciſionem ſubne
ctit, duo membra principaliter diſtinguendo. Tertiò ſecun-
dũ membrum ſubdiſtinguendo proſequitur, & ſuper deci-
ſione ſecundi membri quandam adhibendam conſideratio-
nem à iudice delegato ſubiungit. Secunda ibi [ nos igitur. ]
Tertia ibi [ inter alios. ] vel breuius ponit qõnes, & oppoſitio
nes. Secundò ſolutiones. Secunda ibi [ nos igitur. ] ¶ No. pri
1 mò, ꝙ mendaciũ, † ſiue falſa aſſertio vitiat reſcriptum, ſi à
ſciente: ſecus ſi ab ignorante. ex quo no. ꝙ falſitas, ſiue dolus
reddit reſcriptum nullũ, ſicut ceteros actus legitimos: vt ſen
tentiam, decretum iudicis, & inſtrumentum publicum, vt l. ſi
vt proponis. C. quomodo & quãdo iudex. & l. cũ verò. §. ſub
uentum. ff. de fideicommiſ. lib. & quod no. Inno. in c. fraterni
tatis. de hæreti. & 9. diſt. c. ſi ad ſacras. In contractibus autẽ
an dolus dans cãm contractui, vel incidens in contractum,
reddat ipſum nullum. dic, vt in l. eleganter. in prin. ff. de dolo.
æquiparatur tamen reſcriptũ, & accedit magis ad naturam
iudicij, quàm contractus: quia etiam incidens doloſè reddit
ipſum nullũ: ſicut ſi daret cauſam. facit l. ſi prætor. §. Marcel
2 lus. ff. de iudi. ¶ Secundò not. ꝙ mendacium † ab ignorante
commiſſum,



commiſſum, vel ſimplici non reddit ſimpliciter reſcriptũ nul
lum: ſed eſt concedentis intentio intuenda. in literis ad bene
ficia, vbi ab ignoranti, tacetur veritas, poteſt aptari exem-
plum. c. gratia. de reſcrip. lib. 6. & ſic cũ finalis cã actus falſa
deprehenditur, vitiatur actus: vt l. fi. de hære. inſti. & l. fina. de
teſta. tute. ff. & in alia materia in tutore dato à iudice pupillo
tanquàm non habenti tutorem, cum haberet: vel tanquàm
pupillo, cum eſſet adultus: vel in dato à teſtatore in defectũ
eius, qui mortuus credebatur, cum viueret. dic vt. ff. de tuto.
& curatoribus da. ab his. l. tutor ſi petitus. & l. Seiæ egreſſæ.
generaliter ergo in qualibet diſpoſitione voluntas, & inten-
tio concedentis, vel facientis eſt conſideranda, etiã in male-
ficijs, vt l. diuus. ff. ad leg. Cornel. de ſica. Si autem mendacio
non expreſſo, vel veritate tacita quis nihilominus actum egiſ
ſet, tale mendacium non vitiat actum. ſicut dicimus de falſi-
tate, vel mendacio teſtis, vt non vitiet, ſi cauſam, de qua agi-
tur, non concernit, vt dicto c. fraternitatis. de hære. per Inn.
& no. Bar. ff. de fal. in l. q falſa. & l. qui eos. quid in ſententia
ex falſa cauſa lata: an poſsit aliunde iuſtificari. no. in l. ſi is ad
quem. ff. de acqui. hęre. & l. Titianus. quod cum eo. & hæc iu-
ra confirmant deciſionem huius c. ¶ Tertiò no. regulam, ꝙ
3 mẽdax † precator carere debet impetratis. & ſuper hoc fun
datur oppoſitio Pla. dicentis propter hoc non valere reſcri-
ptum. Alij, vt Io. & Azo, dicunt oppoſitum. ſ. ꝙ valeat. & ꝙ ſe
cundùm iuris ordinem procedendum ſit. de quo articulo ple
nè in l. præſcriptione. C. ſi cõtra ius, vel vti. pu. ¶ Quartò no.
4 quòd iudex delegatus † cognoſcit, an ſua ſit iuriſdictio, nec-
ne: niſi eſſet aliquod cõmodum percepturus; quia ex hoc eſ-
ſet ſuſpectus, vt l. de iure. ff. ad municip. ¶ Et antequàm pro
cedam vlterius, diſtinguo ſecundùm Hoſt. cum quæritur, ſi
in reſcripto expreſſum eſt falſum, vel tacitum eſt verũ. diſtin
guo, an valeat: aut per dolum, & fraudem eſt obtentum, &
non valet: & de hoc fide facta iudici, nullo modo cognoſcet.
25. q. 2. c. & ſi legibus. & hic in princ. aut hoc factum eſt ſim-
plicitate, vel ignorantia: & tunc aut ex falſitate expreſſa, vel
veritate tacita princeps motus fuit ad dandum reſcriptum,
aliàs non daturus: & hoc caſu idem, quod ſupra. In vtroque
verò de precũ, qualitate cognoſcet, vt hic. Aut nihilominus
princeps conceſsiſſet reſcriptum, ſaltem in forma communi.
& tunc refert: aut põt inde elici æquiuocationis fallacia: &
tunc iudex ſic ſimpliciter nõ procedit. j̃. in c. nonnulli. & c. ſi.
vnde non poteſt cõueniri diœceſis pro ciuitate, vel econuer-
ſo, vel vnus pro alio, licèt eiuſdem nominis. j̃. eo. c. ſignifican
te. & c. Rodulphus. Aut nõ põt elici talis æquiuocatio. & tunc
erratur circa ſubſtantialia, ſine quibus iudicium eſſe non po
teſt (puta circa perſonam actoris, rei iudicatæ, vel qõnis:) &
tunc ſimiliter iudex non procedet, vt in præalle. c. aut erra-
tur circa accidentalia, vel acceſſoria: & tunc procedet iu-
dex ſecundùm ius commune, non ſequendo formam reſcri-
pti, vt hic. idem putat ipſe Hoſt. ſi fuit erratum in nomine: ta
men per circũlocutiones conſtat de perſona: vt j̃. e. c. ſignifi-
cante. de errore verò æqualitatis dicit, quòd nõ nocet: pone
exenplum. petij mihi reſtitui ſeruum, & non feci mentionẽ,
ꝙ eſſet ordinatus: vel dixi eum ordinatum, cum non eſſet, in
vtroque caſu iudex procedet ſecundùm veritatẽ. & alia exẽ-
pla pone, vt in nouella hic in prima glo. In ſubſtãtialibus ve-
rò nocet error. 29. q. 1. poſt prin. & ff. de hæred. inſti. l. quo-
ties. & ſunt ſubſtantialia nedum p̃termiſſa: ſed nomina, quæ
omiſſa, vel ſuggeſta vitiant reſcriptum, ſecundùm eum. ¶ Vl
terius antequàm veniam ad oppoſitiones. quia c. loquitur ſa
tis generaliter, & in nube. & quælibet veritas per exemplum
percipitur: ſubijciamus exempla ſuper quolibet membro
huius c. quę ſunt tria. primum qñ per dolum, & malitiam ta
cet verũ, vel exprimit falſum. ſecundũ membrũ, qñ ſimplici-
tate, vel ignorantia idem facit, quo non facto literas nõ ha-
buiſſet. tertium mẽbrum eſt econuerſo. quia eo tacito, vel ex
preſſo nihilominus literas habuiſſet. ¶ Circa primã regulam
in tacente verũ doloſè in reſcriptis ad lites pone, quia tacuit
primũ reſcriptum, proceſſum, vel ſententiam. s̃. eo. c. cęterũ.
j̃. de re iud. c. inter. & de teſti. c. cauſam quæ. de fi. inſtru. c. cũ
inter. In beneficialibus pone, vt s̃. in c. ad aures. & c. cũ adeo.
circa falſum expreſſum per dolum in litigioſis pone. s̃. eo. c.
ſedes. in beneficialibus. j̃. e. c. ſi proponẽte. & de tranſac. c. ex
literis. ¶ Circa ſecundũ membrum, cũ ſimplicitate, vel igno-
rantia tacetur verum, vel falſitas exprimitur (quo non facto
literas non habuiſſet.) pone exemplum de tacita ignorantia,
vel ſimplicitate in illo, qui tacuit appellationem aduerſarij.
j̃. de confir. vti. vel inuti. c. bonæ. vel tacuit terminũ appllatio
nis ab homine præfixum. j̃. de appel. c. ſæpe. in fi. In beneficia
libus pone in eo, qui tacuit perpetuam vicariam, vel benefi-
cium modicum ſimplicitate. j̃. e. c. ſi proponente. & c. poſtu-
laſti. & c. cum noſtris. de conceſ. pręben. vbi in tacente in poſ
ſeſsione colorata. & licèt vera ſit prædicta regula in tacente
per ſimplicitatem: in beneficialibus ſecus eſt in tacente per
ignorantiam. j̃. eo. c. gratia. lib. 6. de falſo expreſſo pone in li
tigioſis. de appel. c. Romana. §. ſi verò in beneficialibus. j̃. e.
c. ex inſinuatione. & s̃. de conſtitu. c. cum acceſsiſſent. ¶ Su-
per tertio membro, cũ ſcilicet falſum exprimitur, vel veritas
occultatur (quo non facto literas habuiſſet.) glo. ponit exem
pla, & alia addidit Io. An. de eo, qui petebat ſeruum vicariũ
ſibi dari, cum ſuus eſſet ordinatus ad minores, cum in rei ve
ritate ſuus eſſet ordinatus ad ſacros, vel econuerſo: vel petijt
cauſam committi ſummariè, dicens, ꝙ ita erat conſuetudo,
cum nõ eſſet. idem in eo, qui tacuit peremptoriam competẽ
tem reo, cum tamen contra eam competeret ſibi replicatio:
ita ſi tacuit primas literas, quę poterant per exceptionẽ eli-
di: vt s̃. eo. c. ex tenore. ¶ Quia hic Inno. dicit, ꝙ diuerſi diuer
ſa ſuper iſta quæſtione ſenſerunt, ſcilicet Placen. ex vna par-
te, qui dicit reſcriptum per obreptionem obtẽtum fore nul-
lum. & ꝙ per ipſum iuriſdictio non confertur, cuius oppoſi-
tio ſic probatur, non debet quis ex malitia commodum re-
portare, vt s̃. c. ſedes. & l. ſi quis obrepſerit. ff. de falſ. & l. cum
verò. §. ſubuentũ. ff. de fideicom. lib. Item mendax precator,
vt in tex. Item in reſcripto ſubintelligitur clauſula, ſi eſt ita,
quæ ſtatim aut validat, aut annullat, vt l. cum ad præſens. ff. ſi
cer. pet. ergo à ſui principio aut eſt validũ, aut nullũ: ex qui-
bus ſequitur, ꝙ conſideratio, ſiue diſtinctio iſtius c. nõ ſit bo
na. So. ad primam rationem dic, ꝙ non reportat cõmodum
effectualiter, exceptione probata. ad alia reſpondet, vt hic
per do. Ioan. de Lign. qui refert op. Pet. diſtinguentis, ꝙ aut
mendacium concernit proceſſum, aut negocium principale.
ſi proceſſum: & non valet, ſi excipiatur. j̃. vt lit. pen. c. fina. Si
negocium principale, non nocet, quo minus iudex in cauſa
procedat. vnde de peremp. cõcernentibus cauſam principa-
lẽ non ſit cognoſcẽdum, lit. non conteſt. quod fieret, ſi oppo-
nerentur contra iuriſdictionẽ. Ia. Bu. dicit, ꝙ quandoque in
vim dilatoriæ cognoſcetur de exceptione negocij principa-
lis: vt ſi narro, ꝙ talis contraxit mecum Bonon. & ideò impe
tro contra eũ ibi reſcriptum (quod poſſum, ſecundũ Inno. j̃.
de foro cõp. c. cũ dilecti.) certè ſi opponatur exceptio, ꝙ ibi
non contraxi: licèt concernat principale negociũ: tamen in
vim dilatoriæ opponi poteſt, & de ea cognoſci, ſecundũ eũ.
Sed de iſta quæſtione, & alijs ad materiam cap. faciẽtibus, vi
de plenè per do. Bal. in l. præſcrip. C. ſi contra ius, vel vti. pu.
qui clarius vltra omnes loquitur. ¶ Venio ad aliquas vtiles
5 quęſtiones. & primò quæro. pone, ꝙ iudex † pronunciauit ſe
iudicem competentem vigore reſcripti: quod tñ erat obre-
ptitium, an valebit eius ſententia, vel proceſſus? tenet ꝙ ſic. j̃.
eo. c. ad audiẽtiã. quod credo verum in ſecundo caſu c. quan
do ſimplicitate, vel ignorantia obtinuit: quod tñ Papa ſcita
veritate, non conceſſiſſet. ad quod facit quod not. Inno. s̃. e.
c. cæterum. Sed in primo caſu huius c. an ſit verum, magis du
bito: cum doloſè falſitatem expreſsit: vel tacuit veritatem, li
cèt & in hoc caſu videatur inclinare Inn. ꝙ proceſſus teneat.

¶Secundò quæro. reſcriptum in rei veritate erat falſum. & iſta exceptione falſitatis oppoſita, pronunciauit ſe iudicem competentē.quęritur, an valeat ſententia, vel proceſſus: vide tur, q ſic, vt l.ſi.C.de fide inſtru.qſicūq; .n. exceptio falſi diſcutitur,& non reprobata, ad vlteriora proceditur, non pōt de cetero opponi.contrariū tenent Inno.& Io. An.in quæſt. prædicta. Non obſtat contrarium : quia loquitur in iuriſdictione ordinaria, quam conſtat iudicem habere, coram quo producitur inſtrumentum falſum,& diſcuſſo ſuper hoc pronunciat ipſum verū, valet iudicium. quia eius iuriſdictio eſt fundata: ſed iuriſdictio delegata non pōt fundari, vbi nō eſt, per ſuam pronunciationē. ¶Sed contra iſtud oppo. nam ſecundū hoc, quilibet poſſet effugere iuriſdictionē iudicis delegati, opponendo contra reſcriptum de falſitate. Sol. vt hic per Io. An. quod dixi, in inſtrumento falſo, ſi pronunciatur verū, valeret ſententia, eſt verū in præiudicium præſentis, nō abſentis: vt verbi gratia. pronunciat iudex Titium procuratorem meū vigore falſi inſtrumenti. nā hæc ſententia lata cū eo,& aduerſario non præiudicat mihi abſenti, ſecundū Inn.

6 ¶Tertiò quæro. pone quidam dixit † ſe appellaſſe, cū nō appellaſſet poſt 10. dies, vel appellatio erat deſerta: nunquid coram iudice appellationis tenetur ire ille, pro quo eſt lata ſententia. dicit Inno. q ſic. & ſi non vadit, & feratur contra primam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, valebit ſecunda ſententia.& ſic refert Compoſt. ſe obtinuiſſe de facto. & Archi. ponit iſtā quæſtionē. ȷ. de app. c. Romana. §. ſi verò. ¶ Quartò quæro. conuenior corā iudice ſuper maleficio. fateor maleficiū: ſed dico, q locus, vbi deliqui, non eſt de ſua iuriſdictione: an iudex poterit cognoſcere de iſta exceptione. dicit, q ſic. & ſi pronunciat, etiam ſi non ſit verè iudex, valet ſententia. de quo latius hic per eum. ¶ Quintò quæro, an con-

7 tra reſcriptum † poſſit opponi, q iudex eſt infamis, criminoſus, vel homicida. dicit Compoſt. q tales exceptiones non competunt contra reſcriptum: licèt ſi Papa ſciuiſſet, talem iudicē, non dediſſet. quia iſtæ exceptiones non tangunt cauſam principalem: vnde ſi impetrans doloſè ipſas tacuit, valebit ſententia,& proceſſus: poterunt tñ opponi contra perſonam iudicis, vt ſ. e. c. ſciſcitatus. & ȷ. de offi. deleg. c. cum ſuper. ¶Sextò quæro. ſi impetraui reſcriptum ſuper depoſito, & probo de commodato, vel econuerſo: nunquid non obſtante tali obreptione, poterit delegatus procedere ſecundū veritatem. tenet, q non. quia ad hoc, q habeat locum quod dicitur in hoc c. requiritur, q verba narrata in reſcripto conueniant concluſioni,& narrationi. Si enim narro, q mutuaui,& volo proſequi cauſam depoſiti: & non poſſum: licèt cōcluſioni, idest reſtitutioni fiendæ de dicta pecunia, vtraq; cauſa conueniat: ſed non narrationi. Secus verò ſi conueniunt narrationi, non concluſioni: vt ſi narraui, q talis iniuriat mihi, ſuper fundo.& Papa delegat, ſi conſtiterit me ſpoliatum, condemnet aduerſarium. ſi enim non cōſtat de violentia: ſed de alia oppreſsione, non poterit me condemnare, ſm eum.

SVMMAE.

1 *Spectantia ad Capitulum, & prælatum communiter, ſpectant vt ad caput, & membra.*
2 *Abbas tenetur neceſſariò ſubire iudicium ſuper litibus, quæ mouentur ſuper eccleſiam ſuam.*
3 *Impetratio contra vnum in bonis diuerſis non extenditur ad aliū, qui non adminiſtrat illa bona.*
4 *Bona abbatis poſſunt eſſe diſtincta à bonis Capituli.*
5 *Canonicus ſingularis an admittatur cum cautione de rato pro negocijs eccleſiæ.*

E Doceri. ¶In cauſa moñ. conuenitur abbas per reſcriptum, in quo nulla fit mentio de conuentu: nec propter hoc appellare pōt. nā ſi cauſa conuentus eſſet omnino diſtincta. hoc dicit cōis diuiſio. Secunda ibi [ſuper quo.] ¶ No. primò, q ſufficit impetrare contra abbatē in quæſtionibus, quæ pertinent

1 ad Capitulū, † & prælatū. Cōtrariū videbatur: quia oīa, q ſpectant ad Capitulū,& plātū, ſpectāt cōiter vt ad caput,& mēbra. Vnde videtur vnus ſine altero nihil poſſe: vt in c. nouit. & c. quanto. ȷ. de his, quæ ſi. à præla. Ideo rō decidendi in cōtrariū fuit illa, quæ ponitur in tex. [cum ex officio ſuo.] &c. ¶Ex quo no. ſecundò, q penes prælatum reſidet adminiſtratio bonorū prælaturæ. & loquitur iſte tex. in abbate, de quo maior videbatur dubitatio propter carentiā proprij. 54. di. c. abbati. Idem ergo,& multò magis quod hic dicitur, habet locum in quolibet alio prælato, de quo latius. ȷ. in diſt. ¶Ter

2 tiò no. q abbas, † & quilibet alius prælatus tenetur neceſſariò ſubire iudicium ſuper litibus, quæ mouentur contra eccleſiam ſuā. Idem in tutore, qui non debet pupillum ſuū relinquere indefenſum, vt l. ſi. §. defenſionem. C. de admini. tu. pœna aūt non defendentis eſſet fortè amotio adminiſtrationis. facit l. mutus. §. pœna. ff. de procurato. & quod no. in c. licèt Hely. ȷ. de ſimo. ¶Quartò no. q in bonis diuiſis impetra

3 tio † contra vnum non extenditur ad aliū, qui non adminiſtrat illa bona.& hoc verū, cum illa diuiſio eſt à iure approbata.& inducit etiam diuiſionem iuris, & exercitij. ſimplex aūt diuiſio bonorum alicuius per adminiſtrationē, vt vnius pupilli, aut pro debitis adminiſtrationis vnius alius, vel eius bona teneantur. dic vt in l. inter tutores. ff. de admini. tuto. q eſt notabilis ad iſtam materiam. facit l. Gaius. §. Titius. ff. de

doq; non ſuper ſolẽnitate, ſed ſuper vtilitate priuata. ſi ſup
ſolẽnitate, & tunc aut ſuper vtilitate cõi omnibus gentibus:
& non põt renunciare, vt d. l. nemo põt. qñq; reſpectu certa-
rum perſonarum, vt filiorũ. & põt, vt l. inter cætera. de libe.
& poſthu. ff. coniuncta. l. filio. de iniuſto teſt. alio verò caſu,
cum reſpectu vtilitatis priuatæ hoc facit, bene põt renuncia-
re. quod dic latiùs in c. ſi diligenti. de foro compe. & l. 1. ff. de
leg. 3. per Bar. vbi omnino vide. præterea ille tex. non modi-
ficatur per iſtud c. niſi reſpectu dietarum. ergo citra conſen-
ſum partium remanet iſta conſtitutio incorrecta, vt l. præci-
pimus. in fi. C. de ap. & l. ſed & poſteriores. ff. de legi. ¶ Circa
qualitatem perſonarum eſt maius dubium, an poſsit à parti
bus renunciari, cum propter publicã vtilitatẽ principaliter
videatur dicta ſolẽnitas introducta. cogitabitis. ¶ Quartò
6 quæritur de dietis † an debeant computari à loco, vbi res
eſt, q̃ petitur: vel à loco, vbi quis contraxit, ſiue deliquit: vel
vbi habet domicilium, vel originem. pone enim Florentinus
origine habitat Señ. & contraxit, ſiue deliquit Peruſij, vel poſ
ſidet ibi rem, quæ ab eo petitur: an debebit contra eum im-
petrare Señ. vbi habitat, vel Floreñ. vbi eſt origine, vel Peru-
ſij, vbi conuenitur rõne rei, vel contractus. Inn. in contractu
& delicto arguit, ꝙ non, à tali loco, ſed à loco domicilij con-
ſiderabuntur dietæ. cum enim coram iudice loci cõtractus,
vel delicti non poſsit q̃s inuitus trahi, niſi ibi reperiatur, vt in
c. Romana. §. contrahentes. de foro compe. ergo nec per re-
ſcriptum trahi poterit. & cõcludit hæc ratio, ꝙ non poſsit in
uitus trahi: ſed an contra cõtumacẽ poſsit vigore delegatio.
ibi procedi, ſicut poſſet coram ordinario. facit prædicta æq-
paratio, ꝙ ſic. iſtam quæſtionem tangit Inn. in c. dilecti. ꝟ. de
foro compe. ¶ Ad aliud dubiũ, an conſideret̃ locus domici-
lij, vel originis, cũ tex. dicat ſimpliciter [extra. ſuã diœce.] gl.
in c. ſtatutum. in gl. quæ incipit olim dicebamus. tenet, ꝙ de-
bemus intelligere de diœceſi domicilij, non originis. quia
tex. dicit [trahi non poſsint extra ſuam diœce.] & ponderat
verbũ, trahi, quod refertur propriè ad perſonã, & verbũ, ſuã
diœce. quaſi illa dicat ſua diœce. vbi habitat. verbũ. n. ambi-
guũ, qñ põt referri ad locũ domicilij, & originis, refertur in
dubio ad locum domicilij, dicit notabiliter ibi gl. vñ ſi conſi
deretur immunitas Señ. vel repræſaliæ contra eos intelligant̃
de Señ. domicilio & habitatione, nõ origine tñ. vñ Señ. habi-
tans Florentiæ non poſſet cõueniri in loco repræſaliarũ, vel
immunitatem conſequi. quod dic, vt in d. glo. olim diceba-
mus. & per Bar. in l. prouinciales. ff. de verb. oblig. & hac ea-
dem ratione idem in alio dubio ſupra proximo, ꝙ nõ poſſet
conueniri in loco contractus, vel delicti. non enim ratione
contractus, vel delicti dr̃ quis effectus de illo domicilio, vel
ſubditus illius iudicis: ſed dicitur ibi ſortiri forũ, vt eſt gl. no
tabilis in Clem. 1. de foro cõpe. quod bene no. ¶ Quintò q̃-
rit̃. dicitur hic, ꝙ non põt trahi vltra duas dietas. hodie vltra
vnã à fine ſuę diœce. &c. quæro ergo à quo loco computabit̃
iſte finis: an à loco magis fauorabili impetranti, an reo. po-
ne enim impetratur reſcriptum cõtra Titium, qui morat in
fine vnius diœceſis, actor impetrat extra ipſam per vnã die-
tam reſpectu finis eiuſdẽ diœceſis ab altera parte, ſed à par-
te Titij conuenti per tres dietas: quia ita eſt lata diœceſis, &
diſtat finis, vbi habitat, ab alio, vt prædictum eſt. & quid ſi ꝑ
aquam, vel montes locus impetrationis diſtet per vnam die-
tã, per viam rectã diſtet per duas, vel tres dietas. reſpõ. quò
ad primã quæſt. & dico, ꝙ ex dictis Ioan. An. ſuper ver. extra
ſuam. infertur, ꝙ non à fine diœce. reſpectu loci, quo quis
trahitur, non minus dietarum loci, vnde trahitur, conſideran
dum eſt. & quia per totã prouinciam ſuam diſcurrendo reus
non grauatur, cum poſſet coram ordinario conueniri, vt in
c. litigantes. & c. cũ epiſcopus. de offi. ord. lib. 6. quò ad aliud
quęſitum, per quam viam fit iſta cõmenſuratio. gl. hic tenet,
quò ad dietas de vulgari debet intelligi. idem Vin. Phi. Gof.
Compoſt. Inn. & Hoſt. & probatur. ꝟ. de præben. c. præſenti.
§. loca. lib. 6. facit quod no. ꝟ. de elec. c. cupientes. 1. reſpon. in
glo. ſuper ver. quomodo. eo. lib. & per Io. And. ꝟ. de excep. c.
olim. in gl. quęrunt. ꝑ Gof. & per Hoſt. in ſumma eo. ti. §. pen.
eod. c. & ſe. & hoc eſt verum regulariter, ꝙ commenſuratio
debet fieri per viam vſitatã, & inde 20. milliaria computari,
qñ commenſuratio fit ob cauſam eundi, & redeundi. ſecus ſi
fieret ob aliam cauſam, puta. dicit ſtatutum, ꝙ illi dicantur
vicini, qui diſtant per vnum milliare: vel quòd Poteſtas non
poſsit eligi de terra propinqua per 20. milliaria. nam tunc
menſuratio non fit per iter vſitatum, ſi non eſt rectum: ſed
fit per rectitudinem loci. & ſi non poteſt fieri per terrã, fiet
per aquam, & per aerem. tex. eſt extrauagañ. domini Clemẽ
tis. quæ incipit. ad conſequendũ. quod tene mẽti. ¶ Sextò q̃-
ro. pone quis habet plures diœce. à quo loco fiet iſta compu
tatio? dic, ꝙ aut hẽt plura domicilia principalia: aut vnũ prin
cipalius altero. ſi plura principalia, & tũc ſi eſt caput dignita
tis, illa conſiderabitur. aliàs locus contractus. & hoc contin-
git in regibus, & comitibus hincinde. facit c. ex parte. B. ꝟ. de
foro compe. Hoſt. remittit ad no. per eũ. e. c. licèt. & vide qđ
no. ꝟ. de ma. & obe. in c. omnes principes. & de hoc tãgit Io.
7 And. ſuper verb. poſsit. ¶ Septimò quæritur. pone, † ꝙ par-
tes conſentiunt in iudices, qui remoti ſunt vltra duas dietas:
an ipſi litigatores ad iudices accedere debeant, vel econtra.
dicunt Doct. ꝙ æquius, & iuſtius eſt, ꝙ partes vadant ad iudi
ces, quàm econtra. de quo in Spe. de citatione. §. 1. ver. quid
ſi partes. eſt tamen ſtilus curiæ (vt perplexitas euitetur) ꝙ
partes conueniant de iudicibus, & loco: ad quem locum de-
bent venire ſumptibus partium, quos quælibet miniſtrabit
de ſuo. & ſi de loco non conueniunt, & vnus citat ad vnum,
& alius ad alium. dic ꝑ Hoſt. in ſumma de offi. del. ver. quid
ſit eius officium. & §. quid ſi non vult intereſſe. & ver. quid ſi
non poſſunt. & ver. vbi verò ſunt plures. ¶ Octauò quæro,
an hæc conſtitutio locum habeat, cum cauſa delegatur in cu
ria. vt non valeat commiſsio, niſi fiat mentio de iſta conſti-
tutione. dicit Ioan. An. quòd non, quia cognoſcunt inſcio Pa
pa. ſecus ſecundùm Compoſt. ſi quis non poſſet extrahi ex-
tra diœce. vigore priuilegij: quia etiam tunc in curia conue-
niri non poterit, niſi de priuilegio facta fuerit mentio ſpe-
cialis, quaſi citius derogare uelit iuri communi, cauſam
committendo in curia, quàm priuilegio ſpeciali, arg. ꝟ. de cõ
ſti. c. 1. lib. 6. ¶ Nonò quæritur. pone aliquis impetrauit vl-
tra quinque dietas: non tamen dixit numerum dietarum,
ſed ſimpliciter dicit [non obſtante conſtitutione. nonnulli.]
dicit Franciſcus Vercel. quòd non poterit trahi vltra qua-
tuor dietas, quaſi iſta indeterminata locutio [non ob-

ſtante iſta conſtitutione.]&c.non referatur ad infinitum,ſed
coarctetur ad quatuor : ita etiam indeterminata cõmiſsio ra
tione dietarum:vt ſic de perſonis ad loca licitum ſit arguere,
ſicut de loco ad tẽpus,vt l.vinũ.ff.ſi cer.pet. ¶Decimò quæ-
ritur , quid ſi Papa ex certa ſcientia facit contra iſtam con-
ſtitutionem . puta narratur in reſcripto , ꝙ talis de Bononia
impetrat contra Seneñ.qui diſtat per tres dietas.tenet,ꝙ ſo-
la expreſsio locorum non ſufficiat.quia Papa põt probabi-
liter diſtantiam locorum ignorare:ſed exprimendo loca , &
numerum dietarum,tenet delegatio,quaſi Papa tunc videa-
tur ex certa ſcientia diſpenſare contra hanc conſtitutionem,
ſecundùm D.Io.de Lig.qui alle.l. item Vlpianus.ff. de excu.
tu.& ego alle.l.quidam conſulebat.ff.de re iudi. & quod no.
in c.1.de æta.& quali.lib.6.& ſeq. §.

*S V M M AE.*

1 *Literæ impetratæ ad lites per non coniunctam perſonam ſine ſpeciali mandato non valent.& nu.4.*
2 *Lites ſopitæ per noua reſcripta ſuſcitari non debent.*
3 *Perſona coniuncta admittitur in caſibus, in quibus requiritur ſpeciale mandatum.*
4 *Vide numero 1.*
5 *Coniunctæ perſonæ quæ dicantur.*

1 §.Sunt & alij Non valent literæ † impetra
tæ ad lites per non coniun-
ctas perſonas ſine ſpeciali mandato domini.h. d. primò po-
nit,& narrat abuſum impetrantium.ſecundò prouidet.tertiò
excipit.ſecunda ibi[cum autem]tertia ibi[niſi.] ¶Nota pri
2 mò,ꝙ lites † ſopitæ non debent per noua reſcripta reſuſci-
tari.concor.l.ſi.C.ſen.reſcin. non poſ. & iſta eſt ratio,quare,
non valent literæ, quę non faciunt mentionem de ſententia,
& proceſſu,vt no.ſ.eo.c.cum dilectus.¶Secundò no.caſum,
in quo requiritur ſpeciale mandatum, & alios caſus enume-
rat hic glo.magna, & alij plenius in c.quid agendum. & c.ſi.
3 de procu.lib.6.& c. per tuas. de arbi. ¶ Tertiò nota,† ꝙ in
caſibus, in quibus requiritur ſpeciale mandatum,admittitur
coniuncta perſona.quod eſt contra id,quod no.Spe.in tit.de
coniuncta perſona.verſi. quid ergo ſi ſit talis.& contra id qđ
no.ĩ.de reſti.in inte.c.conſtitutis. ¶ Glo. magna ſuper iſto
§.facit quinque. Primò , ꝙ generalis procurator non impe-
trat,& ad hoc adducit quinque ſimilia . Secundò obijcit ad
hoc,& ſoluit.Tertiò quærit,arguit pro,& ſoluit.Quartò quæ
rit,quis probet:arguit ꝙ impetrans ponit oppoſitionem di-
ſtinguens in forma verborũ , & qualitate cauſæ . Quintò in
fine ponit,quid de literis gratioſis, & de obſeruantia curiæ.
¶Pro eius ergo declaratione aliqua reaſſumo breuiter.
4 ¶Quæro ergo primò, an literæ † impetratæ ab extraneo ſi-
ne mandato poſsint ratificari.glo.tenet,ꝙ non.quod eſt no-
tandum, vt in his,quæ exigunt ſpeciale mandatum à princi-
pio,nomine meo geſtum ratificare non poſſum:vt ſicut,cum
requiritur auctoritas,non ſufficit ſi ſequatũr.vt l.ſi quis mihi
bona.§.iuſſum.ff.de acquir.hæred. ¶Secundò quæro,an di-
ctæ literæ ſint nullæ.vel annullandæ.dicit glo. ꝙ annullandæ
ope exceptionis.Idem Vin.& Hoſt.¶Tertiò quæro. ſi con-
uentus vigore literarum opponit , ꝙ non fuerunt impetratæ
per habentem ſpeciale mandatum . pręſentans dicit , ꝙ ſic.
Quæro quis hoc debeat probare, arg.primò efficaciter,ꝙ ꝓ
ducens.de hoc etiam no.81.diſt.c.Maximianus.dic breuiter
ſecundùm Hoſt.ꝙ quandoq; literæ impetrantur de cõi con-
ſenſu per eum.ſ.e.c.cæterum. & tunc non admittitur exce-
ptio.quia iam conſenſit.aliquando præter,vel cõtra conſen-
ſum partis:& tunc,ſi fuit contradictum, non admittetur ex-
ceptio.& hoc ideo,quia datæ ſunt cum cauſæ cognitione.aut
non fuit contradictum:& tunc aut narratur aliquid in litera,
propter quod deprehenditur notitia Papæ : quia fortè dicit,
capellanus noſter,& idem.arg.ĩ.de proba.c.1.in Clem. aut
non exprimitur: & tunc aut erat notabilis perſona. & idem:
aut perſona ſuſpecta,& timetur de æquiuocatione : & habet
locum c.fin.ĩ.e.ſĩn eum. ¶ Quartò quæro,quæ ſint perſonæ
5 † coniunctæ.[a] glo.ſi.remittit ad not. de procura.l.ſed & hæ.
a de ipſis no.Spec.in titu. de reſcripti præſentatione.§.ratione
impetrantis.in prin.dicit Inno.ꝙ coniunctæ perſonæ dicun-
tur aſcendentes, & deſcendentes in infinitum.ff.de verb.ſig.
l.liberorum.de collateralibus non inuenitur vbi in l. de fra-
tribus dicit Cõpoſt. ꝙ curia admittit omnes vſque ad tertiũ
gradum incluſiuè.de affinibus dicit , ꝙ non admittuntur. de
ſpurijs , & naturalibus dubitatur , an admittantur tanquàm
coniunctæ perſonæ.quidam omnes admittunt: quia & ſi non
ſunt agnati, ſunt tamen cognati,Inſti. de ſucce. agna.§.vul-
go.alij dicunt contrarium,præterquàm in naturalibus in Au
then.quibus modis na.effi.legi.§.ſi.& quidam dicunt,ꝙ idẽ
in naturalibus.Inn.contra Hoſt.remittit ad no.de teſt.c.Ray
nutius.ſuper verb.abſque liberis.facit l.1.ff.de accuſa. & qđ
ibi per Bar.de coniunctis perſonis.vbi not. & de iſtis perſo-
nis,& naturalibus filijs in l.femina.ĩ.ad Turpil.¶Quintò q̃-
ritur.ſi miſi nuncium ad curiam Seio cum literis , vt nomine
meo impetret,ipſe literas meas præſentauit Titio, qui abra-
ſo nomine Seij,ſuum poſuit , & impetrauit nomine meo , an
valeant.videtur, ꝙ non, vt hic. in contrarium videtur l.Titio
cum eſſet.ff.ad municipa.Non obſtat iſte tex.quia hic de im
petrando nullum mandatum domini apparet: ſed hic cõſtat
de voluntate mandato domini licèt non directo ad iſtum:nõ
eſt ergo falſum,quod iuuatur primordio veritatis . vt l. cum
filius.§.hæres.ff.de leg. 2. nec eſt curandum , cum quo quis
loquatur,ſed in quem voluntatis intentio dirigatur,vt l.cum
pater.§.donationis. ff. eo. nec poſſunt dici falſæ, cum reus,
& dominus careant dolo:licèt tertius dolo verſetur, vt not.
Bar.in ſimili in l.ſi quis obrepſerit.ff.de fal.

ADDITIO.

a ¶ Coniunctæ perſonæ. vide Card.Zab.hic nu.11.

*S V M M AE.*

1 *Dietæ duæ computantur à loco rei,quæ petitur actione reali.*
2 *Domicilium ratione eccleſiæ quis habere non dicitur.*
3 *Iudici appellationis cognitio ſi ſit recipienda,necne.*

Dilectus. Quando agitur reali compu-
tantur dietæ à fine diœce. vbi
ſita eſt res.& de meritis appellantis non iudex à
quo,ſed iudex,ad quem appellatum eſt, cognoſcere debet.
h.d.Primò ponit appellantis querelam . Secundò prouidet,
1 ibi[quocirca.] ¶ † No.quòd iſte primò oppoſuit exceptio-
nem declinatoriã de duabus dietis:ex quo ſequitur, ꝙ ſi ex-
ceptione prædicta non oppoſita, proceſsiſſent in cauſa, non
poſſet poſtea opponi , cũ ſit dilatoria , vt ĩ. de re iudi. c.cũ
inter.& fieret ſibi præiudicium in illa inſtãtia , hoc eſt vſque
ad datã licẽtiã partibus reuertẽdi:aliàs iteratò cõuẽtus poſ-
ſet excipere ẽt poſt litẽ cõteſta.qđ dic,vt in Spec.de appella.
§.reſtat.ver.& not. ſecundũ Vin.& de cita.§. 1.ver.& quid ſi
a reus.¶ Secundò no.[a] formam exceptionis , videlicet ꝙ non
poterat cõueniri,quaſi ſecundũ hæc iura ſolũ eſſet inſpicien
dum de loco,vbi quis conueniebatur,non in quo cauſa com
mittebatur: vnde ſi iudices delegati eſſent de remotis parti-
bus,& vellent venire infra duas dietas,tenebatur reus litiga
re:vt ĩ.de excep.c.olim.& no.in c. prox.in glo. nunquid.ho-
die ſecus.ĩ.eod.c.ſtatutum.lib.6.¶Tertiò not. ꝙ duæ dietæ
2 † computãtur à loco rei,quæ petitur actione reali. de quo.ĩ.
3 dicã.¶ Quartò no.& colligitur,ꝙ ratione eccleſiæ † non di-
citur quis habere domicilium.de quo in prin.glo.magnæ.In-
no.diſtinguit inter abbates,& clericos, qui tenentur reſide-
re,& alios,qui ad reſidentiam non tenentur.qđ dic , vt ĩ. de
priuile.c.ex ore.in gl.in quibus.ver.ſed ratione poſſeſsionis.



3 in nouella. ¶Quintò no. ꝙ ad iudicem appellationis † ſpe-
ctat cognitio,ſi ſit recipienda appellatio , necne. & interim,
dum cognoſcit,non põt inhibere iudici à quo , ne procedat,
vt in c.Romana.de app.lib.6.quod c. intelligunt quidam in
archiepiſcopo: ſecus in delegato Papæ , qui ſtatim inhibere
poteſt.Compoſt.contra,& dicit,ꝙ iſtud c.generaliter eſt in-
telligendum. ¶Quæro poſt glo. ſi quis cõuenitur per literas
apoſtolicas actione reali, an duæ dietæ computabuntur à lo
co,vbi res ſita eſt,quæ petitur per iſtud c.Io. An. remittit ad
glo.ſuam.cum dicebamus.ĩ.e.tit.in c.ſtatutum.lib.6. Et hic
examinat,quid iuris,ſi agatur rei vendicatione coram ordi-
nario: an agi debeat coram ordinario , vbi reus conuentus
habet domiciliũ. Azo tenet , ꝙ in loco ſui domicilij debeat
conueniri . Poteſt tñ , ſi vult, reſpondere in loco,vbi res ſita
eſt:ita no. ipſe in ſumma de iuriſdi.om.iud. Idem tenet Goſ.
in ſumma de foro comp.verſi. item ſortitur. ¶Alij dicunt to
tum econtra,ꝙ in loco rei, vbi petitur,neceſſariò, in loco do
micilij voluntariè conuenitur.de quo per Hoſt.in ſumma de
foro comp.§.quibus modis.ver.ita.rõne poſſeſsionis cõiter,
ſecundũ Ioan.And. tenent legiſtæ,ꝙ actoris ſit electio.& de
conſuetudine,dicit Hoſt.ſemper reus cogitur reſpondere in
loco,vbi res ſita eſt. ¶Secundò quæritur, an idem erit in lo-
co contractus, vel delicti : vt ibi per literas apoſtolicas trahi
poſsit.dicit,ꝙ non.dixi ſ.c.prox.& remiſi ad no.per Inno. in
c.dilecti.ĩ.de foro compe.¶Quid in actione in rem ſcripta.
dic,ꝙ idem in reali,ſecundũ Inno.facit c.ex parte.B.ĩ. de fo
ro compe.¶ Vltimò tãgit nouellator, an quis poſsit eſſe ſine
domicilio.tenet, ꝙ ſic, ſi ex derelicto nauiget: vel iter faciat,
pendens quò ſe collocet. ff. ad munic. l. Labeo. in prin. & l.
eius.§.Celſus.aliàs ſi quis.eod.tit.

ADDITIO.

a ¶ Secendò no. Adde Doct.in c.ſtatutum.de reſcrip.lib.6.

*S V M M AE.*

1 *Papa in eadem eccleſia ſucceſſiuè mandat prouideri duobus.*
2 *Excommunicatus ſemel iterum excommunicari poteſt.*
3 *Prouiſum cum eſt vni in eccleſia per literas apoſtolicas , alius poſtea impetrans per exceptionem repellitur.*

a Capitulum. [a] Si plures impetrent in
eadem eccleſia, ſtamus
datæ,vt primus impetrãs,& ſolus admittatur. In
prima parte facti narratio , perplexitatem quęrentis conti-
nens.In ſecunda diffinitionis commiſsio,illam tollens. Pri-
ma facit tria narrat monito . & præceptorias impetratas à
primo . ſecunda ibi. [B.clericus] executorias ſecundi cũ ſuo
proceſſu poſt appellationem factam. Tertiam ibi [ atque di
ctus] executorias primi, & executorias proceſſus . Secunda
principalis ibi. [Quocirca]tria mãdat.ſ.primũ recipi,ſenten
tias relaxari,& ſup præb.bñficio ſilentiũ imponi. Secũda ibi
1 præfatas.]Tertia ibi[alteri.] ¶No.primò , ꝙ Papa † in eadẽ
eccleſia ſucceſsiuè mandat prouideri duobus . quo caſu an
ambobus,vel alteri tantũ , & cui debeat prouideri. dic vt in
c.tibi qui.e.c.lib.6.& eo.c.ſi duobus.& de præbẽ.c. eum cui.
eo.li.¶Secundò no. tex. ꝙ hic mandauit Papa prouideri pri
mo de præbendali beneficio , & poſtea in fine ſubiungit , ꝙ
recipiatur in canonicũ,& in fratrem.& ſic no,ꝙ ille, cui mã-
datur præbenda conferri,debet in canonicum etiã recipi.ad
poſitionem enim conſequentis ſequitur poſitio antecedẽtis,
vt l.illud.ff.de acquiren. hære. de quo.ſ. de conſti.c.cum M.
2 ¶Tertiò no.ꝙ ſemel excõicatus, † vel ſuſpenſus non poteſt
amplius ſuſpendi,vel excõicari. de quo in q. 4. c. Engeltru-
dam.& ĩ.de iudæis.c.ita quorundam.augetur enim effectus
ex reiteratione cenſuræ ; aliàs non videretur reiteratio per-
miſſa.ar.l.qui bis.de verbo.oblig.& l.ſi creditori.ff.de leg.1.
3 ¶Quartò no.† ꝙ cum vni eſt prouiſum in eccleſia ꝑ literas
apoſtolicas,alius poſtea impetrans per exceptionem repel-
litur.de quo.ĩ. dicã.¶Quintò no.ꝙ ſententia cenſuræ debet
ſolui ſecundũ conſtitutiones canonicas.de qua.ĩ. de ſenten.
excõmu.c.cum deſideres. ¶Oppo.primò de mala gramma
tica.dicitur enim primò [capitulum ſanctæ crucis monſtra-
uit]&c.& poſtea.ĩ.ſubdit[ad eos,cõtra eos,& in eoſdẽ]&c.
Solu.in iſtis nominibus collectiuis pluriũ,vt populus,Capitu
lum,vniuerſitas , & ſimi. bona eſt locutio in ſingulari,& etiã
in plurali propter multitudinem ſub nomine ſingulari colle
ctiuo incluſam,& ad hoc alleg.Io.An.plures concor. qđ no.
ad ſuſtinendum literas apoſtolicas,ſi in prædicto caſu de ma
la grammatica redarguerentur, per c. ad audientiam.ſ.eod.
¶Secundò oppo.& videtur , ꝙ vtriq; debuerit prouideri,vt
ĩ.e.c.literis.Solu.iſte articulus.ſ.cum pro pluribus ſcribitur
ſucceſsiuè cum clauſula[ſi pro alio non ſcripſimus,]vel clau
ſula [non obſtañ.] tollit contrarium , vel dic quòd ibi erant
diuerſa mandata , vnum Papę viuentis , & aliud mortui. iõ
non obſtat.de illa clauſula[ſi pro alio]&c.dicam.ĩ.e.c. man
datũ.dicit enim Inno.ꝙ ſi poſt receptionẽ primi, & adeptio
nem præbendæ proceſſus ſecundus impetrat , etiam ſine di-
ctis clauſulis valent ſecundę literę: ſecus ſi primus nondum
eſt receptus,ſed gratia eius pendet:nec refert,impetretur ſu
per prima vacatura, vel cum facultas ſe obtulerit , ſecundũ
Inno.¶Tertiò oppo.iſti de Capitulo erant ſuſpenſi,& excõ-
municati.& tñ Papa mandat,ꝙ recipiant, qui prius manda-
tum reportauit,& ſententiæ relaxentur.& ſic innuit, ꝙ excõ
municati,& ſuſpenſi poſsint recipere canones contra.c.cum
dilectus.de conſue.Sol.dicit Io.An.ꝙ hic erat receptio facti,
quæ fit etiam per excommunicatos.ĩ. de præben.c.pro illo-
rum.& idem Ioan.de Lign. quæ ſol. infert , ꝙ excõmunicati
poſsint exequi illa,quæ conſiſtunt in facto,vt dare tenutã,&
ſimi.non tamẽ videtur bona ſolutio quò ad iſtud c. hic enim
Papa non contulit canonicatum,& præben. ſed conferri mã
dauit:ergo ſi Capitulum conferret, non põt negari, quando
conferat quæ ſunt iuris,non facti . dic ergo , ꝙ Papa hic non
dirigit verba ad Capitulum,ſed imperſonaliter loquitur [eo
recepto,& aſsignato.]&c.ex quo poteſt dici,ꝙ iſta verba im
perſonalia diriguntur ad executores. ¶Quartò oppo.cũ Ca
pitulum defendebat ſe contra iſtum.R. ſecundò impetrantẽ
propter literas Cap.quem tñ non receperat,ſed fortè impu-
gnabat:ſed hoc non videtur poſſe per c.ex eo quod.ĩ. de re-
gu.iur.lib.6.¶Inno.ſentit iſtud contrarium,& ſolue vt hic ꝑ
eum.tu dic,ꝙ ſi pendet quæſtio cũ vno , cuius victoria præ-
cludit viam alteri,iſte alter debet finẽ iudicij prædicti expe-
ctare, & etiã impugnans primũ in dicto iudicio põt ex per-
ſona aduerſarij à tertio ſe tueri.ad quod optimè facit l.dici-
mus.ff. de excu. tu. vbi lis ſuper tertia tutela parit exceptio-
nem dictam tertiam impugnanti,ſi ad quartam vocetur.pro
hoc facit c.ſi fortè.de elect.lib.6.vbi dicit [cuius deciſio da-
bit alteri quæſtioni principium,aut ſententiæ. ] Si ergo cum
primo litigat Capitulum, dictæ litis pendentia proderit ſibi
contra alium impetrantem. ſed vbi primus nondũ præſenta
uit,ſed tacet: an ex iure eius poterit ſe Capitulum tueri con
tra alium imperrantem,ꝙ non poſsit facit quia iſtæ ſecũdæ
non ſunt irritæ ipſo iure, ſed ita demũ , ſi primus proſequit ,
vt dicit Inno.ĩ.e.c.mandatũ.& ex hoc patet, ꝙ ſi primo põt
notabilis negligentia imputari,valent ſecundæ, vt ĩ.e. c. tibi
gratiam.in fi.lib.6. ¶ Quintò oppo.& videtur,quòd iſte ſe-
cundus debuerit primo præferri. quia ſui executores præue
uerint in exequendo . ergo ex hoc videtur effecta præbenda.
ĩ.e.c.tibi qui.lib.6.So.dicit,ꝙ præuẽtio executorum bene af
ficit præbendam quò ad ligandas manus ordinarij collato-
ris.non aũt quò ad hoc,vt primo impetranti poſterior pręfe
ratur.& eſt tex.hic,inquantum iſtud prius ponitur nominali
ter,nõ aduerbialiter, vt probatur in d.c.tibi.& in d.c.eũ qui.
de præben.lib.6.¶Sexto oppo.& videtur,ꝙ ille,qui prius li-
teras præſentauit,non pro quo ſcriptum eſt , ſit præferẽdus.
vt in c.vt debitus.ĩ.de appel.& iniur.hic alleg.in glo.quæ in-

cipit. Et ita qui præuenit &c.quæ tangit ar.per quem actum
dicatur quis præoccupare: vbi ſic latius diſtingue. aut tra-
ctatur de præoccupatione exercitij iuriſdictionis. & tunc p̃-
occupaſſe dicitur per citationem.quia citatio eſt fundamen
tum iudicij,vt no.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.s̃.de conſti. qñ
que tractatur de præoccupatione reſpectu ordinis procedē-
di.& ille dicitur præoccupare,qui primò dedit libellum.vt l.
in tribus.& l.qui prior.ff.de iudi.& in c.cum dilectus. de or-
din.cogni. quandoq; tractatur de præoccupatione reſpectu
effectus ejus,de quo agitur.Et tunc aut ad plures:aut ad idē:
aut ad diuerſum. Si ad idem: aut ex eadem cauſa: aut ex di-
uerſa. Si ex eadem: & tunc aut non eſt poſsibile illas duas
cauſas eſſe ſimul veras.& tunc ille dicitur præoccupare, qui
prius peruenit ad ſententiam. quia de iure illius conſtat,ſal-
tem præſumptiuè.vt l.ſi is à quo.ff.de rei vendi.& l.penul.de
pe.hær.Si enim poſſunt eſſe ſimul veræ: & tunc aut habuerũt
originem eodem tpe:& ille dicitur præoccupare,qui perue-
nit ad litis conteſt.vt l.ſi pluribus.ff.de leg.2. & ibi per Bart.
& l.ſi ex duobus.de duobus reis.Si verò non habuerunt ori-
ginem eodem tpe, ille dicitur præoccupare, qui primò ha-
buit ius petendi,vt hic, & l.in operis.ff.loca. Si verò non pe-
titur idem,ſed diuerſum, & ex diuerſis cauſis: tunc per litis
conteſta.non poteſt dici præoccupare: ſed oportet, ꝙ perue
niat ad ſententiam:quæ eſt immediatè cauſa executionis. vt
l.ſi quis.ff.de noxa.& l.ſi verò.de peculio.

ADDITIO.

a ¶ Capitulum. Adde,quòd verbum,capitulum, prolatũ in ſingulari nu-
mero,poteſt iungi verbo ſingularis numeri: quandoq; verbo pluralis nu
meri. tex. in c. ſignificauerunt. de excep. & in c. in cauſis. de elect. Feli.
hic,& Zaba.repetit hic.

*SVMMAE.*

1 *Vendens ius, quod habet in beneficio pro annua penſione, an com-
mittat ſimoniam.*
2 *Sententia per literas obreptitias lata an teneat.*

AD audientiam. Si habens li-
teras Papæ
ad beneficium eis renunciauit propter annuam
penſionem,nõ valent literæ, quas poſtea ad beneficium hoc
tacitè impetrauit. h.d.In prima facti narratio. In ſecunda ꝓ
uiſio.ibi[fraternitati.] dicit Hoſt. ponit impetrantium abu-
1 ſum,quem corrigit. ¶ Not.primò, † ꝙ iſti vendiderunt ius,
qđ habebant ad beneficia pro annua penſione. quod an fue
rit ſimonia, tractat glo.Hoſt.dicit, ꝙ ſi ex partium conuen-
tione pro aliquo tēporali fit renunciatio,ſimoniacum eſt. Si
verò ex officio iudicis, vel mediantibus bonis viris renũciat
purè: & ex altera parte detur aliquod temporale,non eſt ſi-
monia.vt colligitur de renun.c.ſanè. & c. veniens. & de pac.
c.cum pridem. Si verò beneficium ſpirituale aſsignatur (&
ſic ex pacto renunciat) non eſt ſimoniacum. quia ad hoc te-
netur,& tacitè ineſt. ¶Secundò collige, ꝙ habens ius ad rē,
ideſt ad beneficium: ſi aliud impetrat, tenetur de illa gratia
facere mentionem: ſicut de penſione, quam percipit ratione
gratiæ.ar.contra.j̃.e.c.gratiæ.in Clem.& aduerte, quia tex.
loquitur,qñ renunciat gratię ad inſtantiam debitoris.i.eccle
ſiæ,quæ eum recipere tenebatur.an aũt pro annua penſione
valeat ceſsio,quam alteri faceret contra eccleſiam,crederē,
ꝙ non.quia ſicut beneficium iam adeptum non poſſet ꝑ ceſ-
ſionem in alterũ transferre:ita nec ius ad beneficium. cũ nõ
ſit maioris efficaciæ ius ad rem,quàm ius in re,ar.ff. de vſu-
fru.le.l.Sempronius Attalus. vnde non poſſet fortè ius com-
petens ſibi ad beneficium cũ alio beneficio permutare aucto
ritate epi. in hoc tñ magis dubito. quia poſſet permutare be
neficium,quod de vigore gratiæ eſſet adeptus: ergo & ipſam
gratiam.& adde quod dixi.s̃.e.c.poſtulaſti.an de annua pen
ſione debeat fieri mentio in impetratione. & habetur hic,ꝙ
ſic,quando ſuccedit loco beneficij. ¶Vltimò ſciendũ, quòd
glo.magna quærit de reuocatione proceſſus facti per literas
obreptitias,& quinque facit.Primò quærit.Secundò allegat,
inducens tria c.& rationem,quam fortificat.ſoluit etiam ob
ſtaculum,& inducit tria ſimilia. Tertiò alleg.quatuor in cõ-
trarium.Quartò ponit op.Io.Quintò ſoluit,diſtinguendo in
ter reſcripta ad lites,& reſcripta ad beneficia.¶Quæro ergo
2 cum ipſa,an teneat ſententia, † vel proceſſus per literas ſub-
reptitias. Io.ꝙ ſic,ſi non fuerit oppoſita exceptio,& ita dicit
Ho.curiam ſeruare in c.dilectus.s̃.e.& ita per alios obſerua-
ri: ſecus eſt in literis ad beneficia,quas non iuſtificat omiſsio
exceptionis,nec reddit ipſas validas.Idem no.Inno.s̃.e.c.cõ
ſtitutus.& c.ad aures.& c.cum dilecta. & Compoſt. idem.s̃.
e.c.ſuper literis.Ho.s̃.e.c.dilectus.tenet, ꝙ etiam ſi per igno
rantiam,vel ſimplicitatem taceatur verum, vel exprimatur
falſum taliter,ꝙ princeps id ſciens literas non dediſſet, ei nõ
tribuitur iuriſdictio. ſuper quo plenius ſic diſtinguit. aut
exceptio ſubreptionis fuit propoſita,& contra ipſam pronũ
ciatum,& non appellatum. & tunc tenebit quod actum eſt.
& ſibi imputet,qui non appellauit,vt C.de fide inſtru.l. ſi. &
ar.s̃.e.c.ſuper literis.aut appellauit:& tunc irritus eſt proceſ
ſus.allegat de conceſ.præben.c.cum noſtris.§.audito.aut nõ
fuit oppoſita exceptio:& tunc aut ille, cui competebat dicta
exceptio,ſciebat ſibi competere:aut ignorabat. ſi ſciebat: &
tunc aut impetrans ignoranter tacuit,vel expreſsit tale, quo
expreſſo,vel non ſuggeſto literas non habuiſſet: & non valet
proceſſus: nec taciturnitas partis in exceptione opponenda
tribuit iſto caſu iuriſdictionem iudici.vt s̃. e. c. ſuper literis.
aut habuiſſet: & tunc, ſi tacuit vſque ad ſententiam dolosè,
non poterit opponi ante ſententiam: ſed condemnabitur in
expenſis.j̃.de exce.c.exceptionem. ¶ Secundo caſu princi-
pali,quia cum tacuit ignorabat: & tunc poteſt opponere vſ-
que ad 30.annos,ſicut in exceptione alterius falſi.de excep.
c.cum vene. Si enim auditur,vbi verè erat iuriſdictio funda-
ta,ſed interuenit falſitas circa probationem, vt C. de proba.
l.ſi ex fal.fortius debet audiri,vbi circa iuriſdictionem falſi-
tas allegatur.ff.de reg.iur.l.cum principalis.& Compoſt.di-
ſtinguit.

*SVMMAE.*

1 *Receptus in vna eccleſia renunciat iuri,quod habebat in alia.*
2 *Beneficium habens ſi pacificè eligatur ad epiſcopatum:ſi litigat ſu-
per iſto epiſcopatu,primum non vacat.*
3 *Mentionem an quis teneatur facere in impetratione de qualitate, et
quantitate beneficij,quod obtinet: an de qualitate beneficij,quod
impetratur.*

IN noſtra pro. Si habens literas ad bē
neficium (licèt per eas
non ſit beneficium aſſecutus) ſecundò impetret alias li
teras,tenetur in illis de primis facere mentionem: aliàs ſunt
nullæ,ſecundũ Inno. Vel dic.nõ ſolum de iure in re,ſed de iu
re ad rem tenetur impetrans facere mētionem.hoc dicit cõ-
1 munis diuiſio.ſecunda ibi[mandamus.] ¶Not.primò, † ꝙ
receptus in vna eccleſia renunciat iuri,quod habebat, vt re-
ciperetur in alia.hincq; ſumpta occaſione recita glo.Innoc.
per aliquas quæſtiones. ¶ Et primò pone. aliquis litigabat
ſuper vna eccleſia,in qua fuit electus,vel præſentatus,lite pē
den.recepit aliud beneficium: an videatur ceſsiſſe. liti motæ
ſuper primo.Reſpondet ipſe,ꝙ aut iſta ſecunda eccleſia,quã
adeptus eſt,compatitur ſe cum prima,ſuper qua litigat (pu-
ta quia ſunt beneficia non curata)& non videtur ceſsiſſe liti:
aliàs ſecus.In caſu ergo, quo primum beneficium ſe cõpati-
tur cum ſecundo:ſicut adipiſcendo ſecundum,non vacat pri
mum: ita nec ſpirat lis ſuper eodem.ſed vbi ſe non compati-
tur:ſicut vacaret primũ per adeptionem ſecundi: ita etiã lis
non durat.ar.pro hoc l.ſi mulier.ff.ſo.mat.& l. poſt litē fini-
tam.



tam.ff.de ſuſpec.tut.& hoc eſt verũ, qñ poſſeſsionem ſecun-
di beneficij eſt adeptus. Si autem ſuper ſecundo litē patitur,
non ſpirat lis ſuper primo: licèt Compoſt.ſentiat,quòd ſic,ꝓ
pter contrarietatem & repugnantiam, vt l.1.C.de fur.& in
c.vt quis duas.de elect.lib.6.ſecundùm Ioan.And.tenet pri-
mum,videlicet ꝙ etiã lis duret. & conſuluit ſic de facto, ꝙ
habens gratiam ad dignitatē, quam duceret acceptandam,
non perdat ipſam,conſentiendo electioni de ſe factæ, etiam
ad epiſcopatum, & etiã ipſius confirmationem petendo.ſi
enim acceptatio collationis, quæ tribuit ius in re, non peri-
mit gratiam,niſi quis ſit poſſeſsionem adeptus, vt in Clemē.
gratiæ.eo.titu.& c.ſi pauper clericus.de præben.lib.6.multò
minus acceptio electionis, quæ tribuit ius ad rem. de cõceſ.
præben.c.vlt.lib.6.& de accu.c. ſuper his. acceptando tamē
dignitatem,& habita poſſeſsione ipſius, videtur renunciare
gratiæ,vt in c.cum in cunctis.j̃.de elec.facit quod no.de re-
gula.c.beneficium.lib.6.poſt prin.magnæ gl. ad quædam iu
ra,quę faciunt in contrarium hic reſpondo, vt in nouella.
2 ¶†Secundò quæro, ſi habens eccleſiam pacificè eligitur ad
epiſcopatum,vel aliud beneficium, quod non compatitur ſe
cum primo,& litigat ſuper iſto ſecundo:an perdat primum,
tenet, ꝙ non. ratio diuerſitatis,quare magis videatur renun
ciare liti,recipiendo ſecundũ,quàm videatur renunciare pri
mo,acceptando ſecundum cum litigio. hic vide in nouella.
¶Tertiò quærò.ſi quis impetrat plura beneficia diuerſis tē-
poribus, & per diuerſas literas,alijs de alijs non facientibus
mentionem: an ante receptionem valeant. & an primæ, vel
ſecundæ.tex.iſte non declarat.D.Io.de Lign. iſtum articulũ
latè proſequitur, diſtinguendo ſic. quandoque plures literæ
beneficiales impetrantur à diuerſis in eadem eccleſia.& dic,
vt j̃.e.c.mandatũ. interdum ab eodem ad plura beneficia.&
tunc qñq; ſucceſsiuè, & qñq; ſimul. Primo caſu quando fa-
cta receptione per primas.& hic nullum dubium, ꝙ ſecun-
dæ non valent, non facientes mentionem de prima receptio
ne:niſi ſecundùm Innò.vellet renunciare iuri,quod habet,ex
primis.& hoc placet Archi. ſub dubio fortè.j̃. de præben.c.
ſi motu proprio.lib.6.D.Io.de Ligna.contrarium tenet, vi-
delicet ꝙ iſtæ ſecundę à principio ſunt nullæ.ergo per talem
renunciationem non poſſunt conualeſcere. qñq; ante rece-
ptionem per primas impetrat ſecundas: & tunc ſi poſtea per
primas reciperetur,obſtabit exceptio contra ſecũdas, vt hic.
Si autem nondum eſt receptus per primas, ſed præſentauit,
vel non præſentauit,& vellet ipſis primis renunciare, vt ob-
tineat ex ſecundis.& tenet glo.ꝙ poſsit. & idem ſentit Inno.
in prima glo. Hoſt.contra.interdum præſentat ſecundas,an-
tequàm primas, ut per illas reciperet. & tunc videtur tenere
Inno.ꝙ valeat receptio ex ſecundis.Hoſt.contra. Idem Ioã.
de Lig.qui etiam tangit,an iſto caſu poſsit redire ad primas.
dic.vt hic per eum.hæc prædicta vera, cum diuerſis tempori
bus impetrantur. ſi aũt ſimul,& ab eodem ſuper diuerſis be-
neficijs literæ impetrantur,neutræ valent,ſecundùm Hoſtiē.
hanc diſtinctionem prolixius hic vide per eum. non plura
membra,ſed plura iura,& rõnes adducit,quę probant ſingu
la,quæ prædixi. ¶ Quartò quæro. dicitur hic, ꝙ de iure ad
rem tenetur impetrans facere mentionem.ſed nunquid ſi eſt
beneficio ſpoliatus(quia poteſt agendo recuperare) tenea-
tur facere mentionem dicit,ꝙ ſic.& idem,ſcilicet ꝙ mentio
nem facere teneat̃ de beneficio,quod quis obtinet, ſeu reti-
net de facto.ar.c.eum qui.de præben.lib.6.¶ † Quintò quæ
ritur,an de qualitate,& quantitate beneficij,quod quis obti-
net,teneatur facere mentionem in impetratione alterius, eo
ꝙ de qualitate beneficij,quod impetratur, non eſt dubium.
j̃.de præben.c.vlt.& c. cum in illis.j̃.e.lib.6.& in Cle.ſi digni
tatem.de pręben.probat efficaciter, ꝙ teneatur, vt hic vide
per eum.¶ Sextò quæro, an ſufficiat mētionem facere de be
neficio,quod quis obtinet in genere.Io.de Lig.arguit, ꝙ ſic.
& tenet contrarium.& hæc quæſtio videtur ſuperflua ꝑ hæc,
quæ dicta ſunt.s̃.in prox.q.Si enim de qualitate tenetur face
re mentionem: ergo ſuperfluum eſt quærere,an ſufficiat mē
tio generalis.

*SVMMAE.*

1 *Procurator conſtitutus in cauſa excommunicatus impetrare poteſt.*
2 *Capitulum ex ſpeciali priuilegio cenſuram exercere poteſt.*
3 *Procurator reuocatus dicitur falſus procurator.*
4 *Geſta per procuratorem reuocatum non valent, ſi reuocatio perue-
nit ad iudicem.*
5 *Reuocatio mandati ſi non peruenit ad procuratorem, valent geſta in
terim per eum.*
6 *Geſta à procuratore reuocato minus valent, quàm ab eo, qui num-
quàm fuit procurator.*

EX parte. Caſus. non valet reſcriptũ,qđ
procurator reuocatus & de eo
certificatus impetrauit: valet ſi iudex, & aduerſa-
rius reuocationē ignorēt.h.d.In prima partis narratio.In ſe
cũda iudicũ inſtructio.ſecunda ibi [quia verò.]Hoſt.aliter
diuidit,& ſic.Cauſa committitur,excipitur,& replicatur,in-
terlocutoria fertur,iterum excipitur,& reprobatur,& dubiũ
diffinitur. & hoc ſub prima particula ſecundũ eum. ¶ Not.
primò, ꝙ iſte nobilis erat excõmunicatus, & tñ procurator
1 † conſtitutus in cauſa impetrare põt.de quo.j̃.eo.c.1.lib.6.
2 ¶Secundò no.ꝙ Capitulũ † põt ex ſpeciali priuilegio a exer
a cere cenſuram, qđ an poſsit ſede vacante.dic vt j̃. de ma. &
obe.c.olim. ¶ Tertiò no. ꝙ ſuper diuerſis articulis quæſtio
vertebatur. & ſic in eodem iudicio poteſt agi pro pluribus
rebus, etiã in eodem libello.vt ff. familiæ erciſ.l. ſi hæredes.
§.de pluribus. & l. non eſt nouum.ff.de act.emp. ¶Quartò
3 no.ꝙ procurator † reuocatus dicitur falſus procurator. de
quo dic,vt l licèt.C.de procurato.¶Quintò no.ꝙ coram ip-
ſis delegatis opponitur exceptio,ꝙ coram ipſis procedi non
poſsit,& ipſi de dicta exceptione cognoſcũt, & pronunciãt,
4 vt s̃.eo.c.ſuper literis.¶ Sextò not.ꝙ non valent geſta † per
procuratorem reuocatum, ſi reuocatio peruenit ad iudicē,
vel aduerſariũ. de quo.j̃. de procur.c. mãdato. ¶ Septimò
no.quod hic pars Capituli,& decani vtebatur commiſsione
facta ad inſtantiam procuratoris huius nobilis: ipſe autē no
bilis impugnabat;quia mandatum reuocauerat. ex quo ha-
bes,ꝙ ex ſola impetratione quæritur ius aduerſario, vt poſ-
ſit procedere corã iudicibus delegatis à parte. & hoc ideò,
quia ſola impetratione literæ ſunt cões.de quo plenè in c.ex
conqueſtione.j̃.de reſti.ſpo.vbi eſt diſſenſio inter Innocē.&
Hoſt. ¶ Octauò no. ꝙ Capitulum,& decanus impugnabãt
reuocationem iſtius procuratoris. quò ad primos iudices,
aut ad ſecundos inſiſtebant reuocationi, dicentes rõne di-
ctæ reuocationis commiſsionem factam ſecundis iudicibus
non valere. ex quo collige,ꝙ illud, qđ defendo quò ad vnũ
articulũ,poſſum quò ad aliud impugnare.quod videtur con
tra no.per Inno.in c.cum venerabilis.j̃.de excep.glo.quæ in
cipit.& meritò.aſsignat rationē. quia enim dominus in prin
cipio aſſeruit ipſam reuocaſſe, præiudicat ſibi hæc aſſertio,
ne alia impetratione literarum à procuratore facta de cete-
ro vti poſsit.& iſtud eſt fortè contrarium. ¶ Nonò not. ꝙ ſi
5 mandati reuocatio † non peruenit ad procuratorem,valent
geſta interim per eum,etiam quò ad commodum dñi reuo-
cantis, quod eſt notandum. nam ꝙ talis reuocatio ad ad-
uerſarij præiudicium nihil operetur, ſi non peruenit in eius
notitiam,per iſtud cap.& multis alijs iuribus comprobatur.
Sed videtur alia ratione, ꝙ iſta impetratio literarum ſecun-
darum fuerit nulla: quia ſuper eodem negocio iſte procura
tor impetrauit duo paria literarum ad iſtos iudices, & ſecũ-
dos:ergo neutræ debent valere,vt s̃.eod.c. ex tenore.ſed hic
dicitur,ꝙ valent primæ, ergo malè. Sol. põt dici,quòd neu-
træ valent,ſi aduerſarius hoc vult:ſed hic voluit, quòd valeãt

primæ arg.eius,quod dicimus de contractu inito dolo alte-
rius partis tantùm,qui valet,ſi placuerit ei,quæ dolum nõ cõ
miſit,vt no.in l. eleganter. ff. de dolo . ex quo ſequitur , ꝙ ſi
iſti decanus,& Capitulum voluiſſent procedi etiam vigore
primarum,potuiſſent,per d.cap. ex tenore. cogita ſi eſt ve-
rum. ¶Decimò nota,ꝙ iſte tex. facit contra op.Hoſtien.de
qua ſ.eo.c.ex tenore.vbi tenet, ꝙ ſola impetratio plurium li
terarum ab eodem, & ſuper eodem negocio ad diuerſos iu-
dices eſt nulla,& caret commodo vtrarumq; , vt ibi:cuius cõ
trarium innuit hæc litera, inducendo ſic. dicitur in fine , ꝙ ſi
reuocatio peruenit ad procuratorem, valent primæ , & non
ſecundæ: ergo à contrario ſenſu,ſi non peruenit,valent ſecũ
dæ. Sed pro opinione Hoſt.allegaui caſum in l.3.ff.quod qſ-
que iuris.¶Vndecimò not.tex.ibi [cũ minus valeret] &c.ꝙ
6 minùs valere debent geſta † à procuratore reuocato, quàm
ab eo,qui nunquam fuit procurator.Io.An. exponit minùs,
pro,non.tu potes dicere , ꝙ ſtat propriè.ex quo not. ꝙ non
põt habere dominus ratum, quod geſtum eſt à procuratore
reuocato: licèt poſsit habere ratum,quod geſtum eſt ſuo no
mine ab eo,qui nunquàm habuit mandatum,vt l.licèt.ff. de
iudic.& l.3.§.falſus.ff.rẽ ra.ha.¶ Oppo. de iſto.c.ad ſeipsũ.
circa princip.enim dicitur , ꝙ expedit reuocationẽ venire ad
iudicem,vel aduerſarium:ſed in fi.dicitur ꝙ ad procuratorẽ.
timore iſtius contrarij dicunt quidam, ꝙ hoc operatur con-
feſsio aduerſarij,vt ſibi,& non alteri parti iſta reuocatio no-
ceat.Alij vt Phi.Hoſtien.& Compoſtel.dicunt,& melius,ꝙ in
præiudicium domini reuocãtis ſufficit,ſi peruenit ad notitiã
procuratoris. Sed in præiudiciũ aduerſarij requiritur,ꝙ per-
ueniat ad ipſum,& iudicẽ. Alij dicunt,ꝙ primę literæ fuerũt
impetratæ per procuratorem datum in iudicio. vnde nõ no-
ceat reuocatio,ſi in aduerſarij,vel iudicis notitiam non per-
uenit. ſecundæ autem fuerint impetratæ extra iudicium per
procuratorem reuocatum:vnde ad ipſum procuratorem ſuf
ficit reuocationem ipſam peruenire.hanc materiam (cũ do-
minus vult reuocare procuratorem generalem, ita ꝙ ipſum
dominum obligare non poſsit poſtea contrahendo) Io.An.
diſtinguit ita.aut procurator fuit inſtitor : & debet reuocari
palam,aliàs habetur pro non reuocato,vt l.ſi pupillus.§.1.&
ſe.ff.de inſti.Si verò non fuit inſtitor, ſed procurator ſimpli-
citer generalis,& contraxit poſt reuocationem,dño ſciente,
& non contradicente:& præiudicat dño, vt j. Si verò domi-
nus non ſciuit contractum , nec poſtea approbauit : & tunc
aut procurator erat conſtitutus cum certa perſona ad cõtra
hendum:& debet ſibi notificari : aliàs reuocatio non prodeſ
ſet.ff.mand.l.ſi fideiuſſore.§.1. Si verò nõ dirigebatur ad cer
tam perſonam:tunc ex quò ipſe procurator certificatus fuit,
non obligat dominũ, ſed agetur contra ipſum falſum procu
ratorẽ.ff.de cond.ind.l.ſi procurator.Hoc caſu tamen opera
tur reuocatio ſuum effectum, etiã ſi ad procuratorẽ non per
uenit.quod dic,vt plenè in c.1.de renun. in Cle. vbi omnino
vide.& hæc habent locum de reuocatione mandati circa ne-
gocia, vel iudicia. Circa maleficia verò ſi mandaui clericum
verberari,vel conſului,vel perſuaſi:deinde reuoco, ne incidã
in canonem,an ſufficiat:dic vt in c.mulieres.de ſenten. excõ
mu.& per Inno.in c ad audientiam.de homi.& per Bar.in l.
non ſolum.ff.de iniu.Vnum tñ dictum, quod ponit hic Inno.
valde no. videlicet ſi quis ſciens cauſam ſuo nomine agitari
per falſum procuratorem tacet, & non contradicit:an fiet ſi-
bi præiudicium.tenet,ꝙ ſic.creditur.n.cũ ſua voluntate age-
re,ex quò nõ cõtradicit.ff.de re iudi.l.ſæpe. & qđ no.Io.An.
j.de off.deleg. c.cũ in iure.in fi.ver.ſi qui.& adde qđ no.Cy.
C.in quibus cau.in inte.reſti.non eſt ne.l. ſi tutor.& Bar.in l.
ſi mater.§.hoc iure.ff.de excep.rei iudi.¶Duodecimò no.ꝙ
poſt reiectam primam declinatoriã iudicij , & poſt pronun-
ciationem ſuper competentia iudicis põt opponi alia decli-
natoria,vt hic in ver.petente. quod eſt notandum . excluſus
ergo ab vna exceptione declinatoria põt aliam ſucceſsiuè
opponere, ſeu proponere.facit l.propter litem.§.1.ff.de ex-
cu.tu.& quia vſque ad litẽ cõteſtatam poſſunt tales exceptio
nes opponi. & quia malitioſè poſſet excipiens , poſtq̃ ſuper
vna ſuccubuit , aliam proponere. & ſic in infinitum abire,ꝓ
uiſum eſt, vt iudex ſtatuat metã talib. exceptionibus oppo-
nẽdis,& eadem æquitas ſubeſt in peremp.quod dic, vt j. de
excep.c.paſtoralis. facit ad hoc l. ſcire oportet.§. ſcire autẽ.
ff.de excu.tu.& vide quod no.Io.An.j. de verb.ſig.c.ſæpe.§.
& quia.in glo.ergo.quæ incipit.patet.& in glo.in Cle.¶Ter-
tiodecimò not.de reuocatione mãdati procuratoris, de quo
plenè in gl.quæ incipit ſic.j.cui adde,ꝙ ſi procurator mutat
mores,quia efficitur baratator,& prodigus, debitor ſoluens
ſcienter tali procuratori,non liberatur à domino.tex. eſt no
tabilis in l.ſi cũ Cornelius.ff. de ſolu. ¶ Quartodecimò not.
gl.fi.& ita patet.an ille,qui habet ſpeciale mandatũ ad actũ,
in quo generale mandatum requiritur , poſsit alium ſubſti-
tuere.tenet,ꝙ ſic etiam ante litem conteſta.in actu extraiudi
ciali,vt eſt impetratio literarũ:quæ impetratio non eſt actus
iudicialis,niſi fieret coram Papa,coram quo quæſtio vertere
tur , vt fuit prima impetratio in præſenti cap. ſecunda verò
fuit extraiudicialis:quia Papa commiſerat.& ſic ſoluitur cõ-
trarium de iſto c.ad ſeipſum,inquantum requiritur in primo
caſu reuocationem perueniſſe ad iudicem, vel aduerſarium:
in ſecundo ad ſolum procuratorem .

ADDITIO.

a ¶ Capitulum ex ſpeciali. Adde Doctores in c.ex parte.il 1.de verbo.ſig,
Inno.in c.venerabilis.de cenſi.Doc.in c.dilecto.de ſen. excom.in 6.

*SVMMAE.*

1 *Identitas nominis non infert neceſſariò identitatẽ in corpore, quan-
do per alias circunlocutiones poſſit apparere, quòd non ſit idem
corpus.*

SIgnificante. Per reſcriptum impetratũ
contra hominẽ certæ diœ
ce.homo eiuſdem nominis,& alterius diœce. conueni
ri non põt.In prima appellantis narratio.In ſecunda appel-
lantis commiſsio.ſecunda ibi[ideoq;.] ¶No.primò,ꝙ idẽ-
1 titas † nominis non infert neceſſariò identitatem in corpo-
re,quando per alias circũlocutiones põt apparere,ꝙ non ſit
idem corpus. Et hoc debet probare ille, qui dicit ſe non eſſe
illum,ſi plures demonſtrationes faciunt contra eum , vt no-
men,& cognomen.facit quod not.Bar. in l.2. in fi.ff.de dote
prælega.Et hac ratione,ſcilicet æquiuocationis,& incertitu-
dinis euitandę debet res demonſtrari ad minus per duos cõ
fines,vt l.formam.ff.de cenſib. vbi alibi dicit Bart. ꝙ ſi capiẽ
exbãnitus in perſonam , iudex non debet ſtatim facere exe-
cutionem: ſed prius facere recognoſci,ſi ſit ille,& illud cor-
pus,contra quem lata fuit ſententia.ita no.in l.diuus.ff.de cu
ſto.& exhi.reo. ¶Venio ad glo.magnam. quæ oppo.dicitur
in tex.ꝙ licèt ſit eiuſdem nominis, nõ tamẽ poteſt conueni-
ri, ſi ſit de alia diœceſi:ſed contra, ſi illam diœce.expreſsiſ-
ſet,literas habuiſſet,vt ſ.e.c.ſuper literis. ¶ Itẽ ſi conſtat de
corpore,ergo de errore circa diœce. non videtur curãdum.
¶Idem falſa cauſa non perimit legatum, nec mẽdacium im
pedit obligationem contrahi:nec error nocet , cum de ipſo
conſtat,vt hæc omnia probantur in iuribus alle.in glo. quam
no.in eo,quòd dicit c.ſuper literis.non habere locum,vbi de
perſona liquidò non conſtat.ad hoc enim,vt iſtud ca. locum
habeat,requiritur,ꝙ res,quæ petitur,& cauſa petendi, & ꝑ-
ſonæ nominatæ nõ varientur:licèt ad aliam rem, & cauſam,
& perſonas(ſi petitum fuiſſet) Papa reſcriptum conceſsiſſet,
quò ad prædicta reſcriptum obtinet vim libelli,vt iudex de-
legatus à perſonis expreſsis in reſcripto re, vel cauſa non di
uertat,vt no.Inno.ſ.e.c.ſuper literis. ¶ Sed hic primò quæri
tur.pone,ꝙ verè conſtat, ꝙ iſto.B. eſt ille homo , contra quẽ
impetratum



impetratum eſt reſcriptum : ſed eſt erratum in diœce. quod
ex eo probatur,quia in illa diœce. expreſſa nullus erat eiuſ-
dem nominis: puta vocabatur Gallus Preſſus. de quo no.gl.
in l.ad conſul.§.conſultiſsimum.an tunc noceat falſę diœce.
demonſtratio.Gul.ꝙ non.idem Inno.Compoſtel. & Hoſtiẽ.
arg.Inſti.de lega.§. ſi quis in nomine.& iuribus alleg. hic in
prin.glo.pro quo facit quod no.Bar.in l.2.in fi.ff. de dote ꝑ-
le.vbi enim duæ,vel tres demonſtrationes rei ſunt certæ , &
veræ. licèt vna ſit falſa,non debet actum vitiare,vt ibi.intel-
ligunt ergo iſtum tex.cum non plenè de perſona conſtabat.
Pet.Ab.& Vincen.tenent contrarium, quorum opinionem.
tenet Io.An.in materia impetrationis literarum ad lites ꝓ-
pter effectum varium,quem importat expreſsio vnius diœ-
ce.vel alterius ſecundùm formam.c.ſtatutum.j.e.lib.6.Spe-
cu. nihil decidendo de hoc tractat in titu.de reſcrip.præſen-
tatione.§.vlti.verſi.quid ſi dubitatur. ¶ Secundò quęro.po-
no,ꝙ nõ eſt falſa demonſtratio in diœceſi,ſed in loco. pone
enim ſunt duo caſtra eiuſdem nominis in eadẽ diœceſi.impe
tro cõtra Titium talis caſtri.Titius conuentus excipit, quòd
impetrans non ſenſit de illo caſtro, vnde ipſe eſt,ſed de alio.
credo in hoc recurrendum ad conſiderationẽ Inno. & alio-
rum.de qua.ſ.vt.ſ.valeat reſcriptum,ſi alius eiuſdem nomi-
nis.& cui conueniãt demonſtrationes expreſſæ in reſcripto,
& alio caſtro non reperiuntur.ſi autem per omnia conueni-
rent:an tunc ſtetur declarationi impetrantis, de quo conſen
ſerit,an ſit nullum.dic, vt no.Bar.in ſimili in l. libellorum.ff.
de accuſa.vbi autẽ ſine expreſsione diœceſis cauſa eſſet cõ-
miſſa,vt contra Titium de tali loco,cum duo caſtra eiuſdem
nominis ſint in iſta diœceſi Señ. vel Auinioñ. de quo caſtro
intelligatur.credo,ꝙ de caſtro impetrantis,ſi ambo ſint eiuſ
dem caſtri,vt l.quæ conditio.§.fina.ff.de condi. & dęmon.fa
cit quod no.D.Bal.in l.1.in ver.quæſtione.C.de ſacroſan. ec
cle.& in Spec.de inſtrum.§.nunc aliqua.verſic. quid ſi teſta-
tor.& vide l.ſi quis in fundi vocabulo.& ibi per gl.& Docto.
ff.de leg.1. ¶Tertiò quæro Papa mandat prouideri in diœ-
ce.Bonoñ.B. ſcholari Bonoñ. cum B. ſit Paduanus , ſtudens
Bonoñ.an valeat gratia. videtur, ꝙ ſic, cum Papa ſtudentes
Phariſijs ſtudeñ.Pariſieñ. vocet.de procura.in c. quia in cau
ſis.Itẽ dictio,Bonon.reſpiciens illud nomẽ.B.eſt falſa, reſpi-
ciens iſtud nomen ſcholaris, eſt vera,interpretemur ergo, vt
res valeat,de verb. ſign.c.abbatem.contrarium tenet hic Cõ
poſt.per hanc Decre. per iſtud enim ver. Bononieñ. videtur
potius Papam habuiſſe reſpectum ad locum originis, quàm
ſtudij.: nec in beneficiando quærimus, vbi ſtudeat , ſed vn-
de ſit,& ibi beneficiatur congruentius.61.diſtin.c. nullus.&
ff.de reb.dub.l.quoties. & hæc ratio concludit , cum dictus.
B.beneficiatur per literas Bonoñ.Si autem in alia diœceſi,vt
ſi Papa ipſum.B. ſcholarem Bononiæ mandaret beneficiari
extra diœce. puta Mediolañ.tunc ſecus eſt , vt ſentit Io. An.

*SVMMAE.*

1 *Iudex ad quem appellatur, exprimi debet.*
2 *Ciuitatis appellatione an contineatur comitatus.*

ROdulfus. Per reſcriptum impetratum
cõtra diœceſanum , ciuis cõ
ueniri non poteſt. hoc dicit.cõis diuiſio ſecunda
ibi[ideoque]. ¶ No.ꝙ iſte Ro.impetrauit literas ſuper red-
ditibus,& alijs rebus.quærit circa hoc Hoſt.quid ſi ſuper de
cimis,& rebus alijs impetraſſet : nunquid poterit petere ec-
cleſiam, vel ius parochiale, ſiue partem ipſius. dicit,ꝙ non ,
quia decima eſt pars iuris parochialis, & ei accedit, & non
econtra.& ideo de ipſa prius , quàm de decima,eſt agendũ.
ff.de ædil.edicto.l.iuſtiſsimè.& l.fundi. & l.fundum.ff.de ex-
cept.vbi non poteſt accumulari petitio ſuper principali , &
eius acceſſorio.dic,vt ibi.¶Secundò no.ꝙ ſub clauſula gene
rali concernente perſonas diœceſis non includitur ciuitas;
ſed hoc verũ,niſi iſte haberet domicilium in diœceſi,vt j.de
foro cõpe.c.ex parte Vincẽ.contra quia non cenſetur eſſe de
ciuitate.primũ verius,ſecundũ Ioan.An.¶Tertiò no.ibi[ad
1 noſtram.]&c.ꝙ debet exprimi iudex † ad quem appellat,ſe
cundùm Abba.Sic videtur ſufficere dicere,appello ad iudicẽ
competẽtem,vt l.qui Romę.§.Seia.ff.de verb.oblig.glo.ma-
gna tendit circa declarationem tex.& proſequitur per quæ-
ſtiones,quando per literas apoſtolicas poſſunt conueniri ci
ues,& comitateñ.ex qua collige , ꝙ appellatione diœceſis,ſi
ue cõmunitatis non comprehenditur ciuitas,nec econtra in
reſcript s ad lites.idem in beneficialibus, ſecundùm Hoſtiẽ.
no.de æta.& quali.c. accepimus. in glo. pen. & de præben.c.
ſi.in prima glo.idem Compoſt.j.eo.c.abbatem.& de offi.or
di.c.1.per Io.An.Ciuitas enim, & diœceſis ſunt diuerſa.63.
diſt.c.ego Ludouicus.& de ſenten.excom.c. ſi ciuitas. lib. 6.
Goffre.tamen dicit,ꝙ iſta iura ita dicentia habent modicum
rationis.qui enim eſt de diœceſi,intelligitur de ciuitate.ff.ad
munici.l.qui ex vico.& ff.de conſti.l. forma. §. ſi verò. & de
epis,& cler.c.nulli.circa fi.16.q.7.c.omnes baſilicæ.ff.de ſer
uis expor. l.cui.& 24.diſt.c.qñ.¶Quid in priuilegijs,an ap-
2 pellatione ciuitatis † contineatur comitatus , ſiue diœceſis.
Bar.in l.vrbis appellatione.ff.de verbo.ſign.proſequitur iſtũ
articulum,diſtinguendo.aut enim loquimur in beneficijs: &
tunc totum territorium continet,vt l.1.§. cum vrbem.ff. de
offi.præfec.vrbi.aut in alijs,vt in contractibus,vltimis volun
tatibus,& iudicijs. & tunc aut dictum eſt,patria,aut ciuitas,
aut vtrunq;. Si dicit patriã:tunc continentur continentia ædi
ficia,vt l.vxorẽ.§.legauerat.ff.de leg.3.quãdoq; latius ſumi-
tur.C.de natu.libe.l.fi. Si dicit ciuitas , & tunc muris cingat,
vt l.nam quod liquidè.§.ſi ita.ff.de penu leg. aut dicit, quic-
quid habet Señ.& Peruſij. & tunc continentur ædificia, vt di
cta l.vrbis appellatione.aut dicit vtrunque : & tunc inſpicit
quod præcedit : vt ſi iſtud nomen , ciuitas , muris cingatur,
illud nomen Señ.& Peru.tunc contineat ædificia. & hæc ve-
ra cum ciuitas ponitur pro loco.ſi autem pro perſonis , vt ſi
dicatur in priuilegio,vel ſententia [concedimus ciuibus Señ.
vel condemnamus]an contineantur comitatenſes. dic vt hic
per eum,vbi etiam quid iuris, ſi ſint muri ciuitatis augmen-
tati,vel factæ ſtacatæ,vel foueæ,an illud contineatur ſub no
mine ciuitatis.¶ Tangit etiã dom.Io.de Lign.no.per Bar.in
l.1.ff.ad municipa.an monachus retineat ciuilitatem . & an
rectores eccleſiarum,qui aliunde veniunt, efficiant ciues.di
xi plenè in c.dilecti.j.de foro compet. Quid de adhærenti-
bus,vt ſi ponitur interdictũ in terris talis regis , vel ciuitatis,
an adhærentes ſint interdicti.tex.eſt notabilis,ꝙ ſic.j. de po
ſtu.c.1.ver.& cũ contra.facit l.non dubito.ff. de cap. vbi de
terris confęderatis,ſiue colligatis. ¶ Vlterius pone,ꝙ aliqs
recognoſcit caſtrum in feudũ ab aliquo , an videatur reco-
gnoſcere territorium:videtur,ꝙ ſic ; quia conſtituunt quod-
dam totum,vt l.ſi pupillus.§.territorium.ff.de verb.ſigni.er-
go non debet diuerſo iure cenſeri , vt l. eum qui ædes.ff. de
vſuca.Secundò territorium ſubiacet caſtro, vt l.qui ex vico.
ff.ad munici.qui ergo caſtrũ recognoſcit,ergo illud, qđ ſub-
iacet ipſi caſtro.ff.de ado.l.ſi pater.Tertiò acceſſorium ſequi
tur naturam principalis,vt in reg.cum princ.quod patet, q̃a
qui præficitur vni,& alteri.16.q.10.c.ſi quis epiſcoporum.&
c.poſſeſsio territorij. Quartò Imperator cõmiſit vrbem præ
fecto vrbi,de territorio nihil dixit,& tamen videtur territo-
ritorium cõmiſiſſe,vt l.1.§.cum vrbem.ff.de offi.præfec.vrb.
& epiſcopus dicitur ciuitatis epiſcopus,& tñ eſt etiã diœce-
ſis.16.q.7.c.omnes baſilicæ.& videtur caſus.ff. ſi ſerui. ven.
l.teſtatrix.§.1.In contrarium arguitur , quia diuerſa ſunt no
mina.ergo vnius expreſsio non includit reliquum,vt hic:vbi
appellatione ciuitatis non continetur diœceſis. ſed caſtrum
ita ſe habet ad territoriũ,ſicut ciuitas ad diœce. Item quan-
do acceſſorium eſt ſeparatum à principali , vnius expreſsio
aliud non includit,de conſe.ec.vel al.c.1.lib.6.ff. de contra-
hen.

hen.emp.l.quoties.& de fundo inſtru.l. 2.§.1.& de ſupel.le.
l.fi.ſed caſtrū non ſolum eſt diuiſibile à territorio, ſed diui-
ſum medio pariete.ff.commu.prædi.l. ſi quis duas.§.1. item
nōn pōt dici territorium munitum caſtro, cum iura de di-
uerſo diſponant,vt C.ſi curia.l.vnica.lib.12. ¶Item videtur
expreſſum in dicto c.ego Ludouicus.63. diſt. & ibi tangitur
hæc quæſtio.pro hoc C.de bonis va.l. ſi quando. & hanc par
tem tenet Oldra.cuius eſt hæc quęſtio in ordine. 158.¶Vl-
timò quærit glo.pone, ꝙ iſte Rodulphus,iſta exceptione nō
oppoſita,proceſsit in cauſa: an valeat ſententia, vel proceſ-
ſus. Itē quęrit, ſi omiſſa exceptione maioritatis negocij,vel
perſonarum,iuxta formā c.ſedes.s̃.e.proceſſum eſt in cauſa.
glo.tenet, ꝙ propter talem omiſsionē iudicium non firmet.
quod approbat Io.An.in maioritate perſonarum,non nego
ciorum,per dictum c.ſedes. vbi circa perſonas vtitur hoc vo
cabulo,non includi.circa maioritatē rerū dicit,ſuper illis nō
debere audiri.Præterea coram delegato pōt fieri prorogatio
de re ad rem: non tū de perſona ad perſonā, vt j̃. de offi.de-
leg.c.P.& G.& hac rōne concludit Compoſt. ꝙ ſi impetratū
eſt reſcriptū ſuper eccleſiā.S. Nicolai diœce. Saginē. & da-
tus eſt libellus ſuper eccleſia ſancti Nicolai de ciuitate Sagi-
neñ.& non ſit exceptum, tenet ſententia, & proceſſus. quod
placet Io.An.ſecus eſt in perſonis: vt non teneat ſentētia,vel
proceſſus contra Titium ciuitatis Sagineñ. ſi impetratū fuit
reſcriptum contra Titium diœce.Sagineñ.quod no.

*S V M M Æ.*

1 *Fœminæ an ſuccedant in dignitate.*
2 *Succeſſor in dignitate tenetur ad debita prædeceſſoris.*

SIgnificauit Si conueniendus per clau-
ſulam [ quidam alij.] re in-
tegra moriatur ſucceſſor,per illud reſcriptum non po
terit conueniri.h.d.cōis diuiſio.ſecunda,ibi[ideoq;.] ¶No.
ꝙ expreſſo maiore certi generis,puta epiſcopo, ſub clauſula
generali[quidam alij]includitur maior perſona diuerſi gene
ris,vt comes.& hoc operatur hæc dictio,laicos: aliàs expreſ
ſo genere clericorum tantū, non poſſent laici conueniri vi-
gore dictæ clauſulæ.quod dic,vt s̃.e.c.ſedes. ¶ Secundò no.
1 † ꝙ fęmina ſuccedit in dignitate.quod eſt verū de conſuetu-
dine Gallicana: ſecus de iure cōi,vt in 10.col.tit.1.§. hoc au
tem notandum.vbi de hoc,& de ſucceſsione feudi.§. filia.j̃.
2 de arbi.c.cum dilecti.¶ Tertiò no. ꝙ ſucceſſor † in dignita-
te tenetur ad debita prædeceſſoris. quod intellige,ſi contra-
cta ſunt nomine dignitatis:aliàs ſecus.quid in delictis, an te
neatur ſucceſſor in dignitate.dic,vt j̃.de ord.cog.c. cum dile
ctus.& per Bar.in l.1.ff.de priua.delic.¶ Quartò no.ꝙ clau-
ſula[quædam alia]non extenditur re integra ad hæredes eo
rum,qui poterant conueniri vigore dictæ clauſulæ. & eſt rō,
quia tempore impetrationis non erant debitores. & licèt po
ſtea ſint effecti, non videntur literæ extendi ad debita poſt
contracta: ſicut nec ad beneficia poſt dationem literarum
creata,vt in c.literas.de reſcrip.in Clem.niſi efficeretur debi
tor ex cauſa debiti,vel alterius cauſæ præteritæ; quia trahere
tur ad præterita. Si ergo res non fuiſſet integra, poſſent hæ-
redes conueniri.rō eſt,quia inſtantia iudicij tranſit ad hære-
dem,vt l.ſi eum hominem.ff.de fideiuſſo.¶ Circa iſtum arti-
culum Dom.Ioan.de Lig.plenè diſtinguit,an reſcriptum trā
ſeat contra ſucceſſorem.dicas ergo,ꝙ aut reſcriptum nō po
teſt concernere ſucceſsorem. & non tranſit.7.q.1.c. petiſti.
aut poteſt: & tunc aut fit mentio,ſaltem generalis,& tranſit,
de exceſ.præla.c.propoſuiſti.aut nulla fit mentio: & tunc aut
res non eſt integra per conteſtationem, vel conuentionē. &
tunc tranſit, de foro compe. c. dilecti. aut res eſt integra: &
tunc aut is,de cuius ſucceſsione quæritur, erat comprehen-
ſus ſub clauſula generali:& tunc non tranſit, vt hic: aut erat
nominatus in reſcripto.& tunc aut fuit reſcriptum impetra-
tum contra dignitatem: & tranſit,de offic.deleg.c.quoniam
Abbas.aut contra perſonam proprio nomine:& tunc aut q̃-
rimus de ſucceſsione ſingulari: & non tranſit. fallit in caſu c.
1.de alie.iud.mu.cā facta. aut vniuerſali, & in hoc ſunt opi-
niones, quas vide in reg. is, qui in ius. in mercurialibus. hic
gl.videtur tenere,ꝙ ſi impetrans,vel ille,contra quem eſt re
ſcriptum impetratum, moriatur, re integra non tranſit ad
hæredes actiuè, & paſsiuè &c.

*S V M M Æ.*

1 *Ordo procedendi per literas apoſtolicas ſuper beneficijs impetra-
tis.*

EX inſinuatione. Non valent li-
teræ executo-
rię,in quibus impetrans falsè dixit monitorias præ
ceſsiſſe.h.d.hæc prima pars præcisè ponit partis querelam.
Secunda inſtruit executores,ibi[quocirca.] ¶No.primò or
1 dinem procedendi † per literas apoſtolicas ſuper beneficijs
impetratas. & eſt ordo iuris antiqui. hodie verò ſtatim dant
executoriæ.j̃.de conceſ.præben.c ſi capitulo. & c. ſi ſoli.lib.
6.allegant aliqui iſtam Decre. ꝙ per monitorias acquiritur
ius ad rem.& impetratio officij iudicis. ſed præbenda præte
rea non afficitur.de renuncia.c.veniens. per Ioan.de Ligna.
¶Quęrit Io.An.hic præfigitur certus ordo,& modus proce-
dendi iſtis iudicibus.quid ergo ſi ipſum non ſeruant, an erit
irritum ipſo iure quod agunt? videtur ꝙ ſic,per c.cum dile-
cta.s̃.e.& ff.manda.l.diligenter.In contrarium facit,qa ſen-
tentia contra ius litigatoris lata tenet, ſi non appellatur. de
re iudi.c.cum inter vos. Abb. diſtinguit inter clauſulas, quæ
concernunt iuriſdictionem(& habent locum iura contraria)
& clauſulas,quæ ſolam demonſtrationem faciunt,non arctā
tes iuriſdictionē. & ſi talis non ſeruetur,valet quod agitur,&
talis eſt iſte, ſecundū eū.¶ Vltimò op.dicit hic[ſuperſedere
curetis] &c. contra literæ executoriæ ſunt ipſo iure nullæ, ſi
nullæ monitorię præceſſerunt.So.dic,ꝙ verbū, ſuperſedere,
idem importat,quod iudices vigore ipſarum vlterius nō ꝓ-
cedant.quando in vno inſtrumento fit mentio de alio,an fa-
ciat dicta mētio plenam probationem, an debeat illud aliud
exhiberi.tangit hic glo.in fi.de quo dic, vt in Authen. ſi quis
in aliquo documento.C.de edendo.& c. abbatem. ne verbo.
ſigni.& c.contra morem.100.diſtin.& vide quod not.Inno.
in c.1.j̃.de proba.

*S V M M Æ.*

1 *Verbum præſentis temporis verificatur etiam in præterito.*
2 *Mandatum an importet neceſſitatem.*
3 *Vt,dictio aliquando ponitur exemplificatiuè.*
4 *Mandatum Papæ indiſtinctè eſt adimplendum.*
5 *Papa non præſumitur aliquem velle grauare.*
6 *Duo ſi prætendant habere ius in præbenda, vel beneficio,an poſſit
vnus agere contra alium.*

MAndatum. Secundùm D. Io. An.
poteſt iſtud c. ſumma
ri. Executor, cui ſcribitur, vt in certa eccleſia fa
ciat aliquem recipi cū clauſula [ſi ibidem pro alio non ſcri-
pſimus,qui huiuſmodi gratiam proſequatur] non debet exē
qui,ſi alius ibi receptus eſt de mādato ſcribentis.h.d.vel ali-
ter. Conditio de præſenti appoſita in literis ad beneficia in
fauorem eccleſiæ verificatur etiam de præterito, ſecundùm
1 intellectum glo.h. d. ¶ † No.verbum præſentis temporis a
2 verificari etiam in præterito.ſic econtrario verbum præteri-
ti temporis comprehendit præſens etiam in pœnalibus, vt l.
ſi quid.ver.quod ſi dum proponeretur.ff.de iuriſd.omn.iud.
quandoq; etiam verbum præteriti temporis porrigitur ad
futurum.vt no.in l.talis ſcriptura.ff.de leg.1.& vide quod ple
nè no.Bar.in l.ſi ita.ff.de au.& arg.leg. vbi plenè an præſens
tempus comprehendat futurū. ¶Secundò no.D.Io. de Lig.
2 de iſto ver.mandatum † an ſignificet neceſsitatem. & circa
hoc allegat iura,ꝙ qñq; eſt deprecatiuum, vt 22.q.4.c. Gili
ſarius.2.q.5.c.mandaſtis.& 1.q.1.c.filium.Interdum moni-
tiuum,vt s̃.e.c.eam te.& c.conſtitutus.Interdum conſultiuū.
de deci.c.ſuggeſtū.& de leg.2.l. cum pater.§.mando. & vi-
de quod no.in l.ob hæc verba.ff.de his,qui no.in fa.& ff.man
da.l.1.interdum eſt præceptiuum.j̃.de offi. archi.c.mandamus. facit 14.q.1.c.quod præcipitur.In dubio verò qualiter
aſſumatur,non dicit.ego credo,ꝙ ſecundū ſubiectā materiā
accipiatur vno modo,vel altero,vt l.ſi vno.ff.loca.& l. ſi ſti-
pulatus.de vſur.facit quod no.in c.intelligentia.j̃. de verbo.
3 ſigni.¶ Tertiò no.ipſe de dictione,vt † quæ quandoq; poni
tur exemplificatiuè:qñq; ſimilitudinariè, ſiue comparatiuè:
qñque conſecutiuè:quandoq; aduerſatiuè:quādoq; cauſati-
uè:quādoq; modaliter,vt hic in iuribus alleg. per eū. de qua
etiam tangit Bar.in l.1.de condi.& demon.ff. & in extraua-
gan.ad reprimendam.vbi de dictione, prout. ¶ Quartò nó.
4 ꝙ mandatum Papę † eſt indiſtinctè adimplendum:niſi aliud
de eius intentione appareat.& hoc verum,niſi cauſa rōnabi
lis oſtendatur, quare ille,cui mandatū dirigitur, non valeat
adimplere, vt in c. ſi quando.s̃.eo.Si autē de eius intentione
poſsit probabiliter dubitari,eſt ad ipſum recurrendū.de iu-
di.c.cum veniſſet. ¶ Quintò no.ꝙ non eſt præſumendum,ꝙ
5 Papa † velit aliquem grauare.concor.j̃. de auct.& vſu pa.c.
ex tuarū.& l.1.§.ſi quis à principe. & c.merito.ff. ne quid in
loco pu.¶Sexto no.ꝙ non eſt veriſimile,Papam velle graua
re eccleſiam in receptione duorum.cōcor.j̃.e.c.penul.lib.6.
¶ Venio ad oppo.primò op.ſic. conſtitutio, ſine lex debet
eſſe fundata ſuper dubio,vt s̃.eo.c.cum contingat.& l.quod
Labeo.ff.ad carbo.Sed hic erat ſcriptum pro iſto ſecundo[ſi
pro alio non ſcripſimus]&c.ergo cum pro alio iam eſſet ſcri
ptum,defecit conditio.& ſic deficiente conditione, nullum
fuit dubium,ſecūdum recipi non debere,contra iura prædi-
cta.ſol.dubium faciebat verbum, proſequitur. in literis ap-
poſitum,quaſi ille tantū impediretur,qui gratiam proſeque-
ret,non ille,qui iam proſecutus fuerat cum effectu,ſicut iſte,
de quo in tex.Sed hoc non obſtat. quia præſens trahitur ad
præteritū,vt s̃.c.proxi.c.nam concupiſcentiam. & de epiſ.&
cle.l.nulli.& in iuribus alle.s̃. vel ſi dicimus hanc clauſulam
[ſi pro alio non ſcripſimus] &c.ſemper in literis ſubintelli-
gi.dubitatio erat,an expreſſo vno modo,excludat alium mo
dum:qui tacitè ex iuris diſpoſitione intelligebatur. videbat,
ꝙ ſic,quaſi prouiſio in vnū caſum habeat alios excludere, vt
l.ſi.C.de pac.cōuē.& in c.ſuſceptū.e.tit.li.6.& l.ſi extraneus.
ff.de condi.ob cām.ſed contrarium determinat hic Papa:cu
ius rō eſt, quia prouiſio in vnum caſum de iure cōi non ex-
cludit alium venientē eodem iure.ſecus ſi veniret de iure ſpe
ciali:vel ēt ſi nullo modo ille caſus alius includebatur tacitè,
vel expreſsè: vt l.ſi.& C.de pac.conuen.& in d.c.ſuſceptum.
& l.qđ fauore.C.de legi.per Cy.facit l.ſi cum dotem.in prin.
ſo.ma.& iſtud eſt hic nouum dictū. potes etiā dicere, ꝙ ille
dicatur proſequi,qui iam receptus eſt: imò magis ab eo gra
uatur eccleſia,q̃ ab illo,qui expectat: ſicut debitor purè ma
gis eſt obnoxius,quàm debitor in diem, vt.j̃. de plus peti.c.
1.hoc enim onus.ſ.receptio iam facta habet cām ſucceſsiuā,
non momentaneam: quia ſemper in eo grauatur eccleſia;vt
dicimus in appenſo.ff.de iureiuran.l.eum qui.§.in populari-
bus.& quod ibi no.¶Secundò opponitur.dicitur hic,ꝙ ideo
non valuit gratia ſecunda,quia eccleſia grauaretur: ſed con
tra ſi mādatū Papæ det quicq̃ durum, debet impleri.19.diſt.
c.in memoriam. So.illud verum,qñ conſtat de intentione Pa
pæ:tūc enim debet impleri,vel cauſa oſtendi quare non poſ-
ſit,vt s̃.e.c.ſi qñ.ſed hic non conſtabat de intentione Papę.vt
s̃.dixi.¶Tertiò op valet ſpeciale mandatum impetratum ſu
per eo;ad quod extēditur generale, & ſibi detrahitur, vt s̃.
e.c.paſtoralis.multò magis debet valere ſecundum ſpeciale,
quod in aliquo non detrahit.nec in aliquo tāgit primum mā
datū, vt in caſu noſtri.c. diuerſorū enim diuerſa eſt ratio,vt
l.1.ff.de calum.ad hoc.j̃.de offic.ordin.c.dilectus. Solu. hoc
operatur hæc clauſula [ſi pro alio non ſcripſimus] &c. pro-
pter quam non curamus diuerſitatem beneficiorum,ſed idē
titatem eccleſiæ, quā Papa non intendit grauare:quinimo ꝑ
dictā eccleſiā à receptione pluriū releuatur ordinarius col-
lator,vt vno recepto in vna eccleſia, alium in aliam recipere
non teneatur,vt j̃.e.c.abbatē. vtilis eſt ergo clauſula prædi-
cta [ſi pro alio]vni eccleſiæ,& vni collatori, vt recipere aliū
non cogatur.& infert iſta ſolutio,ꝙ vbi ſine dicta clauſula[ſi
pro alio]ſcriberetur pro ſecundo, primi receptio non obſta
ret ſibi,quod inferius declarabo.¶ Cuius gratia hic princi-
paliter quæro de quæſtione prædicta,videlicet ſi quis impe-
trat in eccleſia,vbi pro alio ſcriptum eſt: nec in ſecundis lite
ris apponīt clauſula[ ſi pro alio non ſcripſimus.] &c. an va-
leāt iſtæ ſecūdæ literæ:videtur,ꝙ non, per hanc Decre. & c.
j̃.proxi.ſubeſt enim eadem ratio.ſ.grauaminis eccleſiæ, q̃ vi
detur eſſe cauſa nullitatis ipſius ſecundæ gratiæ,vt hic. ¶Itē
fruſtra dicta clauſula vſitata in literis apponi[ non obſtā. ꝙ
pro alio ſcripſerimus.] poneretur. ſi diceremus ſecundū de
bere recipi,per quo ſimpliciter eſſet ſcriptum contra id, qđ
habet.j̃.de priuileg.c.ex ore. In contrariū facit hæc Decre.
quia hic erat clauſula[ſi pro alio non ſcripſimus]ergo ſi non
fuiſſet,valuiſſent iſtæ literæ ſecundæ. & pro hac opi.facit.c.ti
bi qui.& c.ſi pro te.j̃.e.lib.6.& c.eum cui.& c. ſi clericus. &
c.quia ſæpe.de præben.eo.li.in quibus etiam ſecundus in ea
dē eccleſia conſequitur præbendā: nec aliquid dicitur in di-
ctis iuribus de prædicta clauſula [non obſtan.] vel alia: ſed
ſimpliciter pro ſecundo apparet ſcriptum fuiſſe. ad idē cap.
quāuis.j̃.e.lib.6.vbi reſtitutus ad gratiā habebit aliam præ-
bendam in eccleſia,vbi alius eſt receptus. ex quibus iuribus
manifeſtè colligitur,ꝙ vbi nulla clauſula apponatur, valent
ſecundæ literæ,& debet recipi,non obſtā. receptione primi.
& hanc op.tenet Goſ.hic,& in ſumma huius ti.Inn.Egi.Com
poſt.& Butri.s̃.e.in c. capitulum. Ber. hic tenet contrarium.
& iſtā opinio videtur approbari in c.pen.j̃.e.in glo. antepe-
nul.Hoſt.autem hic dicit,ꝙ aut pendet gratia primi.quia nō
dum eſt conſecutus præbendā: & tunc non valēt literæ, niſi
in eis ſit clauſula[non obſtan.] quaſi Papa nolit in eccleſia
tot reſeruationes pendere,vt in c.præſenti.j̃.de offi.deleg.&
hoc caſu vera opi. Ber. aut ille primus fuit conſecutus præ-
bendam: & tunc valent literæ ſecundæ, etiam ſine clauſula
[non obſtā.]& ſit vera opi. Goſ. & ſequaciū. & hoc verum,
ſecundū eum,niſi in literis eſſet clauſula[ ſi pro alio]qa tunc
primo conſecuto præbendam, non tenetur ſecundum reci-
pere.contra iſtam op.facit.c.pen.lib. 6. vbi primus iam erat
receptus.& tū gratia ſecundi non valet, vt hic per D.Ioan.de
Lign.qui prolixè,& diffuſè proſequitur iſtum articulum.col
lige ergo,ꝙ qñq; in literis ſecundis oppo.clauſula[ſi pro alio
non ſcripſimus.]& hoc concernit fauorem eccleſiæ, ne ſecū
dū recipe teneatur.quandoque apponitur clauſula[non ob-
ſtan.ꝙ pro alio ſcriptum ſit.] & hęc concernit fauorē impe-
trantis:vt non obſtet ſibi exceptio alterius.quod eſt verū, ſi
eſſet vnus receptus.Si autem duo,tunc clauſula[non obſtañ.
ꝙ pro alio.] &c. non opitularetur huic tertio impetranti.
de quo per Hoſt.in ſummā.e.c. §. quæ poſſunt obijci. ſub §.
hic autem.ante finem.ver.nec prodeſt.& ſe.quandoq; pro ſe
cundo ſcribitur,nulla clauſula appoſita. & tunc an receptio
primi obſtet huic ſecundæ.glo. ꝙ ſic. alij contra, vt ſuperius
dictum eſt.¶ Secundò quærit Inn.dicitur in tex.[ſi pro alio
non ſcripſerimus,qui huiuſmodi gratiā proſequatur]&c.qñ
dicatur primus non proſequi.dicit ipſe,tunc dicitur nō pro-
ſequi, quādo literis, vel iuri ſuo renunciauit:vel quando cō-
tra ipſum lata eſt ſententia,cui ac quieuit, vel vxorem duxit,
vel fecit contrarium clericatui,vt j̃.de apoſt.c.1. per Io. An.
idem

idem in illo, qui primam vacantem poſt præſentationē litera
rū non obtinuit.ῑ.de prębon.c.ſi clericus.lib. 6. non enim vi
detur pro eo ſcriptum, qui facit contrariū eius, quod ſcriptū
eſt, ſecūdū Inn. Quid ergo in eo, qui fortè diſtulit per annū,
an dicatur non proſequi. dicit, ꝙ non, obſt.c. plerūq;.ſ.e.qđ
loquitur de literis impetratis ad lites.non.n.qui differt, vide
tur renunciare.ff.de iudi.l.deſtitiſſe.& hoc verū, niſi ſecūdus
habens clauſulam huius c.petat præbendam, primo ſciente,
& tacēte.præiudicat enim ſibi, ſi patitur, ꝙ alter petat, quod
ad ipſum pertinet, ſeu ſpectat.& intantū, ꝙ nec auctoritate
illarum literarum aliam petere non poterit: quia de illa ſcri-
ptum non eſt, ſed de prima: aliàs propter ſuam negligentiā
in iam collata præiudicat ſibi primus, ſi Capitulum, cui ſic
ſcribitur, præfigit ſibi terminū ad proſequendum gratiam, ſi
poteſt: aliàs proſequetur ſecundus.ff.de op.leg.l. mancipio-
rum. ¶ Tertiò quæritur poſt Io.de Lig. quando eſt appoſita
dicta clauſula [ſi pro alio] &c. an iſtius ſecūdi literæ ſint nul-
læ, vel annullandæ ope exceptionis. Inno.in c.Capitulū.ſ.eo.
dicit, ꝙ ope except. ſunt elidendæ. quidam dicūt, ꝙ ſunt nul
læ ipſo iure. quia ſi Papa ſciuiſſet eccleſiā grauatam pro pri-
mo, pro iſto ſecundo veriſimiliter non ſcripſiſſet, vt hic. ad
idem.c.conſtitutus.ſ.e. contrarium hic renet dom. Ioan. de
Lig.& probat aliquibus rationibus, quas hic vide per eum.
¶ Circa hoc etiam incidenter quęrens, qua auctoritate dica
tur eſſe receptus iſte ſecundus. Si contra ipſum Capitulum
non excepit, ſecundū prædictam opp. diceretur receptus au
ctoritate apoſtolica.ῑ.e.c.cum aliquibus.lib. 6. Remanet tñ
hic dubium, an alius, qui habeat ius in beneficio, vel ad bene
ficium ante receptionem dicti Capituli poſsit exceptionem
opponere contra talem receptum, vt ſibi non præiudicet ſpō
tanea receptio Capituli. dicit Compoſtel. ꝙ ſic, ſiue iſte talis
habeat ius in re, ſiue ad rem. quod dictum no. ¶ Quartò quæ
ritur circa clauſulam [non obſtan. ſi pro alio,] &c. vel circa
clauſulam [ſi pro alio non ſcripſimus.] de qua in tex. an ſuffi
ciat dictas clauſulas ſic generaliter cōcipere: vel requiratur
declaratio ſpecialis, & ſpecifica. videtur, ꝙ ſufficiat genera-
lis, per iſtum tex. & ſimiles. ¶ Alij dicunt, ꝙ requiritur ex-
preſſa ſpecificatio per c. penul.in fi.ῑ.eo.lib.6.vbi dicit [ex-
preſſè] &c. dñs Io.de Lig. iſtam quæſtionē hic latè proſequi-
tur, & videtur tenere, ꝙ ſufficiat generalis appoſitio prædi-
ctarum clauſularū. ¶ Quintò quæritur, an primus præſen-
tans nondum receptus, puta A. poſſit ſe opponere contra ſe-
cundum prę̨ſentantem, puta. B. ne recipiatur. diſtinguit Cō-
poſt. ꝙ aut impetrauit ſuper diuerſo iure. aut ſuper eodē. Pri
mo caſu, puta quando vterque recipiendus eſt ex vi clauſu-
læ: tunc non intereſt ipſius A. ſe non opponere, vbi non au-
ditur. 2.q.6.c.ſolēt. & hoc verū, niſi inter ipſos eſſet quæſtio
de prælatione.ῑ.de conceſ. præben.c.auctoritate.lib.6. Si ve
rò impetret ſecundū ſuper eodem iure: vt quia Capitulū nō
teneatur recipere, niſi alterum tm̃.& tunc poteſt ſe oppone-
re: aliàs ſibi ſcienti pararetur præiudicium. opponeret autē
aſsiſtendo Cap. & docendo de iure ſuo: quod ſi docuit, abſol
uitur ab impetratione ſecundi. de re iudi.c.cum ſuper. iſte au
tem ſecundus, quem primus impugnat, poterit excipere con
tra primum tam contra perſonam, quàm literas. ſed nō ecō-
tra primus contra ſecundū, ſed tantūmodo de ſuo iure doce
re. ratio eſt, quia exceptio eſt actionis excluſio. & iſte ſecun-
dus contra primum non agit, ſed contra Capitulū: vnde non
poterit iſte primus cōtra ſecūdū exceptionem opponere, cō
tra quem actio non dirigitur, ſed econtra. quia contra iſtum
ſecundū primus ſe opponit, poterit ſecundus opponere con-
tra perſonam, & literas ipſius. ¶ Sextò quæritur. pone, ꝙ ſe-
cundus præſentans petijt præbendam à tertio præſentante,
poſſeſsionemq; præbendæ. tertius ſe defendit de iure primi,
cuius prætextu vult iſtum ſecundū repellere. qñ verò poſ-
ſit de iure tertij opponere, iſtam quæſtionem hic latè proſe-
quitur Compoſt. & in materia beneficiali eſt ſatis dubia. qa
cum plures nō poſsint idem beneficium obtinere, vt in c. cū
non ignores.ῑ. de præben. eoipſo, ꝙ poſſeſſor beneficij, à
quo beneficium vendicatur, opponit de iure tertij, vr̃ ſe ius
non habere, & ſuam turpitudinem allegare. & hac rōne di-
cunt Doct. ꝙ licèt per dictam exceptionē, ſi probauerit, ex-
cludat iſtum ſecundū: tñ & ipſe dicto beneficio officio iu-
dicis priuabitur, rōne dictæ confeſsionis, vt in c.per inquiſi-
tionē.ῑ. de elec. & de iſto articulo an quis poſsit opponere
de iure tertij. dic vt l.cum ſeruum.C.de ſeruis fugi. & p Bar.
plenè in l. 2.ff.de excep.& re iu. vbi plenè diſtinguit, ſic dicen
do. quandoq; opponitur de iure tertij ab rō, qui ſucceſsit illi
tertio. & vide quod no.in c.ſi quis in ius.de reg. iur. lib.6. &
quod vidiſtis in l.ſiccitatis.ff.de aqua plu.ar. qñq; opponitur
de iure tertij, vt fideiuſſor.& hoc vidiſtis in l.excep.ff.e.tit.&
ῑ.de duobus re.l.3. qñq; quis opponit de iure tertij prorſus
extranei. & tunc dic, ꝙ qñq; ius tertij eſt excluſiuum ipſo iu
re. qñq; non excludit, nec elidit: ſed partem de vtilitate iuris
agentis dimittit. primo caſu qñq; ipſo iure eſt excluſiuum iu
ris alterius. & tunc aut excluſiuum, ſiue velit tertius, ſiue nō.
quia tunc poteſt opponi de iure tertij, vt ſ. de rei vend.l.fi.&
l.cum ſeruum.cum ſua glo.C.de ſeruis fugi. quandoq; ius ter
tij eſt excluſiuum iuris agentis ipſo iure (ita tamen ſi tertius
vult:) & tūc de iure tertij non poſſum opponere, vt l. 2.ſi ager
vec.pe.cum glo.coniuncta l. 2.C.de iure emphi. quandoque
ius tertij eſt excluſiuum iuris alterius ipſo iure, etiam ſi ter-
tius non contradicat, licèt non requiratur voluntas, tunc po
teſt opponi de iure tertij, vt l.filio prę̨terito.ff. de iniuſto te-
ſta. etiam ad hoc eſt caſus in l.2.§.1.ῑ.de doli excep.coniun
cta glo.in l. eleganter. in prin. ſ.de dolo. quandoq; ius tertij
non elidit intentionem agentis ipſo iure. & tunc aut illud ius
ad hoc tendit, vt etiam alijs proſit. & pōt alius vti iure tertij,
vt l.ſi poſt mortem.§.fi.de contrata. quod intelligo, vt ibi di-
xi. facit l.ex duobus. ſi contra ius, vel vti.pu. aut ad hoc nō tē
dit. & tunc ſi non opponeret exceptionem de iure tertij con
uentus incideret in periculum, ꝙ teneatur ſoluere: & tunc po
teſt opponere, vt hic. & l.quā diu.ff. de bonis liber. & l.3.§.
cū extaret. de carbo. edicto. Si verò qs nō incidit in pericu-
lū: & tunc non pōt de iure tertij excipere, vt l. ſi quis exce-
ptionē.§.ſi quis nullum. de prę̨ſcrip.30.an.& l.ex libero.§.ſi
ex teſtō.de bon.poſ.l.ſerui.& l.militis vetera.C. de teſt.mili.
Tertio caſu quando partē de iure agentis vtilitatis dimittit:
tunc aut illud ius tertij eſt quædam acceſsio rei, vel perſonæ:
vt ſeruitutes reales, vel perſonales, vt vſusfructus: & non pōt
opponi de iure tertij. l.loci corpus.§.competit. ſi ſeruitus vē-
di. & l.fructus.in fi.de rei vendi.& de condi.inde.l. ſi vnum.
in fi. aut eſt ius per ſe, vt ius vtile dñij, quod habet emphiteu
ta, vel quaſi, tamen præſcriptum: & tunc de iure tertij poteſt
opponi, ſicut quando excluſiuè totius, vt no. per glo. in dicto
§.ſi nummi.in fi.& probatur in l. ſi quis excep.§.1. de præ-
ſcrip.30.an. & iſta eſt veritas, quicquid dicat Cyn. in dicta l.
cum ſeruum.C.de ſeruis fugi. vbi perfectè no. ¶ Septimò q̃-
6 ritur. ſi duo † prætendunt ſe ius habere in præbenda, vel in
beneficio per electionem, collationem, vel inueſtituram: an
vnus poſsit agere contra alium, & quo iure. tenet Compoſt.
ꝙ aget officio iudicis, ſi turbatur in ſui iuris proſecutione. &
quamuis non probetur turbationem præceſsiſſe iudicium
eoipſo, ꝙ reus comparet aſſerens ſe habere ius in beneficio,
hac aſſertione dicitur actorem turbare. & poſtquàm actor
de ipſius iure probauerit, condemnabitur reus, vt à turbatio
ne deſiſtat, arg.ff. vti poſ.l.is à quo. & ff. ſi vſusfruc.pe.l.fin. in
hoc tamē aduertendū, ꝙ iſte ad iudicium tractus abſoluet, ſi
ille, qui eum trahit, de iure ſuo non probauerit, poſito ꝙ de
iure ſuo nihil probet. quia ex defectu iuris actoris abſolutio
debet ſequi: nec poſitionibus actoris, per quas ius rei nititur
impugnare, reſpondere debebit. quod dic latius, vt hic per
Compoſt. qui etiam quærit. ¶ Octauò ſi quis petit præben-
dam, tanquàm ſibi debitam, quo iure aget ad ipſam conſe-
quendam



contra tertiū poſſeſſorem. dic vt in c. cum Bertol-
dus.ῑ.de re iud.& innuit hic, ꝙ officio iudicis. qđ ē ſpeciale
in beneficijs. in alijs actionibus non pōt ad rem debitā con-
tra tertium poſſeſſorē. imò plus, in materia beneficiali dicit
Compoſt. ꝙ ſi quis vult petere beneficium tāquàm ſibi debi
tum, pōt petere, ꝙ denuncietur omnibus, qui contendūt ius
habere in illo beneficio, ꝙ compareant infra certū tēpus de
fenſuri ius ſuū. & hæc denunciatio facta per iudicem præiu-
dicabit illis, qui præſentes fuerunt. & ſi plures comparēt, de
bent remitti ad eundem iudicē.ff. de liberali cauſa.l. cogni-
tio.§.ſi plures. ¶ Nonò quæritur, ān delegatus Papæ datus
extra curiam, qui pronunciauit præbendā debitam, & actori
conferendam, poſsit illā conferre. de Papa, & legato non eſt
dubium, ꝙ poſſunt. ꝙ aūt delegatus extra curiam ēt poſsit,
probatur. quia nihil intereſt, per Papā, an per ipſum delega-
tum dictū beneficium conferat: aliàs ſi pro collatione eſſet
expediens ire ad Papam, eſſet circuitus quidam vitandus. de
accu.c.petitionem. Item delegatus Papæ ſuā ſententiā exeq-
tur. de offi.dele.c.ſignificaſti.& c.in literis. Sed collatio ē exe
cutio ſententiæ, vt no. Inno.& Compoſt.ῑ.de offic.dele.c.ſup
eo. Item quia videtur conceſſa executio acceſſoria principa
li commiſsioni. de offi.dele.c.præterea. Item vr̃ caſus in c.au
ditor. de reſcrip.in Cle. quidā tenent iſtam oppo. ¶ Alij di-
cunt, vt recitat hic Compoſt. ꝙ talis delegatus non poterit
conferre. & hoc tenet hic Ioan.de Lig. Non obſtat c.auditor.
quia loquitur in auditore, qui habet ordinariā, ſaltem in co
gnoſcendo. noranter dicit tex. ibi, in Romana curia. & alijs
rationibus hoc probat, vt hic vide per eum, contra quā op. fa
cit. quia ſententia lata ſuper debito pſonali meretur execu-
tionem, vt C.de exec.rei iud. per totū. nec in executione req-
ritur nouus libellus, vel litis conteſtatio, vt no.in l. 1.C.de iu-
di. Sed cum delegatus Papæ exequatur ſententiam ſuā, vt in
d.c.ſignificaſti.& c.in literis. hic erit dare ſententiam delega
ti ſine poteſtate exequendi. Itē aut dicis corā Papa peti col-
lationem, ordinariè agendo, oblato libello. & ſolemniter agi
tato iudicio. & tunc pronunciatio delegati fuit fruſtratoria,
nec producit effectum ſententiæ: aut dicis Papam huic, pro
quo lata eſt ſententia per delegatum, conferre per modum
executiuum ſine libello, & parte non citata, iuxta no. p Inno.
in c.veniens.ῑ.de teſti. & tunc idem debuit facere delegatus,
vt dicto c.ſignificaſti.& dicto c.in literis.

ADDITIO.

a ¶ Verbum præſentis temporis. vide quæ no. Bar. in l.Celſus.ff.de vſu. Baldus. in l.iudicia.C.de rei ven.

*SVMMAE.*

1 *Verbum, per nos, ſimpliciter prolatum ab homine poſito in dignitate, refertur in dubio magis ad perſonam, quàm dignitatem.*
2 *Papæ intentio non eſt grauare eccleſiam.*
3 *Factum alterius proſequens, non dicitur aliquid de nouo facere.*
4 *Ius ad beneficium quæritur per literas monitorias.*
5 *Gratia morte Papæ non expirat.*

Literis apoſtolicis. Eccleſia, in qua primus
dedit monitorias, ſecūdus præceptorias, per primū,
non ſecundū cenſetur eccleſia fore grauata. h.d. primò man-
datum, ex quo iubet. Secundò ponit exceptionē. Tertiò ex-
primit cām. ſecunda ibi [non obſtan.] tertia ibi [cum factū.]
1 ¶ No. primò ꝙ verbum, † per nos, ſimpliciter prolatum ab
hoīe poſito in dignitate, refertur in dubio magis ad perſo-
nā, quàm dignitatem.ᵃ Et no. hoc ad aliud. faciunt enim iura
differentiā in alia materia, an exprimatur nomen perſonæ, &
an ſub noīe hæreditario grauentur, an nominibus proprijs,
vt l.nonnunquàm.ff.ad Trebel. nā verbū dubium, quod pōt
ad vtrūq; referri, refertur potius ad perſonā, q̃ ad dignitatē.
cōcor.c.ſi gratioſè. & quod ibi no.ῑ.e.lib.6. vn̄ ſi inſtituo A.
& B. fratres meos ex diſparibus portionibus, & ſubiūgo [fra-
tres meos grauo in cētū.] Si enim hæc oratio [fratres meos]
idem operatur, quod expreſsio perſonarum, tenebuntur ad
iſta centū pro virilibus portionibus: ſi ſignificant id, quod
hæredes, tenebuntur pro oneribus hæreditarijs, vt l. nonnun
quàm.ff.ad Trebel. in dubio iura ſe referūt ad hæreditatē, vt
l.Lucius.§.Mæuia.ff. ad Trebel. & ibi per Bar. quod dictum
2 facit cōtra ea, q̃ ſupra dixi. ¶ Secundò no. † ꝙ non eſt inten-
tionis Papæ grauare eccleſiā in receptione plurium. qđ ſine
dubio verū, qñ apponitur clauſula, de qua hic [niſi pro alio]
&c. Quid ergo ſi non opponit, ſed ſimpliciter ſcribit pro plu
ribus ſucceſsiuè ſine dicta clauſula: an eccleſia oēs recipere
teneatur, ardua eſt quæſtio, de qua dixi.ſ.c.mandatum.& ῑ.
3 eod.cap.ſi duobus.lib.6. ¶ Tertiò no. † ꝙ ille, qui factum al-
terius proſequitur, non dicitur aliquid de nouo facere, nec
grauare. non.n. aliquid dat, ſed datum ſignificat, vt in l.hære-
des palā.ff.de teſta.& l.vnum ex familia.ff.de leg.2. & l.ſi ſer
uo.de hære.inſti. Ille.n. qui exequitur, non cōfert aliquid no-
ui: ſed ille dr̃ conferre, & facere, qui mandauit, vt l. pater ex
ꝓuincia.ff.de manu.vindi. ¶ Ex quo collige quartò, ꝙ actus
ſumit vires, & cōſideratur reſpectu ſui principij, nō reſpectu
ſui finis. qđ facit ad q̄ſtionē porrorū. Si in vna parochia ſemi
nant̄, & naſcunt̄. & in alia trāſplātant̄, & creſcūt, cui decimæ
debeant̄. qđ dic, vt in reg.q prior. in mercur. vbi plenè, an in-
ſpiciamus principiū, an finē. de quo in cap.dudū. de elect. &
4 elec.po. ¶ Quintò colligit̄, † ꝙ p lr̃as monitorias quęrit̄ ius
ad beneficiū. qđ glo. prima non approbat. tu dic, ꝙ qñq; ius
acquirit̄ ad rē: qñq; in re, ſm̄ formā lr̃arum.ῑ. de prębē. c.ſi.
5 lib.6.& de cōceſ.ꝑbē.c.ſi ſoli.eo.li. ¶ Vltimò no. † ꝙ gr̃a non
expirat morte Papæ, ſi monitoriæ ꝑceſſerunt. qđ tetigi.ſ.eo.
c.cōſtitutus. ¶ Quærit glo. magna. hic dr̃, ꝙ nō intelligit̄ gra
uata eccleſia p ſucceſſorē, ſi gr̃am ꝑdeceſſoris exequit̄. quid
ergo ſi mādat executioni gr̃am, quā fecit eius delegatus, ſiue
legatus: an ipſe etiā poterit in eadē eccleſia prouidere. tenet,
ꝙ ſic, ſi exequitur factū gn̄alis legati: ſecus ſi ſpālis ad illum
actum. qđ dic, vt ῑ.de præben.cap.hi qui auctoritate.lib.6.

*SVMMAE.*

1 *Eccleſia dicitur multis modis ad abbatiam pertinere.*
2 *Prouideri an poſſit clerico de eccleſijs ſubditis abbatibus exemptis per iſtam formam directam diœceſano [prouideas tali clerico] in aliqua eccleſiarum tuæ diœceſis.*

Abbatem Diœceſanus, cui ſuperior,
mādat, vt ī diœceſi ſua, vbi
ꝓ alio non ſit ſcriptū, prouideat, vel faciat proui
deri, nō pōt id exequi, ſi beneficium illud ſpectaret ad colla-
tionem abbatis pro alio iam grauati. h.d. non diuidit̄, & con-
ſtructum incipe ibi [iure rō non permittit.] ¶ No. primò, ꝙ
huic abbati ſcripſit Papa, vt prouideret. poſtea ſcripſit epo,
vt faceret prouideri. & ſic ſunt duæ formæ diuerſę, diuerſum
effectum habentes. de quo.ῑ. de præben.cap. pro illorum.
¶ Oppo. & vr̃, ꝙ nulla fuerit dubitatio. c.ſi enim Papa māda
uit epo, vt faceret prouideri, niſi pro alio non eſſet ſcriptum,
& hoc eſſet ſcriptum abbati pro alio: nō vr̃ dubiū, ꝙ in eccle
ſijs dicti abbatis prouidere non potuit, vt ſ.c.mandatū. & ſ.
c.proxi. mandabatur prouideri in vna eccleſia. ſed hic abbas
multas habebat eccleſias: vn̄ licèt in vna receperit, videbat̄
poſſe epm in alia prouidere. ſed non eſt ita, qa hic grauabat̄
abbas in facultate collationis. ar.ca.ꝑūti. de offi. deleg.lib.6.
& habet hoc locū, vbi eſt iſta clauſula in ſecūdis, videlicet [ſi
pro alio non ſit ſcriptum.] ſi aūt non eſſet inſerta, an tunc in
eccleſijs huius abbatis, qui alium iam recepit, poſſet eps pro
uidere. ex dictis Inn. poteſt colligi, ꝙ non, qñ beneficia, de q
bus epiſcopus prouidere vellet, eſſent de mēſa abbatis, vel
ad eius collationē ſpectarēt. qa ſic idē grauaret. qđ intelligo
verū, qñ aliæ lr̃æ dirigunt̄ ad aliū. Si aūt ad eundem habētē
plures eccleſias, vt abbatem, de quo hic, non uideo, quare

non debeat prouidere ſecundo:licèt in alia prouiderit. ſicut
epſ ſi pluries recepit plures literas pro diuerſis: licèt aliæ de
alijs mentionem non faciant, debent omnibus prouidere.c.
ergo mandatum.ſ.eo.habet locum, quando in vna eccleſia
pro pluribus ſcribitur.Item quãdo vni ſpe habenti plures ec
cleſias,& alij generaliter ꝙ alij prouideat,vt hic: ſecus ſi ei-
dem ſcribitur,habenti plures litteras,vt prædixi.¶ Venio ad
quæſtiones.pone,ꝙ abbas contendebat cũ primo,quia eum
recipere recuſabat: an tunc poterit abbas ſe tueri aduerſus
epm.videt, ꝙ nõ,vt in c.ex eo quod.j.de regu.iur.ar.contra
de l.dicimus.ff. de excu.tu.primã partem,videlicet ꝙ nõ poſ
ſit,tenet Io.An.ſi in lite perſiſtit.j.de cenſi.c.cum olim.ſec ũ
dũ Pet.vide quod dixi.ſ.eo.c.Capitulũ. ¶ Secundò quæro .ſi
ſecundus impetrans primò præſentauit epo, deinde primus
abbati.dic,ꝙ non conſideratur præſentatio, ſed data,& hoc
ante prouiſionẽ.ſi aũt poſt præſentationem, & receptionem
primus præſentat.dicit Hoſt.Papã conſulendũ.quod intelli-
git Io.An.verũ,niſi reſcriptum haberet clauſulã cum de cre-
to,vt in c.tibi qui.j.eo.lib.6.præfertur tñ ſecundus, primo,ſi
primus fuerit negligens, vel nollet ad mandatũ abbatis lite-
ras exhibere,vt in cap.tibi qui gratiam.¶ Tertiò quæro,quæ
1 † eccleſiæ ſpectantes ad abbatem intelligantur exẽptæ. mul
tis enim modis poteſt ad abbatẽ eccleſia pertinere,vt j.de p
bẽ.c.de monachis.an ergo omni modo, quo ſpectant ad eũ,
erunt ligatæ manus epi. dicit Cõpoſt. ꝙ poſsit prouidere in
eccleſijs,vbi habet merum ius patronatus, non in alijs, quæ
2 eſſent de mẽſa,vel prouiſione abbatis.¶ Quartò quæro,†an
per iſtam formam directã diœceſano [prouideas tali cleri-
co in aliqua eccleſiarum tuæ diœce.] poterit prouidere in
eccleſijs ſubiectis abbatibus exemptis. Vin.ꝙ non,per c.gra
ue.j.de offi.or.Compoſt.contra.& bñ. Non obſtat.c.graue.
quia loquitur,qñ Papa ſcribit ordinario, ſuũ officium exci-
tando: ſecus ſi tanquàm cuilibet alij executori. licèt enim
monaſteria ſint exempta cum capellis: tamẽ ſunt in diœce.li
cèt non de diœceſi.facit Cle.1.de præben.in glo.ad hoc facit
quod no.Io.An.poſt Archi.j.eo.c.ſi propter.lib.6.¶ Vltimò
no.ꝙ ſicut ſpecies eximitur à gñe:vt ſ.eo.c.1. ita genus ſub-
alternum derogat generi magis lato.& non intelligas,ꝙ exi-
matur ipſo iure: ſed ita demũ,ſi ille,cuius fauorem reſpicit,
ſubalternum genus proſequatur, vt patet per dicta ſuperius.
Ita etiam dici poſſet de ſpecie certa exempta à genere, non
ipſo iure:ſed ita demum,ſi hñs illam ſpecialem gratiam, pro
ſequatur.facit l.ſi hæres. ff. de opt. lega. vbi legatum ſpecie
non impedit optionem in illa ſpecie.

*S V M M Æ.*

1 *Excommunicatus impetrat reſcriptum,& valet.*
2 *Excommunicatio iniuſta ligat.*
3 *Delegatus ſupplet negligentiam ordinarij.*
4 *Corrigere per ſeipſum malè geſta,honoris eſt.*
5 *Quis de facto proprio,in quo non cadit probabilis ignorantia,certus eſſe debet.*
6 *Excommunicator an cognoſcat de cauſa principali.*

A B excõmunicato. Excõica
tor, ad
quẽ ſcribitur,ꝙ excõmunicatum abſoluat: ſi cõ
tra cõciliũ illũ excõmunicauit,de hoc ipſe nõ cognoſcit: ſed
is,qui excõicatore negligente id exequi, fuerit deputatus.h.
d.Primò narrat factũ,ex quo inſurgit quæſtio .Secundò po-
nitur ſolutio,ibi[excõicatori.] quæ tria facit. Primò negati-
uè ſoluit.Secũda ibi[licèt]id,qđ faciebat dubium, remouet.
1 Tertia ibi[ſed illis]defectum ſupplet.¶ No.primò,† ꝙ ex-
cõicatus impetrat reſcriptũ, & valet. quod eſt verũ in cauſa
abſolutionis, vt hic.& j.e.c.1.lib.6.Super nullitate autẽ ſen-
tentiæ an poſsit impetrare.Hoſt. ꝙ ſic,vt no.j.de excep.c.ſi-
gnificauerũt.Io.An. contra.non eſt enim iſta defenſio (dicit
Hoſt.) ſed impugnatio: aliàs ſequeretur, ꝙ ſuper ſpoliatio-
ne,vel iniuria poſſet agere.quod eſt falſum,vt j.de iudi.c.in-
telleximus.& de excep.c.dilecta.ſecundùm Ioan. de Ligna.
2 ¶ Secundò no.† ꝙ excommunicatio iniuſta ex ordine, vel
a ex cauſa ligat.idem ſi ex animo.11.q.3.c.1. & de offi. deleg.
c.cum contingat.& de ſenten.excõmuni. c.per tuas. & c. ſa-
3 cro.vbi de hoc.¶ Tertiò no.† ꝙ negligentiam ordinarij ſup
plet delegatus.idem econuerſo.de offi. ordin. c.ſignificauit.
¶ Quartò no.ꝙ Papa mandat delegato,vt negligentiam or-
dinarij exequatur,quod ver.exequatur, imperſonaliter pro-
fertur.an aũt per ſe, vel alium.dicit Hoſt.ꝙ per ſe,ſi eſt ſacer
dos:aliàs faciet fieri per alium ſacerdotem, cum abſoluere
ab excõmunicatione ſit fori pœnitentiarij. contrariũ tenet
D.Io.de Ligna.& remittit ad no. de ſenten.excõ.c.à nobis.
4 ¶ Quintò no.† ꝙ eſt honor,per ſeipſum corrigere malè ge-
ſta,prius quàm ab alio corrigatur. 22.q.4. c.magnæ.& de
5 elect.c.noſti.in Authen.de nup.in fi.col.quarta.¶ Sextò†no.
ꝙ debet eſſe quis certus de facto proprio, in quo non cadit
probabilis ignorantia.ff.pro ſuo.l.fi.niſi in caſibus, quos no.
Bar.in l.1.de confeſ.ff. ¶ Recito apparatum huius cap. pro-
ut iacet.& capio glo.2.quæ incipit.ſed quæritur.quæ obijcit,
& reſpondet: quærit,& ſoluit:arguit,& remittit, & iudicem
inſtruit. ¶ Opponit ergo, & videtur, ꝙ non debeat remitti
excommunicatus iniuſtè ad excommunicatorem. quia eſt ſi
bi ſuſpectus.vt j.de ſenten.excõ.c.per tuas. So.vt in glo. Sed
tu latiùs ſic diſtingue. aut excommunicator eſt ordinarius,
aut delegatus. Primo caſu,aut non fuit appellatum, & fit re
miſsio.de offi.delega.c. cum contingat. niſi periculum ſit in
mora.de ſenten.excom.cap.venerabilibus.§.ſanè.lib.6.Si tñ
notorium eſt excommunicationem eſſe nullam, põt hoc ſu-
perior declarare.de app. c. ſolicitudinem. & vide in dicto c.
venerabilibus.§.vbi aũt.aut appellatũ: & tunc poteſt remit-
tere, ſi vult,ſed non tenetur.de ſenten.excom.c. per tuas. &
dicto c.venerabilibus §. ſi non conſtet. & ſe. Si aũt excõica-
tor erat delegatus,diſtingue ſimiliter: aut fuerat appellatũ,
vel non.primo caſu aut recepit appellationem,aut non.Si re
cepit:& abſoluere non põt.quia deſijt eſſe iudex.de offi. de-
lega.c.paſtoralis.§.preterea.Si aũt non recepit:& poteſt etiã
delegans abſoluere.j.de offi.deleg.c.paſtoralis.2.rñ. Si autẽ
non fuit appellatum: & tunc aut excõicauit ante diffinitiuã,
vel poſt,ſed nondũ eſt lapſus annus.& tunc ad eum fit remiſ
ſio,vt hic,& j.de offi.deleg.c.prudentiam.§. cæterũ. aut ex-
communicauit poſt diffinitiuã,& annus eſt lapſus: & tunc ni
hil poteſt ſine noua cõmiſsione.de offi.deleg.c.quærenti. Et
circa predicta not.vnum verbum Io.And.ꝙ ſicut appellatio
ſubſequens non ſuſpendit effectum excõicationis:ita & mul
tò magis non ſuſpendit effectum abſolutionis, quæ trahit ſe
cum ſuũ effectũ ſtatim,ſicut excõicatio. ¶ Quærit glo.nun-
6 quid excõicator † cognoſcat de cauſa principali, tenet ꝙ
ſic,ſi non fuerit appellatũ ab eo.Io. An. latius ſic diſtinguit.
aut erat cauſa inter excõicatorem, & excõicatum, & in lite-
ris erat clauſula[audiatis qcquid remãſerit qſtionis:]& dele
gati cognoſcent de principali, non attento,fuerit appellatio
iuſta,vel iniuſta, ne ſit excõicator iudex in cã propria.C. ne
qs in ſua cã.l.1.Si verò clauſula pdicta non erat appoſita, &
tũc nõ procedet,nec ẽt excõicator,ſed ibitur ad iudicẽ com
petentẽ Si non erat cã cũ tertio, & tunc aut non appellauit,
nec erat dicta clauſula.& tũc ſiue reperiant appellationẽ iu-
ſtã,ſiue iniuſtã remittent ad excõicatorẽ, vt cognoſcat de cã
principali,vt ff.de iudi.l.vbi cœptum.aut cõquerens appella
uit: & tunc aut delegatio nõ fuit facta cũ prædicta clauſula,
aut cũ ipſa.primo caſu remittũt, qñ reperiunt excõicationẽ
iuſtã:aliàs non, ſed ipſi cognoſcent.ſecundo caſu,qñ cũ ipſa
clauſula,tũc cognoſcẽt,ẽt ſi appellatio fuerit iuſta, ſm Ioan.
An.¶ Tertiò qro.ſtatutus eſt terminus excõicatori i lrĩs apo
ſtolicis,vt abſoluat:aliàs dati ſũt alij delegati,q mãdatũ apo
ſtolicũ exequãtur: an añ termini finẽ iſti poſsint abſoluere,
conſen-



conſentiente excõicatore,& partibus:videtur,ꝙ non. qa an
te finem termini non habẽt iuriſdictionẽ. ergo cõſenſus par
tium non põt ipſam eis conferre.& hanc rõnẽ tenet Innocẽ.
Hoſt.contra,quaſi in fauorẽ prædictorum.ſ.excõicatoris,&
partium terminus ſit ſtatutus,cui licet renunciare. Si aũt ex-
cõicator ante finem termini dicat, ego nolo te abſoluere:an
ſtatim,vel expectato fine termini,iſti delegati abſoluere de-
beant.Io. An. videtur inclinare,ꝙ ſtatim poſsint, non expe-
ctato fine termini.quia in incertis,non certis &c.contra op.
iſtam facit c.cõmiſſa.de elec.lib.6.facit quod no.Bar.in l.il-
la ſtip.ſi Calendis.de verb.obli.& hanc quæſtionẽ cũ præce-
denti no.quia ſubtiles ſunt.¶ Tertiò quæro,ſi poſt terminũ,
& iuriſdictionẽ deuolutã ad legatũ excõicator abſoluat, an
teneat abſolutio.quidam, ꝙ ſic. quia etiã poſt terminũ reti-
net iuriſdictionẽ.Alij dicunt hoc verũ,ſi partes conſentiant,
& delegati pronuncient excõicationem iuſtã: aliàs ſecus. &
de his quæſtionibus pleniùs vide per Io.de Ligna.

ADDITIO.

a ¶ Quod excõicatio iniuſta. Adde tex.in c. ſententia paſtoris. & in c.cui
eſt illata.11.q.3.Tamen fallit in multis caſibus, qui enumerati ſunt in
gl.in c.per tuas.de ſen.excom.in verbo in quibus caſibus.gl.ord.in c.præ
ſenti.in verſi.cautelam.de ſen.excom.lib.6.

*S V M M Æ.*

1 *Impetrans reſcriptum ſi tacet verum, & exprimit falſum, non valet.*

1 S I proponente. Impetrans † benefi-
cium, verum tacens,
vel falſum exprimens,repellitur. adducit glo.hic mul
ta iura,ꝙ de modicis non curamus, contra determinationẽ
huius c.plura etiam colligit,Io.An.& Archi.in c.non poteſt.
de præben.lib.6.& ex iſtis iuribus videntur Doct. noſtri ſu-
mere regulam generalem, ꝙ de minimis non ſit curandũ,
niſi in caſibus expreſsis in iure. Iac. But. in l.in rebus.§.poſ-
ſunt.ff.cõmoda.dicit,ꝙ regulariter curamus de minimis, vt
j.de rerum diui.§.gallinarũ.& no.in l.ſi neceſſarios. in prin-
cip.ff.de pigno.act.fallit in caſibus.vbi agitur de iure ſpecia-
li ad reſciſsionem actus, qui tenuit de iure cõi, vt in actione
de dolo.in reſti.in integ. & alijs remedijs reſciſſorijs introdu
ctis iure ſpeciali,vt ff. de reſti. in integ. l. ſcio. & de dolo.l. ſi
oleum.¶ Quãdo autem ageretur ex pacto, vel pro iure meo
conſeruando,etiam de minimis eſt curandum. vnde ſi debi-
tor reſtaret ſoluere vnum nummum, non teneretur creditor
reſtituere ſibi pignus. Item ſi vendo rem tibi cum pacto, ꝙ
ſi alius plus obtulerit,ſit inempta,offerendo nummum plus,
inempta erit,vt l.res bona.ff.de contrahen.empt.Item ſi de-
ficeret nummus in ſolutione canonis,poſſet dñs emphytheu
tam expellere.& ſi ſub conditione, ſi centũ dedero, legetur
mihi fundus:ſi nummus deficeret ad centum,non debeo fun
dum conſequi,vt ſentit glo. in d. l. res bona. de quo dic per
Cy.vt in d.§.poſſunt.in additionibus. & per Bar. in l. ſi pro-
prietarius.ff.de damno infec. ¶ Vltimò diſputat, an ille,qui
tacet in impetratione beneficij modicum beneficium, quod
habebat, an valeat impetratio. dic vt habetur.j. de præben.
c. ſi motu proprio.lib.6.

*S V M M Æ.*

1 *Reſcriptum commodari non poteſt.*
2 *Reſcripta ad futuras lites non extenduntur.*
3 *Reſcriptum contra eum, cum quo quis litem non habet, non valet.*
4 *Reus ſuper vno negocio coram diuerſis iudicibus trahi non debet.*
5 *Actor debitorem obligatum pluribus actionibus perſonalibus corã pluribus iudicibus conuenire non debet.*

Q Via. Septem ſpecies fraudis ponũtur in hac
Decre. quarum tres committuntur in
impetrando. quarta in abutendo literis impetra-
tis.pœna verò cõis eſt omnibus amiſsio literarum, & cõdẽ
natio expenſarum.¶ No.ꝙ cum plures cõueniunt in eodem
nomine,quid tunc erit de reſcripto:videtur non valere, rõ-
ne incertitudinis,per no.j.de offi.delega.c.qm̃ abbas. & cir
ca hoc vide,quod no. Specu.in ti.de cita.§. 1. ver. quid ſi. &
ver.ſe.vbi de iudice,& reo,qui conueniunt cum alijs in nomi
ne.hi tamẽ,qui tradunt taliter literas, tenentur de falſo,ſicut
ſupponentes partum.ff. de fal. l. falſi nominis.recipiens ſciẽ-
ter eadem pœna tenetur: ſecus ſi ignoranter, niſi poſtea ſci-
uiſſet, & vſus eſſet, ſecundùm Ioan. And. ¶ Secundò no.ex
1 hoc tex.† ꝙ reſcriptum non põt commodari, ſicut nec pal-
lium.j.de vſu pal.c.ad hæc.ex quo infert Io.An. ꝙ cedẽs iu-
ra, non põt tradere inſtrumentũ ceſsionario:licèt ergo per
modũ ceſsionis inſtantia iudicis transferatur, vt l. in cauſæ.
§.ſi tu ex parte.ff. de procura. tamen facultatem, quæ mihi
competit per reſcriptum in conueniendo debitorem,nõ poſ
ſum cedere.quod eſt notandum,arg.j.c.pe.& ſ. de offi.dele.
quandoq; tamen reſcriptum ab vno impetratum alteri pro-
deſt,vt in re indiuiſa.C.de diuer.reſcrip.l.1. ¶ Tertiò no.in
2 ver.aut literas: † ꝙ reſcripta non extenduntur ad futuras li-
tes. multa bona ſimilia ſunt in glo. & an idem in reconuẽtio
ne, cum non poſsit fieri ſuper debito contracto poſt ipſam
delegationem.dic,vt j.eo.c.diſpendia.lib.6. & intellige, ꝙ
ad futuras lites non trahitur, ſi opponatur: aliàs tenet ſentẽ-
tia,vt j.de offic.delega. c.cum olim abbas.ſecundũ Hoſtien.
3 ¶ Quartò no.in ver.quiſq; illas.ꝙ non valet impetratio†cõ-
tra illum,cũ quo litem non habet, quos exemplifica,vt hic in
nouella.vbi quæritur,an ex ſola vocatione puniatur.remittit
ad no.in c.ſi diligenti.de foro comp. vbi plenè de hoc.Hoſt.
tenet in hoc cum caſu huius c.ꝙ ex ſola vocatione puniatur,
vt hic dicitur.& hoc verum,ſi vocatus venit: aliàs non puni-
tur.quia non intereſt ipſius,ſecundũ Io.An.Ego pro hoc al-
leg.l.quãuis.ff.de in ius voc.¶ Quæritur etiã circa hoc, quõ
hoc poterit ſciri, ꝙ nihil habeat quæſtionis ad elidendã iuriſ
dictionem iudicis: cum hoc debeat diſcuti in proceſſu cau-
ſę,non in ingreſſu iudicij.dicit Io.And.ꝙ ſummatim hoc di-
ſcutiet iudex,ſi reus habeat exceptionem, & oppoſuerit, ad
eius iudicium declinandum. quod dictum tene menti ad no.
in c.ſuper literis.ſ.e.¶ Quintò not.in verſi. ſeu quamquàm,
4 † ꝙ ſuper vno negocio nõ debet reus trahi corã diuerſis iudi
cibus,puta plures rei credendi. dic, vt in l.ea tñ.§.fin.ff.iudi.
ſol.& ff.de libe. cauſa. l.cognitio. §. ſi plures. facit. ff. de qui
re.ad eum.iudi.eatur.l.1.& l.huiuſmodi. §. fina.ff.de lega.1.
5 ¶ Sextò no.in ver. vel etiam. † ꝙ actor non põt debitorem
obligatum pluribus actionibus perſonalibus conuenire co-
ram pluribus iudicibus. circa quem articulũ breuiter ſic di-
ſtingue.aut loquimur in actore, aut in reo. Primo caſu,aut
actor vult trahere reum ſuper pluribus actionibus perſona-
libus coram diuerſis ordinarijs competentibus. & tenent In
no.& Compoſt. ꝙ poſsit.quia non reperitur prohibitum,li-
cèt B.hic cõtra.aut ſuper vna cauſa corã delegato,ſuper alia
coram alio: & idem.& hoc tenet Io.An.licèt Io. Mo. contra
in c.diſpendia.aut coram diuerſis delegatis. & tunc aut ſup
perſonalibus actionibus:& non poteſt,vt hic.& aduerte, qa
dico,non poteſt trahere.non dico,ꝙ non valeat impetratio,
immò valet:& prima lite finita, ſuper alia poterit vti reſcripto
impetrato:licèt non,prima lite pendente.& hoc dicit Ioan.
And.ſuper ver.per varias.aut actor vult conuenire reum ſu-
per pluribus realibus coram diuerſis delegatis. & tunc po-
teſt,ſecundũ Ber.Gof.Inno. & Compoſt.Hoſtien.diſtinguit,
quòd aut eadem res petitur actione reali pluribus de cau-
ſis.& idem,quod in perſonalibus, quòd ad eundem iudicem
impetrantur. Si autem petuntur diuerſæ res actione reali:
& tunc aut ſunt in eodem territorio:& idem, quod in per-

3 *Capitulum ſine epiſcopo non poteſt noua ſtatuta facere.*
4 *Conſenſus epiſcopi ſuperueniens, an confirmet ſtatutum Capituli.*
5 *Capitulum in condendo ſtatuta an teneatur ſequi conſilium epiſcopi.*

CVm conſuetudinis. ¶ Capitu-
lum ſine conſenſu epiſcopi conſuetudines, vel ec
cleſiaſtica ſtatuta tollere non poteſt. hoc dicit. nõ diuiditur.
1 ¶ No. primò, ꝙ auctoritas † conſuetudinis non eſt leuis, de
2 cuius effectu dicetur infra c. fi. ¶ Secundò no. † ꝙ plerũq; di
a ſcordiæ [a] pariunt nouitates. & ideò dicit lex [in nouis rebus
conſtituendis euidens debet eſſe vtilitas] ff. de conſti. prin. l.
3 in rebus. ¶ Tertiò no. ꝙ Capitulum † ſine conſenſu epi non
poteſt noua ſtatuta facere, vel antiqua mutare. de quo arti-
culo dic, vt ĩ. de verbo. ſign. c. conſtitutionem. lib. 6. ¶ Quæ
4 runt Doct. an conſenſus † epi ſuperueniens confirmet ſtatu-
tum Capituli. dic, ꝙ non. Non obſt. l. per fundum. ff. de ſerui.
vr. præ. & l. eſt receptum. ff. communia prædio. vbi vltima cõ
ceſsio corroborat præcedentes, quæ fuerunt inualidæ à prin
cip. Sol. quandoq; illud, quod actum eſt, tenuit, vt in dictis le
gibus, vbi ſola executio impediebatur: ſed valebat conceſsio
quò ad eos, qui conceſſerunt: & tunc poteſt poſtea confirma
ri, vt ibi. qñque actus à principio eſt nullus: & tunc non põt
confirmari per ſubſequẽtem conſenſum, vt ĩ. de elec. c. audi-
tis. vnde tenet hic Cõpoſt. ꝙ ſtatutum Capituli factum ſine
conſenſu Capituli non confirmatur per ſubſequentem epi-
ſcopi conſenſum, vt in d. c. auditis. Et hæc vera, cũ iura exigũt
conſenſum ad confirmationem actus. qñque verò exigit au-
ctoritas ſuperioris. & tunc debet ſemper præcedere: nec ſuf-
ficit, ſi ſequatur. quod dic, vt plenè not. in c. dudum. de re. ec.
non ali. lib. 6. pro hoc l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de ac-
qui. hære. & ĩ. de offi. dele. c. prudentiã. ſuper fi. 2. glo. in ver.
non obſtat. & vide quod legitur, & no. ĩ. de his, quæ fi. à præ.
5 c. 2. & 3. per Io. An. ¶ Quærit gl. magna, † an teneatur Capi-
tulum in condendo ſtatuta ſequi conſilium, & voluntatẽ epi
ſcopi: an ſufficiat ipſum requirere. & no. glo. an quando quis
tenetur requirere conſiliũ, debeat illud ſequi. de quo dic, vt
ĩ. ne ſede va. c. 1. & per Bar. in repetitione l. 1. §. ſi plures. ff.
de exercit.

ADDITIO.

a ¶ Diſcordiæ. Adde gl. in c. cæterum. de iuram. calum. gl. 1. c. literas. de
coniu. lepro.

*SVMMAE.*

1 *Conſuetudo, per quam quis inducitur ad peccandum, non valet.*
2 *Prodigalitatis vitium reprobatur.*
3 *Vxor adulterans venit punienda.*

1 EX parte. ¶ Non valet conſuetudo, † p
quam quis inducitur ad peccã
dum, vel propria bona diſsipandum. h. d. Primò re
citatur duplex praua conſuetudo. Prima fauens marito pro
digo, & luxurioſo. Secunda fauens vxori adulterium cõmit-
tenti. Secũda pars ipſas reprobat, ibi [tenore.] Supra in præ
cedentibus proxi. c. dictum eſt de conſuetudinibus decernẽ-
tibus iudicialia, extraiudicialia eccleſiaſtica ſacramenta, &
eccleſiarum ſtatum. in hoc c. tractatur de conſuetudine con
cernente laicos, quas ideo ad Papam pertinet reprobare:
quia dant materiã delinquendi, & fauent iniquè agẽti. & iſta
ratione dico, ꝙ non valet ſtatutum laicorum, quo cauetur, vt
ſpurius ſuccedat patri. & ita tenet do. Fede. de Sen. in conſil.
ſuis. & Bar. in l. teſtamenti factio. ff. de teſta. ¶ No. ergo, ꝙ p-
a digalitatis [a] vitium † reprobatur à iure, ſeu vituperatur: qđ
2 prouidet, ne prodigus diſsipet bona ſua, dando curatorem
bonis. quod dic, vt plenè no. Bar. in l. is cui bonis. ff. de verb.
oblig. & innuit iſte tex. ꝙ prodigus alienando, amittat bona
ſua, & valet alienatio: vnde ſi quis emeret fundũ à prodigo,
quem ſcit ſtatim pecuniam conſumpturum in ludo, vel mere
tricando, tenet alienatio. lex tñ vr̃ dicere contrarium in l. ſi
quis cum ſciret. ff. pro empto. facit l. ſi verò. §. ſi adoleſcens
luxurioſus. ff. mãda. ¶ Secundò no. ꝙ ſi vir amiſit bona pro-
pria propter culpã, ſiue caſum, non poſsit à bonis vxo. habe
re recurſum. & hoc qñ malo modo. ſi aũt caſu fortuito, an
vxor de bonis proprijs ipſum alere teneatur. dic, vt no. Spec.
in c. qui fil j ſint legitimi. & l. ſi ſtipulatus. ff. de iure do. & hæc
conſuetudo erat praua. quia in his, in quibus vir vergit ad in
opiam, iura fauẽt mulieribus ſuper dote conſeruanda, vt ſe,
& ſuos alat, vt l. ſi conſtante. ff. ſo. ma. & l. vbi adhuc. C. de iu-
re do. Iſta autem conſuetudo in bonis proprijs mulieres ag-
grauabat, fauens malis maritis, qui coercendi ſunt etiam
egeſtate, vt in iuribus hic allegatis in gl. ¶ Tertiò no. ꝙ vxor
3 adulterans † non eſt præmianda, ſed punienda in amiſsione
bonorum, ideſt dotis, vt dicit glo. & bonis parafernalibus, vt
no. in c. plerũq;. ĩ. de dote poſt diuortium reſti. & intelligo in
dote, cuius exactio ſol. ma. ad ipſam ſpectat. ſi autem ſpecta-
ret ad patrem, vel cõmuniter ad vtrũq;, vel extraneum ex
ſtipulatione: an propter adulterium mulieris priuaretur pa-
ter, vel extraneus iure ſuo. not. in l. conſenſu. C. de repudijs.
vbi de hoc in glo. vt tñ. ¶ Vltimò no. Io. An. quare iſta cõſue
tudo erat reproba. dicit, quia exceſſerat terminos pudoris.
Vnde Ber. Omne flagitiũ, ſi terminos pudoris exceſsit, om-
nia criminibus auget, & ſemper ad deteriora procedit. Dicit
enim, ꝙ licèt in iſto c. prodigalitas reprobetur: tñ mediocri-
tas commendatur. alleg. Tullium lib. 2. de offi. ſic dicentem.
Non ita claudenda eſt res familiaris, vt eam benignitas ape
rire nequeat: nec ita aperienda, vt omnibus pateat.

ADDITIO.

a ¶ Prodigalitatis. Adde Card. in Cle. 1. de reliq. & vener. ſancto.

*SVMMAE.*

1 *Conſuetudo non derogat iuri diuino.*
2 *Peccatum ex diuturnitate temporis aggrauatur.*
3 *Peccatum ligat animam.*
4 *Conſuetudo iuri naturali derogare non poteſt.*
5 *Conſuetudo iuri ſcripto non præiudicat.*
6 *Conſuetudo rationabilis quæ dicatur.*
7 *Ad conſuetudinem inducendam quantum tempus requiratur.*
8 *Conſuetudo quare in iudicium deducatur.*
9 *Conſuetudo qualiter probetur.*
10 *Iudex an debeat ſe informare de conſuetudine.*
11 *Extraneus an obligetur ad conſuetudinem.*

1 CVm tantò ſint. ¶ Conſuetudo
† non derogat
iuri diuino, cuius tranſgreſsio peccatum inducit.
nec poſitiuo, niſi rationabilis & præſcripta. h. d. diuiſio pa-
tet. qa ſunt duæ partes. Secunda, ibi [licèt.] Primã partẽ exẽ-
plificat etiam in mechia. pone, ꝙ eſt conſuetudo, vt ſi poſt
certum tempus vxor non procreet liberos, vel efficiatur de-
formis, liceat retinere concubinã. talis enim conſuetudo nul
lo tpe confirmatur. & idẽ dicit Hoſt. ſ. non valere cõſuetudi-
nem, vel ſtatutum, ꝙ pro homicidio ſoluat quis pœnã pecu-
niariã. ad hoc ſ̃. c. proxi. & in Authen. de man. prin. §. opor-
tet. coll. 2. & per Hoſt. in ſumma huius ti. §. 4. in fi. & ver. quid
ergo. vbi quærit, an valeat conſuetudo, ꝙ quis poſsit pigno-
rare debitorẽ propria auctoritate. tenet, ꝙ non valet contra
inuitum debitorẽ: ſed contra volentem ſic. ſuper hoc poſſet
dici, ꝙ prætextu conſuetudinis ſi creditor non reperit reſiſtẽ
tem, põt ingredi, aliàs non. Idem dicimus in illa q. an iudex
poſsit dare licentiam ei, pro quo lata eſt ſententia, vt ipſam
exequat̃ propria auctoritate. de qua per Bar. in l. iuſtè. ff. de
acquir. poſ. & l. tertia. C. de pigno. vbi plenè per eum. an ex
conuentione hoc poſsit creditor. ſ. propria auctoritate ingre
di. & ad propoſitum applicando hæc duo ſimilia poſſet tra-
di regula: ꝙ illa, quæ poſſunt per pactum, & per ſententiam,
ſiue ſtatutum induci, poſſunt etiam per conſuetudinem. fa-
2 cit quod no. in rub. de decre. decur̃. lib. 10. C. ¶ Not. hic † ꝙ
ex diuturnitate temporis aggrauatur peccatum. quod intel-
ligitur verum in delicto continuato. ſecus in delicto momen
taneo, quod non recipit reiterationẽ: vt homicidium, in quo
magis punitur quis hodie, quàm quia 10. annis elapſis illud
commiſit, vt in l. ſi diutino. ff. de pœnis. Item intelligo verũ,
cum quis vult per diuturnitatem tẽporis præſcribere ipſum
actum delinquendi: ſecus aũt ſi impunitatem delicti iam cõ
miſsi. quia tunc pœna infligenda præſcriptione tẽporis abo-
3 letur, vt l. querela. C. de falſ. ¶ Secundò no. ꝙ peccatũ † ligat
animam. ligatur enim anima per peccatum, ſicut corpus per
vincula, vt ĩ. de depo. c. vno. ſecũdũ Fran. Vercel. & loquitur
iſte tex. ꝙ anima ligatur. ¶ Sed ego dico, ꝙ quò ad noſtrum
propoſitũ iuris ſcripti, ꝙ in delictis eſt dare, ſeu reperire p-
ſonalem obligationem, etiã quò ad fiſcũ. quia ille, qui delin-
quit, videtur conſentire in pœnam, vt l. 1. §. beſtias. ff. de po-
ſtu. quinimo plus dicunt quidam, ꝙ in delictis oritur fiſco ta
cita hypothecaria in bonis delinquẽtis, vt C. pœnis fiſcalibus
credi. præferri. l. vnica. lib. 10. contrariũ not. in l. reſcriptũ. ff.
de pact. & l. aufert. §. fiſcus. ff. de iure fiſci. & dic, vt not. Guil.
de Cu. in l. reſcriptum. & ibi per D. Baldum. ¶ Tertiò no. re-
4 gulã, ꝙ conſuetudo † non põt derogare iuri naturali. de quo
ĩ. dicam in prima qõne. de ſtatuto, vel priuilegio contrario
iuri naturali dic, vt ſ̃. de conſti. c. quæ in eccleſiarũ. ¶ Quar-
tò no. in ver. licèt. ꝙ cõſuetudo † nõ præiudicat iuri ſcripto,
niſi ſit rõnabilis, & præſcripta: qñ autem ſit rationabilis, tra
5 ctat glo. quæ incipit. quã conſuetudinem, & quãto tempore
dicatur præſcripta, tãgit glo. magna. ¶ Venio ad oppoſitio-
nes. & primò opponitur, & videtur, ꝙ ius naturale ſit muta-
bile: & ſic poſsit tranſgredi ſine peccato, vt patet in præce-
pto circuncifionis, Gene. 17. c. & habetur de bap. c. maiores.
§. cum ergo. Sol. quædam ſunt pcepta moralia: quædam mi-
ſtica, quorũ alia ſacramentalia, alia cerimonialia. de quibus
no. 6. diſt. §. vltimo. & 25. q. 1. §. ſunt quidam. vbi de hoc. tex.
ergo iſte loquitur de pceptis moralibus. contraria de miſti-
cis. ¶ Secundò opponitur, & vr̃, ꝙ etiã moralia ſint mutabi-
lia. nã conſuetudo iudæorum excuſat à pcepto morali, ſcili-
cet mechię, vt patet in c. gaudemus. in fi. ĩ. de diuor. Solu. vt
ibi patet. nõ excuſat à culpa: ſed repudians non agit, nec ex
cipit, cũ fuerit in culpa. ſimile de eo, qui cog. conſan. vxo. ſuæ.
c. diſcretionem. facit. ĩ. de conſe. eccle. vel alta. c. aqua. in fi.
¶ Tertiò opponitur de c. ſuper eo. de cog. ſpirit. vbi cõſuetu
do vincit legẽ diuinã, ſeparando matrimonium aliàs licitum
contra illud. Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. ĩ. de
tranſla. per totum. So. vt ibi per Io. An. & de conſan. & affi. c.
quod ſuper his. in vl. glo. per eum. ¶ Quartò opponitur de c.
denique. 4. diſt. Sol. vt ibi in glo. arg. & hæ oppõnes reſpiciũt
primam partem c. ¶ Quintò opponitur ad §. licet. & videt̃,
ꝙ conſuetudo piudicet iuri poſitiuo, cũ ſit illius derogatrix,
interpretratrix, & conditrix. primũ patet. ff. de legi. l. de qui-
bus. in fi. ſecundũ in l. nam ad ea. & l. minimè. in fi. ff. e. ti. ter-
tium Inſti. de iure na. & ciui. §. ſine ſcripto. & 2. diſt. c. eccle-
ſiarum.

ſiarum.de ſepul.c.de vxo.& c.certificari.eo.ti. Io.An.recitat
multorũ oppoſitiones. Sed illa planior,videlicet ꝙ qñq; cõ-
ſuetudo eſt præter ius poſitiuum : qñq; cõtra ius poſitiuum.
ſi præter:& eſt ſaluanda,ſi ſit laudibilis,etiã ſi non ſit præſcri
pta.11.diſt.c.in his.& ff.de legi.l.diuturna.Si verò eſt contra
ius ſcriptũ,requiritur,ꝙ ſit præſcripta, & laudabilis , vt hic:
aliàs ipſum non tollit,& hoc voluit dicere lex,dũ dicit [vali-
tura momẽto.vt aut rationem vincat, aut legem.]quæ verba
Greg.hic,intelligens per hæc verba [rõnẽ,aut legem,] ideſt
ius poſitiuum. & per iſtud [momento] quaſi non ſtatim ſibi
præiudicet,ſed cum legitimè ſit præſcripta. ¶ Sextò opponi
tur, & videtur , ꝙ conſuetudo legi contraria non poſsit eſſe
rõnabilis.quod ſic probatur.Ius eſt quicquid rõne conſiſtit.
1.diſtin.c.conſuetudo . Si ergo ius ſcriptum ſuper rõne fun-
datur, neceſſariò concluditur , ꝙ ſi huic aduerſetur conſue-
tudo,erit irrationabilis.Sol.circunſtantijs conſideratis qñq;
contingit magis eſſe rationabilẽ conſuetudinem , q̃ ius ſcri-
ptum. nam contra iuris regulas æquitas ſuccurrit qñq;. fa-
cit l.bona fide.ff.depoſiti.vbi æquitas, & ius ſcriptum inuicẽ
aduerſantur.non eſt ergo mirum,ſi qñq; conſuetudo contra
aſperitatem iuris ciuilis , vel manſuetudinem aliter qñq; di-
ſponat,iuris prouiſionem exaggerãdo.quandoq; aũt mitigã
do.facit.ff.de extraor.crimi.l.ſaccularij.§. ſunt quidã . & hic
latius in nouella. ¶ Septimò oppo. ius poſitiuum cauſatur à
lege naturali,& diuina.17.q.3.§.fi.C.de præſcrip.lon.temp.
l.fi.poſt medium. Sed conſuetudo non põt tollere ius natu-
rale.vt s̃.proxi. rñ. ergo nec ius poſitiuum , quod cauſatur à
lege naturæ,& diuino,vt ſic acceſſorium naturã habeat prin
cipalis,vt in reg.acceſſorium.Sol.concedo oppoſitionem.[&
dico,ꝙ conſuetudo,quæ induceret peccatum, non valeat cõ
tra ius poſitiuum , ſicut nec contra ius naturale . ſed vbi non
inducit peccatum , ſicut iure naturali valeret , ita etiam va-
leat iure poſitiuo.¶ Octauò opponitur.conſuetudo trahitur
ex actibus priuatorũ,& moribus hominũ : ius verò poſitiuũ
à Papa,& Imperatore:ergo non videtur,ꝙ conſuetudo indu
cta ab inferioribus poſsit tollere legem ſui ſuperioris. 11.diſ.
c.inferior.Sol. vt hic in nouella.vbi dicit,ꝙ ex quadam ſupe-
rioris tolerantia hoc contingit.ſicut enim ſuperior inferiori-
bus concedit facere ſtatuta,vt l.omnes populi.ff.de iuſt.& iu
re.ita etiam conſuetudines introducere,quæ nituntur ab ea-
dem cauſa efficiente.facit l.de quibus.ff.de legi. ¶ Nonò op
ponitur, & ſum in glo.ſecũda.& videtur, ꝙ ius naturale poſ-
ſit mutari. nam quandoque furtum impunè committitur, &
homicidium, & tñ dicitur.non furtum facies.non occides. &
no.25.q.1.c.ſunt quidam.So. vt ſupra dixi in prima oppoſi-
tione.quia quædam ſunt præcepta moralia : quædam miſti-
ca. & quandoq; præcepta moralia prohibita permittuntur
in aliquo certo caſu,æquitate ſuadente,vt no.Inno. in c.quæ
in eccleſiarum.s̃.de conſtitu. ¶ Decimò opponitur, & vide
tur,ꝙ iſte tex.non bene loquatur. aut.n.intelligis de bona cõ
ſuetudine:& illam nullũ ius vincit.aut de mala, & negari non
põt,ꝙ non ſit leuis auctoritatis. gl. quæ incipit ſed quæritur.
ſoluit tribus modis, vt habes in ea,& clarius p Ho.in ſumma
huius tit.§.fi.ver.conſueuit. dicit enim , ꝙ primũ dictũ huius
§.loquitur de bona, & mala conſuetudine,implicitè factum
narrando,ſecundò implicitè reſpondendo ibi, non tñ. Nam
etiam mala conſuetudo non dicitur mala apud eos, qui ipſa
vtuntur.ſ. qui ſeruare eam volunt. aſſumunt enim impij quã
doque ſibi eam in priuilegium.8.diſt.c.mala.& hoc reſpectu
etiam mala conſuetudo non dicitur leuis auctoritatis.primũ
rñſum ergo huius.§.generaliter loquitur. Secundũ limitat,
ibi[non tamẽ.] Tertiũ à limitatione excipit caſum,ibi[niſi]
&c.ac ſi diceret ſecũdùm Pe.& Ab.Rex habet magnam po-
tentiam.ecce genus,non tñ tantã, ꝙ poſſet capere illam ciui
tatem infra tres dies.[ecce ſpecies , niſi tales nobiles aſsiſte-
rẽt,exceptio à limitatione.¶ Venio ad qõnes.& primò quæ
6 ro,quæ dicatur conſuetudo † rationabilis.Sol.dicit glo.quæ
incipitæ.quam conſuetudinẽ. ꝙ illa dicitur rationabilis,quã
iura non impugnant.quod dic,vt in ea.& no.12.diſt.c.illa. &
idem Inno.Hoſt.dicit,hoc arbitrio iudicis diſcernendum,vt
no.in ſumma in principio.& de conſti.c.1.lib.6.Et aduerte,
quia exempla,quæ ponit glo. quædam habẽt expreſſam iu-
ris aſsiſtentiam,& quædam expreſſam iuris reſiſtentiam . &
de his non dubitatur. quidã verò ſunt caſus poſiti extra ex-
preſſam iuris aſsiſtentiã,vel reſiſtentiã:& tunc dom. Io. An.
in ſeptimo articulo ſic plenè diſtinguit. aut cõſuetudo eſt de
negotijs,vel actibus,in qbus non vtimur iure ſcripto.& tunc
pro lege ſeruetur. 11.diſt.c.in his.& ff.de leg.l.diuturna. & l.
de quibus.in prin.aut eſt de his , in qbus vtimur iure ſcripto
naturali,vel poſitiuo.& tunc aut ius expreſsè aſsiſtit,aut reſi
ſtit: aut eſt caſus poſitus extra expreſſam aſsiſtẽtiã,vel reſi-
ſtentiam iuris ſcripti. Primus & ſecundus caſus ſunt indubi-
tati,vt in exemplis hic poſitis in glo. Tertio caſu dic, ꝙ aut
conſuetudo ratione caret:aut ratione fulcitur. Primo caſu di
cit ipſe,ꝙ non valet.8.diſt.c.mala.hoc intelligo verũ,qñ ca-
ret rõne.i.quia inducta eſt contra rationem naturalem .!Sed
ſi non eſt ſic inducta , ſed nullam habet in ſe rationem : licèt
ſit erronea,tñ valet,ſecundùm quoſdã . pone exemplum ſe-
cũdùm Hoſt. inductum eſt cõſuetudine in burgo panicalis,
ꝙ ſi quis ducat mihi vinũ in plauſtro:ſi pono manũ ad plau-
ſtrum,periculum effuſionis eſt meũ . certè bene ſeruabitur :
ſed non extẽdetur ad alia liquida,niſi ad vinum. & hoc ideò
quia non habet in ſe aliquam rationem . Si aũt eſſet rationa-
bilis,extenderetur de ſimilibus ad ſimilia.vt ff.de leg.l.Impe
rator.& C.e.l.1.& vide per Hoſt.in ſumma huius ti.§.4.ver.
per hoc etiam.& hoc dicit Io.An.hic ſuper glo.vltima.Secun
do caſu quando rõne fulcitur:aut conſuetudo eſt ſecundùm
ius,aut præter ius,aut ſupra ius , aut contra ius . Primo caſu
valet,& illud corroborat.8.diſt.c.fruſtra. in fi. & C. de leg.l.
cum de nouo. Secundo caſu cũ eſt præter ius: & valet . & ſic
loquit̃ hoc principiũ.& 11.diſt.c.in his.& 12.diſt.c. illa. Ter
tio caſu quando eſt ſupra legẽ;quia interpretatur illã: & va-
let , vt s̃.eo.c. cum dilectus.Quarto caſu qñ eſt contra ius:&
tunc aut contra ius diuinum,aut contra ius gentium, aut cõ
tra ius poſitiuum. Primo caſu aut illud ius diuinũ eſt morale
conſiſtẽs in præceptis,& prohibitionibus:& tunc non valet,
vt hic:aut cerimoniale, aut ſacramentale.& tunc contra ta-
le ius valet conſuetudo.5.diſt.c.1.& 2. de purifica. poſt par.
c.vno.Secundo caſu qñ eſt contra ius gentium,de quo.5.diſ.
c.ius gentium.& dicũt Doct.ꝙ non valet , niſi cum cauſa, &
quando verſatur publica vtilitas.ſic loquitur.ff. cõi. prædi.l.
venditor.§.ſi conſtat.facit quod de ſtatuto no.Ioan.An.s̃.de
conſtitu.c.quæ in eccleſiarum . Tertio caſu quando eſt con-
tra ius poſitiuũ.& dicũt legiſtæ , ꝙ aut conſuetudo præcedit
legẽ.& conſuetudo ſeruatur, niſi ſpecialiter tollatur , vt in c.
1.de conſti. lib.6.aut ſequitur legẽ:& tunc aut eſt generalis,
qua vtitur legiſlator: & tunc arrogat legẽ generaliter,vt l.de
quibus.§.inueterata.ff.de leg.aut eſt particularis : & valet in
illo loco.& ſic loquitur.l.2.C.quæ ſit lon.conſue. & 11. diſt.
c.conſuetudinis.quod eſt verum de iure canonico, ſi ſit prę-
ſcripta:aliàs non.& adde quod no.Spe. in ti. de inſtru.edi.§.
compendioſè.ver.ſed nunquid de conſuetudine.& per Cyn.
in dicta.l.2.in ſecunda oppoſitione.C.quæ ſit lon.con. & cir
7 ca fi. ¶ Secundò quæro quantũ tp̃s † requiritur ad conſue-
tudinem inducendã.gl.magna dicit de 40.an. Compoſt. di-
cit hoc verum in eccleſia.In alijs ſufficiũt 10.vel 20. anni, vt
l.ſi diuturno.ff.ſi ſerui.ven.& hoc probatur ex eo , quia dici-
tur longa conſuetudo, longum aũt dicitur , quod 10. annis
agitur,vt C.de præſcrip. lon. temp. per totum. & hoc verum
in his, quæ habent continuam cãm. & etiam in non habẽti-
bus continuã cauſam,ſi aſsiſtat titulus : aliàs ſine titulo illa,
quæ non habent cauſam continuam , exigunt tempus, cuius
memoria contrarij non exiſtit,vt ff.de ſerui.l.ſeruitutes.titu.
generali.Alij dicũt,ꝙ in pręſcriptione incorporalium nõ re-
quiritur



quiritur titulus,vt d.l.diuturno.& de hac quæſtione.ſ. quan-
tum tẽpus requiratur ad cõſuetudinem,no.Cy.in d.l.2. in ſe
cunda quæſtione principali.in 7.quæſtione ipſius. & illã opi
nionem Azo. ꝙ 10. anni ſufficiant inter priuatos , tenet hic
Io.An.ſuper tertio articulo.ver.ſecũdò quæritur. Si verò eſt
contra legem,requiritur tempus.40.an. de quo per Hoſt. in
ſumma.e.ti.§.2.& in Specu. de præſcrip.§. de conſuetudine.
Sed dices tu,cum lex ſtatim poſt promulgationem ſortiatur
effectum:quare non ita ſtatim conſuetudo,cum homines vti
incipiunt.dicit Ioan. And. ꝙ non ita apparet de conſenſu po
puli per conſuetudinem,ſicut per legem ſcriptam.licèt enim
vnus,duo,quatuor,ſiue decẽ de populo aliqd faciant, nõ ex
hoc colligitur cõſenſus totius,vel maioris partis populi, niſi
maiori parte roboret. Vnde actus inualidi ligant omnes ho
mines, ſequuta diuturnitate temporis.C.ad Vell.l. ſi mulier.
& l.cum de in rẽ verſo.ff.de vſur. ¶ Sed hic tertiò quæritur,
quando incipiat currere iſtud tempus.10. vel 40. annorum.
tenet hic Io.An. in tertio articulo , & in quæſtione ipſius , ꝙ
incipiat ab illo primo actu,qui geritur . quo iterato cum diu
turnitate temporis inducatur conſuetudo:licèt Pet. vt hic ip
ſe refert , aliter dixerit . ex prædictis ergo ſecundùm glo.ad
hoc vt conſuetudo præiudicet iuri communi,requiritur,ꝙ ſit
rationabilis, & præſcripta. circa hoc vide, quod no. 8. diſt.
c.fruſtra.& 18.quæſt.5.c.ſeruitium.ſecunda dicit glo.ꝙ req-
quiritur,ꝙ ſit ex certa ſcientia introducta. per hoc dicunt q-
dam, ꝙ erronea conſuetudo valeat:ſed non trahatur ad ſimi
lia. de quo ſupra dixi.& Hoſti.in ſumma huius tit. §. 4.ver.
hoc etiam.& per Io. And.hic ſuper tertio articulo.verſi.ſecũ
dò quæro.& per Cy.in l.2.in 4.qõ.principali . ¶ Tertiò re-
quiritur ſecundùm glo.ꝙ ſit obtenta in contradictorio iudi-
cio.de quo plenè per Cy.in d.l.2.& in 2. & 6.q. vbi quid iu-
ris,ſi iudex pluries contra legem pronunciauit : an ſit intro-
ducta conſuetudo. ¶ Quartò ſecundùm glo. requiritur plu-
ralitas actuum ad conſuetudinem inducendam. & quod ma
ior pars populi vſa ſit.quot autem actus requirantur, & quo
modo conſenſus maioris partis populi colligatur, hic plenè
examinat Io.And.ſuper tertio articulo in prin.qui refert opi
niones legiſtarum,de quibus in d.l.2.& in 2. quæſtione prin
cipali tractat etiam , an per conſenſum coactum inducatur
conſuetudo,& an per non vſum.de quo plenè in c. cum Ioan
nes.j̃.de cle. coniu. Item an requiratur actus iudiciarius. &
an ſine contradictione poſsit induci conſuetudo.& ex prædi
ctis apparet ſecundùm glo.ꝙ difficile eſt probare conſuetu-
dinem,imò quaſi impoſsibile,ſecundùm Hoſtiẽ.qui remittit
ad ſummam.eod.tit.§.1.2.3.& 4. ¶ Quintò quæritur.ſi lon
go tempore apparet aliquid vſitatum in ciuitate communi-
ter:tamen aliqui aliter vſi ſunt intra illud tẽpus.pono enim,
ꝙ quandoque pronunciatum eſt pro,quandoque contra: an
ex actis magis frequentatis inducatur conſuetudo , non ob-
ſtañ. vſu contrario paucorum intra idem tempus.videtur,ꝙ
non.quia in præſcriptione requiritur actus continuatus,non
interruptus:ergo idem in conſuetudine,vt l.1.§.hic tantum-
modo.C.de vſuca.transformanda.& hoc tenet Accur.in l.cũ
de conſuetudine.ff. de lega. Cyn. tractat in d.l.2. in fi.4.qõ.
principalis.& hic Ioan.And.ſuper tertio articulo. in 8. q.vbi
tenet, ꝙ aut ſemel,aut pluries eſt pronunciatum,populo ta-
cente.& non eſt inducta conſuetudo,etiã ſi in multis caſibus
ſuper eodem fuerit pronunciatum contrarium. aut populus
reclamauit contra iſtam pronunciationem vnam,vel plures.
& tunc eſt cõſuetudo, nõ obſtante tali contrarietate. de quo
hic plenè per eum in 5.articulo.in fine.¶ Sextò quæro, qua-
8 re conſuetudo † in iudicium deducatur.Ioan. An.proſequi-
tur iſtam.q.in 4.articu.principali. vbi dicit, ꝙ quandoque ꝓ
ponitur in iudicio per modum actionis perſonalis:vt vicinus
volens alienare vendat vicino volenti emere , & non alteri.
vel ꝙ mihi liceat in fundo tuo lapides cædere . Si enim iſta
competunt de cõſuetudine,ageret dicta condictione. arg. ff.
de condi.ex lege.l.1.quãdoq; proponitur per modum actio
nis realis . quandoque per officium iudicis . quandoque per
viam actionis,vt hic in quarto articu.per eum. vbi etiam quæ
rit,an actor habeat neceſſe in libello allegare conſuetudinẽ.
quidam ꝙ ſic.quia conſuetudo, ſicut ſtatutum,in facto conſi
ſtit.Iac.de Bellaperti. tenet,ꝙ nullo modo expediat conſue-
9 tudinem allegare.de quo latius ibi per eũ.¶ † Septimò quæ-
ro,qualiter probetur conſuetudo. Io. And. hoc proſequitur
valde latè ſuper quinto articulo.& Cy.plenè in dicta l. ſecun
da.in quarta quæſt.principali.ꝙ enim probari debeat,patet
in c.cum dilectus.s̃.e.& in hoc differt à iure ſcripto. quod ꝓ
bari non expedit,vt l.ab ea parte.ff.de proba. ¶ Videndum
eſt enim primò,per quot teſtes probetur. Secundò,qualiter
deponant.Tertiò,an iudex in hac cognitione debeat ſeruare
iuris ordinẽ,vel de plano,& in camera ſe informare. ¶ Quò
ad primum dicit Ioan. And. ꝙ ſufficiunt duo teſtes , & hoc
placet Hoſtien.in ſumma huius titu. §. quis debeat. & §. ſe-
quen.quò ad ſecundum qualiter deponant teſtes,vt probent
conſuetudinem. Hoſtien. in ſumma huius tituli.§. qualiter.
ponit contra duplicem modum probandi. Ioan. And.refert
triplicem modum,quem ponit Azo in eo. cap. ¶ Vltimò po
nit opinionem legiſtarum , quam non approbat. quia nimis
eſſet difficilis probatio conſuetudinis.dicunt enim, quòd ex
actuum pluralitate conſiderare debet iudex , an conſenſerit
maior pars populi,necne. pone enim eſt ciuitas mille homi-
num in iudicio tempore,quo ius redditur. conſueuerunt cõ-
muniter intereſſe 30. homines . ſi ergo allegetur conſuetu-
do obtenta in tali iudicio 10. annis, fortè per 6.vel 8. ſenten
tias latas dicto tempore non eſſet conſuetudo inducta.quia
ex hoc apparet maiorem partem populi non conueniſſe.Iſtã
conſiderationem non approbat Ioan.And.quia nihil conclu
dit ſuper conſuetudine exraiudiciali. dicit ergo ipſe , ꝙ non
præſentiam aliquorum : ſed patientiam populi diutinam , &
actuum frequentiam ſufficit probare ad conſuetudinem in-
ducendam.& bene hic no.ꝙ ipſe dicit,quomodo dicantur te
ſtes ſingulares.de quo etiam clarius per Cy. in d. l.2. in 4.q.
10 principali. ¶ Circa tertium,an iudex † debeat ſe informare
de conſuetudine de plano:videtur,quòd ſic,ſicut de iure ſcri
pto,vt no. Innocen.s̃.eo.c.cum inter vos.de hoc not.Cyn. in
dicta l.2.in 4.q.& hic per Ioan. And. vbi dicit , ꝙ quicquid
ſit de iure ſuper ordine procedendi: tamen pars debet ſe of-
ferre probaturam,& probare quod in facto cõſiſtit. ¶ Octa
11 uò quæro, an extra ius † obligetur qs à cõſuetudine. & qd ſi
conſuetudo ſit diuerſa actoris, iudicis,& rei, quam conſue-
tudinem ſequetur iudex in iudicando. dic, vt no.s̃.eo.ſuper
rub.vbi etiam per Ioan. And. an conſuetudo laicorum liget
clericos.de quo etiam per eũ in reg. ſine culpa. & Phi.eo.ti.
§.fina.ver.ſed pone,ꝙ inter laicos.& dic per Cyn.in d.l. 2. in
fi.vbi etiam.an conſuetudine ligentur furioſi, & minores. &
generaliter an conſuetudo extendatur ad alias perſonas, vel
ad alia loca.dic per Innocen. j̃.de offic. ar. c. fina.& an me-
rum, & mixtum imperium poſsit quæri per conſuetudinem.
dic in cap.cum contingat. infra de foro compet. & l. 1.C. de
eman.lib.per Cyn. ¶ Octauò principaliter quæro . certum
eſt, quòd ſicut lex trahitur ad ſimilia : ita & conſuetudo , vt
l. 2.C.quæ ſit lon.conſue.pone ergo, ꝙ lex per conſuetudinẽ
eſt ſublata.accidit caſus ſimilis, an in illo ſimili ſequi debea-
mus ſimile legis,vel ſimile conſuetudinis. pone enim , quòd
contra.l.2.C.de reſcin. vend. eſt patriæ conſuetudo contra-
ria , quòd in contractu venditionis deceptio vltra dimi-
diam iuſti pretij non curetur.pone ergo,quòd contingat di-
cta deceptio in contractu locationis,ad quem trahetur ratio
dictæ l. an de ipſo contractu iudicabimus ſecundùm ſimile
legis,vt reſcindatur : vel ſecundùm ſimile conſuetudinis , vt
non reſcindatur. vel pone, quòd monachi ſuccedunt paren-
tibus in hæreditate, & omnibus ſecundũ leges ; ſed de cõſue
tudine non ſuccedunt in feudo.an idem erit in canonicis re-
gularibus,

gularibus,qui ſunt eiſdem ſimiles. dic vt hic plenè per Ioan.
An.in vltimo membro.vbi tenet,ꝙ illud ſimile legis, vel con
ſuetudinis erit ſequendum,quod maiori nititur æquitati.vt ſi
maiori æquitati nitat̃ lex,quàm cõſuetudo,ſequi debemus ſi
mile l.aliàs ſequamur ſimile conſuetudinis ſuper maiori æq-
tate fundatũ. vbi verò ponamus omnia paria; ſequi potius
debemus ſimile legis,quàm conſuetudinis. à ſimili tamẽ le-
gis abrogatæ arguere non debemus:licèt eius rõnem,ſi ſub-
lata non eſt,poſsimus inducere,vt not.C. de lati. liber. tol.l.
vnica.in prin.Do.Cy.examinat iſtam q. plenè.C.quę ſit lon.
conſue.in l. 1.& dicit idẽ,qđ Io.An.licèt per alia verba. dicit
enim,ꝙ aut ratio motiua conſuetudinis, vel ſtatuti eſt ma-
ior, quàm rõ legis (quod poteſt deprehendi ſecundũ varios
mores populorũ:)& illã ſequi debemus:aliàs rõnem legis.q
etiam quærit (poſito ꝙ conſuetudo non trahatur ad ſimilia)
an trahatur ad caſus maiorem rõnem habentes. pone, dicit
ſtatutũ,ꝙ filia dotata non ſuccedat; an idẽ erit in nepte, vbi
maior eſt rõ excludendi.vel pone,ſtatutũ, vel conſuetudo di
ctat,ꝙ liceat impunè occidere bãnitum. an poterit vulnera-
ri.vel pone, pro homicidio ſtatutum imponit pœnam pecu-
niariam: an idem erit in furto,vel alio minori crimine. dicit
Cy.poſt Nic. de Mata.ꝙ vbi caſus habens minorem,vel ma
iorem rationem,per quandam conſequentiã, vel etiam im-
propriè poteſt includi ſub expreſſo; vt in primis exemplis
de filia, & nepte,occiſo, & vulnerato.& conſuetudo, ſiue ſta
tutum ad illum etiam caſum extenditur.aut ſunt omnino ca
ſus diuerſi (vt in homicidio,rapina, adulterio, falſitate,& ſi
milibus) & tunc conſuetudo, vel ſtatutum diſponens ſuper
vno nõ extenditur ad aliud debitum, vbi eſſet maior ratio
diſponendi.quæ verba no.

# De poſtulatione prçlatorũ.

a DICTVM eſt ſupra de iure ſcripto: ſed quia
parum eſt iura a condere,niſi ſint miniſtri,q
ea tueantur,& reddãt,vt l.2.§. poſt originẽ.
ff.de orig.iur. & de elec. c. vbi periculum.§.
præterea.lib.6.Ideò de ipſis miniſtris, & ip-
ſorum aſſumptione eſt videndum. & quia in
terdum per poſtulationem, interdum per electionem,inter-
dum per tranſlationem aſſumuntur, & quia poſtulatio inni-
titur gratiæ; electio verò iuri communi.ideo de poſtulatione
prælatorum prẽmittit.de materia 81.diſt. per totum.repeti-
tur in 6. & de ipſa in hoc volumine tangitur in pluribus lo-
cis, vt hic vide in nouella &c.

ADDITIO.

a ¶ Quia parum eſt iura. Adde quæ dixi in addi.ad Zaba.hic.vbi allegabã
tex.in c.decernimus.de ſenten.excom.in 6.

*SVMMAE.*

1 *Impoſtulabilis quis dicatur.*
2 *Diſcordia inter electores quandoque oritur.*
3 *Appellatio aliquando fit in electionibus.*
4 *Epiſcopus eligi non debet, ſed poſtulari.*
5 *Confeſſio procuratoris an præiudicet domino.*
6 *Ignorantia eius, quod communiter eſt notum in ciuitate, non excuſat.*
7 *Legatus interpretatur verba ambigua poſita in reſcripto Papæ.*
8 *Electio in loco interdicto fieri poteſt.*
9 *Inobedientia eſt digna vltione.*
10 *Eligendus eligentibus conuenire debet.*
11 *Poſtulantes indignum,priuantur poteſtate poſtulandi.*
12 *Poſtulatio, & electio qualiter differant.*
13 *Eligibiles qui ſint.*

1 AD hęc ¶ Impoſtulabilis † eſt,qui vio-
lat interdictum.h.d.Primò po-
nitur iniuſta poſtulatio, poſtulantium petitio,
petitionis impugnatio,poſtulati duplex excuſatio,excuſatio
nis reiectio,reprehenſionis excluſio, poſtulationis repulſio,
gratioſa conceſsio. ¶ No.primò,ꝙ quandoq; oritur diſcor-
2 dia † inter electores,& hoc non eſt nouum.8.q.1.c. nec no-
uum.& 63.diſt.c.noſſe.& ff.de arbi.l.item ſi vnus.§.1. ¶ Se-
3 cundò no. † ꝙ quandoq; in electionibus appellatur. forma
autem, quæ ſeruatur in talibus appellationibus, habetur in
c.vt circa.de elect.lib.6.& intellige hunc tex. ꝙ iſti appellan
tes ab appellatione receſſerant tacitè,vel expreſsè. quod an
poſsint,dic vt in c.quamuis.de elec.lib.6. ¶ Tertiò no.ꝙ epi
4 ſcopus † non debet eligi,ſed poſtulari; qui autem poſtulari
debeant,& qui eligi,j̃.remittam. ¶ Quartò no.ꝙ hæc poſtu-
latio præſentatur ſuperiori per prçceptorem, & abbatem. &
ſic abbas poteſt eſſe procurator eccleſiæ cathedralis. facit j̃.
de cenſi.c.ſopitæ.de monacho dic,vt in c.cum I.& A.j̃.de re
iudi. ¶ Quintò no.in ver.verùm, ꝙ quandò ſuperior per au
ditum percipit inhabilitatem poſtulati,vel electi, non debet
precibus condeſcendere; ſed ſe melius informare, & ſupple
re de facto in tali caſu,vt dicam.j̃.e.c.bonæ.& hic per Doct.
5 ¶ Sextò no.in ver.ꝙ & idem. ꝙ cõfeſsio † procuratoris a no
a cet domino.de quo,j̃.de cẽſi.c.olim.& aduerte,quia tex. nõ
dicit[confeſſus fuit]ſed dicit[non negauit]ex qua taciturni
tate reſultat confeſsio.de quo in c.2.j̃.de confeſ.lib.6. ¶ Se-
ptimò no.ꝙ ille,ad quem non peruenit vllo modo ſententia
interdicti,ſi celebrat illõ tempore,excuſatur. facit j̃. de cle.
ex.mi.c.apoſtolicæ.hoc verũ,niſi ignorantia ſit ſupina, quæ
non excuſat, vt hic,& in glo.latius. ¶ Octauò no.ꝙ quandò
per famam peruenit ad aliquem notitia interdicti, tenetur il
lud ſeruare: ſicut enim fama excuſat quandoque à pœna in
re licita, & permiſſa.vt no.j̃.de ſpon.in c.in præſentia. ita à
re ꝓhibita debet ratione famæ aliquis abſtinere, vt hic. plus
tamen erat hic,quàm fama, quia cœperat per alios obſerua
ri. & quia ſua eccleſia metropolitana obſeruabat. & ad hoc
adde quod no.in c.1.de ſen.excom.in Cle. ¶ Decimò no. ꝙ
non requiritur, vt cõſtitutio ſingulorum auribus inculcetur.
& arguit hic Papa de ſententia ad conſtitutionem, quo autẽ
tempore incipiat ligare conſtitutio, plenè not. in procœmio
Cle.& dic vt no.16.diſt.c.qđ dicitis. ¶ Vndecimò not.ꝙ ſi-
6 cut non excuſat ignorantia † eius, quod communiter eſt no
tum in vna ciuitate. ita etiam nõ excuſat,ſi eſt notum in vna
prouincia.facit c.quantò.j̃.de præſump. ¶ Duodecimò no.
ꝙ ſi terræ alicuius ſubijciuntur interdicto, intelligitur etiam
de terris ſibi adhærentibus. & licèt adhærens ſit interdictus,
vt hic:non tamen adhęrens adhærentis. & eſt ſimile de ſentẽ
tia excom.quæ non trahitur ad tertiã perſonam, ſecundùm
Io.An.qui remittit ad no.per eum in c.cum deſideres.de ſen
ten.excom.& aduerte ad hoc circa vnum verbum glo.ꝙ ter-
ra dicitur alicuius,ſi non habet proprietatem ipſius.ſed tan-
tummodo iuriſdictionem.vnde ſecundùm Io.An. tota Italia
eſt de Imperio:licèt pauca dominicalia habeat Imperator in
ea.& credo quò ad efficaciam interdicti terra dicatur alicu
ius,non tantũ reſpectu proprietatis, quantũ reſpectu poſſeſ-
ſionis.licèt iſta pronomina,meum,tuũ,& ſuum, & etiam ge
nitiui caſus denotent dominium,vt l. 1. ff. de relig. & ſump.
fun.& l.ſeruos.ff. de leg.2. & ad Sille. l. 1.& p Bar.ff. de ope.
no.nun.in rub.licèt Io.An.dicat contrarium, ſcilicet ſi dica-
tur terra ſua,non intelligatur de pignorata: ſed tantummo-
do de illa,in qua habet dominium, ſecundùm V in. pro quo
faciunt prædicta iura.Sed ego dico, ꝙ ex poſſeſsione præſen
ti præſumitur dominium,vt l.quidã.ff. de condi. inſti. & ille,
qui poſsidet bona fide, dr̃ dñs cogitatione dñij, qđ habere
credit,vt l.apud antiquos.C.de fur. ¶ Duodecimò,not. ꝙ le
7 gatus † interpretatur verba ambigua poſita in reſcripto Pa-
pę.de quo in gl.& j̃.de inſtitu.c.cum veniſſet. ¶ Decimoter-
tiò



8 tiò no. in ver. ſed cũ liquido. ꝙ in loco interdicto † põt fieri
electio.& ſic determinauit Hug. non eſt enim electio ſacra-
mentũ,ſed q̃dam obligatio,& cõtractus.ar.j̃.c.1. c. cum in-
ter canonicos.per interdictũ enim ſolũ prohibent̃ diuina, &
eccleſiaſtica ſacramẽta,vt j̃.de ſen.excõ.c.fi.lib. 6. Sed iſtud
nõ eſt tale,ergo &c. Item pro eo facit. j̃.de eo,qui duxit.c.ſi
gnificaſti.præterea hoc non eſt prohibitũ,ergo cõceſſum. 2.
q.6.c.conſuluiſti.& pœnalia ſunt reſtringẽda.de reg.iur.c.in
pœnis.Nõ obſt.c.cũ inter.S.j̃.tit.1.quia loquitur de interdi-
cto perſonarũ,non locorũ,nec c. vbi periculum. §. porro.de
elec.lib.6.quia eſt ſpãle in electione Papæ, & etiam ibi facta
9 teneret,vt ibi no. ¶ Decimoquartò no.ꝙ inobedientia, † ſi-
ue contumacia eſt digna vltione,& pœna.vnde de iure ciuili
contumacia cõtra ducẽ belli capitali pœna punitur, vt l.om
ne delictum.§.contumacia.ff. de re mi.& plus peccat qui eſt
cõtumax in faciendo,vt hic,quàm in omittendo, vt l. ſi ſer-
uum.de ver.obli.licèt qñq; non facere,appelletur factũ, vt l.
ſi mora.ff.ſolu.mat.eſt.n.inobedientia talis culpa, in qua cul
pa eſt relaxare vindicta,vt hic.28.diſt.c. quia ſunt culpæ. Et
Seneca.27.epiſt.de abſolutione Clodij adulteri.dicit, ꝙ mi-
nus crimen,quàm abſolutio,peccatum eſt: qñq; tñ pietas,&
miſericordia adhibẽda eſt. Vnde Salomon.miſericordia, &
veritas cuſtodiunt regem, & roborabitur. clementia tronus
eius.facit 45.di.c.diſciplina.& 23.q.1.c.noli. ¶ Decimoquin
10 tò no.in ver.licèt aũt.ꝙ eligendus.† debet eligentibus conue
nire.& ꝙ ſibi conuenientẽ debet quis ſumere ſociũ. & ꝙ eli-
gens diſsimilẽ quò ad obedientiã eſt mulctãdus. ¶ Decimo
11 ſexto,& vltimò not. ꝙ ſicut eligẽtes † indignum priuant̃ po
teſtate eligendi:ita etiam poſtulantes.conſtit.enim cũ in cũ-
ctis.quę loquitur de elec. habet etiã locũ in poſtulatione, vt
hic. ¶ Venio ad oppo.& primò oppo. hic innuit tex.ꝙ con-
feſsio ficta procuratoris,ſcilicet pro taciturnitate,noceat do
mino cõtra l.ſi ſine.§. ſi defenſor. aliàs eſt l. ſi defenſor.ff.de
interro.ac.glo.quæ incipit ex hoc videtur. format iſtud con-
trarium,& non ſoluit.Sol.ex apoſtillis Io. An. ſuper ea colli-
ge tres caſus.aut eſt procurator ſine mãdato.& loquitur cõ-
trariũ.aut cũ mandato:& tũc aut dñs vult probare contra cõ
feſsionem procuratoris: & poteſt, ſicut põt contra propriã,
probãdo rẽ ſe aliter habere.& ita loquitur l.certũ.§.pe.de cõ
feſ.aut nihil probat contra:& præiudicat ſibi,vt hic. & aduer
te.quia,vt s̃.dixi,ſm̃ Inno.iſte tex. intelligitur de confeſsione
procuratoris nõ expreſſa: ſed p̃ſumpta à iure,rõne taciturni
tatis.ex quo notabiliter colige,ꝙ c.2.de confeſ.lib.6. habet
locũ non ſolũ in principali:vt ſua taciturnitas,ſi eſt monitus
& iuſſus, habeat pro cõfeſ. ſed ẽt habet locũ in procuratore:
vt eius ficta confeſsio noceat dño. quod no. & adde qđ not.
Io.An.j̃.de elec.c.per inq̃ſitionẽ.& Bar.in l.qui delatoris. de
iure fiſci.ff.multi.n. diceret contrarium. qa regulariter deli-
ctũ procuratoris(ſicut eſt iſtud in tacẽdo)non vr̃ nocere do-
mino,vt plenè.j̃.vt lit. nõ conteſta.c.1.& de materia dic per
Cy.in l. 1.C.de confeſ. ¶ Secundò oppo.dicitur hic, ꝙ ſi per
lr̃as,vel aliter,non ꝑuenit interdictũ ad iſtius ep̃i notitiã,ar-
ctat eũ.cõtra.ff.q̃ ſen. ſine app. reſcin.l. 1.§. itẽ cũ ex edicto.
Sol.vt in glo.q̃ incipit.ſufficit.cui cõiunge glo.hæc allegatio.
& ex no.in eis.Sol.ꝙ hoc operat̃ forma,q̃ vigebat in illis re-
gionibus de interdicto poſito. quo caſu debuit in dubio ab-
ſtinere,vt j̃.de ſen.excõ.c. cũ deſideres.nulli.n. licet ignora-
re,quæ publicè nota ſunt,vel ẽt inter vicinos,vt no.23.q.1.c.
paratus.de quo articulo dic,vt in reg.p̃ſumit. de re. iu.lib.6.
& c.propoſuiſti.82.diſ.& 12.q.2.c.qui humanis. & vtrobiq;
de hoc. ¶ Tertiò opp.dr̃ in ver. nec valet,ꝙ legatus fuit inter
pretatus mãdatũ Papæ.contra.j̃.de ſen. excõ.c.inter alia. &
11.q.1.c.ex his omnibus.& C.de legi.l.fi.cũ ſimi.So.gl. q̃ in-
cipit no.ꝙ legatus.format iſtud cõtrariũ,& non ſoluit. Hoſt.
dicit,ꝙ hoc fecit ex plenitudine legationis,vel de ſpãli man-
dato Papæ,vel eius nomine: qđ poſtea Papa ratũ habuit. vel
dic,ſm̃ Inno. ꝙ ſicut qlibet iudex interpretatur legẽdũ corã
ipſo agitur cauſa,vt l. non pñt.ff.de legi. ita & legatus man-
datũ Papæ.& intelligo de interpretatione,q̃ fundetur ſup iu
ribus ſcriptis,ad q̃ verba reſcriptorũ ſunt referẽda,vt c.cau-
ſam.s̃.de reſcrip.In caſu enim noſtro mandauerat Papa ter-
rã regis ſubijci interdicto. quæ aũt dicatur terra regis, iura
intelligunt,ꝙ etiã adhærens:vñ talem interpretationẽ poteſt
facere qlibet.& ſic intelligo Inno. de ſua autem cõſtitutione
non eſt dubiũ,ꝙ legatus poteſt interpretari.j̃.de verb.ſign.c.
ex parte.& ita in quolibet iudice, vt poſsint interpretari ſuã
ſententiam, vt hic no.an aũt hoc poſsit depoſito officio,re-
mittit ad no.de verb.ſig.c.ex parte.3. & ego remitto ad not.
per Bar.in l.ab executore.ff.de appel.& an poſsit abſentibus
partibus.dic vt no.in c.olim.de ver.ſig.per Io.An. Et an arbi
ter poſsit interpretari ſuã ſententiam. dic vt in Spec. de arb.
§.fi.ver.ſed nũquid verbum.& ver.ſeq. ¶ Vltimò qđ hic ſub
12 tiliter tractat Inno.de differentia † inter electionem,& poſtu
lationem,proſequar per quatuor q. ¶ Quæro ergo primo,q̃
ſit differentia inter ipſas. dicit ipſe ꝙ de iure antiquo nulla
eſt differentia. quia antiqua iura promiſcuè iſtis vocabulis
vtebant̃.63.diſt.c.literis.& 61. diſt.c.his autem. hodie verò
magna eſt differentia,an aliquis eligatur,vel poſtuletur. Ille
enim,qui eligit, ſtatim vr̃ in electum conſentire, vt in ſpon-
ſum canonicum,vel prælatum.& ideò ſi talis electus eſt inha
bilis,vel indignus,caſſatur electio,& punitur.j̃. de elec.c.in-
notuit.Si aũt quis non eligit,ſed poſtulat, non videtur cõſen
tire in eum,vt in ſponſum, niſi placuerit maioribus. & ideo
variare põt.j̃,eo.c.bonæ. ¶ Secundò quæro,qui ſunt eligibi
13 les,† ſiue eligẽdi,& qui poſtulandi,no.& dicã.j̃.e.c.fi. alleg.
vt ep̃i poſtulandi ſunt,vt hic: & ideò conſentire non poſſunt.
Idem in monachis,niſi eligerent̃ in p̃latos ſuę abbatiæ:cano
nici verò,& alij,qui non poſſunt deſerere eccleſias ſine licen
tia prælati,an ſint eligẽdi, & poſsint conſentire ſine licentia
ſui ſuperioris.tenet,ꝙ cõſentire poſsint,ſed non tranſire. qa
habent ligatum tranſitum.& ſic exercitium,non conſenſum,
ar.ad hoc.l.per fundum.ff.de ſer.vrb.præ. ¶ Tertiò quæro.ſi
quis poſtulatus eſt in prælatum, an ſtatim poſt conſenſum
ſuperioris iſte erit prçlatus.dicit, ꝙ per poſtulationem ſolẽ-
nem ſtatim poſt conſenſum ſuperioris ſit vinculum ſpeciale
contractum.& idem tenet Gof.in ſumma huius tit.§.officiũ.
licèt.n. ſecundũ eum per admiſsionẽ poſtulationis videatur
ſolùm habilitatus,vt eligi poſsit:tñ ad euitandũ circuitũ, ſer
uat curia,ꝙ illa admiſsio idem,qđ electio,vt cõfirmatio,ope
retur,ſm̃ Goff.ar.c.auditor.de reſcrip.in Cle. ¶ Quartò quæ
ro,ſi poſtulant eligendum.dicit ipſe,ꝙ ſi minus ſolẽniter: qa
poſtulant à ſuo ſuperiore: & bene faciũt,& procedent ad ele
ctionem.Si aũt ſolemniter,nihil agunt:quia non conſentit in
eum vt in ſponſum: nec ſuperior admittẽdo poſtulationem,
põt facere ipſum ſponſum. Sed tunc quæro quare ſtatim eſt
ſponſus, cum ſuperior admittit poſtulationẽ de perſona po-
ſtulabili,vt ſuperius eſt dictum, & non de eligibili, vt in hac
quæſtione.Rationem differentiæ dic,vt hic no.Inno. qui tra
dit formam ad cautelam,ne contingat electionem,vel poſtu
lationem caſſari dicta ratione: quia fortè ſit poſtulata perſo
na eligibilis:vel econtra,ꝙ quis dicat [eligo,& poſtulo omni
modo,& forma,quibus melius.põt valere] quæ hodie repro
batur.j̃.de poſtu.c.1.lib.6. ¶ Quintò oppo.dicitur hic,ꝙ Pa
pa requiſiuit iſtum procuratorẽ ſuper crimine iſtius ep̃i po-
ſtulati:ſed videtur,ꝙ hoc non debuerit facere. quia non prę
cedente fama,non poteſt iudex inquirere de criminibus ali-
cuius.de accu.c.qualiter.lo.2. Nam ſuper multis criminibus
etiam in inquiſitione generali, ſiue ſpeciali non debet iudex
recipere, vel interrogare teſtes: nec debet fieri in ſpecie de
certo crimine, ſed in genere, vt hæc probantur. j̃. de ac-
cu. cap. qualiter. vbi de hoc. Solu. aut iudex vult inquirere
ſuper criminibus iam promoti. & habent locum contraria.
aut ſuper criminibus promouendi, & ipſius qualitate: &
poteſt, vt hic. ¶ Quærere enim poteſt iudex de ſcientia,

moribus, & irregularitate, & fama perſonæ, quæ etiam ſola
deberet impedire. 23.diſt.c.laici.& de accu. c. Deus omni-
potens. & contra promouendũ infamatum non debet quęri
de criminibus in ſpecie, ſed in genere.ſimile.ff.de qõni.l.1.§.
qui quæſtionem.& ſufficit promouendo habere literas teſti-
moniales, dummodo non habeat contradictorem, nec labo
ret infamia.2.q.7.c.crimini.& 7.q.1.c.qualiter. & de elec.
c.1.nec contra hunc ſunt quærendi teſtes iurati:imò etiã ſine
iuramento, ſecundũ Io.An.& ſic de plano, & ſine iuramẽto.
& idem dicit Inno.quãdo aliqua eccleſia viſitatur.de offi.ar-
chi.c.1.& de ſtatu mon. c. in ſingulis.& expreſsius.de cen.c.
Romana.§.ſanè.lib.6. & idem quãdo fit inquiſitio in capite,
& in mẽbris alicuius eccleſiæ, de qua.j.de re iudi.c.cum I.&
A. in quo caſu iurant teſtes dicere veritatẽ de omnibus re-
formãdis, & de criminibus exceptis occultis.de accu.c. qua
liter.vbi de hoc.Et an infamatus cogatur de his iurare dice-
re veritatẽ, eſt diſſenſio.de quo ibi per Hoſt.ex prædictis er-
go collige, ꝙ qñq; ſit inquiſitio contra certã perſonã: qñq;
contra collegiũ, & ſi contra certã perſonã, aut iam promo-
tã, aut promouendam.& ſi promouendã, aut laborat contra
eum infamia, aut nulla. Secũdo caſu ſi cõtra eccleſiã, ſiue col
legium.dic, vt s.& hñt hæc locũ de inquiſitione ꝓhibita, vel
permiſſa cõtra eos, q gerunt adminiſtrationẽ publicã. & cir
ca hoc de publica vtilitate tenet cõtra priuatos, aut in foro
ciuili. quibus caſibus ſit conceſſum iudici procedere per in-
quiſitionem.dic vt in l.2.§.ſi publico.ff.de adul.

ADDITIO.

a ¶ Confeſsio procuratoris. Adde glo.& ibi Ant.de But.in c.1. vt lit. non
cõte.Spec.in tit.de confeſ. in §.poſtremò.ver.ſi verò.Doct. in c.ſcriptũ.
de elec.Cy.in l.1.C.de cõfeſ.Bar.in l.certum.§.ſed an et ipſos.ff.de cõfeſ.

*SVMMAE.*

1 *Poſtulationem caſſatam reiterans, priuatur eligendi poteſtate.*
2 *Illicitam rem faciens punitur, licèt effectum non ſortiatur.*
3 *Gratia ſimpliciter facta debet intelligi, vt obſeruentur iura cõia.*
4 *Electio ſi ſpectat ad plures, ſi ſint aliqui priuati poteſtate eligendi, de*
*uoluitur eorum poteſtas inſolidum ad alios.*

GRatum ¶ Caſus. Qui poſtulationẽ caſ
ſatam innouat, eſt eligendi, &
poſtulandi poteſtate priuatus. & ſunt duæ partes
principales. Prima ponit relationẽ legati, continentẽ proceſ-
ſum canonicorum Senoneñ. & ipſius legati. Secunda appro
bat ipſius legati proceſſum, ibi [nos igitur] vel diuide aliter.
Primò ponitur narratio duplicis poſtulationis, & alterius re
iectio. Secundò ponitur Papalis approbatio. ¶ Not. primò,
1 † ꝙ ille, qui poſtulationem caſſatã de perſona indigna reite-
rare conatur, priuatus eſt ipſo iure poteſtate eligendi. ¶ Et
ex hoc no. ſecundò, ꝙ faciendo tantũmodo de facto rẽ illici
2 tã faciens † punitur: licèt factum eius non ſortiatur iuris ef-
fectum, arg. cõtra.l.1.in fi.ff.quod quiſq; iuris.ibi [Quid.n.
obfuit conatui, cũ iniuria nullũ habuerit effectum.] Sed dic,
ꝙ qñq; ſolus conatus, & attẽtatio puniẽda eſt, qñ iura prohi
bent factũ.de qua materia dic vt l.ea quidẽ.ſi manci.ita fue.
alie.C. & in materia delictorũ an de facto faciens puniatur.
dic, vt l.qui ea mente.ff.de fur.& l.ſi quis non dicã. C.de epiſ.
& cle.& l.ſi quis legatũ.ff.de fal.vbi no. an puniatur teſtis de
ponens falſum, ſi non valuit dictum ſuũ. vt l. cũ ſeruus.ff.de
verb.oblig. ¶ Tertiò no. ꝙ ſicut ille, ad quem ſpectat eligere,
de iure cõi priuatur, ſi indignum eligit: ita etiã priuatur, ſi
3 ſpectat ad aliquem de gratia ſpeciali.quia gratia † ſimplici-
ter facta intelligitur, vt obſeruentur iura cõia, vt l. ſi qñ.C.
de inoffi.teſta. ſimplex autem conceſsio ciuiliter eſt intelli-
gẽda, ſiue emanet à principe, vt d.l.ſi qñ.ſiue à priuato, vt l.
ſi cui.ff.de ſerui.nec ſub generalitate tali [eligas quẽ vis] &c.
veniunt odioſi, vt l.Lucius.§.Lucius Titius Damam.ff.de le-
ga.2.& j.de ſen.excom.c.ſi.lib.6. de qua materia in c.cãm.
4 j.tit.1. ¶ Quartò no. † ſi ad plures ſpectat eligere vt ad colle
gium, ſi aliqui ſunt priuati poteſtate eligendi, deuoluitur ad
alios inſolidum iſtud ius. collegium eſt enim perſona ficta, &
repræſentata, vt l.mortuo.ff.de fideiuſſo. vnde inhabilitas ſin
gulorum de ipſo collegio non inficit ipſum corpus. eſt & alia
ratio. quia qñq; coniunctũ eſt cõe aliquod pluribus, ſi aliqui
ſunt incapaces, accreſcit alijs ipſorum portio. & qñq;, ſi ali-
qui excluduntur, nõ dicitur alijs accreſcere ex perſona inca
pacium, ſed non decreſcere, vt l.1.§. vbi aũt.C. de cadu. tol.
¶ Quintò no. ꝙ pro eo, quod dixi.s.c.proxi. ꝙ cũ ſuperiori
poſtulatio præſentat̃, ipſam admittit & prouidet ita, ꝙ poſt
poſtulationẽ ſolẽnẽ pñtatã, & admiſſam noua electio nõ re-
quiritur. dic vt ibi. ¶ Sextò & vltimò collige ſubtiliter, ꝙ in
materia delictorum quod agitur à maiori parte Capituli, nõ
eſt perinde, ac ſi ab omnibus factũ eſſet: ſecus eſt in actibus
licitis, & permiſsis, vt l.quod maior.ff.ad munici. Si ergo ma-
ior pars vniuerſitatis delinquat, minor pars nõ patitur pœ-
nã, nec iure ſuo priuat̃, ad hoc allego.l. no.ff. de magi. cõue.
l.1.& facit quod no. Inno.j.de ſen.excõ.c.grauẽ. aduertẽdũ
tñ eſt; quia hic tractatur de pœna priuationis à iure eligen-
di. quæ licèt non cõcernat omnes de collegio vt ſingulos, ſed
concernat vt vniuerſos: tñ de ſingulorum cõmodo tñ, vel in
commodo agitur in effectu, vt c.ſi ciuitas. de ſen. excom.lib.
6. vbi aũt ageretur de alia pœna vniuerſitati imponẽda, quæ
merè concerneret vniuerſitatẽ ipſam, vt rebellionis: an ſi ma
ior pars deliberat, quæro an tota vniuerſitas patiatur pœnã.
dic, vt d.c.grauem.& per Bar.in l.aut facta.§. nonnunquàm.
ff.de pœnis. ¶ Quærit Io.An. hic eſt vnus caſus, in quo priua
tur quis ipſo iure poteſtate eligendi. Quæro ergo, an ſint alij
caſus, enumerat octo caſus. Primus eſt, quando quis eligit ꝑ
laicalẽ abuſum.j.tit.1.c.quiſquis. Secundus, qñ eligit ſemel
reprobatum vitio perſonæ, vt hic. Tertius eſt, quando eligit
ineligibilẽ, vel poſtulat qui non põt eligi. j.c.1. c.innotuit.
Quartus j.de elec.c.bonæ.§ 1. Quintus eſt quando excõica
tus, vel ſuſpenſus.s.c.proximo.c. cũ dilectus. vbi de hoc. Se-
xtus quãdo nõ eligit infra tẽpus iuris. j.ti.1.c. ne ꝓ defectu.
& de ſupplen.neg.præla.c.ſi. Septimus, quando poſtulat poſt
appel.j.c.1.bonæ.2.rñ. Octauus, cum laicus eligit: nec dicit̃
iſte priuatus. quia nõ cadit in eo habitus, vt l.penul.ff.de ver.
obl.& c.ſacroſan.& c.Maſſana.j.ti.1. multos aũt alios caſus,
in quibus priuatur quis ipſo iure poteſtate eligendi, enume-
rat Hoſ. in ſumma de elec.§.& aliter.ver.caſu.& ſeq.& quod
no. Io.An.j.ti.1.in c.auditis. ſuper vlt.glo. ¶ Secundò quæ-
ro. dictum eſt in ſeptimo caſu, ꝙ ille, qui poſtulat poſt appel.
priuatur poteſtate: an idem in eo, qui eligit poſt appel. dicit
Innocẽ. ꝙ aliud eſt in electione. rõ eſt. quia electio, cũ ſit or-
dinatio, nullã appel. impedire poteſt, niſi ſit iuſta. j.tit.1.c.cũ
nobis olim. in prin. poſtulationem verò impedit quælibet ap
pellatio, cum non debeat fieri, niſi in concordia. j.c.2.& 1.
Alij tamẽ, ſecundũ eum, dicunt contra. videlicet, ꝙ nulla eſt
differentia inter poſtulationẽ, & electionem quò ad impedi-
mentũ appellationis. & hanc opinionem tenet Hoſt. vbi fa-
cta fuerit poſtulatio à duabus partibus: tunc enim eiuſdem,
imò maioris efficacię eſt, quàm electio. j.ti.1.c.ſcriptũ. Si igi
tur minus iuſta appellatio non impedit electionẽ: multò ma
gis non debet impedire talẽ poſtulationem. poteſt eſſe ergo
vera opi. Inno. cum poſtulatio non eſt facta à duplo maiori
parte. facit quod no. Io. An. in c.auditis. ſuper glo.vlti. ¶ Ter
tiò quæro de his, qui ſunt priuati poteſtate eligendi, vel non
poſſunt eligere, an ſint vocãdi ad electionẽ. dicit, ꝙ valet ele-
ctio, ipſis non vocatis: quia nõ poſſunt agere de cõtẽptu. hoc
verum, niſi illi priuati eſſent quaſi poſſeſsione iuris eligendi.
j.tit.1.c.in Geneſi.& illi ſunt priuati ipſo iure poteſtate eligẽ
di, qui eligunt ſcienter indignum. j.tit.1.c. cum in cunctis.§.
clerici. ¶ Quartò & vltimo glo. diſputat quæſt. ſi omnes de
Capitulo eligunt ſcienter indignum, excepto vno, an in ipſo
remaneat



remaneat dictum ius: ita ꝙ poſsit eligere, arguit pro, & con-
tra.& determinat, ꝙ põt, ſm̃ Io.& idem Goff. hic: non tamen
poterit eligere ſeipſum. quod dic, vt j.de iure pat.c.per ve-
ſtras. hunc opi. tenẽt Phi. Inno. Hoſti. & communiter oẽs. in
vno enim retinetur ius collegii, vt not. in l.ſicut ff.quod cu-
iuſq; vni. no. ¶ Et aduerte, quia ſupra enumerati ſunt caſus,
in quibus priuantur aliqui ipſo iure. & tunc habet locum q̃-
ſtio glo. & deciſio an penes alios non delinquẽtes remaneat
ius eligendi, etiam ſi ſit vnus, & in quæſtione noſtra. Si autẽ
non ipſo iure: ſed per ſententiam aliqui priuarentur (vt cum
eligunt contra formam c.quia propter.) tũc an ad alios de-
uoluatur, non credo. iſta tamen quæſtio in eligentibus cõtra
formam non videtur procedere. quia nõ poſſunt aliqui pec-
care in forma, quin peccent omnes. quia forma cõcernit Ca
pitulum, non ſingulos.

*SVMMAE.*

1 *Papa ſupplet defectus.*
2 *Vtilitas publica priuatæ eſt præferenda.*
3 *Poſtulatio, cum diſcordat, admitti non debet.*
4 *Eccleſiæ per poſtulationem, vel electionem prouidetur.*
5 *Vtilitas publica, & priuata quatuor modis ſumitur.*

BOnæ memoriæ. ¶ Poſtulatio, ꝑ
quam priuata,
vel minor vtilitas communi, vel maiori pręfertur:
vel quæ fit à minori, q̃ à tertia parte, admitti non debet.h.
d. ¶ Et prima pars ponit duas diſcordes poſtulationes. Secũ
da vtrãq; repellit, cauſas exprimens. ibi [nos igitur.] Tertia
monet nouam prouiſionem fieri. ibi [mandantes.] ¶ No. pri
mò, ꝙ in ſupraſcriptione nõ dicitur. Canonicis, & Capitulo,
ſicut communiter in aliis Decre.& eſt ratio, quia ibi.ſ.in ec-
cleſia Rauen. eſt duplex collegium.ſ.canonicorum Cardina
lium, & canonicorum. ſimile.93.diſtin.c.illud. & quod not.
32.q.2.c.ſicut. & c.1.& vide de præbẽ.c.ſi pluribus.li. 6.per
Io.An. ¶ Secundò not. ꝙ exprimitur hic modus vacationis.
quod eſt ponderãdum in literis ad beneficia impetratis: vbi
expreſsio vnius modi non includit reliquum, vt c.ſuſceptũ.
1 de reſcrip.lib.6. ¶ Tertiò not. ꝙ † Papa ſupplet de facto. an
autem quilibet iudex hoc poſsit in cauſis, quæ vertuntur co
ram eo. gl. hic tangit.& Io.An. remittit ad no.28.di.c.priuſ-
quam.& 40.q.5.c.iudicãtem.& in Spec.de diſpu. aduo. poſt
prin. Do.Io. de Lign. hic confusè tentat. Sed tu clarè proſe-
quere, vt no. Bar. in l.3.§. hoc autem iudicium.ff.de dam.in-
fec.& eſt bona gl. j.de elec.c.cupientes.§. ceterùm. in fi.ſup
ver.contumacia.li.6.& per Cy.C.vt quæ deſunt aduo. iudex
ſup.l.vnica. Et diſtingue breuiter, ſm̃ Bar. aut iudex vult ſup-
plere in his, quæ pertinent ad tuendam publicam vtilitatẽ,
vel ſuum decorem.& poteſt, vt hic, & l.quos prohibet.ff.de
poſtu. aut vult. ſupplere circa alia reſpicientia priuatum cõ-
modum.& tunc aut vult probationes inducere, interrogan-
do partem, vel recipiendo teſtes in iudicium productos: &
poteſt, vt l.vbicunq;. ff.de interroga. actio. & in Authen.de
teſti.§.illud tamen.& c.cum Ioã. j. de fide inſtru. aut vult ex
ſuo officio teſtes, & inſtrumenta in iudicium deducere nun-
quam inducta. & tunc aut iudex vult inducere pro abſente
in caſu, quo poteſt ad ſñiam cõtra eum procedi: & põt tam
in cauſa appellationis, quàm in cã principali, vt C.quomo-
do, & quando iudex. Auth. qui ſemel. ibi [perquiſita verita-
te.] &c.& l.fin.§.1.& quod ibi no. C.de appella. aut vult in-
ducere pro præſente: & tunc regulariter non põt, per iura
hic allegata in gl. fallit in duobus caſibus. Primò in inquiren
do veritatem inſtrumenti in iudicium deducti. Secundò pro
pter inquirendam conditionem teſtium inductorum in iudi
cio, vbi ex ſuo officio inquirit à vicinis in Authẽ.de teſtibus.
§.1.in gl. quæ incipit. 1. artis laudabilis. & prædicta habent
locum in ciuilibus. in criminalibus verò an ad defenſam, &
offenſam poſsit teſtes inducere, ibi per Bar. & in ſua diſputa
tione, quæ incipit. Iudex maleficiorum. ¶ Quartò no. ꝙ pu-
2 blica vtilitas † præfertur priuatæ. de quo j.dicam. ¶ Quintò
no. ꝙ poſtulatio nititur gratia, de quo in glo. ¶ Sextò not. ꝙ
quando poſtulatio non recipitur, vel admittitur à ſuperio-
re, non propter defectum poſtulantium ad ipſos deuoluitur
poteſtas iterum eligendi, vel poſtulandi: ſecus quando poſtu
larent, vel poſtulationem caſſatam renouare iterum niteren
3 tur, vt duobus.c.s.proxi. ¶ Septimò not. † ꝙ poſtulationem
diſcordem non conſueuit admittere.& aduerte, quia nõ di-
cit tex. [non debet] ſed dicit [non conſueuit.] poſſet ergo, ſi
ſuperior vellet, admittere. quod eſt verum, ſi eſſet facta à ma
iori parte Capituli. 65.diſt.c.1.2.& 3. Non obſtat c. ſcriptũ.
j.ti.1. quia loquitur, cum concurrit poſtulatio, & electio ſe-
cundùm Goff. Hoſt. dicit, ꝙ verbum, conſueuit, denotat ſti-
lum Romanæ curiæ. vnde quò ad inferiores, qui tenẽtur ad
ſtili obſeruantiam, exponitur, non cõſueuit, pro non debet,
vnde inferior à Papa non debet talem poſtulationem admit
tere, non celebratam à duplo maiori parte. in Papa ergo lo-
cum habet opi. Gof. quòd poſsit poſtulationem admittere,
ſi eſt facta tantummodo à maiori parte Capituli. ¶ Octauò
4 no. quòd per poſtulationem, † vel electionem eccleſiæ pro-
uidetur. committitur alter modus in tex. quia quandoq; ꝓ-
uidetur per nominationem. circa quam quærit Io.And. quæ
eſt propriè nominatio. dicit, quando duo, vel plures idonei
nominantur ſolemniter Papæ, vt eligat alterum ex eis, vt ſibi
placuerit. 85.diſt.c. archi. & à tali nominatione (ſi eſt facta
ſolemniter) non eſt licitum reſilire: ſicut nec à poſtulatione,
poſtquam eſt ſuperiori præſentata. & in hoc eſt ſimilis po-
ſtulationi. infra eo.c.proxi. nominantes verò, & cui eſt præ-
ſentatio facta, poſſent reſilire, etiam inuitis nominatis, ſecũ
dùm Ho.& Compoſt. ¶ Vltimò eſſet hic plenè tractandum,
an publica vtilitas præferatur priuatę. remitto ad Bar. in l.1.
ff.ſolu.ma. vbi ſic dicit, & præſupponit pro intellectu iſtius
5 materiæ. quòd publica, & priuata vtilitas † poteſt quatuor
modis ſumi. Primò eſt quædam publica vtilitas, quæ ſuam
vtilitatem affert in communi, & in quolibet particulari. qđ
conſiſtit in ſacris, ſacerdotibus, & magiſtratibus. nam ſicut
vnus poteſt intrare eccleſiam, & orare: ita alius. ſicut cum
vnus defendit̃ à magiſtratibus, ita alius, vt ff.de iuſti.& iure.
l.1.§.huius ſtudii. Scđa eſt vtilitas publica: qa ſuã vtilitatem
affert in cõi, & non particulari, vt in camera fiſcali, vt l.vti-
litas.C.de priuile. Tertia eſt q̃dam vtilitas priuata principa-
liter, tñ ſecũdariò dr̃ publica: qa reſpectu vniuerſi vtilis eſt.
qa affert vtilitatẽ reſpectu vniuerſi. & eſt apta afferre in quo
libet particulari: vt ꝙ mulieres ſint dotatæ. nã ſic nubẽt, &
poterũt gñare filios, q erũt fortè magnates, & ſacerdotes, vt
Papa & Imperator. & ſic eſt apta afferre ſuã vtilitatẽ in quo
libet particulari.& de hac loquitur hoc.c. Quarto modo aſ-
ſumitur vtilitas publica illa, q̃ principaliter eſt priuata: ſed
ideò dr̃ publica: qa affert vtilitatem reſpectu vniuerſi, ſed in
particulari affert ſuã vtilitatẽ cuilibet per ſe ſeparatim. ita ꝙ
vni, nõ alteri, nec eſt apta afferre in quolibet particulari vni
uerſali. exemplũ ꝙ oẽs ſint diuites ſimpliciter loquẽdo ſine
adiectione alicuius cauſæ. qa hoc reipublicæ intereſt, vt In-
ſti. de his q ſunt ſui vel alie. iuris.§.penul. & in Auth. vt iudi.
ſine quo. ſuffra.§.cogitatio.ff.de procura.l.ſeruum quoq;.§.
publicè. iſta ꝓpriè eſt priuata vtilitas. cũ igit̃ q̃rit, an vtilitas
publica ꝑferat priuatæ, vel ẽt vna publica alteri publicæ vti
litati. dic aut q̃ris de prima publica: & illa ꝑfert oĩbus aliis.
vt C.de ſacroſ.ecc.l.ſancimus.& c.bonæ.de poſtul.ff. de reli.
& ſump.fu.l.impenſa. qđ eſt notandum ad multa. illa.n. ꝑfer
tur dotibus. aut q̃ris de ſcđa: & in iſta aut q̃ris, an ꝑferatur
tertiæ, vt in caſu.l.nr̃æ. & dic ꝙ non. ſed pari paſſu ambulãt,
vt l.2.de priuil.fi. fallit in l.ſatis .in qui.cau.pi. ta.C. aut quæ
ris, an iſta præferatur quartæ. hoc eſt vtilitati priuatorum,
aut loquit̃ de iure iã q̃ſito præferendo: & publica præfertur,
vt C.de priuile.fi.per totũ. & de priu.Cre.l.penul. aut loq̃ris
in iure de nouo ꝑ principẽ concedendo: tunc qñq; princeps

præfert priuatam vtilitatem, ne videatur auarus, vt C. de ſe-
cun.nup.l.2.Si verò quæris de tertia:& iſta præfertur vtilita-
ti priuatorũ, vt hic. & Authen.res quæ.C.communia.de leg.

*S V M M AE.*

1 *Electio archiepiſcopi de iure ſpectat ad canonicos eccleſiæ.*
2 *Quaſi poſſeſſio non probatur, eoipſo, quòd aliquis gerit actum conue nientem poſſeſſori.*
3 *Papæ quando non conſtat de meritis cauſæ, tunc non iudicat.*
4 *Poſtulatio contra formam mandati irritatur.*
5 *Ius eligendi aliquando ſpectat ad aliquem ratione conſuetudinis.*
6 *Electioni eius conſentiens, de quo non habet plenam notitiam, non di citur ſecundùm conſcientiam agere.*
7 *Alienigenæ in eccleſijs præfici non debent.*
8 *Honeſtius eſt tranſire de minori ad maiorem dignitatem, quàm de pa ri ad parem.*
9 *Illuſio venit reprobanda.*

BOnę. ¶Caſus. Archiepiſcopo in archiepi-
ſcopum poſtulato, ex quò poſtula-
tio præſentata eſt Papæ, ſine ipſius licentia reſilire
non licet.h.d.Hoſt.diuidit Decretalẽ in ſex partes. In prima
poſtulationis admittendæ petitio, exceptio, & replicatio. In
ſecunda apoſtolica trimẽbris prouiſio, vſque ibi[cæterum.]
In tertia temeraria,& iniuſta poſtulatio,& eius repulſio, pro
uiſionis faciendæ monitio, & eiuſdem cõminatoria retẽtio,
vſq; ibi [verũ.] In quarta ſuffraganeorum ad concordiã re-
uocatio, canonicorũ diſſenſio, duplicis poſtulationis iniuſta
innouatio, vſque ibi [nec nocebit.] In quinta, in qua ponit
diffinitiua prouiſio, archiepiſcopalis tranſlatio, ac pallij petẽ
1 di permiſsio. ¶ No.primò, ꝙ electio † archiepiſcopi de iure
ſpectat ad canonicos eccleſiæ: vñ ſuffraganei nitebantur hic
ex cõſuetudine, vel priuilegio, vt patet.j̃.in ver.nos igitur.Il-
le enim, qui non eſt de gremio Eccleſiæ, & contendit ſe habe
re vocem in electione, debet exprimere cauſam.j̃.c. conſtitu
tis.¶Secundò no. ꝙ iſti ſuffraganei prætendebant ſe habere
ius.& ſic nitebantur ſuper iure proprietatis: ſed minus cau-
tè.quia ſatis ad caſſationem propter contemptũ ſufficiebat
quaſi poſſeſsio iuris eligendi.j̃.de cau.poſ. & proprie.c.cum
eccleſia.& no.j̃.tit.1.c.in Geneſi.¶Tertiò no.in ver.licèt nũ
2 cij. ꝙ quaſi poſſeſsio † non probatur eoipſo, ꝙ aliquis gerit
actum conuenientẽ poſſeſſori, ſi põt etiã competere non poſ
ſeſſori.Quidã enim ingreditur vnã rem,& vtitur.non enim ſe
quitur, ergo poſsidet: quia poteſt vti iure familiaritatis. &
ſic non quærit poſſeſsionem, vt l. qui iure familiaritatis.ff.de
acquir. poſ.in dubio aũt an præſumatur, ꝙ aliquis vtatur re
vt poſſeſſor, vel quaſi, vel iure familiaritatis, ſiue precario,
3 hic no.Inno.& j̃.dicam. ¶Quartò no.in ver.nuncijs. ꝙ † qñ
Papæ non cõſtat de meritis cauſæ, non iudicat, ſed remittit
ad partes. graue enim eſt in re dubia &c. 11.qõ.3.c.graue.
¶Quintò no.ꝙ Papa quandoq; monet, vt ad eum mittã nũ-
cium: quandoq; procuratorem.quando.n. cum iſtis ſuffraga
neis ſperabatur litigium, monet, vt mittant procuratorẽ.quã
do verò ſine litigio, monet, vt mittant nuncios, qui dicuntur
propriè inſtructores.quod dic vt j̃.de elec.c.cupiẽtes. lib.6.
¶Sextò no.in ver.ꝙ ſi contradicentibus, ꝙ ſi prælatus diffi-
dit de iure ſuo ſuper re, quam poſsidet, debet ipſam dimitte
re.quod eſt verũ, ſi ſpectat ad eum. ſi aũt ad eccleſiam ſuã,
debet ſibi conſtituere defenſorẽ, vt l. at qui natura.§. cũ me
abſente.ff.de nego.geſt.modicum eſt illud conſilium.quia pa
rum intereſt, per ſe, vel per alium litiget. de pecu. cle.c.pe.
dic ergo, ſecundũ Goff.tutius, ꝙ cõicato conſilio Capituli rẽ
reſtituat.& ſi Capitulum non conſentiat, dicat. mundus ego
ſum à ſanguine huius.quare nos defendatis, ſi vultis.ſicut.n.
non ſuo, ita nec nomine eccleſiæ, debet calumniari. C.de ad-
uo.fiſ.l.pe. imò imputetur, ſi ſuperuacuam litem exercet.ff.
de admi.tu.l.quoties.§.ſicut.nec fraudẽ debet cõmittere. de
doñ.c.per tuas.nec contra conſcientiam agere.j̃. de ſeru. in
4 ord.fa.c.fi.¶Septimò no. ꝙ poſtulatio † celebrata cõtra for
mam mandati,& in diſcordia irritatur.fuit enim forma mã-
dati, ꝙ oẽs recederent, non quidã tantũ, vt hic fuit. & ideo ir
ritatur in ver.nos igitur.¶Octauò no.in ver.ſed nobis.ꝙ ius
5 eligendi † ſpectat quandoq; ad aliquem rõne conſuetudinis:
quandoq: rõne priuilegij: quandoq; ratione quaſi poſſeſsio
nis: quandoq; iure proprio, vt canonici. eo.n.ipſo, ꝙ creati
ſunt canonici in eccleſia, ſimul ius eligendi in eſſe produci-
tur quò ad eos.j̃.de præben.c.relatum.& aduerte, ꝙ ſi de cõ
ſuetudine, vel priuilegio dubitatur, ſiue quaſi poſſeſsione ſuf
fraganeorum, non debent canonici retardare electionẽ ſuã:
aliàs curreret eis tempus, de quo in c. ne pro defectu.aut.n.
conſtat, ꝙ ſunt in quaſi poſſeſsione iſti ſuffraganei.& debent
expelli: aut conſtat, ꝙ non ſunt:& non dñt canonici electio-
nem retardare. in fine enim cauſæ apparebit, quid iuris, vt in
c.cum veniſſet.j̃.de in integ.reſt.¶Nonò no.ꝙ ſi ſuper eodẽ
facto Papa dirigit plura mandata diuerſæ formæ: ſed ſecun-
dũ primam formam,& poſt ſcriptas alias alterius formæ nõ
dum præſentatas eſt prouiſum, valet quod actum eſt vigore
primi mandati: non ergo ſecundum mandatum reuocat pri-
mũ, niſi poſt receptionem ſecundi.quod dic, vt no. in ſimili
j̃.de conceſ.præben.c.quia cunctis.lib.6.per Inno. ¶Deci-
mò no.in ver. cæteri.quando pluribus vt collegio, aliquid à
Papa iniungitur: an quibuſdam negligentibus, poſsint alij
mandatum apoſtolicum adimplere. de quo hic per Inno. &
j̃.dicam.¶Vndecimò no. ꝙ poſt poſtulationem præſentatã
ſuperiori non eſt licitum reſilire, vt hic in ver. non nocebit.
faciebat hic dubium.ꝙ poſſet. quia adhuc ſuffraganei litiga-
bãt, vnde narratio videbatur permiſſa. Item ꝙ Papa propter
nouã formã poſt prædictã poſtulationem concor. dedit in
ver.ita dicimus prouidendũ.ergo videbatur ipſam quodam-
modo reprobaſſe. Sed dic ꝙ litigiũ ſuffraganeorũ non præ-
bet eis materiam variandi. Item Papa ad cõfirmationem po
tius, quàm infirmationem primæ poſtulationis tradit dictã
6 formam.¶Duodecimò no.in ver.quia verò.ꝙ ille, † qui con
ſentit in illum, de quo non habet plenam notitiam, non ſal-
uat conſcientiam ſuam. & per conſequẽs perſona ignota nõ
debet eligi.argu.j̃.de cle.peregri.c. 1. & de cleri. non reſi.c.
fraternitati.¶Decimotertiò no.ꝙ non debent præfici in ec
7 cleſijs alieni, † ſed illi de patria, quorum magis conuerſatio
eſt nota.concor.ſunt in glo.& 40.diſtin.c.hortamur. & C.de
epiſ.& cler.l.in eccleſijs.¶Decimoquartò no.in ver.quãuis.
ꝙ quando vnum eſt honeſtum, alterum iuſtum. præferimus
8 quod eſt iuſtum.¶Quintodecimò no. † honeſtius eſt tranſi-
re de minori ad maiorem dignitatẽm, quàm de pari ad pa-
rem.concor.l.vt gradatim.ff. de mu. & ho. ¶ Decimoſextò
no. in verſi.licèt temporibus diuerſis.&c. ꝙ ſingulares con-
ſenſus confirmant poſtulationem inualidam à principio. de
quo in glo.& in c.auditis.& c.in Geneſi.j̃.titu.1.& dicit Ab-
bas.ꝙ quando facta eſt electio, vel poſtulatio à maiori par-
te, põt confirmari per ſubſequẽtes aliorũ conſenſus. & ita lo
quantur prima iura: aliàs non poſſit. Ad l.per fundũ.rñde, vt
no.s̃.de conſti.c.cum omnes. ¶ Decimoſeptimò no. in ver.
9 nec nocebit. ꝙ illuſio † reprobatur.& poſt poſtulationẽ prę
ſentatã ſuperiori non eſt licitũ variare.adde quod leg. & no.
in c.1.de renun.in Clem.facit.ff.de iudi.l.ſi prætor. & de bo.
quę lib.in l.fi.§.vbi.vbi dicitur, ꝙ leges non debent eſſe ludi
brio.& j̃.de præben.c.pro illorum.& c.dilectus.¶Decimo-
octauò no.de decreto roborato ſubſcriptiõibus &c.& iſtud
decretũ non eſt de ſubſtantia poſtulationis, ſecundùm Hoſt.
ſed debet interuenire, vt facilior ſit probatio cõtra ipſos ſuc
cumbentes.1.q.7.c.ſaluberrimum. & dic vt no.j̃.ti.1.c.inno
tuit.¶ Venio ad oppo.dicitur hic, ꝙ iſti ſe oppoſuerunt, qui
habebãt ius in electione. &c. ſed videtur, ꝙ iſta obiectio fue
rit impertinens. quia ius intereſſendi in electione non proue
nit ex titulo, ſed ex poſſeſsione, vt in c.conſultationibus.j̃.de
iure



iure pa.Sed iſti allegabãt tantummõ titulũ, non poſſeſsionẽ,
quare malè.So.dicit Hoſt.ꝙ melius feciſſet ſe fundare ſuper
poſſeſsione, q̃ ſuper titulo.& ſic ſtat oppoſitio, ꝙ malè exce-
perunt.vel dic.ꝙ per iſta verba[ius habeo eligendi tecũ]in-
tentatur poſſeſſoriũ.quia eoipſo, ꝙ narro me habere ius eli-
gendi tecum, videor me fateri eſſe in quaſi poſſeſsione: quia
aliàs non competeret.arg.ad hoc.l.ad legatũ.& l.ad rem mo
bilẽ.ff.de procu. ¶ Secundò oppo. per confeſsionem iſtorũ
procuratorum apparebat de quaſi poſſeſsione, cũ dixerint
eos fuiſſe pluries requiſitos: ergo ſine alia ꝓbatione debuit
rõne contemptus dicta electio irritari, vt in c. ꝙ ſicut.j̃.c.1.
confeſsio enim iſtorũ procuratorum debuit obeſſe Capitu-
lo.vt s̃.c.1.So.dic, ꝙ per ſolam vocationem, ſi non venit, non
quæritur quaſi poſſeſsio.& hoc cõtinebat iſtorũ procurato-
rum confeſsio,& non vltra.vel poſito, ꝙ veniſſent, dicebant
iſti procuratores, ꝙ fuerant vocati de gratia, non tanq̃ ius
habentes. vnde confeſsionem coarctatã ad certũ modũ de-
bemus accipere, prout iacet: nec põt partem aduerſarius ac-
ceptare,& partẽ reſpuere, vt l.2.& quod ibi no.C. de do.an-
te nup.& per Bar.in l.Aurelio.§. Gaius Seius.ff. de lib. leg.
¶ Tertiò oppo.hic Papa permittit variare.cõtra, quia in ele
ctionibus variatio reprobatur, vt c.vt quis duas. de elec. lib.
6.& c.publicato.So.dic, ꝙ aliud in electione: aliud in poſtu-
latione.ſed iſta ſolutio vr̃ contra.§.nec nocebit. Sol. de con-
ſenſu ſuperioris poteſt, vt ibi: alias non, vt hic.& attende. qa
in caſu noſtro in certis caſibus, ſiue modis Papa variationẽ
conceſsit: iſti verò aliter proceſſerunt. quia aliqui minus ca-
nonice, quàm dicti Quinqueeccle. poſtulatio ideo fuerit
nulla.vnus enim modus expreſſus in gratia aliũ nõ includit,
vt c.ſuſceptum.de reſcrip.lib.6.& l.ſi extraneus.ff. de condi.
ob cauſam.¶ Quartò oppo.dicitur hic in ver. verũ.ꝙ anteq̃
ſecundæ literæ peruenirent ad Capitulum, ſuffraganeos ad
concordiã reuocarunt.ergo videtur, ꝙ vigore primi manda-
ti eſſet prima poſtulatio approbanda.ſed j̃. in ver. intellexi-
mus.dixit, ꝙ eſſet vtraque reprobanda, quare malè.So.Hoſt.
ſentit iſtud contrarium ſuper ver. antequàm. & ſuper ver.
approbanda.& ſoluit multis modis. vera ſolutio videtur, ꝙ
non ſecundũ formam prioris mandati fuit ſubſecuta appro
batio ſuffraganeorum.mandatum enim fuit, ꝙ ſi ſuffraganei
à contradictione ceſſarent, canonicè prouiderent &c.ſed hic
non ceſſarunt omnes: ſed vnus.ſ.Quinqueeccleſieñ. perſiſte-
bat in contradictione: & vnius ſolius contemptus ſufficit ad
caſſandum, vt d.c.quod ſicut.de elec.¶Item non omnes per
ſiſtebant in propoſito. quia non illi, qui poſtularunt illum
Quinqueeccleſieñ.Vel poteſt planius intelligi, ꝙ nulla erat
approbãda de iure: ſed de gratia erat approbanda poſtula-
tio Coloceñ. & iſtam ſolutionem tenet etiam glo. quæ inci-
pit.& ſi nondum. ¶ Quintò opp.hic Papa approbat poſtu-
lationem factam ex ſingularibus conſenſibus. Sed contra de
c.auditis.j̃.tit.1.ſolue, vt hic no.Hoſti. ſuper verbo diuerſis.
electio enim, quæ eſt nulla ratione diſſenſus, non poteſt po-
ſtea per aliorum conſenſum, qui diſſenſerant, conualeſcere,
vt in contrario.fallit in c.indẽnitatibus.de elec.lib.6. Sed qñ
eſt nulla ratione contemptus plurium, ſufficit ſi illi plures ſin
gulariter poſtea conſentiunt, vt hic. ¶ Sextò oppo. dicitur
hic, ꝙ iſti(licèt pauciores eſſent) alios ad Capitulum conuo
carunt. & illi neglexerunt.ergo videtur, ꝙ poteſtas conceſſa
eis per Papam in vltimis literis fuerit totaliter in eos transfu
ſa, vt c.cum nobis olim.j̃.de elec.Solu. glo.ſuper ver. intelli-
gentes.dicit, ꝙ illi non fuerunt negligentes: quia innouaue-
runt poſtulationem Coloceñ. & intelligit Hoſtiẽ.ꝙ iſti erant
pauci, qui innouauerunt poſtulationem Quinqueeccleſieñ.
ſi autem fuiſſet maior pars, omnes feciſſe viderentur, vt l.qd
maior.ff.ad muni.quod poteſt eſſe verum, ſi fuiſſent duæ par
tes, ſicut in poſtulatiõe requiritur, vt dixi.s̃.c.proxi.Sed hoc
videtur contra.c.gratum.s̃.eo. vbi ille, qui innouat poſtula-
tionẽ caſſatam, priuatur poteſtate poſtulandi. Sol. ibi vitio,
hic verò proceſſus.vnde idem iterum poteſt eligi, vt j̃.tit.1.
c.ſuper eo.¶ Septimò oppo. Papa hic dicit, ꝙ oẽs conſen-
ſerunt in Coloceñ. excepto Quinqueeccleſieñ. Sed contra.
quia aliqui(licèt pauciores)poſtulauerunt illũ Quinqueec-
cleſieñ.iuxta formam vltimi mandati, vt in verſi.cæteri. Sol-
ue, vt in tex.ver.ſed nocebit. poſtq̃ enim à principio in Colo
ceñ.conſenſerant, poſt præſentationem poſtulationis ſupe-
riori non poterant variare, niſi modo, & forma eis conceſſa
de gratia in primis, & ſecundis literis apoſtolicis: quam tñ
quia non ſeruarunt in poſtulãdo, non eſt à priori poſtulatio
ne cõcorditer facta receſſum. à prima enim poſtulatione va
lida, quò ad poſtulationem, non receditur, ſi alia eo modo,
quo conceditur, non celebratur: ſicut inutilis nouatio nõ tol
lit præcedentem validam ſtipulationem, vt l.certi condictio.
ſi cer.pe.arg.contra.l.planè.ff.de leg.1. ¶ Octauò oppo.hic
Papa pollicetur iſti nouum pallium. cõtra, quia cum ſuo, qd
ſemel habuit, debet ſepeliri, vt in c. adhuc. de aucto. & vſu
pal.Sol.pallium non tenditur tantũ perſonæ, ſed etiam loco.
quod patet, quia eo non vtitur extra locum.j̃. de renun.c.ad
ſupplicationem.& ita dicit hic Hoſt.tamẽ pallio, quod dimit
tit in eccleſia, non vtitur ſucceſſor: ſed indigebit nouo, ſecun
dùm eum.¶ Venio ad aliquas qõnes.dicitur hic, ꝙ iſti ſuf-
fraganei prætendebant ſe habere ius in electione.quæro er-
go per quos actus iſta quaſi poſſeſsio probetur.dic breuiter,
ꝙ ex qualitate actuum,& frequentia arbitrabitur bonus iu
dex.ſi enim commune pateretur, ꝙ forenſis ſemel veniret ad
conſilium, non per hoc eſſet probata quaſi poſſeſsio huius iu
ris.ſecus ſi propoſuiſſet in conſilio, vel fuiſſet de prioribus.
quia tunc eſſet quęſita quaſi poſſeſsio. & hoc no.pro proban
da quaſi poſſeſsione iurium incorporalium. & not. etiam de
hoc Inno.j̃.de cau.poſ. & proprie. in c. cum eccleſia.in glo.
affuiſſe.& hoc no.Bar.in l. 1.§.hoc interdicto.ff.de iti.actuq;
priua.& ff.de condi.inſti.& l.Titia.ff.ſo.ma.¶ Secundò quæ
ro, vtrũ in hac quaſi poſſeſsione requiratur ſciẽtia aduerſa-
rij.tenent Doct.ꝙ ſic: aliàs non quæreretur.ff.de acquir.poſ.
l.clam poſsidere.§.fin. & videtur tex.in l.2.C.de ſerui. ratio
eſt, qa quaſi poſſeſsio in iſtis incorporalibus nihil aliud eſt,
quàm patientia aduerſarij, vt l.quoties.ff.de ſerui. ſed ille, q
ignorat, non poteſt pati.& ſic ille, qui ignorat, nõ poteſt quæ
rere quaſi poſſeſsionem.& ita tenet hic Inno. & probatur ẽt
à ſimili.quia poſſeſsio rei corporalis non poteſt quæri, igno
rante illo, qui poſsidet,& abſente. cum enim in abſentia reti
neat poſſeſsionem ciuilem, non poteſt alius eam quærere,
niſi ille perdat.& hoc eſt, quod dicit glo.ꝙ iſte, qui ſic ingre-
ditur, præſcribere non incipit, donec dñs abſens,& ignorans
poſſeſsionem ciuilẽ retinet, vt eſt gl.no.in l.1.C. de ſeruis fu.
facit l.clam poſsidere.§.qui ad nundinas.ff.de acquiren.poſ.
Bar.in d.§.hoc interdicto.diſtinguit inter ſeruitutem, & iu-
ra, quæ habent cãm cõtinuam(& ſit vera.opi. Inno.) & inter
habentes cãm diſcontinuam. & in iſtis ſufficit probare ſim-
plicem vſum facti ſine ſcientia quò ad quaſi poſſeſsionẽ, nõ
quò ad præſcriptionem. & hoc probat, vt ibi vide per eum.
¶Tertiò quæro.ſi ſint plures dñi, ad quos ſpectat electio: an
ſi volo quærere quaſi poſſeſsionem, omnium ſcientia requi-
ratur.diſtingue, ꝙ aut illi plures dñi prætendunt idẽ pro in-
diuiſo:& omniũ ſciẽtia requiritur, vt l.per fundum.ff. de ſer.
vrb.præ.aut prætendunt ius diuerſum, vt epiſcopus,& pleba
nus.& tunc aut quis vtramq; quærere intendit: & vtriuſque
ſcientia requiritur.aliàs illius tantũ, cõtra quem quærere in
tẽdo, vnde ſi ingredior poſſeſsionem rectoris, non vt præue-
niam electorem, vel illum, ad quem pertinet prouiſio iure
ſuo, ſed vt deijciã poſſeſſorẽ, quæretur contra illũ poſſeſſorẽ,
non contra iſtos, poſſeſsio. ad hoc facit quod leg. & no. in l.
ſi quis in tantam.C.vnde vi.¶Quartò quęro, ſi contra quaſi
poſſeſſorẽ dicitur, ꝙ ſua quaſi poſſeſsio eſt iniuſta: ipſe verò
econtra prætendit iuſtã: quæritur, cui incumbat onus probã
di, vel poſſeſſori, ꝙ iuſtè poſsideat, vel contradictori, ꝙ iniu-

ſtè. Quidam dicunt indiſtinctè, ꝙ illi, qui dicunt iniuſtã. vn-
de probato, ꝙ quis erat in quaſi poſſeſsione, cum fuit expul
ſus, fiet ſibi reſtitutio, alio non probato, põt tñ aduerſarius
probare, ꝙ ipſe precariò poſsidebat, non obſtante. l. ſi quis
diuturno. quæ exigit probationem tituli. quia intelligitur,
cum agit confeſſoria. & ſic de proprietate, & non de poſſeſ-
ſione. Alij diſtinguunt inter corporalia, & incorporalia: vt
in priuis ſit vera opinio præcedens: in incorporalibus verò
probare debeat quis ſe iuſtè poſsidere, ſiue poſſediſſe. primã
opi. tenent hic Doct. Bar. in d. §. dicit, ꝙ in quaſi poſſeſsione
iſtorum, quæ non poſſunt poſsideri de iure cõi ſine titulo, &
quibus non aſsiſtit ius cõe, debet probari aliquid, ꝙ ille mo
tus fuerit ad credẽdũ quaſi poſſeſsionem ſibi competere. &
ſolius vſus probatio non ſufficit: ſecus in rebus, quæ de iure
communi poſſunt poſsideri. facit ad hoc. c. 1. de præſcrip. lib.
6. vbi ſimilẽ conſiderationẽ habemus in præſcriptione quaſi
poſſeſ. quæ eſt contra ius commune: vel quia non competit
ſine titulo, non releuat poſſeſſorẽ ab onere probandi, vt eſt
quaſi poſſeſsio doctoratus, tabellionatus, & quaſi poſſeſsio
decimandi in aliena parochia: niſi enim probet titulum in ta-
libus, præſumitur vſurpaſſe, vt c. ad decimas. de reſti. ſpo. lib.
6. & 100. diſt. c. contra morem. & vide qđ circa hoc no. Inn.
in c. veniens. de verbo. ſigni. ¶ Quintò quæro, ſi quis habet
quaſi poſſeſsionem, & ius etiam eligendi, & canonici nolint
ipſum recipere, niſi de gratia: ſi in hoc conſentit, dicit Hoſt.
& omnes, ꝙ perdit poſſeſsionẽ, & dominiũ. nihil boni alleg.
ſed ego hanc quæſtionem adapto ad aliam materiam, cum
quis ſcilicet eſt dñs, & poſſeſſor alicuius rei, & ipſam ab alio
conducit. quam materiam plenè proſequere in l. ſi rem ali-
quam. ff. de acquir. poſ. per Bar. & l. ei à quo. de vſu. & C. loc.
l. qui rem. ¶ Sextò quæro. an contra Papam poſsit quæri iſta
quaſi poſſeſsio. dicit Hoſt. ꝙ non contra ſupremam liberta-
tem, quam habet à Deo. ſed ſuper alijs iuribus cõtra eũ prę-
ſcribitur, & præſcribit, & alteri cõcedendo poſſeſsionem al-
terius, an trãsferat dñium, vel poſſeſsionem. dicit, ꝙ ſi igno-
ranter transferat poſſeſsionem, & nõ dominium: ſed ſi ſcien
ter iura vnius eccleſiæ transfert in alterum, vtrũq; transfert,
ſcilicet dominium & poſſeſsionem. & hęc vera in rebus ec-
cleſiarum, vel iuribus ſpiritualibus: in prophanis verò an Pa
pa, vel Imperator poſsit vnius alteri dare dñium, transferẽ
do: dic vt l. bene à Zenone. C. de quadri. pręſcrip. & l. Lucius.
de euic. & l. item ſi verberatum. §. 1. ff. de rei ven. ¶ Septimò
quæro. dr̃ in ver. ceteri. ꝙ aliqui cupientes implere mandatũ
apoſtolicum, alios conuocarunt. quibus non curantibus, ipſi
adimplere curarũt. Quæro ergo, an iſtud ſit ſemper verũ: vt
aliqui poſsint implere mandatum apoſtolicum, alijs negligẽ
tibus. iſtum articulum bene tangit hic Inno. & poſt eum Io.
And. Ex quorum dictis ſic diſtingue. qñq; aliquid eſt expli-
candum, tanquàm à Capitulo, & collegialiter: qñq; aliquid
eſt commune pluribus, vt vniuerſis: qñq; eſt explicandum à
ſingulis. Primo caſu aut ille actus conſiſtit in facto, vt rece-
ptione ad chorum (quia iam Papa contulit ſibi præbendam)
& tunc quilibet poterit illum recipere, cũ iam ſit illi plenum
ius quæſitum. ad quod facit de accũ. c. accedens. de reſcrip.
c. eam. vbi per Io. An. ſuper glo. argu. qñq; iſtud mandatum
conſiſtit in collatione iuris, ſiue tituli. & tunc aut maior pars
Capituli negligit, & contẽnit implere: quia monitum ab exe
cutore, vel ordinario non adimplet: & tunc executio deuol-
uitur ad alios etiam ad vnũ, non vt adimpleat vt ſingularis,
ſed vt capitulum. quia ratione talis negligẽtiæ, & delicti ius
Capituli iſto caſu eſt ad ipſum deuolutum. quod no. qñ Ca-
pitulum delinquit, vt non conſentientes ſint immunes à pœ-
na, debent ſe opponere, & contradicere, vt no. in c. ſi quis pſ-
byterorum. de reb. ecc. non alieñ. facit C. de app. l. iudicibus.
& l. omnes iudices. & plenè per Inno. j̃. de his, quæ fi. à ma.
par. ca. c. 1. aut Capitulum non eſt negligens: & tunc manda
tum directum Capitulo, non poſſunt etiam omnes ſingula-
riter adimplere. j̃. c. 1. c. quia propter. 63. diſt. c. 1. & 2. ¶ Se-
cundo caſu, qñ aliquid eſt explicandum tanquàm à ſingu-
lis, vt ſi aliquod negocium eſt cõe pluribus vt ſingulis: tunc
quilibet põt facere, vt l. per fundum. ff. de ſerui. ruſti. præ. Et
prædicta faciunt ad q̃onem hic notatam. ſi canonici conſti-
tuerunt procurat. nõ poterit à ſingulis reuocari, ſi tãquàm
Capitulum hoc fecerunt: niſi hoc facerent omnes, vel maior
pars tanquàm Capitulũ. j̃. tit. 1. c. in cauſis. & ibi per Io. An.
in glo. ergo & per eundem. de teſti. c. præſentium. lib. 6. Si ve
rò hoc feciſſent ſingulariter, poſſunt re integra ſinguli reuo-
care vt in negocio cõi. facit quod no. s̃. de conſ. c. cum oẽs.
prædicta etiã faciunt, quãdo citetur collegium, ſiue corpus,
an ſufficiat citare ſingulos, vt ſic dicatur citatum ſiue moni-
tum ipſum collegium. de quo eſt glo. not. in c. ſi Capitulo. j̃.
de conceſ. præben. lib. 6. & per Bar. in extrauag. ad reprimẽ
dã. facit quod no. in l. ſicut. ff. quod cuiuſ. vniuer. no. Regula-
riter autẽ ſemper valet quod facit maior pars. vt l. quod ma
ior. ff. ad munici. Super quo articulo leuius ſic diſtingue. aut
aliquid eſt diuiſum & ſeparatum. aut eſt cõe & connexum.
Primo caſu maior pars nõ præiudicat minori, vt l. ſi vnus. §.
ante omnia. ff. de pac. vnde ſi totus populus ſingulariter con-
ſentiret, ꝙ ego eſſem Titio obligatus in centũ, ego non obli
garer, vt no. in l. 2. C. quæ ſit lon. conſue. fallit in fauore liber-
tatis, vt l. ſi plures. & l. maiorem. ff. de pac. & l. fina. C. qui bo.
ced. poſ. & alijs caſibus expreſsis in iure. Secundo caſu aut
aliquid eſt cõe vt collegio, & vniuerſitati: aut vt ſingulis. ſi vt
vniuerſitati: & tunc aut maior pars vtitur iure ſuo, aut abu-
titur. ſi vtitur, aut pro cõi vtilitate, aut proprio commodo eo
rum. Primo caſu valet, vt d. l. quod maior. Secũdo non valet,
vt d. c. cum oẽs. Sed ſi abutitur (puta delinquendo) & hoc nõ
præiudicat in alijs. ff. de ma. conue l. 1. §. 1. ſecus autẽ ſi om-
nes concordarent in malum. C. de ſac. ſan. eccle. l. iubemus
nullam. & Authen. hoc ius porrectum. ſed ſi aliquid eſt cõe,
vt ſingulis: tunc melior eſt conditio prohibentis, ſi qui, vel
oẽs alij vellent vti ad vſum non deſtinatũ. ſed ſi ad vſum de-
ſtinatum, poſſet vnus, inuitis alijs. quod dic, vt l. item qđ Sabi
nus. ff. commu. diui. & adde ad prædicta quæ not. Inno. & ibi
dixi. j̃. de his, quæ fi. à ma. par. ca. c. 1. ¶ Octauò & vltimò q̃
ritur ſuper ver. nec nocebit. dicitur hic, ꝙ poſtulatione præ-
ſentata ſuperiori, non eſt licitũ poſtulantibus reſilire. pone
ergo, ꝙ nondum præſentata, ſed tranſmiſſa per procuratorẽ
ſolemniter Capitulum reuocat, & annullat illam poſtulatio-
nem: procurator aũt iſtius reuocationis ignarus præſentat
ipſam ſuperiori, & recipitur. q̃ritur quid iuris. dicit hic Ho-
ſtien. ꝙ illa admiſsio non tenet, poſtquàm ipſam præceſſerat
reuocatio. ar. huius ver. à contrario ſenſu. ſi enim poſt præſen-
tationem reſilire nõ poteſt: ergo ante videtur ꝙ poſsit, ar. ff.
de offi. eius, cui mand. eſt iuriſdi. l. 1. §. eius. & hoc ideo fortè
verum eſt: quia per talem admiſsionem ſuperioris nullũ ius
quæritur poſtulato. ſi autẽ quæratur, reuocatio procuratoris
ſolemniter conſtituti non obeſſet, ſi ad iudicis, vel partis no-
titiam reuocatio non peruenit. vt c. ex parte decani. s̃. de re-
ſcrip. fallit in c. fin. de procur. lib. 6. ad vnum tñ aduerte, ꝙ ſi
procurator fecit aliquas expenſas in itinere, vel alio modo
in factis poſtulationis, põt ipſas repetere, ſi non fuit ſibi reuo
catio intimata: ſed poſtulatus non poſſet. quia ſine nota am-
bitionis non poteſt expenſ. facere. ar. j̃. tit. 1. c. qualiter. & c.
a officij. ad hoc. j̃. de elec. c. cupientes. §. deniq;. lib. 6. &c.

ADDITIO.

a ¶ &c. Vide reſiduum huius lecturæ per dom. Zab. hic, qui eam diſcutit ſingulariter per §§.

*S V M M AE.*

1 *Poſtulato nullum ius quæritur per poſtulationem.*
2 *Poſtulantes ad petendam confirmationem debent mittere procuratorem.*

Poſtu-



POſtulationem. ¶ Poſtulatio de-
pendet à gratia.
1 h. d. ¶ Not. primò † ꝙ per poſtulationem nullũ ius
quæritur poſtulato. ¶ Secundò not. ꝙ ad petendam confir-
2 mationem † debent mittere poſtulantes procuratorem ſuf-
ficienter inſtructum. in poſtulationibus verò, quæ deuoluũ-
tur ad Papam per appellationem, vel immediatã ſubiectio-
nem in cathedralibus, & regularibus eccleſijs dic, vt habes
in c. cupientes. de elec. lib. 6. ¶ Quærit glo. an poſsint à poſtu
latione recedere poſtulantes. dicit, ꝙ non, ſi eſt præſentata
ſuperiori. & hoc clarum. vel etiam, ſi eſt publicata. ſed Hoſt.
dicit, ꝙ hoc eſt contra tex. nam hæc erat iam publicata. & ta
men dicitur [nullum ius] &c. Tractat etiam, an præſentans
vnum poſsit variare, &c. dic vt in ea. ¶ Vltra omnes hic quæ
ritur de tali q̃one. Senen. eligunt ſolẽniter, & in conſilio Pote
ſtatem. ante electionem ſibi præſentatam volunt reuocare,
an poſsint. & ꝙ non poſsint, facit c. cum inter. & c. publica-
to. j̃. tit. 1. Item per ſolam electionem quæritur ius electo, vt
l. priuatorum. C. de iuriſ. omn. iudi. facit l. Publius. in prin. &
quod ibi no. ff. de condi. & demon. In contrarium facit l. ab-
ſenti. de acquir. poſ. præterea mandatum re integra reuoca-
tur, vt l. ſi pecuniam. in prin. de condi. ob cau. Bar. ſic diſtin-
guit. quædam eſt electio, quę ſpectat ad municipium, qđ de
neceſsitate cogitur quis ſubire. & tunc ex electione acquirit
ius abſenti, & ignoranti, vt l. illud. & l. ſeq. ad leg. Aquil. tamẽ
ſibi non imputatur, ſi non adminiſtrat, niſi à tempore ſcien-
tiæ, vt l. & ſi eſſes. C. de admini. tut. & de iſto loquitur glo. quę
eſt in l. priuatorum. nam officium defenſorum ſubit quis de
neceſsitate, ſicut tutor. vt in §. interim. in Authen. de defen.
ciui. & iſto caſu, cum ſit ſibi ius quæſitum, non poſſet reuoca
ri, & alius eligi. C. in qui. cau. ha. tu. per totum. & idẽ de elec.
ad aliqua officia in ciuitatibus. quoddã. n. eſt officium, quod
defertur alteri voluntariè. & iſto caſu aut ille eligit ex neceſ-
ſitate: & facta electione non põt reuocari, vt d. c. publicato.
& c. ſi tibi abſenti. de præben. lib. 6. eſt enim functus officio
ſuo ſemel eligendo. vt l. iudex. ff. de re iud. ſed electo nul-
lum ius quæritur, niſi acceptatione facta, vt d. c. probatur. &
ita loquuntur omnia iura, quæ requirunt acceptationẽ, vt C.
de conſulibus. l. fi. lib. 12. & ibi not. quò ad perceptionem ſa-
larij, vel implementũ conditionis requiritur electio, præſen-
tatio, acceptatio, & ꝙ inceperit gerere. Inſti. quib. mo. ius pa.
po. ſol. §. ſi filius. C. de epiſ. & cle. Authen. ſed epiſcopalis. Si
verò quis non eligit de neceſsitate: tũc antequàm acceptet,
põt reuocari, vt l. qui abſenti. ff. de acquir. poſ. In quæſtione
ergo propoſita, quando Senẽſ. eligunt, dic, ꝙ aut ſunt officia
les, qui eligere tenentur ex officij neceſsitate: & reuocare nõ
poſſent: ſed adunantia, & cõe poſſent ante acceptationem.
idẽ ſi ipſum cõe elegiſſet. & ita no. Bar. in d. l. abſenti.

*S V M M AE.*

1 *Electio facta de perſona ineligibili eſt nulla.*

a ET ſi vnanimiter. a ¶ Epiſcopus
poſtulãdus ẽ,
non eligendus. h. d. non diuiditur. ¶ Not. ꝙ electio
1 † facta de perſona ineligibili, eſt nulla. ita econuerſo poſtu
latio de eligibili. vt aũt effugerent antiqui iſtud periculũ an-
nullationis, vtebantur cautela, de qua in gl. magna. in fi. vt di
ceret [eligo, & poſtulo, vt melius valere poteſt.] quę practi-
ca reprobatur. j̃. e. c. 1. lib. 6. ¶ Secundò no. ꝙ electio, q̃ non
valet vt electio, non valet vt poſtulatio. ¶ Sed contra hoc op
po. poſtulatio eſt pręparatoria ad electionem. & habens po
teſtatem eligendi, videtur habere etiã poteſtatẽ poſtulandi.
j̃. c. 1. in cauſis. Si ergo vnum includit reliquum, ſatis vr̃, ꝙ eli
gens etiã poſtulare vr̃. præterea probatur. quia qñ verba nõ
poſſunt ſumi propriè, debent intelligi impropriè reſpectu p
onæ, ad quam ſermo dirigitur, vel profertur, vt l. pa ter Seue
rinam. §. conditionum. ff. de condi. & demon. & quod not. in
c. intelligentia. j̃. de verb. ſig. vbi ad hoc, ꝙ actus valeat, ver-
ba impropriè ſunt ſumenda. ad hoc facit l. ſi ſtipulatus. ff. de
vſur. & l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoq;. ff. de verb. obli. & de cõ
di. & demon. l. quibus diebus. §. dñs deberet. ergo in caſu hu-
ius. c. aſſumitur verbum, electio, pro poſtulatione. & maxi-
mè, quia qñ actus rõne ineptæ conceptionis non valet vt ge
ritur, valet vt valere põt, vt l. ſi vnus. §. fi. ff. de pac. & iſtis rõ-
nibus fortè canones antiqui permixtim, ſiue promiſcuè iſtis
vocabulis vtebantur. 63. diſt. c. literas. 61. diſt. §. is autem. & 
no. Inno. s̃. c. 1. ſed hodie cum proprius ſenſus cuilibet verbo
per iura, & conſuetudines ſit accõmodatus, reprobatur iſta
permixtio, vt in iſto. c. ¶ No. tertiò, ꝙ eps nõ habet liberum
arbitrium, neque conſenſum. licèt enim à principio non co
gatur: tamen põt inuitus transferri de vna eccleſia ad aliã.
& ſimiliter quilibet rector de vna parochia ad aliã inuitus
transfertur. de re. permu. c. quæſitum. & de præben. c. auari-
tiæ. per Io. An. & in c. niſi cum pridem. §. niſi propter mali-
tiam. in prin. & 7. q. 1. c. ſcias. ¶ Quærunt hic cõiter oẽs, qui
ſint poſtulandi. dicunt quidam, ꝙ oẽs illi, qui non poſſunt ſi-
ne conſenſu alterius conſentire. Alij dicunt, qui non poſſunt
ſine conſenſu Superioris conſentire. Prima regula non eſt ve
ra, vt patet in monacho, qui non poteſt conſentire ſine licen
tia. & tamen eligitur, & non poſtulatur, vt c. ſi religioſus. & c.
nullus. vbi de hoc, de elec. li. 6. ſimiliter ſecunda regula non
eſt vera. patet in clerico Papæ, vel alteri ſubiecto, qui non po
teſt tranſire: & tamen eligitur. de quo in glo. dicit ergo Ioan.
An. ꝙ in hoc certa theorica non põt tradi: ſed oportet ſciri
per expreſsionem caſuũ, quos hic multos poſt Inn. & Hoſt.
enumerando proſequitur. Primò ergo poſtulandus eſt epi-
ſcopus, vt hic. quod intellige de alligato eccleſiæ ſuæ. de epi-
ſcopo verò, qui caret epiſcopatu. dic, vt. j̃. de renun. c. poſt
tranſlationẽ. ſuper glo. 2. Item poſtulatur patiens defectus
in ordinibus; vt qa laicus, vel in minoribus tantũ, qui ad om
nem dignitatem curatã poſtulandus eſt. j̃. ti. 1. c. dudum. &
de æta. & quali. c. p̃terea. & de elec. c. licèt canon. vbi de hoc.
Item qui patitur defectum natalium, vel ętatis. j̃. ti. 1. c. inno
tuit. & de fi. presby. c. 1. lib. 6. & c. cum nobis olim. Item lai-
cus. 61. diſ. c. Oſius. & 51. diſt. præterea. Item poſtulatur, qui
eſt alteri alligatus: nec habet liberũ conſenſum, vt ſeruus, li
bertus, filij fam. aſcriptitij, obligati ex publica adminiſtratio
ne. 54. diſt. c. 1. & c. ſi quis obligatus. de Iudæis. j̃. c. multorũ.
j̃. de obli. ad ratio. c. vno. j̃. tit. 1. c. officij. & 51. diſt. c. 1. 2. &
3. Item habens defectum, qui reddit ipſum inhabilem ad eli
gendum. quod intelligit Hoſt. verum, niſi tantus ſit defectus,
qui reddat omnino inhabilem, puta in ſeculari, nõ apto quò
ad regularem prælaturam, vel ſi eſt impotens. j̃. ti. 1. c. cũ cau
ſam. & c. officij. & c. cum in magiſtrum. & c. cum inter cano-
nicos. & de corpore vici. c. expoſuiſti. Itẽ infames ſiue de iu-
re, ſiue de facto. 51. diſt. c. nec in aliquo. & C. de infa. l. 1. & 2.
lib. 12. 2. q. 3. §. notandum. & 81. diſt. c. tantis. & de dig. l. 3.
lib. 12. Item publicè pœnitens. Item qui fuerint hæretici, &
q̃ ſe abſcidit ſpontè, vel ex neceſsitate. 55. diſt. c. pœnitentes.
1. q. 7. c. conuenientibus. & 55. diſt. c. ſi quis abſciderit. Item
corpore vitiatus, vel membro deformis ſiue à caſu, ſiue na-
tura. j̃. de cor. vi. c. fi. Item bigamus, homicida, acceſſor, aduo
catus, ſcriptor, vel denunciator in cauſa ſanguinis. de biga. c.
2. 50. diſt. c. miror. & 51. diſt. c. 1. de cle. pug. in duel. c. 1. & 2.
vbi de hoc. Itẽ vexillifer belli, capitaneus, & quilibet miles.
51. diſt. c. 1. & c. ſi quis. Item chirurgicus, cuius culpa mors
eſt ſecuta. & idem in medico. de æta. & quali. c. ad aures. de
homi. c. tua nos. Item falſarius literarum Papæ. Item confeſ-
ſus, condemnatus, vel conuictus de crimine. de coha. cle. &
mu. c. veſtra. Idem ſi non ſit condemnatus: vel dummodo cri
men ſit notorium. & enorme. 50. diſt. c. de his verò. Item qui
pro quocũq; leui crimine, etiã occulto, deſcenderit ad moñ.
cauſa pœnitentiæ. de renun. c. poſt tranſlationẽ. §. quãquàm.
Item

Item celebrans, excõicatus, ſuſpẽſus, vel interdictus, vel in lo
co interdicto. de cle. ex. mi. c. poſtulaſti. & c. ſi celebrat. & oẽs
prædicti ſunt poſtulandi, ſi egerint pœnitẽtiam: aliàs ceſſaret
poſtulatio propter indignitatẽ poſtulati, ſecũdùm Ioã. An.
¶ Secundò quæro à quo debeat prædicti poſtulari. dic, ꝙ
quandoque nemini ſunt ligati, vt ſunt laici, & poſtulantur à
ſeipſis. quandoque ſunt alligati, vt ſerui acriptitij obligati ad
ratiocinia. filijfa. vel liberti. & poſtulantur ab illis, qbus ſunt
obnoxij, ſecundũ Io. An. hic dubito. nam illa poſtulatio, quæ
fit ab iſtis, non videtur eſſe ſolẽnis: ſed nos hic tractamus de
poſtulatione ſolẽni; & fortè ſolemniter iſti tales non eſſent
poſtulandi: ſed eligendi niſi in laico, ſicut dixi. In monacho
& clericis licet alias allegatis qui non poſtulantur, ſed eligun
tur, vt dixi. ſ. quandoq; aliqui poſtulantur ratione criminis
vel defectus ordinis, vel etatis, vel natalium. circa iſtos reci-
pe talem regulam quod in illis caſibus in quibus poſſunt epi
ſcopi diſpenſare ab eiſdem debet poſtulari alias à Papa, de
quo hic latius in nouella non multum tamen.

ADDITIO.

a ¶ Et ſi vnanimiter. Adde tex. in c. in cauſis. de ele. Auto. de But. in c. dile-
ctus. de tẽp. ord. & in c. cum eccleſia. de cau. poſ. & proprie.

# De electione, & electi poteſtate.

DICTVM eſt ſupra de poſtulatione, tan-
quàm de præparatoria ad electionẽ. ideo
de ipſa electione eſt videndum. Item quia
poſt electionem poſſet dubitari de poteſta-
te electorum. vt de hoc ſpecialem rubricã
faceret, ſubnectit [& electi poteſtate.] de
materia rub. tractatur. 20. diſt. & diſt. 60. cũ tribus ſe. & 79.
diſt. & 8. q. 1. 2. & 3. per totum. repetitur in 6. & Cle. ad mate
riam facit. ſ. de cõſue. c. cum dilectus. de poſtula. c. fi. de æta.
a & quali. c. à multis. Et aduertendũ, ꝙ iſtud nomen, electio, a
eſt nomen verbale, cuius natura eſt denotare actionem, &
paſsionem: ſicut cætera nomina aduerbialia, vt not. in l. 2. ff.
de duob. reis. & l. ſi quæramus. de teſta. eſt enim ſenſus rub.
dum dicit. de electio. ideſt de illis, qui poſſunt eligere, & de
his, qui poſſunt eligi. Item de electionis tẽpore, & de forma
electionis. de quibus omnibus, & alijs hic ſuccinctè in nouel
la, latiùs ſuis locis in proſecutione tituli explicanda.

ADDITIO.

a ¶ Nomen elect. Adde ad iſtud, quid ſit electio, vt per Doct. in c. 1. de
ele. lib. 6. & in Cle. cauſam de electio. no. per gl. in c. vnico. de poſtu. lib. 6.

SVMMÆ.

1 *Electio de iure communi ſpectat ad collegium.*
2 *Beneficium nullus retinere poteſt, niſi ad illud canonicè ſit electus.*
3 *Clerici ſi ſint duo in congregatione, an vnus alium eligere poterit.*
4 *Iſta Decret. an vendicet ſibi locum in rectore alicuius vniuerſitatis ſecularis.*

NVllus. ¶ Caſus. Congregatio debet ſibi
prælatum eligere: aliàs electus re
pellitur. h. d. & duo facit. Primo prohibet, & con
tra id pactum initiatur. ſecunda ibi [ſi verò.] ¶ No. primò, ꝙ
1 ad collegium ſpectat electio † de iure cõi. & debet ſibi elige
re prælatum. hoc verum in eccleſia collegiata. Si aũt in eccle-
ſia ſunt plures, non vt collegium. quod eſſe põt. ĩ. de iure pa.
c. poſtulaſti. & c. nobis. e. tit. per Io. An. plenè. vel ſi in eccleſia
eſt vnus tantũ: tunc ſi habet patronũ, ad ipſum ſpectat præ-
ſentatio: aliàs ad epm. 16. q. 7. c. decernimus. & c. oẽs baſili-
cæ. de iure pa. c. nobis. manſionarij aũt, qui non ſunt de cor-
pore collegij non interſunt, niſi ſit de conſuetudine. qđ dic.
vt ĩ. de inſti. c. 2. religioſi etiã de honeſtate vocantur. 63. diſ.
c. obeuntibus. populus etiã vocatur non ad eligendũ, ſed ad
cõſentiendũ. e. diſt. c. eps diœce. & c. ſeq. Item etiã principes
non vt eligant, ſed vt defendant ab oppreſsionibus. e. diſt. c.
principibus. ¶ Secundò no. ꝙ nullus põt retinere beneficiũ,
2 † niſi ad illud canonicè ſit electus. imò debet expelli. & ad
hoc, ſi opus fuerit, inuocari debet brachiũ ſeculare. de offic.
ord. c. 1. de exceſ. præ. c. ſi. poſſet tñ iterum eligi: tñ non vitio
perſonæ, ſed alio ſit electio nulla. ĩ. e. c. ſuper eo. ¶ Oppo. ne-
mo põt in alium transferre quod non habet. 1. q. 7. Daiber-
tum. ſed Capitulum nõ habet prælaturã, ergo, &c. Solu. dicit
Io. de Lig. licèt non habeat formaliter, habet tñ virtualiter:
ſicut in dño, cui res ſua nõ põt debere ſeruitutem, & tñ ipsã
cõſtituit. vnde prælatio naſcitur cum prælato, & extinguitur
cum eodem, vt in c. dilecto. de præben. ¶ Secũdò opp. innuit
iſte tex. ꝙ ante electionem quis habeat plenũ ius, contra d. c.
qualiter. ĩ. e. So. intellige, ꝙ ante confirmationẽ habet ius, ſed
magis debile, quã ſit poſt confirmationẽ. ſimile in legato, vt
in l. ſi quis ita hæredem. ff. de condi. inſti. & ibi no. ¶ Quæro,
an vbi eſt vnus clericus, & rector poſsit dici collegiũ. ex ver-
bis gl. 1. poteſt colligi, ꝙ non. Do. Io. de Lig. tenet cõtrariũ.
quia ad eſſe collegij non requiritur prælatus, vt no. Innoc. de
præben. c. cum non ignores. nec eſt maior rõ, quare duo cle-
rici faciunt collegium, quàm vnus clericus, & prælatus. ¶ Se-
3 cundò quæro. ſi ſunt duo clerici † in congregatione, an vnus
poſsit eligere alium. tenet, ꝙ nõ. nam aut ille, qui electus eſt,
conſentit in tertiũ: & tunc non reperitur electio celebrata à
maiori parte. quod eſt neceſſe. ĩ. eo. c. quia propter. vno caſu
poſſet, qñ ipſe renunciaſſet voci ſuæ. & ſic eſſet priuatus vo-
ce, non rõne delicti: quia tunc non poſſet eligi. ĩ. e. c. ſi com-
promiſſarius. lib. 6. & hæc procedunt, ſi ad duos iure ꝓprio
ſpectet electio. Si aũt ex cõpromiſſo. dic, vt ĩ. e. c. cum in iu-
re. vbi plenè, an vnus poſsit eligere alium compromiſſarium.
& an procurator dñm. dic, vt de inſti. c. ſi. per Io. And. ¶ Ter-
tiò quæro, an qñ duo ſunt in congregatione, ſeruabitur for-
ma c. quia propter. dic ꝙ non. quia non põt ad duos adapta-
ri intentio, ſiue mens dictæ conſtitutionis, quæ exigit duos
ſcrutatores. & per conſequens ceſſat, vt l. ita aũt. & quod ibi
Bar. ff. de admi. tu. Io. An. remittit ad no. in d. c. quia propter.
4 ¶ † Quartò quæro, an iſtud c. vendicet ſibi locum in rectore
alicuius vniuerſitatis ſecularis: vt ipſa vniuerſitas eligat ipſũ
ſibi. D. Io. de Lig. ꝙ ſic, niſi ſit ſubiecta alicui, qui habeat pro
uidere, vt no. glo. fin. de conſti. in c. cum omnes. & per Inno.
eo. titu. c. quæ in eccleſiarum. non tamen requiritur forma. c.
quia propter. ſecundùm eum.

SVMMÆ.

1 *Electioni de ſe factæ ad clamorem populi quis conſentire non debet.*
2 *Actus in dubio interpretatur in deteriorem partem.*

OSius. ¶ Caſus. Populus non debet epm, vel
alium prælatum eligere. h. d. ponitur
narratio, quã ſynodus approbat, ibi [ſynodus.]
¶ No. de iſto Oſio, qui fuit eps Cordulẽ. qui metu exilij ad-
hæſit hereſi Arriani, & malè finiuit. dum enim contra Catho
licum epm, qui ad Papam appellauit, ſententiam ferre vel-
let, os vertit pariter, & ceruicem. & de ſede in terra eliſus il-
licò exſpirauit, vt refert Iſidorus li. virorum illuſtrium. c. 1.
¶ Secundò no. modũ condendi legem, interrogando, & re-
ſpondendo. facit Inſti. de iure natu. gen. §. & ciuile eſt. ¶ Ter
1 tiò no. † ꝙ non debet quis conſentire electioni de ſe factæ ad
clamorem populi. vnde non tenet manumiſsio, quã fecit do
minus de ſeruo ad clamorem populi. quia clamor populi in
ducit iuſtum metum, vt l. ſi priuatus. ff. qui, & à quibus. & C.
qui manu. non poſ. l. 3. facit c. ſi quis pecunia. 79. diſt. & licèt
non debeat populus vocari, vt eligat: debet tñ vocari, vt cõ-
ſentiat.



ſentiat. 63. diſt. §. principibus. Item qñq; populus auditur, ſi
eius vox tendit ad infamiam prælati, & vbi multitudo eſt
in delicto. 18. diſt. c. de Siracuſanæ. & 50. diſt. c. vt conſtitue-
retur. ff. de ſiccarijs. l. pen. ſecundũ Phi. ¶ Quartò no. ꝙ in du
2 bio actus † interpretatur in deteriorem partem. de quo in
glo. & hoc ideò, quia ſit contra ius. vnde non põt præſumi
niſi malum. de præſump. c. ſtudijs.

SVMMÆ.

1 *Electio confirmari debet.*
2 *Electio, & confirmatio qualiter differant.*
3 *Superior, à quo petitur confirmatio, debet inquirere de idoneitate electi.*

POſtquàm. ¶ Caſus. Electio canonica
cõfirmanda eſt. h. d. ¶ No.
1 primò, ꝙ debet electio † confirmari, & hanc confir
mationẽ poſſunt petere eligentes. Item etiã electus, & ĩ. tem
pora, de quibus. ĩ. e. c. quàm ſit. lib. 6. ¶ No. ſecundò differẽ-
2 tiam inter electionem, † & confirmationem. electio aũt de-
bet eſſe libera, & voluntaria. confirmatio eſt neceſſaria, ſe
cundũ Boatinum. ¶ Tertiò no. ꝙ ſi nihil probatur contra ele
ctum, debet electio confirmari. eſt enim præſumptio pro ele
cto de idoneitate. ĩ. de ſcruti. c. vno. ¶ Quartò no. ꝙ de con-
ditione perſonæ alicuius eſt in patria indagatio facienda. cõ
3 cor. ſunt in glo. ¶ Quintò no. ꝙ ſuperior, † à quo petitur cõ-
firmatio, debet inquirere de idoneitate perſonæ ipſius ele-
cti. & iſta inquiſitio non fit per teſtes, & inſtrumenta: ſed per
famam, & literas teſtimoniales. vide ſ. tit. 1. c. 1. ſuper verbo
requiſitus. ſed Compoſt. dicit, ꝙ inquiretur per teſtes, inſtru
menta, vocem, famam &c.

SVMMÆ.

1 *Papa ab exemplo Chriſti argumentatur.*
2 *Chriſtus per hæc verba [ſi diligis me, Petre] elegit Petrum in eius vicarium.*
3 *Iudicare de certa conſcientia alicuius nullus poteſt.*
4 *Superior in quibus caſibus licitè poſſit exigere iuramentum à ſubdito.*
5 *Eccleſia Romana præbet auctoritatem concilijs.*
6 *Pallium aſſumitur de corpore beati Petri.*

SIgnificaſti. ¶ Caſus. Electo in archiepi
ſcopũ Apoſtolica ſedes non
tradit pallium, niſi prius præſtet fidelitatis, & obediẽ-
tiæ iuramentũ. h. d. Vincen. primò reſpõdet quibuſdam obie
ctionibus ſibi factis. Secundò ſacramentũ exigi poſſe in col-
latione pallij, probat. vel aliter. Primò ponit admirationem,
quam confundit. Secundò duplex admirantis motiuum, cui
rñdet. Tertiò concludit. ¶ No. primò ꝙ de eo, quod Papa fa
cit, ſi reuocatur in dubium à laicis, an ſit iuſtum, debet red-
1 dere rõnem, vt facit hic Papa. ¶ Secundò no. ꝙ Papa † arguit
ab exemplo Chriſti. omnis enim eius actio noſtra eſt inſtru-
ctio. 2. q. 1. c. Deus. ¶ Tertiò not. ꝙ per iſta verba [ſi diligis
2 me] Chriſtus † elegit Petrum in eius vicarium. & non per il
la [tu es Petrus.] &c. de quo in c. conſiderandũ. 50. diſtin. &
3 21. diſt. c. in nouo. ¶ Quartò no. † ꝙ nullus põt de certa con
ſcientia alicuius iudicare. & ideò conſcientia probatur per
iuramentum, non per teſtes. ĩ. de teſti. c. præſentium. & de ho
mi. c. ſignificaſti. & quod no. in c. ſtatutũ in §. aſſeſſorem. de
4 reſcri. lib. 6. ¶ Quintò no. in quibus caſibus põt ſuperior † li
citè à ſubdito iuramentũ exigere pro fide, obedientia, & ve-
ritate. de quo in glo. & no. ĩ. de iureiuran. c. nullus. 2. q. 1. c. 1.
& 1. q. 7. c. quoties. in vlt. glo. ¶ Sextò no. in ver. à iur. ꝙ Ec-
5 cleſia † Romana præbet auctoritatẽ concilijs, & eius aucto-
ritas eſt accepta. ex quo colligit Io. An. ꝙ ſtandum eſt ſenten
tiæ papæ, ſi contradicat Eccleſiæ, vel Concilio. de quo. 4. diſt.
c. in iſtis. 15. diſt. c. ſicut. in ſi. & 9. q. 3. c. nemo. & ex hoc etiã
ſequitur, ꝙ ſolus Papa põt interpretari ſtatuta Concilij. ad
6 idem. 17. diſt. c. nec licuit. vbi de hoc. ¶ Septimò no. ꝙ † pal-
a lium a aſſumitur de corpore beati Petri. quod exponit Ioan.
An. ideſt de altari cõſecrato in honorem corporis beati Pe-
tri. nec eſt vis, ſecundũ Hoſt. in cuius honorem ſit conſecra-
tum. & dicit ſe bis expertũ, ꝙ vnus de diaconibus Cardinali
bus accipit ipſum de mandato Papæ, & ipſum tradit, & dicit
verba, quæ habentur de vſu pal. c. ad honorem. ¶ Oppo. glo.
dicitur hic, ꝙ in traditione pallij exigitur iurm. ſed contra,
quia purè ſpiritualia dñt conferri. 1. q. 2. c. quàm piè. & purè
beneficia ſunt conferenda. So. dicit glo. non eſt conditio, ſed
monitio. eo enim ipſo, ꝙ ſuſcipit dignitatẽ, tenetur ad obe-
dientiã, & iurm. ſi ergo exprimitur, non vitiat actum, alleg. l.
muto. §. 1. ff. de tu. quæ optimè probat. facit ad materiam c. ſi.
ĩ. de præſump. & de offi. dele. c. 1. in Cle. ¶ Secundò oppo. di
citur hic, ꝙ in collatione dignitatis eccleſiaſticæ exigitur iu-
ramentum, & ſic onus. opponitur, ꝙ videtur prohibitũ, vt 8.
q. 3. c. Artaldus. ſo. vt in gl. Io. An. dicit, ꝙ onera in collatio-
ne non ſunt imponenda etiã à ſuperiore. ĩ. de cenſi. c. prohi-
bemus. ĩ. de ſimo. c. ne Dei timorem tenet tñ hic Inno. ꝙ epi
ſcopus, & Capitulum poſſunt aliquid ſtatuere ſuper benefi-
cio vacanti. & electus ſeruare tenebitur illud ſtatutum. ĩ. vt
ec. benefi. c. vno. quod eſt verum, ſecundũ Hoſt. ex cauſa aũt,
& ad tẽpus perpetuum impedimentum non poſſunt impone
re dignitati, vel rectoriæ, ipſa ſic remanente. de re. ec. nõ ali.
c. dudum. lib. 6. de inſti. c. cum veniſſent. ipſam tamen digni-
tatem poſſunt ex toto tollere. de conſti. c. cum acceſsiſſent. &
rectoriam cũ pertinentibus alicui religioſo loco conferre.
de dona. c. conſultationibus. & c. paſtoralis. permittitur ergo
facilius peremptio, quàm diminutio, vel detractio. quod dic,
vt in Cle. ſi vna. de re. ec. nõ ali. & prædicta habent locum, cũ
tractatur de onere imponendo dignitati. quid autem de one
re perſonali imponendo futuris canonicis, vt in vita, vel ha-
bitu: an poſsit, dic vt in Cle. vt hi qui diuinis. de æta. & qual.

ADDITIO.

a ¶ Pallium. Adde, quòd pallium mittitur per apocriſarios, vt eſt tex. in c.
ſeptuaginta. 16. diſt. & no. Fran. Zaba. hic nu. 2.

SVMMÆ.

1 *Sciſmatici abiurantes ſciſma ſunt in eccleſia recipiendi.*
2 *Sciſmatici de iure eligi non poſſunt.*
3 *Diſpenſatio ſuper certo defectu non extenditur ad alium defectum.*
4 *Hæreticus reuerſus recuperat ius patronatus.*

QVia diligentia. ¶ Si ſciſmaticus,
qui ad vnitatẽ re
dijt, in epm eligatur, de iure caſſabitur. ſed diſpẽ
ſatiuè poterit confirmari. h. d. In prima qõ. In ſecunda reſpõ
ſio, ibi [duximus] quæ tria facit. Primò confirmari gratioſè
permittit, ſi tria concurrãt. Secundò de conſecratione proui
det. Tertiò proteſtatur, ibi [ſaluo.] ¶ No. primò ꝙ ſciſmatici
1 † abiurantes ſciſma, ſunt recipiendi ad Eccleſiæ vnitatem. ꝗ
nunquàm claudit gremium redeunti. C. de ſum. Trin. in epi-
ſtola inter claras. & 1. qõ. 7. c. quoties cordis oculus. & c. fer-
rum. 50. diſt. ¶ Secundò no. ꝙ de iure qui fuerunt ſciſmati-
2 ci, † non poſſunt eligi, ſed diſpenſatiuè. facit ĩ. de ſciſma. c.
2. de quo 12. diſt. c. nos conſuetudinem. ¶ Tertiò no. ꝙ diſpẽ
3 ſatio † ſuper certo defectu non extenditur ad alium defe-
ctum. vnde ſi alia rõne electio eſſet nulla, diſpenſatio ſuper
ſciſmate non prodeſſet. & hoc dicit tex. [dummodo alia non
impediant] &c. quia ſublato vno impedimento, reliquum re
manet, vt l. qui domum. ff. de ſeru. vrb. præd. facit c. ſi gratio-
ſè. ad ſi. de reſcrip. lib. 6. ¶ Quartò no. ꝙ ſi deeſt metropoli-
tanus, ſuffraganei ſupplent eius defectum in ordinatione epi
ſcopi. de tẽp. ord. c. ſi archiepiſcopus. & erunt ad minus tres,
vt ibi. & e. tit. c. neque epiſcopus. ¶ Quintò no. in ver. ſalua.
arg.

4 arg. ſecundùm Io. ꝙ hæreticus † reuerſus recuperat ius pa-
tronatus. Idem Vin. per c. Domino. 50. diſti. cum legibus ibi
all. & ff. de ædil. edi. l. quod ita. Bar. Brixieñ. tenet contrariũ
in caſu, quo contra eum ſententia lata fuit. no. 1. q. 7. c. maxi-
mum. ego remitto vos ad no. in l. fi. C. de ſen. paſ. & l. Gallus.
§. & quid ſi tantũ. ff. de lib. & poſth. & c. quamuis. de reſcrip.
lib. 6. & l. ſeruus. ff. de act. & obli. & quod no. in l. quid ergo.
§. pœna grauior. ff. de his, qui no. infam. de quæſtione glo. an
excommunicati ſuſpenſi poſt abſolutionem recuperent be-
neficia. dic vt 6. q. 1. c. illi qui prima. & hic in glo. & 2. q. 3. §.
hic colligitur.

*S V M M Æ.*

1 *Prædeceſſor poteſt in electione ſui ſucceſſoris aliquid ſtatuere, & formam præfigere.*
2 *Scandala prouidè euitari debent.*
3 *Electio Papæ de conſuetudine ſpectat ad Cardinales.*
4 *Electus à duabus partibus Cardinalium abſq; vlla exceptione eſt Papa.*
5 *Electio Papæ à minori parte conualeſcere poteſt.*

LIcèt. ¶ Caſus. In Papam (niſi duæ partes Car
dinalium cõſentiant) nõ eſt aliquis aſſu-
mendus. h. d. & ſunt tres partes. In prima conſtitu-
tionis cauſa. In ſecunda cõſtitutio. In tertia quædã proteſta
tio. Secunda, ibi [ſtatuimus.] Tertia ibi [ex hoc.] ¶ No. pri-
1 mò, ꝙ prædeceſſor † põt in electione ſui ſucceſſoris aliquid
ſtatuere, & formam præfigere: vltra ergo tẽpus ſuum vſque
ad aduẽtum ſucceſſoris poteſt expreſſè conſtitutio, ſiue ſta-
tutum ad prædeceſſores extendi. nec mirũ, quia conſtitutio
debet eſſe perpetua, etiã poſt mortem, donec fuerit reuoca-
ta, vt in c. fi. ȷ̃. de offi. del. facit de iuriſ. om. iud. l. eum qui. §. 1.
& c. innotuit. ȷ̃. eo. ¶ Secundò no. ꝙ ad euitandũ futura ſcan
2 dala † eſt prouidè ſuccurrendum. concor. 23. diſt. c. in nomi
ne Dñi. ff. de ven. inſpi. l. 1. & in c. vbi periculum. lib. 6. ¶ Ter
3 tiò no. ꝙ electio † Papæ pertinet ad Cardinales. & de conſue
tudine Card. cuiuſcunq; ordinis ſunt pares, ſiue ſint epiſco-
pi, ſiue pſbyteri, ſiue diaconi Cardinales: licèt de iure epiſco
pi Cardinales haberẽt prærogatiuã, vt 23. diſtin. c. in nomine
Dñi. ¶ Circa hoc q̃rit Ho. qđ ſi nõ ſuper eſt niſi vnus. tñ. ille
eliget non ſeipſum, ſed alium, vt ȷ̃. de iure pa. c. per vr̃as. & c.
1. ſed pone, ꝙ nullus ſupereſt de Cardinalibus: quia in mari
naufragiũ paſſi ſunt. dicit Hoſt. Deo propitio non cõtinget.
ſed ſi contingeret, dicũt quidã, ꝙ clerus Romanus debet eli-
gere. Alij dicunt, ꝙ p clerum, & populũ Romanũ debet con-
cilium cõuocari. dicit Hoſt. ꝙ licèt iſtud ſit iuſtius, primũ tñ
eſt verius, & cõmodius. quia periculũ eſt in mora. ar. ȷ̃. eo. c.
ne pro defectu. ¶ Quartò no. ꝙ noĩatus à duabus partibus,
debet haberi pro Romano Põtifice. Sed hic quæro, an intelli
gat̃ de duabus partibus totius collegij, vel illorũ tñ, qui in-
terſunt electioni: vr̃ ꝙ pñtium. 10. q. 2. c. hoc ius porrectũ. &
inclinat Hoſt. ꝙ præſentiũ, alijs tñ legitimè cõuocatis, & ex-
pectatis; vt ȷ̃. e. c. vbi periculum. & in hoc. ſ. ꝙ ſufficiat maior
pars pñtiũ, vr̃ inclinare Hoſt. pro quo glo. magiſtra. ff. qđ cu.
vniuer. no. l. nulli. In electione ẽt p̃lati vr̃, ꝙ duæ partes cano
nicorum debeãt eſſe pñtes, vt no. 72. di. c. quãto. & s̃. c. bonæ.
2. in fi. 6. gl. vbi hoc tenet Phi. dic, vt ȷ̃. e. c. cũ nobis olim. ĩ gl.
nũq̃. & in gl. ſciſcitati. ȷ̃. e. c. eccleſia. in gl. plus dicit. p Io. An.
& hoc no. pro quo ſæpe dr̃. qđ facit maior pars, oẽs feciſſe vi
dent. intelligit̃. n. maior pars pñtiũ; non totius vniuerſitatis:
dũtñ adſint duæ partes, vt d. l. nulla. ¶ Quintò no. ꝙ abſq; vl
4 la exceptione electus † à duabus partibus Cardinaliũ eſt Pa
pa. nõ põt ergo opponi, ꝙ Card. fuerint excõicati, vel ſuſpẽ-
ſi. qa nulla exceptio admittit̃ hic. facit ad hoc. ff. de riuis. l. ſer
uus. §. ſi qs riuũ. & in alia diſpõne quid importent iſta verba
[nulla exceptio admittat.] & c. dic plenè p Bar. in l. 1. ff. qđ vi
aut clã, cui adde qđ legit̃, & no. in c. 1. de ſequeſtra. poſ. & fru.
in Cle. ¶ Sextò no. in ver. ſi quis aũt. ꝙ ſi electus à tertia par-
te tñ gerit ſe pro Põtifice, patitur pœnas, de qbus hic. poſtq̃
ergo ipſe, & adherẽtes incurrũt has pœnas, non põt hr̃e lo-
cũ acceſſio in perſona ſua; quia eſt excõicatus, niſi poſt ſen-
tentiã in eo denuo cõſentirent, ſm̃ Ioã. An. ¶ Septimò no. in
5 verſi. præterea. ꝙ electio † Papæ à minore parte, vel etiam à
paucis celebrata põt conualeſcere p acceſſum: regulariter ve
rò eſt ſecus, vt dixi. s̃. tit. 1. c. bonæ. ad fi. põt ergo, qui vnũ no
minauit, variare. qđ eſt verũ ad aliũ accedendo: aliàs non vr̃
licitũ variare, niſi ad finẽ acceſſus, ſecundũ Hoſt. ¶ Quærit
circa hoc Hoſt. quid ſi nullo mõ poſſunt duę partes in aliquẽ
concordare. dicit, ꝙ debẽt cõpeſci per poteſtatẽ ſecularem.
& eſt vnus de caſibus, in qbus laici impunè pñt mittere ma-
nus in clericos, & comprimendi ſunt. & alij, qui no. 23. q. 5.
c. princeps. de quo etiam. ȷ̃. e. c. vbi periculum. lib. 6. ¶ Octa-
uò no. finem. c. quare in electione Papæ ſunt multa ſpecialia,
& nõ in alijs eccleſijs. quia in alijs eſt, qui ſuppleat aliorũ ne
gligentiã, vel delictum. ſed in Papa nullus eſt ſuperior. ſimile
dicimus, quòd teſtator põt dare tutorẽ ſub conditione. quia
pendente conditione eſt qui prouideat. ſ. iudex. ſed à iudice
non põt dari. quia nõ eſſet qui ꝓuideret, vt l. muto. §. ſub cõ-
ditione. ff. de tut. & de teſt. tu. l. tutor. & propter hoc ſolũ erat
olim dubiũ, an Papa poſſet renunciare Papatui: quia nõ erat
ſuperior, in cuius manibus hoc poſſet. qđ dic, vt habetur in
c. 1. de renun. lib. 6. hodie. & iſta etiã ratione dicimus, ꝙ ſta-
tim põt adminiſtrare, vt d. c. in nomine Dñi. 23. diſt. & ibi ẽt
de Imperatore, an ante coronationem habeat adminiſtratio
nem. de quo in l. bene à Zenone. in fi. C. de qua. præſcrip. facit
79. diſ. c. ſi quis pecuniã. ¶ Vltimò dñs Io. An. enumerat 13.
ſpecialia in electione Papæ. Primò in forma ſcrutinij. Secun
dò quia quilibet Card. poteſt plures nominare. Tertiò quia
non eſt curandũ de ordine nominationis: ſed q repertus fue
rit nominari à pluribus, erit Papa. ſubaudi ſi ſunt duæ ptes.
Quartò de acceſſu. Quintò ꝙ non fit collatio numeri. Sextò
ꝙ contra nominatum à duabus partibus non admittitur ex
ceptio. alia ſpecialia hic vide per eum.

*S V M M Æ.*

1 *Promouendi ad ſacros ordines quales eſſe debeant.*
2 *Epiſcopus quando eligitur, debet eſſe 30. annorum.*
3 *Epiſcopus debet eſſe natus ex legitimo matrimonio.*
4 *Qualitates promouendorum ad minora beneficia.*
5 *Conſtitutio trahitur ad præterita.*
6 *Eligentes indignum priuantur per triennium eorum beneficijs.*
7 *Ius epiſcopi ex delicto deuoluitur ad Capitulum & nu. 8.*

CVm in. ¶ Dicit qualis eſſe debeat, qui
eligit̃ in epm̃. punit ſciẽter aliũ
eligentes. dicit qñ vacant priora beneficia ipſius
electi. dicit qualis aſſumi debeat ad dignitatẽ, perſonatum,
& beneficiũ curatum, & ponit pœnam cõtrafacientis, & quo
modo hic aſſumptus debeat ad ordines promoueri, & ſub
qua pœna, remouens quò ad eum appellationẽ, & extendẽs
eam ad p̃terita. h. d. põt diuidi in duas partes principales. In
prima duplex conſtitutionis cauſa. In ſecunda conſtitutio. ſe
cunda ibi [pñti.] cauſa conſtitutionis eſt duplex. Prima eſt fi
nalis. Secunda impulſiua. Secunda ibi [ea propter.] conſtitu-
tio verò habet tres partes principales. Secunda ibi [inferio-
ra.] Tertia ibi [clerici.] ¶ No. primò quales eſſe debeant ꝓ-
1 mouendi † ad ſacros ordines. morũ enim honeſtas requirit̃,
vt in tex. & gl. & talem. Tullius innuit li. 1. Neq; tuum eſt Ca-
thilina, vt te pudor à turpitudine, metus à periculo, ratio re-
uocauerit à furore. ¶ Item requiritur etiam ſcientia. & q̃ re-
quiratur in ſacerdote. dic 38. diſt. c. q̃ ipſis. & alia tot & tãta
requirunt̃, ꝙ qui talẽ voluerit, illũ q̃rat à Dño. 23. diſt. c. qui
eps̃. hæc aut ſciẽtia in promouẽdis requirẽda, & æſtimanda
eſt ſm̃ ordinẽ, ad quẽ qs aſſumit̃. eps̃ aũt hr̃e debet ſciẽtiam
noui,



noui, & veteris teſtamenti, cum ſit paſtor animarũ. 23. diſ. c.
q eps̃. 10. q. 1. c. de pſona. & canon. ẽt dẽt ſcire. de conſan. &
affi. c. 1. presbyter dẽt ſcire canones pœnitẽ 38. di. c. q̃ ipſis.
& alia hr̃e, q̃ ibi cõtinentur. Archidiaconus, & alij, q hñt cau
ſas audire, dẽt ſcire iura, qa turpe eſt patritio ignorare iura,
in qbus verſat̃. ff. de orig. iur. l. 2. § Seruius. & in Auth. de ſan.
epi. §. damus. & 1. q. 7. c. venientibus. Cantor dẽt ſcire cantũ,
& ſic deinceps alii, q aliis miniſteriis deputant̃, dẽnt ſcire, q̃
ſuo conueniunt officio. 23. diſt. per to. & ex his ſequit̃, ꝙ oẽs
illiterati non ſunt ꝓmouendi, de tempo. or. c. nullus. li. 6. vbi
de hoc. ſi tñ ordinentur, recipiunt ordinem ſibi collatum. q-
libet. n. ex quo baptizatus eſt, ſuſceptibilis eſt cuiuſlibet ordi
nis. de cle. nõ bap. c. veniẽs. ſm̃ Cõpoſt. & diſpẽſatiuè tales ꝓ
mouent̃, & ex cã: aliàs ꝓmouens puniretur. 24. di. c. qñ eps̃.
ſed ſi non eſt ſpes de ipſius ꝓfectu, ꝓmoueri non dẽt, niſi ex
magna neceſſitate, ad quam ꝓmouet̃. de æta. & qua. c. q̃ris.
& p̃cipuè ꝓmoueri pñt abbates, magnam curã animarũ nõ
habentes. de æta. & quali. c. tuam. monachi. n. & eremitæ plus
indigent contemplatione, q̃ ſcĩa. 18. q. 2. c. 1. & per totũ. 16.
q. 1. c. legi. & qđ ibi no. peccauit aũt q cõſenſit ſuæ electioni,
ſi non hẽt ſcĩam, q̃ requirit̃ dignitati ſuæ. 1. q. 1. c. non eſt pu-
tanda. in fi. 39. di. §. 1. in fi. q̃ aũt ſit ſcĩa eminẽs, q̃ mediocris,
q̃ ſufficiens, hic per Inn. ¶ Scđò no. quod ꝓ neceſſitate tem-
poris factum eſt, non dẽt trahi in exemplum. vt l. quod verò.
ff. de legi. 1. q. 1. c. qđ ꝓ neceſſitate. & q. 7. c. qđ ꝓ remedio.
2 ¶ Tertiò not. ꝙ q eligitur in epm̃, † dẽt eſſe 30. anni cõpleti.
idem de abbatiſſa. ȷ̃. e. c. indemnitatibus. in prin. li. 6. ius ciui
le aũt requirit 35. in Auth. de ſan. epi. §. presbyterũ. 1. Regũ.
5. 30. annorũ erat Dauid, cũ regnare cepit. In inquiſitis aũt
de hæreſi reqritur, ꝙ 40. annum attigerit in Cle. volentes. in
prin. de hæreticis. In aliis dic, vt in Cle. 1. de æta. & qua. & ſi
negetur ætas, qs debeat ꝓbare. dic, vt no. 78. di. c. presbyter.
& l. de ætate. ff. de minori. ¶ Quartò no. ꝙ reqritur in ep̃o, ꝙ
3 ſit natus de legitimo matrimonio: & hoc reqritur in quoli-
bet ꝓmouendo. ȷ̃. de fil. preſby. c. 1. facit quod no. ȷ̃. e. c. inno
tuit. vbi qđ iuris in legitimato. plura alia requirũtur in ep̃o,
quæ Ho. colligit in his verſibus.

*Anni triginta, ſacer ordo, pura voluntas.*
*Et morum grauitas, ſapientia ſponſa parentis.*
*Concurrens fama, decus, hæc dant pontificale.*

¶ Quintò no. ꝙ iſta, q̃ hic enumerantur. ſ. morũ grauitas,
ſcĩa, vita, legitimitas demõſtrari dñr, vt dicit litera [cõmẽda
bilis demonſtratur] & c. q̃dam tñ ex his p̃ſumuntur, vt illa, q̃
veniunt à natura, vt bonitas. q̃dam non, niſi ꝓbẽtur, vt ſcĩa,
vt no. ȷ̃. e. c. ſi fortè. li. 6. vbi gl. notabilis. de oĩbus tñ dẽnt eli-
gentes inquirere: aliàs punirentur, nec poſſent excuſari pp
ignorantiam, vt ȷ̃. eo. c. innotuit. p̃ſumitur. n. qs cognoſcere
qđ eligit, vt ff. de confir. tu. l. ſi patronus. quod eſt verum, niſi
vitium eſſet multum latens, vel fama cõtraria: quia tunc ex-
cuſaret̃, ar. ȷ̃. eo. c. nulli. lib. 6. ¶ Sextò no. ordinẽ tex. circa ꝓ
mouendos. primò reqritur ordo. Item ex ordine ꝓuenit ele-
ctio. ex electione confirmatio. ex confirmatione adminiſtra-
tio, ad quam ſi qs ſe ſine confirmatione ingeſſerit, eſt priua-
tus oĩ iure ſibi ex electione acquiſito. ȷ̃. e. c. qualiter. & c. aua
ritiæ. li. 6. electio ergo, & acceptatio eſt cõtractus. ex iſto ori
tur ius petendi confirmationẽ, & ex confirmatione admi-
niſtratio. idem eſt ordo in contractibus, vt primò contra-
ctus. ſecundò obligatio. tertiò actio, vt l. licèt. §. ea obli-
gatio. ff. de procura. ¶ Septimò not. in ver. cum verò. quan-
do vacent beneficia promoti in epiſcopum. videntur enim
reqri quatuor, vt dicantur vacare, electio, confirmatio, poſ-
ſeſſio bonorum, ep̃atus acquiſitio, & conſecratio. de quo la
tius. ȷ̃. dicam. bñficia aũt aliorum ꝓmotorum ad alia bñfi-
cia, vel dignitates qñ dicantur vacare, vt eps̃ poſſit ipſa con-
ferre. dic vt in c. de multa. ȷ̃. de præben. & e. ti. c. licèt eps̃. lib.
4 6. ¶ Octauò no. in § inferiora. de qualitate ꝓmouẽdorũ † ad
minora bñficia infra dignitatem ep̃alem. dẽnt. n. electi, vel ꝓ
moti ad talia bñficia curam aĩarum hñtia attigiſſe. 25. annũ.
moribus, & ſcĩa cõmendandi. ſi ergo minoris ætatis eligũt̃.
non valet electio ipſo iure. & aduerte, qa text. hic non dicit
niſi de ætate, moribus, & ſcĩa, nõ facta mentione de ordine.
per qđ põt argui, ꝙ non ordinati poſſunt aſſumi ad iſta bñfi
cia minora, ſiue dignitates. In contrarium facit. 60. di. per to
tum. Ho. tenet hic, ꝙ illi canones non ſunt correcti. Io. An. re
mittit ad no. in c. dudum. ȷ̃. e. & de æta. & qua. c. placet. & de
præben. c. ſi pro clericis. li. 6. facit c. licèt canon. & c. comiſ-
ſa. e. ti. li. 6. quod tñ ẽt in patientibus defectus in ordinibus,
quos requirunt bñficia, ad quæ electi ſunt, ꝓbat iſta litera, q̃
mandat ipſos ſic promotos poſtea ordinari infra tp̃s in ca-
nonibus diffinitum. ¶ Nonò not. in ver. cum aũt. ſup verbo
admoniti. vt ꝓmoueantur. qđ eſt verũ, niſi in c. licèt canon.
e. tit. lib. 6. & ẽt in ep̃o currit tp̃s ipſo iure ſine admonitione.
100. di. c. 1. in ceteris ergo minoribus bñficiis neceſſaria eſt
admonitio, & ſnĩa admonitionis ſine iuris ſolemnitate. & de
æta. & qua. c. quæris. de conceſ. p̃ben. c. cum noſtris. ¶ Deci-
5 mò no. in ver. hoc ſanè. ꝙ conſtitutio † trahitur ad p̃terita. rõ
eſt, quia venit ad confirmationem iuris antiq. concor. c. cum
rub. ȷ̃. de vſu. de quo plenè. in c. licèt canon. e. ti. li. 6. & c. fi. s̃.
de conſti. ¶ Vndecimò no. in §. clerici. pœnã illorum, q eli-
gunt contra formam huius Decre. vt puta minores, illegi
timos, illiteratos, & malę vitę. & pp iſtorum defectum nõ vr̃.
ꝙ patiantur iſtam pœnam, ſi delinquent in aliis, q̃ in iſtis ẽt
in perſona electi. quam q̃onem diſputauit Io. An. & eã vide
in mercu. ſub regula hodie. & ȷ̃. e. c. bonæ. 1. ſuper verbo. indi
6 gnos. ¶ Duodecimò no. in ver. e. ꝙ eligentes † indignos, ſunt
bñficiis ſuſpenſi per triennium. quod eſt verum, ſi ex illis vo-
tis ſequatur electio: aliàs ſecus. ȷ̃. e. c. perpetuo. lib. 6. Item eſt
verum de bñficiis, q̃ poſſident in illa eccleſia, non in alia. ȷ̃. e.
c. ſi compromiſſarius. §. pe. li. 6. & ibi dr̃, ꝙ dicto triennio eſt
ineligibilis in illa eccleſia, non in alia. facit. ȷ̃. e. c. per inqſitio
nẽ. iſta tñ pœna ſuſpenſionis non hẽt locum in ep̃o. nec ẽt in
electionibus inferiorum ab epis, vt d. c. ſi compromiſſarius.
§. huiuſmodi. ¶ Decimotertiò no. in ver. eps̃ aũt. ꝙ non ſolũ
7 ex negligentia: ſed ex delicto ius epi † deuoluitur ad Capitu-
lum. quod ſatis ꝓbat iſte tex. licèt quidã contra, per c. qa di-
uerſitatem. de conceſ. p̃ben. & de ſupplen. negli. p̃la. c. Roma
na. li. 6. ¶ Decimoquartò no. qũo fit deuolutio de vno ĩ aliũ
pp delictum. quã materiã hic Ho. ꝓlixè. de qua dic hodie, vt
no. in c. quanq̃. e. ti. li. 6. ¶ Quęritur primò. dr̃ in ver. cũ verò.
ꝙ tunc poſſunt conferri priora bñficia illius, q electus eſt ad
ep̃atum, cum adminiſtrationem habuerit bonorum & c. qđ
ergo ſi non põt hr̃e de iure, vel de facto. dicit Ho. ꝙ non vaca
bunt priora bñficia. allegat de accu. c. accedens. & quod ibi
no. & in Aut. vt ordi. p̃fec. poſt prin. coll. 5. & đ bo. poſ. ex te
ſta. mili. l. 1. in fi. Io. An. remittit ad no. ȷ̃. de priui. c. 1. ſuper.
1. gl. Si aũt ꝓpter occultum delictum ipſius electi non poſſet
adminiſtrare, imputet ſibi. quia vacabunt bñficia ſua, vt l. ſi
mulier. ff. quod metus cã. Nõ ob. c. qa diuerſitatis. ȷ̃. de con-
ceſ. p̃bẽ. vbi delictum hẽt excuſare. hic. n. delictũ eſt ꝓxima,
& immediata cã impedimenti. ibi ſecus, vt ibi per Io. An. in
gl. ſic patet. & prædicta in hac quæſtione habent locum, cum
impeditur adminiſtratio de iure, vel de facto in oĩbus bo-
nis. ¶ Quid aũt ſi in parte habet adminiſtrationem liberam,
& in parte non, dic ꝙ ſi de maiori parte bonorum nactus eſt
poſſeſſionem, vacant priora beneficia: aliàs ſecus, quod dic,
vt no. ȷ̃. de elec. c. commiſſa. §. 1. lib. 6. ¶ Secũdò quæritur cir
ca iſtam vacationem primorum beneficiorum. pone, ꝙ de
gratia papali ꝓrogatur tẽpus conſecrationis electo: an poſt
tres menſes vacabunt priora bñficia. de iſta q̃ſtione remittit
Ho. ad ſummam huius ti. §. quo tempore. ver. conſecrato. &
ſe. hic aũt dicit, ꝙ ſi procurauit dictam diſpenſationem, va-
cãt priora beneficia. ſecus ſi Papa ipſam ſibi fecit ꝓprio mo
tu: vel hoc expreſſè dixiſſet, ꝙ non vacarent. facit. C. de peti.
bo. ſub. l. 1. & 2. li. 10. & de prębẽ. c. ſi motu ꝓprio. & c. ſe. li. 6.

dubiũ in hoc facit cõnexitas. vr̃ enim, ꝙ eo ipſo, ꝙ diſpenſa-
tum eſt ſuper conſecratione, videat̃ diſpenſatũ ſuper priori-
bus beneficijs retinẽdis, ar. l. cũ ſoluendo. ff. de di. pi. & l. qui
in futurũ. ff. de pac. vnus. n. actus trahit ad ſe alium per quan
dã conſequentiam. ff. de acqui. hære. l. illud. & dicit̃ ille actus
medius occultari, ſeu includi ſub diſpenſatione, vt l. 2. §. ſi de
bitor. ff. de dona. inter virũ & vxo. & hoc operatur rõ conne-
xorũ. ſecus in ſeparatis omnino, vt l. ſi maritus. C. de do. inter
vi. & vxo. In qõne aut̃ noſtra non eſt omnimoda connexitas
neceſſaria, nec omnimoda diſiunctiò. ideò maior dubitatio.
ſed conclude cum Hoſt. cuius dictũ hic refert Io. An. ¶ Ter-
tiò ad idem ibi quæro circa iſtam vacationem primorum be
neficiorũ, certum eſt, ꝙ dantur tres menſes ad conſecratio-
nẽ. 75. diſt. c. 2. & §. 2. Sed pone, ꝙ electus, & confirmatus po
teſt ante conſecrari, & negligit: an ante cõferri potuerũt ſua
priora beneficia. Innocẽ. ꝙ ſic, qñcunq; ſibi põt negligentia
imputari, etiam ante finem termini. Hoſt. contra. quia benefi
cium de iure nemini eſt auferendum: quinimo ſi certũ eſt, ꝙ
non poſſet cõſecrari (quia fortè prope finẽ termini) tñ confer
ri nõ poſſet, vt ĩ. de elec. c. cõmiſſa lib. 6. & l. in illa ſtipulatio
ne ſi Calen. ff. de ver. obli. ſi aũt propter iuſtum impedimen-
tũ infra tẽpus p̃dictum cõſecrari non poſſet, non potuerunt
cõfirmari dicta beneficia: puta ſi fuiſſet infirmatus, aliàs erat
ſubdiaconus: ita quod in trimeſtri non poterat ita citò expe
diri, vel alia legitima cauſa ſubſit. Si aũt nollet petere confir-
mationẽ, vel non præſtaret conſenſum electioni de ſe factæ.
dic, vt in c. quàm ſit. de elec. lib. 6. ¶ Quartò quæro. pone, ꝙ
electus conſentit, ꝙ ante finẽ termini conferantur priora be
neficia: an conferri potuerunt. dubiũ facit. quia ſolus con-
ſenſus non inducit renunciationem. pone enim, ꝙ delegatus
beneficia vacantia põt conferre: an illud poterit conferre de
voluntate electi ante tp̃s. dicit Io. An. ꝙ non, niſi poſsit reci-
pere renunciationẽ: vel fiat renunciatio in manibus ordina-
rij. ĩ. de renun. c. admonet. ¶ Quintò quæro, pone, ꝙ ante tri
meſtre tp̃s eſt conſecratus: an tunc vacabunt priora benefi-
cia, vel elapſis tm̃ tribus menſibus? glo. quæ incipit ante eũ.
tenet, ꝙ ante poſsint conferri. Idem Tan. Vin. Gof. & Innoc.
Hoſt. contra & pro eo facit 92. diſt. c. ſi qui ep̃i. vbi de hoc. &
8 hic in nouella ſuper glo. ¶ Sextò quæro. dicitur hic, † ꝙ pro
pter delictum ep̃i poteſtas prouidendi deuoluitur ad Capitu
lũ. q̃ro generaliter, qñ hoc ſit verũ. & ẽt quid in caſu negligẽ
tiæ. rñ. quandoq; eccleſijs prouidetur per electionem: qñque
p̲ prouiſionem. Item quandoq; iure proprio. quandoq; iure
deuoluto. & in quolibet caſu põt quæri, ad quem electio, vel
prouiſio deuoluatur propter alterius negligentiam, vel deli-
ctum. dic ergo, ꝙ quandoq; loquimur in eccleſijs cathedra-
libus, & in eis dic, vt legitur, & no. in c. quamquàm. ĩ. de elec.
lib. 6. vbi plenè. quandoq; in conuentualibus, & alijs, quibus,
vt dixi, prouidet̃ per viam electionis: & tunc in caſu negligẽ-
tiæ dic, vt ĩ. in c. ne pro defectu. & c. nulla. de conceſ. præben.
In caſu aũt delicti deuoluitur ad non delinquentes, nõ ad ſu
periorem, vt s̃. de poſtu. c. gratũ. & hoc verum, cũ non oẽs de
linquunt. ſi aũt omnes: & tũc aut ep̃s vnà cũ eis: & videtur, ꝙ
propter delictũ ep̃i ad ſuũ Capitulum deuoluatur vt in iſto
tex. Inn. tenet, ꝙ ad proximũ ſuperiorẽ. Non obſt. iſte tex. q̃a
loquitur, cũ ep̃s interfuit electioni inferioris eccleſię, vt ca-
nonicus. Si aũt Capitulũ inferioris eccleſiæ elegiſſet ſcienter
indignum, & ep̃s ſcienter confirmaſſet, ad proximũ ſuperio
rem deuolueretur. ſi aũt Capitulũ elegiſſet ignoranter, ad ip-
ſum deuolueretur. ĩ. eo. c. dudum. Si aũt Capitulum ſcienter
elegiſſet indignum, & ep̃s ignoranter cõfirmaſſet, ad ipſum,
ad quem ſpectaret prouiſio. in maioribus ergo eccleſijs, in q̃
bus ep̃s paſſus eſt eligi indignum, loquitur iſtud c. ſed ſi ep̃s
electionem de indigno factã in minoribus eccleſijs ſcienter
confirmaſſet, ad archiepiſcopum, non ad Capitulũ deuolue-
retur, ſecundũ Inn. vbi aũt iure deuoluto ep̃s deberet proui-
dere, & eſſet in negligentia, vel delicto, deuoluitur prouiſio
ad proximum ſuperiorẽ, non ad Capitulũ ſuum: ſecus in be-
neficijs eccleſiæ ſuæ, quorũ prouiſio ad eũ ſpectat: tunc enim
Capitulũ ſupplet eius negligentiã, vel delictum. idẽ econtra,
ſi ad Capitulũ prouiſio pertineret, & eius negligentiã, vel de
lictum ſuppleat ep̃s. dic vt ĩ. de conceſ. præben. c. poſtulaſti.
In inferioribus verò eccleſijs, cũ eſt facta prouiſio de indi-
gno, non per viam electionis, ſed prouiſionis. dic vt ĩ. de ſup.
ne. præ. c. 2. & de offi. or. c. cum nos. & de præben. c. graue. &
de his latius hic per Hoſt. ¶ Septimò quæro de qõne diſputa
ta. dicitur hic in tex. ꝙ iſti, qui delinquunt in eligendo con-
tra formam huius conſtitutionis, ſunt ſuſpenſi per trienniũ
ab eccleſiaſticis beneficijs. pone ergo, ꝙ hac ſuſpenſione du
rante, iterum eligunt in alia vacante indignum. quæro ergo.
iſtud ſecundũ trienniũ qñ incipiet. an ſtatim poſt culpã, an fi
nito primo. ſimilis quæſtio notatur in Cle. 2. de magi. & ꝙ in
cipere debeat ſecundũ poſt primum finitũ, facit. quia aliter
non ſatiſfieret vtriq; oſtenſæ. de calũ. l. ſi quis. 2. rñ. Item ſicut
non fit cumulatio ad excluſionem iuriſdictionis. ff. de iuriſ.
om. iudi. l. ſi idẽ. ita nec ad impunitatẽ delicti debet fieri cu-
mulatio, ſiue coaceruatio. de priua. delic. l. nunq̃ plura. ſicut
nec vna nũciatio ſufficit ad diuerſa opera. ff. de ope. no. nun.
l. ſi in pluribus. ſic videtur, ꝙ idẽ tp̃s non ſufficiat duobus in-
terdictis. ita primũ interdictũ operaretur cõtrarios effectus,
.ſ. imp. primi maleficij, & impu. ſecundi, contra c. 1. 57. di-
ſtin. & de bapt. c. maioris. §. ſed adhuc. Itẽ ſicut duo delicta:
ita dñt eſſe duæ pœnæ. & quoties quis delinquit, toties eſt
plectẽdus. 16. q. c. multare. & duplicari debet pœna propter
crimẽ duplicatũ. ff. de pœnis. l. ſi operis. vr̃ enim interim im-
pediri curſus ſecundi quinquennij propter concurſum pri-
mi. ſed ipſo primo finito, in ſecundo incipere debet curſus.
ſicut in præſcriptione dicimus, ꝙ quandoq; dormit, vt l. ſi-
cut. C. de præſcrip. 30. an. de verb. ſig. c. dilecto. In contrariũ
arguitur, ꝙ in pœnis, ſicut in contractibus, debemus inſpice
re tp̃s delicti: ſicut tp̃s contractus. ff. de poſtu. l. ipſe. & C. de
his, qui no. infa. l. & ſi ſeuerior. Itẽ ſicut concurrũt ſeruitutes
diuerſæ eodem tp̃e: ſic concurſus interdictorũ. & ſic remanet
vna ſeruitus, alia remiſſa. ff. de ſerui. vr. præ. l. ſi domus. & ff. de
ope. libe. l. duorũ libertus. Itẽ concurrũt quinquaginta dies,
qui dãtur ad excuſationem circa diuerſas tutelas, & 10. dies
ad appellandũ ſuper diuerſis ſentẽtijs. ff. de excuſa. tu. l. ſcire.
§. 1. & in Authen. de appel. §. 1. & eſt concurſus cauſarum in
curſu præſcriptionis cõtra creditores. C. de p̃ſcrip. 30. an. l.
cũ notiſsimi. §. ſed & ſi quis. ad hoc l. ſi ita vulneratus. ad leg.
Aqui. de elec. c. cupientes. §. cæterũ. lib. 6. ibi [ex tũc inchoan
dũ.] &c. iſtã ſecundã partem tenet hic Io. An. poſt multa. de
ſi. qõne dic per Bar. in l. in ſenatus. §. fin. ff. ad Turpil. ¶ Vlti-
mò ſcias, ꝙ dñs Old. diſputat quandam qõnem ſatis latè, an
beneficia abbatis poſt adeptã poſſeſsionem ante benedictio
nem vacent. dic, vt in conſilio. 24.

*S V M M AE.*

1 *Ius eligendi prælatum in eccleſia vacante, an poßit conferri ei, qui non eſt de gremio.*
2 *Dignus & idoneus eſt eligendus ab eo, in quem poteſtas eligendi transfertur.*

CAuſam quæ. ¶ Compromittens tenet̃ recipere ele-
ctum à compromiſſario, dummodo ſit idoneus.
1 hoc dicit. ¶ No. primò, ꝙ ius † eligendi prælatum in eccle-
ſia vacante poteſt conferri ei, qui non eſt de gremio: dummo
do ſit p̃ſona eccleſiaſtica, vt hic erat. nõ. n. credo, ꝙ actus iſti
eligẽdi poſsit cõferri in laicũ. ĩ. c. Meſſana. & c. ſacroſancta.
Si. n. prohibentur cũ alijs intereſſe: multò magis prohibita
videt̃ totalis tranſlatio, arg. contra. ĩ. de præben. c. accedẽs.
& c. 1. de procu. lib. 6. vbi laicus põt interuenire noĩe alieno
in huiuſmodi ſpiritualibus. & qui per alium facit, &c. vt l.
ita aũt. §. geſsiſſe. ff. de admi. tut. primum verius credo. ¶ Se-
cundò no. ꝙ in illum, ad quem ſpectat confirmatio, põt trã
sferri p̃tãs eligendi. an autem tunc eligendo videatur confir
mare: vr̃, ꝙ ſic. quia qñq; propter celeritatem actuum coniũ
gendorum alius occultatur, vt l. 3. §. ſi debitorem. ff. de do-
na. inter vi. & vxo. & l. qđ te ſi cer. pe. dicit Ioã. ꝙ olim fortè
vnico actu poſſet primo caſu eligere, & cõfirmare: hodie ve
rò ſecus propter edicta, quæ dñt præcedere confirmationẽ,
vt c. ſi. ĩ. e. li. 6. vt alius ergo eliget, & vt alius cõfirmabit. ĩ. e.
c. cum inter vniuerſas. ¶ Tertiò no. ꝙ ille, in quem confertur
2 p̃tãs † eligendi, dẽt eligere dignum, & idoneum. rõ eſt quia
in gñali commiſsione non venit delictum, ſiue loquamur in
contractibus, ſiue in vltimis voluntatibus, ſiue in iudiciis, vt
in arbitrio P̃tãti conceſſo. oĩbus. n. iſtis modis, & aliis ſub ge
neralitate non includitur, ꝙ doloſè agat, vt l. creditor. §. Lu-
cius. ff. manda. & l. ſi procu. ff. de condi. inde. & l. quidam de-
cedens. ff. de admi. tu. & quod not. in c. paſtoralis. de re iudi.
in Cle. & in c. Quintauallis. vbi plenè. de iureiur. & 2. q. 3. c.
à iudicibus. vbi de hoc ¶ Opp. primò, & vr̃, ꝙ non poſsit cõ
mitti p̃tãs eligendi in alium. ĩ. de conceſ. præben. c. conſtitu-
tus. So. vacante eccleſia põt, vt hic. ſi non vacat eccleſia, non
põt, vt ibi. facit 8. q. 1. c. 2. in fi. ¶ Quærit gl. fi. ſi ep̃s eligat nõ
idoneum, vel idoneum, ſed eccleſia voluit conſentire, an po-
terit iterum eligere? arguit efficaciter, ꝙ poſsit. & cõcludit,
ꝙ non, ſm̃ Vin. de quo. 1. q. vlti. c. per illicita. & de conceſ. p̃-
ben. c. conſtitutus. & c. ſi compromiſſarius. ĩ. eo. li. 6. in gl. ap
probant. Dy. format ſimilem quæſtionem. ſi alicui eſt comiſ
ſa electio alicuius officialis, electus ſe excuſat, ſiue renun-
ciat: an poſsit alium eligere. vel pone, ꝙ conceſsit: ſed ante-
quã incipiat, eſt mortuus. dic vt no. Dy. in l. ſerui. electione.
de le. 1. & qđ no. Cy. in l. poſt aditã. C. de impu. & ali. ſubſti.



*S V M M AE.*

1 *Electus ante confirmationem adminiſtrare non poteſt.*
2 *Alienationem qui fert, quæ non tenuit, reuocare poteſt.*

NOſti quomodo. ¶ Electus an
te confirma-
tionem bñficia conferre, vel aliàs adminiſtrare
non põt. h. d. Et primò ponit ius. Scđò concludit ad factum.
1 ¶ No. primò, ꝙ electus † non põt ante confirmationẽ admi-
2 niſtrare. concor. ĩ. e. ti. c. auaritiæ. li. 6. ¶ Scđò not. † ꝙ qui fe-
cit alienationem, quæ non tenuit, põt ipſam reuocare. & ſic
põt quis venire contra factum ſuum. ¶ Oppo. & vr̃, ꝙ iſte, q̃
ſe adminiſtrationi ingeſsit, ſit priuatus, vt ar. ĩ. e. c. auaritiæ.
li. 6. 1. rñ. ergo ſi eſt priuatus, non vr̃ ꝙ poſsit reuocare. quia
reuocatio eſt de adminiſtratione. So. dic, ꝙ ſic ſe immiſcen-
do, non eſt priuatus ipſo iure: ſed per ſñiam, vt no. in dicto c.
auaritiæ. ante remotionem ergo non põt per exceptionem
ab adminiſtratione repelli. ¶ Secundò opponit̃, & vr̃, ꝙ iſte
nõ poſsit venire contra factum ſuum. 17. q. 4. c. ſunt q̃ opes.
cum ſimilibus alleg. in gl. quæ p̃ſequitur iſtud brocardum,
diſtinguẽdo, vt habes in ea. de quo per legiſtas in l. poſt mor
tem. ff. de adop. vbi plenè an poſsit quis venire contra factũ
ſuum. dicit Inno. ꝙ vbi factum dãnatum eſt a iure, ita ꝙ non
põt allegari in contrarium, licet venire contra factũ ſuũ. 12.
q. 2. c. non liceat. de p̃ben. c. cum non ignores. Nõ ob. de cle.
coniug. c. diuerſis fallaciis. quia illud oĩno eſt improbatũ à iu
re. & 4. di. c. cum in p̃terito. Vel dic, ꝙ non noĩe ſuo: ſed noĩe
eccleſiæ põt venire contra. ff. de excep. rei. iudi. l. ſi is qui hæ
res. & quod no. p̃ Dy. de excep. in l. Modeſtinus. Cõclude er
go, ꝙ donec amoueatur ab officio, non põt ab agendo repel
li, arg. contra. l. 2. §. miles. de infa. & vide de iſta qõne per gl.
in l. iubemus. §. ſanè. C. de ſacroſan. ec. & in ſimili. in l. vnica.
§. & cũ lex. C. de rei vxo. ac. ¶ Tertiò oppo. & vr̃, ꝙ ipſe ep̃s
non poſsit reuocare. quia nullus põt ius ſibi dicere, vel eſſe
iudex in cã ſua, vt l. 1. C. ne quis in ſuã cã. & l. extat. ff. qđ me
tus cã. So. dicit, ꝙ in notoriis malè occupatis põt eſſe iudex,
vbi ſola monitione præmiſſa, ſiue alio iuris ordine excõica-
uit. 16. q. 1. c. in canonibus. Hoſt. & Inn. dicunt, ꝙ põt ep̃s eſſe
iudex in cã eccleſiæ ſuæ. 2. q. 7. c. ſi quis ab ep̃o. & c. ſi quis er
ga. vbi de hoc. & maximè hoc in caſu aliena. credo verũ. q̃a
vbi forma tradita in alienatione rei eccleſiæ non ſeruatur,
non transfertur poſſeſsio, nec dñium, vt dicta l. iubemus. C.
de ſacroſanc. ec. ¶ Quærit Io. An. an ille, cui Papa ſcribit [ſtu
deas reuocare.] &c. teneatur ſeruare iuris ordinẽ. diſtingue,
quod aut ſcribit prælato eccleſiæ, cuius bona ſunt alienata,
aut non. primo caſu non hẽt p̃tãtẽ, niſi in notoriis. & in his,
quæ requirunt iudiciarium ordinem, poteſtatem non hẽt,
vt de conſeruatore dr̃, ĩ. de offic. dele. c. 1. li. 6. Secundo caſu,
cum ſub forma prædicta ſcribitur nõ prælato. & tenetur ſer
uare iuris ordinem, niſi eſſet notorium, ſecundùm Io. An.

*S V M M AE.*

1 *Electio facta contra appellationem, an ſit annullanda.*
2 *Eligens contra priuilegia an ſit priuatus beneficijs.*
3 *Appellatio extraiudicialis omnia attentata poſt appellationem reducit ad ſtatum priſtinum.*

COnſiderauimus. Electio facta
poſt appella
tionem, & cõtra priuilegia eccleſiæ: vel facta, pri
ma non caſſata, non valet. h. d. & præmittit cauſas caſſatio-
nis. Secunda, ibi [quapropter] electionem caſſat, & quatuor
1 prouiſiones ſubmittit. ¶ No. primò, ꝙ electio † facta contra
appellationem, vel contra priuilegia alicuius eccleſiæ nõ eſt
2 vſquequaq; nulla, ſed annullanda. ¶ Scđò no. ꝙ eligens † cõ
tra appel. vel tenorem priuilegiorum non eſt priuatus, ſed
priuandus p̃tãte eligendi. ¶ Tertiò no. ꝙ nulla eſt electio, q̃
ſit, prima non caſſata. ¶ Quartò no. ꝙ qñ electio alicuius ir-
ritatur, non vitio p̃ſonæ, ſed defectu formæ, vel modi, nõ im
pedit electionem aliam de eodem in eadẽ, vel alia eccleſia.
3 ¶ Quintò no. ꝙ appellatio † extraiudicialis oĩa attẽtata poſt
appellationem reducit ad ſtatum priſtinũ. facit. ĩ. de appel.
c. bonæ. ¶ Oppo. & vr̃, ꝙ electio celebrata contra tenorem
priuilegiorum ſit ipſo iure nulla. q̃a priuilegium eſt lex, vt. 4.
di. c. priuilegia. Sed qđ contra legem agitur, nõ valet, vt l. nõ
dubium. C. de legi. Sol. aliud, cum agit̃ contra priuilegiũ, q̃a
eſt lex priuata, vt ibi: aliud cum agitur contra legẽ cõem. q̃a
contra legem cõem nõ põt diſpenſari, nec expedit allegari,
vt l. q̃ ſub condi. §. fi. ff. de condi. inſti. ſed priuilegiũ dẽt alle-
gari: aliàs valet qđ agit̃. ſicut valeret qđ fieret cõtra legẽ ex-
trauagantẽ incognitã litigatoribus, vt l. cum proba. ff. de re
iudic. & in c. paſtoralis. ĩ. de priuile. ¶ Scđò oppo. & vr̃, ꝙ qñ
prima electio non valet, non impedit ſcđam. vt ĩ. e. c. bonæ.
l. 1. & c. conſtitutis. de appel. So. dicit glo. qñq; prima electio
eſt nulla ipſo iure: & non impedit ſecundã. & ſi prima nõ fue
rit caſſata: aut non eſt ipſo iure nulla, ſed annullanda. & tunc
ea non caſſata, non põt procedi ad ſcđam. & de hac materia
an valeat ſecunda electio, non caſſata prima, not. hic Inno.
Io. An. ponit ipſam. ĩ. c. auditis. & ibi dicam. facit c. inter di-
lectos. ad fi. de exceſ. præ. ¶ Tertiò. op. & vr̃, ꝙ illi, q̃ poſt ap-
pellationẽ eligũt, ſint priuati p̃tãte, vt s̃. eo. c. cũ in cũctis. So.
ibi loquit̃ de poſtulationibus poſt appellationẽ: hic verò de
eligentibus. in q̃bus non reperit̃ in iure expreſſum, ꝙ ſint pri
uati. pœnæ igitur non debẽt extendi. de pœ. di. 1. c. pœnæ. fa
cit qđ no. Io. An. ĩ. e. c. bonæ. ſup ver. indignos. ¶ Quartò op.
dr̃ hic, ꝙ iſtis, q̃ đ ſua electione, q̃ erat inualida, cõtẽderũt, re
ſeruata eſt fama, & habilitas acceptãdi. cõtra. s̃. e. c. licèt. So.
ibi loquit̃ đ illis, q̃ erãt parati ad mouẽdũ ſciſma. hic đ his q̃
parati erãt ſe ſubijcere rõni. ¶ Quintò op. dr̃ hic, ꝙ iſtis, quo
rũ electio caſſat̃, fama ĩtegra reſeruat̃. cõtra đ le. 2. §. ignomi
nioſæ. ff. de his, q̃ no. infa. So. dicit glo. qñq; electio caſſat̃ p̃p̃
defectũ formæ, ſiue modi. & loquitur hic, q̃a põt iterũ eligi.

quandoq; propter defectum perſonæ: & tuno non pōt eligi in alia eccleſia. j̃.e.c.ſuper eo.licèt ergo crimen probatũ cōtra aliquē in modum exceptionis non infamet, vt j̃. de ord. cog.c.cum dilectus. in fi. tamē repellit ab alia dignitate. & hoc propter infamiā facti, q̃ reſultat ex probatione criminis deducti per modum exceptionis, vt no. in d.c.cum dilectus. & l.Lucius.ff.de his,qui no.infa. quādo ergo alicuius electio irritatur,tutum eſt exprimere cām caſſationis: vt ſic fama integra conſeruetur elec. vel non. de quo dic,vt d.§.ignominioſè. ¶Sextò opp.dicitur hic [præter iſtam eccleſiæ veſtræ ordinationem.]&c. quaſi iſti non poſsint hac vice eligi in eadē eccleſia.ſed cōtra de c.ſuper eo. j̃. e. vbi pōt iterũ eligi, ſi ſine perſonæ ſuæ vitio irritatur prima.So. vt in gl. primam opi.& expoſitionem gl.tenēt Tan.& Vin.ꝙ hodie ſi caſus occurreret, valeret talis electio iterum innouata de eodē. Sed ſecunda opi.magis applaudit literæ, ꝙ ſi duo ſic in diſcordia eligantur,& ambo ſint inefficaces, rōne modi nullus ipſorũ in illa vacatione iterum eligi debet; ſicut ſi vnius tm̃ electio fuiſſet irrita,non vitio perſonæ ſuæ,vt j̃.e.c.ſuper eo.

*S V M M AE.*

1 *Archiepiſcopus non palliatus an poſsit aliquod epiſcopale exercere.*

SVffraganeis. Metropolitanus confirmatus mandat ſuũ ſuffraganeum conſecrari.h.d. ¶No.primò,ꝙ archieṗs confirmatus,& non palliatus licèt non poſsit,quæ ſunt conſecrationis: pōt tñ ipſa ſuffraganeis demandare. ar. contra.l.obſeruare.§.fi.ff.de offi.procon. & leg. vbi antequàm proconſul ingrediatur prouinciam, non pōt mandare iuriſdictionē ſuam alteri.Item contra de c.qm̃.100.diſt. vbi differtur conſecratio eṗorum vſquequò pallium recipiant.& j̃.e. c. quod ſicut.So.glo.confirmat iſtud contrariũ, & nō ſoluit.Io.And. hic varijs modis ſoluit.tu dic breuiter, ꝙ grauia & digniora expedire non pōt,ſi ſunt ordinis,vt in c.quod ſicut.illa verò, quæ ſunt iuriſdictionis poteſt mandare ſuffraganeis. & hoc pōt,vt hic. vel dic,ſecundũ Inno.ꝙ ideò hoc pōt,quia eſt leue.nam ſuffraganei vacante ſede hoc poſſent. & Capitulũ ēt eccleſiæ metropolitanę vacantis pōt etiā hoc demandare,ſecundũ Inno.cum mandare ſit iuriſdictionis,vt dixi. in hac ergo iuriſdictione ſuccedit archieṗs confirmatus, & nō palliatus.j̃.eo. c.tranſmiſſa.illa verò,q̃ ſunt ordinis, & etiam grauiora,non pōt ante ſuſceptũ pallium,vt d.c.qđ ſicut. ¶Circa hoc quærit Inn.nunquid archieṗs † non palliatus pōt exer-
1 cere aliquod eṗale, vt ordinare clericos, & alia facere.dicit, ꝙ non,noīe ſuo, ſed pro ſua dignitate: ſed noīe alterius eṗi bene poſſet.alleg de renun.c.ad ſupplicationē. contrariũ videtur no.j̃.e.c.ſicut.& ibi per Io.An.in glo.

*S V M M AE.*

1 *Repulſus ab electione propter crimen non poteſt eligi.*

SVper eo. ¶Caſſata electione, non propter vitiũ perſonæ,ſed formæ,caſſatus iterum poterit eligi, ſi non interceſſerit ſimonia. h.d. Primò ponitur qō.Secundò ipſius ſolutio. Secunda ibi [hęc tuā.] ſecunda duo facit.Primò reſpōdendo diſtinguit. Secũdò à rōne caſum excipit,ibi [niſi fortè.] ¶No.primò,ꝙ ille, cuius electio caſſatur vitio formæ, iterũ pōt eligi.& hoc verum, etiā in eadem eccleſia, & in illa vacatione, qñ vnus tm̃ fuit electus.ſi aũt plures, & oēs caſſantur, vnus in illa vacatione non poterit iterũ eligi,propter ſcandalũ,vt s̃.eo.c.cōſiderauimus.& ſi ſcādalũ eſt cauſa prohibitionis iterandi electionē,ſequiť,ꝙ ſi vnus ex illis iterũ cōcorditer eligať,valeat electio,ſm̃ Io.An.all.j̃.e.c.cũ inter. ¶Secundò no. ꝙ repul-
1 ſus † ab electione propter crimen non pōt eligi in eadē, vel alia eccleſia.ſed cōtra hoc opponiť de c.cũ dilectus.j̃ de or. cog.cum alijs all.in gl.So.vt in ea.operatur.n. iſtam repulſionem,& excluſionē infamia facti, q̃ remanet exceptione probata.repellit.n.infamia facti à dignitatibus, vt l.2.C. de dig. & de decur.l.gñaliter.§.ſpurios.& iſta eſt vna rō. alia eſt rō, ſubtilior.quia iſta exceptio,quæ obijcitur contra electũ,habet vim accuſationis.quod patet,quia remouet,ſi probatur, & excipiens plectitur,ſi nō probat,vt j̃.de accu.c. ſup his. iō qñq; appellať accuſatio,vt in Authen.de ſan.epi.§.ſi aũt añ. & §.ſi aũt tpe. & ſup ipſa exceptione conteſtať lis, libellus offerť,& olim ſeruabať ordo,ſicut in accuſationibus, vt j̃.e. c.dudũ.quod in alia exce. nō eſt neceſſe.j̃.de offi.dele.c.prudentiā.§.ſexta.hodie verò nō ſeruatur ordo,vt in Cle.diſpendioſam.de iudi. vnde cũ dicta exceptio habeat effectum accuſationis; ideò parit excep.& infamiam ſententia ſuper ea, ſicut ſuper accuſa.vt l.1.ff.de his, qui no. infam. de hoc etiā no.Inno.j̃.de pur.ca.c.pe.in gl.forſan.ver. de excep. & facit quod no.in c.teſtimoniũ.j̃.de teſti. ¶ Vltimò quæro.ſi non exprimať cauſa in caſſatione: an præſumať caſſata vitio formæ,vel perſonæ. dic in dubio, ꝙ vitio formæ. qa benignior eſt illa interpretatio:iō faciēda.j̃.de reg.iur.c. in pœnis.lib. 6.& quod ibi no.primò tñ inſpiciēda ſunt acta. & ad cām in actis deductā, & probatā ſunt verba dubia ſentētiæ referenda.qđ dic,vt j̃.e.c.ſi cōfirmationē.lib.6.& no.in l.hæ.n.ff.de ſuſpec.tu.vbi de tutore remoto à tutela,an ſit infamis.

CVm monaſterium. ¶ Monachus vnius monaſterij in alio monaſterio pōt eligi in abbatē.h.d.& ſunt duæ partes,petitio,& exauditio. Secunda ibi [nos autem.] tria narrat,ſtatum monaſt.qualitates,& ſuum aſſenſum.partes patent.¶No.primò,ꝙ tex. nō declarat, qualis fuerat iſte poſtulatus. ſed dicit, ꝙ in eremo erat laudabiliter conuerſatus.ex quo quidā intelligunt,ꝙ eremita pōt poſtulari in abbatē.Iſti.n. eremitæ ſunt perſonæ eccleſiaſticæ, & continentiā ſeruare debent, & promittere 27.q. 2.§.ecce.vbi de hoc no. tñ,ſecundũ glo.non poſſunt eligi in abbates,quia poſſunt hr̃e proprium. 17.q.1.c.veræ.& an ꝑcutiēs eremitam ſit excōicatus.dic,vt j̃.de ſen.excō. c.ſuper eo.de iure ergo cōi nō poſſet eremita eligi in abbatē etiam alia rōne.qa requiritur in electo ꝓfeſsio expreſſa.j̃.e.c. nullus.lib.6.Si quis tñ bona intentione eligať, teneat poſtulatio ēt de non profeſſo.de re.do.c.inter quatuor. & 16.q. 1.c.pſ̃byteros.Alij intelligunt iſtũ tex. quia iſte de eremo erat monachus.interdũ.n.eremitæ ſunt monachi.de regula.c. ad noſtram. ¶Sed tunc quæritur,quare non fuit ſic poſtulatus. dicit gl.quia erat monachus alterius ordinis. vnde in abbatem alterius religionis non pōt eligi.j̃.e.c.1. in Cle. vbi plenè de hoc. ¶ Vltimò aduerte ad iſtũ tex. hic monachi poſtularũt, & eṗs admiſit poſtulationem ipſorum, & poſtea eṗs ap. petijt talē ordinationē confirmari. & per hoc colligit Hoſt. ꝙ poſtulatio cōfirmatur.qđ in iure alibi ita clarè nō reperitur, ſecũdũ eũ. & hoc tenent quidā, & probat per iſtũ tex.primò .n.dicit,ꝙ eṗs aſſenſum præbuit: poſtea illũ aſſenſum appellat confirmatio. admiſsio ergo talis habet vim cōfirmationis.non tñ propriè pōt dici confirmatio: quia ꝑ poſtulationem, & admiſsionem ſuperioris non vitiatur ſpũale coniugium.quod dic vt s̃.de poſtu.c.1.per Inn.no.ēt hic,ꝙ monachi non ſunt priuati poteſtate eligendi:licèt abiecerint ordinē,& obſeruantiā regularē. intelligo hoc verũ, niſi abieciſſent habitum:tunc enim erunt excōicati,vt j̃.ne cle. vel mo. c.vt periculoſa.lib.6.quod dic,vt ibi no.ꝙ mon.cenſetur propriè locus,& domicilium monachorum,& ibi cenſentur habere domicilium.de reſcrip.c.ſtatutum.lib.6.

*S V M M AE.*

1 *Conſuetudo,per quam,electione ſeruata,poteſtas eligendi adimitur, non valet.*
2 *Libertas eligendi non poteſt pendere ex voluntate tertij.*

Con-



3 *Conſuetudo in præiudicium libertatis eccleſiæ non valet.*
4 *Electio, quæ eſt nulla vitio perſonæ,vel formæ non impedit aliam celebrari.*

CVm terra. Non valet cōſuetudo, per quam collegiũ ad alterius voluntatē ſibi debet eligere ꝑlatum.h.d.ſunt tres ꝑtes.In prima deciſum exordiũ.In ſcđa ibi [ſicut] narratio. In tertia ibi [quia igitur.] prouiſio.quæ tria facit. Primò cauſas reddens dānat conſuetudinē. Secundò ſtatuit, & ſtatutũ declarat.Tertiò permittit,& permiſsionē determinat. Secũda ibi [ſtatuentes.] Tertia ibi [quo facto.] ¶ Not. primò,ꝙ certa terra pōt dici funiculus dñi,qui dicitur funiculus teſtimonialis hæreditatis dñi.l.totius.j̃.de deci. c.tua.2. de quo
1 hic in nouella.¶Secundò not.ꝙ non valet conſuetudo,† per quā,electione ſeruata,poteſtas adimitur eligendi. ¶ Tertiò
2 no.ad idē,ꝙ libertas † eligendi non pōt pendere ex volũtate tertij:ſicut nec factio teſtamenti,vt l.captatorias.ff.de hære.inſti.& l.illa inſtitutio.e.ti. licèt ergo electores poſſent liberè transferre in aliũ poteſtatē ſuā, vt s̃.e.c.cām. tñ illa voluntas non pōt arctari in tantum,ꝙ libertas originalis in electione non reſideat penes Capitulũ. ¶Quartò no. ꝙ non va-
3 let conſuetudo † in pręiudiciũ eccleſiæ libertatis,vt in c.1.s̃. de conſue. ¶Quintò no. ꝙ electores debēt conuenire in certo loco pro celebranda electione.locus aũt non eſt de ſubſtātia:dũmō ſit locus honeſtus,in quo conueniāt, non in coquina,vel lupanari.ff.de iureiur.l.pe.& hoc eſt verũ,niſi ſit de cōſuetudine,vt certo loco fiat electio. quia tunc alibi celebrata nō tenet, ſecundũ Hoſt. facit. C. qũo & qñ iu.l.ſicut propoſnis.2.& de ſen.l.cũ ſententiā.& de arbi.l. ſi cũ dies.§. ſi arbi. ¶Sextò no. ꝙ in electione inuocatur gratia Spiritus ſancti, ideſt dicitur Miſſa de Spiritu ſancto,vel cātatur hymnus. Veni creator Spiritus.¶Septimò no.in ver. ꝙ ſi in perſo.ꝙ ele-
4 ctio,† q̃ eſt nulla vitio perſonæ,vel formæ, non impedit aliā celebrari,ēt ante eius caſſationē,& idē, ꝙ minus idoneè elegerũt,pñt aliam celebrare.& ad hoc no. obſtāt multa iura. ¶ Octauò no. ꝙ poſt electionem celebratam debet requiri conſenſus principis in electione. & intelligit Inno. ꝙ requiri debeat poſt electionē cōfirmatā:tunc.n.debet fieri talis præſentatio.de conſuetudine tñ poſſet induci,vt requiratur poſt electionē publicā, & conſenſus eius requiratur ad hũc finē, vt poſsit ipſam impedire, ſi habet iuſtũ metũ, vel cām. vt j̃. de iureiur.c.petitio.& de iure pa.c.nobis. ¶Oppo. & videť, ꝙ per conſuetudinē poſsit tolli libertas eligēdi.j̃.de reſti.in inte.c.2.& ne ſe.va.c.fi.Itē pōt qñq; extenuari, ſiue modificari,vt de certa eccleſia eligatur.s̃.de cōſue.c.cũ dilectus.de verb.ſign.c.abbate.ſol.dicit Io.And.ꝙ aut remanet poteſtas eligendi penes Capitulũ:& non pōt in totũ pendere ex alieno arbitrio,vt hic.pōt tñ modificari ad certā eccleſiam,vt de eius gremio eligatur pręlatus,vt in dicto c.cũ dilectus.aut in totũ per conſuetudinē tollitur,ita ꝙ penes eum nihil iuris remaneat.& hoc fieri pōt,vt in contrarijs.faciliùs ergo tolerať peremptio iuris in totũ,quā ſolo nomine remanēte,effectus, ſiue ſubſtātia perimatur.ad idē in ratione ſui.j̃.de re.ec.non ali.c.ſi vna.in Cle.vbi faciliùs peremptio, q̃ ſeruitutis diminutio,toleratur. ¶Secũdò op.dr̃ hic,ꝙ iſti,qui malè eligũt vitio perſonæ,vel formæ;pñt iterũ eligere,etiā prima nō caſſata.ſed contra Decre.c.cum in cunctis.& c. cōſiderauimus. s̃. eo.cũ multis ſi.ſo.gl.ſoluit iſtud cōtrariũ multis modis. Inn. dicit,ꝙ aut eſt notoriũ poſt publicationē,ꝙ electio eſt nulla: ita ꝙ manifeſtè de hoc liquet.& pñt electores aliā electionē celebrare,ēt prima non caſſata.aut ſup iuribus perſonæ electionis,ſit valida, necne, non pōt probabiliter diſpenſari:& tunc non pōt celebrari ſecunda electio,non caſſata prima.vt s̃.e.c.cōſiderauimus.& hęc ſunt vera,ꝙ in electoribus nō eſt reperire delictũ,qa habuerũt oēm diligētiam:qua ꝓbata,ꝓbať ignorātia,nec latēs vitiũ electi imputať eis.ff.de ædil.edi. l.1.§.ſi intelligatur.& l.q̃ritur.§.fi.ff.de inſti.l.ſed ſi pupillus. §.de quo palam.de hac aũt materia(qñ prima electio eſt nulla,vel annullanda, poſsint electores,ipſa non caſſata,procedere ad ſecundam.)dicetur.j̃.e.c. auditis.

*S V M M AE.*

1 *Clericis negociari eſt prohibitum.*
2 *Clerici habitum dimittere non debent.*
3 *Confirmatio tribuit ea,quæ ſunt iuriſdictionis.*
4 *Epiſcopi poſt confirmationem an poſſint poſſeſsionem bonorum dignitatis propria auctoritate apprehendere.*

TRanſmiſſa. Electus confirmatus pōt ea, quæ ſunt iuriſdictionis,nō quæ ſunt ordinis.h.d. & tractat iſta Decr.de ſecunda parte rub.ſ.de electi poteſtate. & ſunt duæ partes.ſ. conſultatio,& rñſio.¶ No.ꝙ reprehenſibile, & prohibitum
1 eſt clericis † dimittere eccleſias, & negociari. dicitur enim negociatio quò ad clericos turpis quæſtus.quia vix ſine peccato expeditur.25.diſt.c.qual.& de pœni.di.5.c.qualitas.honeſtũ tñ lucrũ ex negociatione cōceditur.j̃.de dona.inter vi. & vxor.c.ꝑ veſtras.facit.ne cle.vel mo.c.1.& de vi.& ho.cle.
cè celebrandam,vt s̃.proxi.c.& iſta variatio contingebat ex
quadã fictione:vterq;.n.ipſorũ ſimulabat, qđ non meritò ge
rebant. decanus aũt & cantor faciebant partes in eccleſia,
vt eſt moris, qa decanus nominauit illũ,quẽ intendebat eli-
gere cantor,à quibus nominationibus poſtea receſſerunt, &
elegerunt,vt ſequitur. ¶Secundò op.dicitur hic,ꝙ ex ſubſe-
quentibus conſenſibus non confirmatur electio. contra imò
videtur, ꝙ electio minoris partis confirmetur per acceſſum
aliorum. vt s̃.e.c.licet.& c.indẽnitatibus.j̃.e.lib.6.So. ſpecia
le in dictis capitulis. hic aũt regulariter eſt intelligendum.
¶Sed tertiò contra hoc oppo.de c.s̃.proxi,vbi videtur tradi
regula,ꝙ per acceſſum poſsit electio confirmari.Sol. ibi lo-
quitur,cum deficit rõne contemptus, ſed aliàs eſt canonica,
puta celebrata à maiori parte:ſed hic loquitur, cum electio
non eſt canonica,quia à minori parte celebrata: & non põt
confirmari per acceſſum aliorũ, cum conſenſus, qui per viã
acceſsionis ſequitur,deficiat in forma,q̃ eſt, vt canonici con-
ſentiant in Capitulo, & per modũ ſcrutinij:non aũt ſingulari

ter quilibet de per ſe, vt eſt, qñ ꝑ acceſſum præſtatur. & iſta
eſt ratio, vt credo.fallit in d.c.licet.& c. indemnitatibus.præ
allega.¶ Quartò oppo.dicitur, ꝙ prima electio decani fuit
celebrata à minori parte.& ſic nulla, vt j̃. e.c.quia propter.
ergo non debuit præſtare impedimentum ſecundæ per can-
torem celebratæ. Solu. quandoque prima electio eſt nulla,
ſed electores illi priuati: & tunc valet ſecunda.s̃.de poſtu.c.
gratum. quandoq; electores (licèt eorum electio fuerit nul-
la)non ſunt priuati: & tunc non valet ſecunda,non vocatis il
lis electoribus, quorum electio nulla fuit, & iſta eſt vna rõ,
quare non valuit electio cantoris: quia non vocato decano,
& ſuis complicibus,qui deceſſerant.Item alia rõne,quia pau
ci remanſerunt cum cantore, cũ plures conſenſerint poſtea
electioni decani.Item quia facta à ſubdiacono, qui tempore
huius Decre. non poterat eligi, cum nondum emanauerit
Decre.à multis.de æta.& quali.ſed poſt.Item etiam quia fa-
cta fuit poſt electionem decani.& ſic quatuor de cauſis red-
debatur nulla,ſecundùm Io.An.ſuper glo.vlti.in fi.¶Quæ-
ro generaliter,an teneat ſecunda electio, non caſſata prima:
vel ſi plures electiones celebrentur, quæ altera alteri præiu-
dicat.hanc materiam aggreditur glo. hic, & plenius Inno.&
Hoſt.s̃.eo.c.conſiderauimus.Io.An.expedit ſe breuiter, di-
cens,ꝙ ſecunda electio fieri non poteſt ex interuallo, prima
non caſſata per ſententiam iuris,vel hominis: ipſa verò caſſa
ta altero prædictorum modorum,fieri põt ſecunda, non vo-
catis ad eam primis electoribus, ſi priuati ſunt ſententia iu-
ris,vel hominis: aliter vocabuntur,ſi priuati non ſunt, etiã ſi
per ſententiam ſint priuandi.& hanc dicit eſſe ſummã totius
glo.Ioan.de Ligna.plenius diſtinguit.& ſic, ꝙ aliquando con
currunt plures poſtulationes.& illa ſecundũ Hoſt.eſt admit-
tenda,quæ celebrata eſt à duabus partibus,vrgente neceſsi-
tate eccleſiæ.s̃.tit. 1.c.bonæ. Aliquando concurrunt electio,
& poſtulatio.& de hoc.j̃.eo.c.ſcriptum.Aliquando concur-
runt plures collationes.& de hoc.j̃.de exceſ.præl.c.inter di-
lectos. Aliquando concurrunt plures electiones. & hæc eſt
materia noſtri.c.in qua dic, ꝙ aliquãdo duæ electiones fiunt
ab eiſdẽ.& tunc aut prima fuit valida: & non tenet ſecunda,
vt s̃.eo.c.cõſiderauimus.Aut prima fuit nulla.& tunc aut ele
ctores erant eligendi poteſtate priuati: & ſecunda ſimiliter
erat nulla,vt s̃.e.c.cum in cunctis. Aut non erant priuati,ſed
fortè priuandi,quia peccauerunt in forma.c.quia propter.&
tunc ſecunda celebrata ante priuationem valet, poſtea verò
non,vt no.in dictio c.quia propter. Non obſtat cap. cum in-
ter dilectos. vbi indiſtinctè non videtur tenere ſecunda col-
latio, non caſſata prima. quia loquitur in collationibus,
non electionibus.& prædicta ſunt vera, quando duæ electio
nes fiunt ab eiſdem.ſi aũt à diuerſis: & tunc aut fiunt eodem
contextu,& ex eodem ſcrutinio:aut ex diuerſis.ſi ex eodem:
& tunc aut loquimur in electione Papæ.& dic,vt in c. licèt.s̃.
e. aut loquimur de inferioribus. & tunc aut altera eſt facta à
maiori,& ſaniori parte capituli,& altera à minori.aut vna à
maiori,altera à minori,tñ ſaniori. Primo caſu aut loquimur
in electione mendicantium: & tunc vnius diſcordia vitiat.j̃.
eo.c.quorundam.de elec.lib.6.coniuncto.c.quocirca.eo.tit.
in Cle. Si autem altera à maiori, altera à minori, & ſaniori:
tunc aut maior pars eligit indignum ſcienter (& ſic eligendi
poteſtate priuata: ) & valet electio celebrata à minori, vt s̃.
tit.1.c.gratum.Si autẽ erat priuata:tunc non valet electio po
ſtea celebrata à minori.& iſte eſt caſus huius cap. ¶ Secun-
do caſu principali qñ fit diuerſis contextibus, tunc ſi prima
eſt aliqua,ſecunda eſt nulla,vt dicto c.conſiderauimus.Si au
tem prima eſt nulla. & tunc aut ſunt priuati: & ſecunda non
valet,non vocatis primis electoribus, quamquàm paucis,vt
s̃.c.ꝙ ſicut.¶Secundò quæritur.dixi,ꝙ quandoq; electio eſt
nulla, quandoq; annullanda. quæro ergo, quæ ſint cauſę nul
litatis ipſo iure.Inno.& Hoſt.no.de hoc s̃.e.in c. conſideraui
mus.Io.An.enumerat hic plures caſus, & primò quando ad
digni-



dignitatem curatã eligitur patiens defectum ordinũ, ſciẽtiæ,
vel ætatis.s̃.e.c.dudũ.Item ſi eligitur irregularis.s̃.eo.c.inno
tuit.Itẽ ſi corpore vitiatus à natiuitate, caſu, vel alterius fa-
cto.51.diſt.c.qui in aliquo.Itẽ ſi laicus.61.diſt.c.Oſius.Item
ſi fit à maiori parte,minore non prouocante, vel non negli-
gente. & hic laici interſunt electioni vt ius habentes.j̃. eo.c.
quiſquis.Itẽ ſi fit à ſuſpenſo, vel de ſuſpenſo: vel ab excom-
municato, ſiue de excõicato.s̃. de conſue. c. cum dilectus.
¶Item ſi fiat contra priuilegiũ eccleſiæ habens decretum,vt
s̃.eo.c.cõſiderauimus.annullanda aũt diceretur, ſi non eſſet
decretum,vel quando maior pars eligeret, contempta mino
re,vt s̃.e.c.ſicut.Item ſi fiat ſecunda ex interuallo,non caſſa-
ta prima,quæ non erat ipſo iure nulla.j̃.eod.c.bonæ.Item ſi
electus non cõfirmatus adminiſtret. quod dic,vt s̃.eo.c.qua
liter.alia extra quærat ſtudioſus,ſecundũ Io.An. ¶ Quid au-
tem ſi eligitur criminoſus crimine,quod non inducit irregu-
laritatem. tenet Compoſt. ꝙ non ſit nulla, ſed annullanda ꝑ
Decre.inter dilectos.de exceſ.præla.& quod ibi per Io.And.
in glo.no.non ſolum.& hic probat alijs rationibus,vt hic per
eum,qui reſpondet ad c.cum in cunctis.

ADDITIO.

a ¶ Poſt appellationem.Adde Inn.in c. conſiderauimus. ſupra eo. Hoſt. in
ſum.eo.tit.§.qualiter.verſi.caſus. & quæ ibidem dixi.

*SVMMAE.*

1 *Poſtulatio includit in ſe tacitam electionem.*
2 *Voces tacitæ compromiſſariorum præbent cauſam reuocandi mandatum.*
3 *Citati debent expectari tota die termini.*
4 *Capitulum in electionibus ad ſonum campanæ congregari debet.*
5 *Electio celebrata à compromiſſarijs intelligitur facta ab ipſis canonicis.*
6 *Epiſcopus poſtulatus ad alium epiſcopatum,debet iterum ſuper idoneitate examinari.*
7 *Epiſcopus poſtulatus qualis eſſe debeat.*

IN cauſis. Poteſtas data compromiſſarijs eli
gendi re non integra (id eſt poſtq̃
habuerint de eligendo tractatũ) reuocari non põt. h.d.
Et ſunt tres partes.Prima ponit allegationẽ poſtulati.Secun
da verò ponit allegationes nuncij electi.Tertia,ibi (quia ve-
rò) negocium partim diffinit,partim diffiniẽdo committit.
¶No.primò formã poteſtatis conceſſæ iſtis duobus electis.
fuerunt enim duo, vt deberent eligere quinque. ex qua colli-
git Io.An.ꝙ numerus compromiſſariorum eſt arbitrarius: li
cèt numerus ſcrutatorum ſit certus, & determinatus à iure.
& debent eſſe tres.j̃.eo.c.quia propter. Iſti aũt quinq; electi
ab iſtis duobus cenſentur electi à Capitulo, non ab illis duo
bus.ff. quod cuiuſq; vni.no.l. item.§.1. & idem ſi iſti quinq;
adhuc deberent eligere alios rectores,ſecundũ Inno.& Hoſ.
¶Secũdò no.tex.dum dixit[quod à ſingulis de Capitulo eſt
ſtatutum]&c.ꝙ ſicut ex ſingularibus conſenſibus debet fie-
ri cõis electio: ita ex ſingularibus conſenſibus cõis tranſla-
tio,ſecundũ Vin.ſed Compoſt.j̃.e.c.quia propter.dicit Papã
determinaſſe contrarium. quia licèt electio ſit vniuerſitatis:
tamen tranſlatio poteſtatis eſt ſingulorum. quia transferunt
ius,quod habent, & ſinguli debent ſigillatim requiri, & ex-
preſsim in hoc conſentire: nec ſufficit,ꝙ vnus, alijs non con
tradicentibus,vel aliquibus ex eiſdem,compromittat ſuo,&
aliorum nomine.& vide in ſpe.eo.tit.§.2.poſt prin. ¶Tertiò
1 no.ꝙ in ver.demum electionem. &c. ꝙ poſtulatio † includit
in ſe tacitam electionem. ex quo argue, ꝙ poſt poſtulationẽ
emiſſam non debet electio reiterari. de quo dic.s̃. de poſtu.
c.1.per Inno.& collige etiam ex hoc tex. ꝙ poſtulatio eſt pu
blicanda Capitulo, & non populo: niſi hoc habeat conſuetu
do,ꝙ populo publicetur:poſt quam publicationem,ſi cano-
nicè eſt electus,non plus eligitur:ſed ſi approbabitur poſtu-

latio,fiet epſ̃s,vel caſſabitur, & alius eligetur, vt hic. & adde
2 quod j̃.dicam. ¶Quartò no. ꝙ cõtentioſæ voces † compro
miſſariorum præbent cãm reuocandi mandatum.5.q.4.c.in
loco.non tamen hæc diſcordia eſt iuſta cauſa ſuſpicionis, qa
naturaliter contingit,vt ff.de arbi. l. item ſi vnus.§. principa
liter.& 8. q. 1. c. nec nouum. & præcipuè in caſu huius c. vbi
fuit expreſsè prouiſum in caſu diſcordię, vt.ſ. valeret electio
à tribus.quod tacitè videtur intelligi.de arbi. c. 1. de quo j̃.
3 eo.c.cum in iure. ¶Quintò no.in ver.Capitulũ.ꝙ citati † de-
bent expectari tota die termini, & ſequenti die actus cele-
brari:ex quo collige argumentũ,ad quæſt. ſi die Lunæ ſtatuit
iudex terminum ad audiendum ſententiam:ꝙ debet tota die
expectari,& ſequẽti die ferri ſententia.de qua quęſtione dic,
vt no.Inſti.de ver.ob.poſt prin.Bar.tñ dicit:ꝙ debet expecta
ri vſq; ad vltimã horam diei iudicialis. hoc eſt vſq; ad Veſpe
ras,vt in Authen.de iudi.§.ſedebunt. vel vſque ad tenebras,
vt d.c.conſuluit.ita no.in l.liber homo.§.decem.ff. de verbo.
4 obli. ¶Sextò no. ꝙ Capitulum † congregatur ad ſonũ cam-
panæ.quod eſt verũ,ſecũdũ Inno.in minoribus negocijs: ſed
in electionibus, vbi debent vocari abſentes, hoc non ſufficit.
arg.C.de prædi.decurio.l.fi.lib.10.vbi non ſufficit vocari de
curiones per tabellam. & ſumpta hic occaſione de campa-
na,Io.An.refert hic quęſt.diſputatã de hominibus caſtri vo-
catis per pręconem,vt veniant ad electionem, cum campa-
na ſonabit:deinde pulſata campana dicta hora conuenerunt
30.cum centum eſſet vniuerſitas.& diſtinguit. aut illa moni-
tio facta fuit auctoritate alicuius præſidentis ipſi vniuerſita-
ti: & tunc aut illi de vniuerſitate erant abſentes:& non valuit
talis citatio.cum per literas,vel nuncium citari debuiſſent.s̃.
eo.c.cum inter vniuerſas. facit quod no.Io. An.s̃. eo.c.corã.
ſup.1.glo.aut dicta citatio non fuit facta auctoritate alicuius
præſidentis,ſed procurantibus aliquibus de vniuerſitate. &
tunc aut labebantur tempora ad eligẽdum præfixa:& tenuit
talis citatio,etiam vnius tñ,ne perdat ius eligendi, argu.61.
diſt.c.fi.aut non labebantur tempora: & nõ valuit citatio mi
noris partis;quia hoc ſpectat ad maiorem partẽ, quæ habet
inſtar totius Capituli.ff.ad mu.l.quod maior. & hoc caſu de-
bebãt duæ partes eſſe præſentes, & conſentire illarum dua-
rum partium maior pars,vt no.s̃.eo.c.licèt.& s̃.c.cum nobis
olim.per Ioan.An.ſuper glo.nunquàm.& c.bonæ. il 1.in gl.
5 citati.¶Septimò no.ꝙ electio † celebrata à compromiſſarijs
intelligitur facta ab ipſis canonicis.concor.l. item.§.1.ff. qđ
cuiuſq; vni. no.¶ Octauò no.qñ deſinit res eſſe integra, ſcili
cet poſtq̃ compromiſſarij incœperunt de electione habere
tractatũ.ſint ergo cauti cõpromiſſarij,vt citò faciant tracta-
tum. quia proceſſus ad tractatũ facit rem deſinere eſſe inte-
grã,ad hoc.l.1.§.cœpiſſe.ff.de pollicita.& quod no.in l. ſi pe
cuniam.ff.de condi.ob cauſam. an aũt cõpromiſſarij poſsint
vbique eligere,no.Io.An.j̃.c. quia propter. ſuper ver. com-
6 mittatur.¶ Nonò no.in ver.quocirca.,ꝙ epſ̃s † poſtulatus ad
alium epãtum debet iterum examinari ſuper idoneitate. qđ
dic,vt j̃.c.ſcriptum.ſuper glo.penul.per Io.And. ¶Decimò
7 no.qualis debet eſſe epſ̃s † poſtulatus. quia debet eſſe potens
ad perfidiã extirpandam.idem in quolibet præſidente: vnde
legitur Eccleſi.10.Noli quærere fieri iudex,niſi virtute irrũ-
pere poſsis iniquitatẽ: ne fortè pertimeſcas faciem potentis,
& ponas ſcandalum in agilitate tua. Idem Sen. li. de Virtu.
Ne vitæ altiori te ponas,in qua ſtanti tremendũ, & diſcedẽti
cadẽdũ ſit. ¶ Opp.patet in tex.ꝙ iſtis quinq; cõmiſſum fuit,
vt eligerent.ipſi aũt poſtularunt: ergo ꝑter formã mãdati, &
per cõſequẽs poſtulatio nulla.vt in c.cũ dilecta.s̃. de reſcrip.
ad hoc.s̃.e.c.innotuit.So.glo.q̃ incipit hic habes,&c. format
iſtud contrariũ,& dicit,ꝙ hoc ideò eſt,quia poſtulatio eſt ꝑ-
paratoria ad electionẽ:ergo vno cõmiſſo, videtur cõmiſſum
reliquũ.de hoc no.61.diſt.c.nullus.circa fi.glo. & 8.q.1.c.li-
cèt.in iſta gl.& de benigna interpretatione iſta glo.bene loq
tur,ſm Hoſt. Non ob.c.innotuit.quia non habuerunt mãda-


tum

tũm ad eligendũ,ſed ad cõfirmationẽ petendã. ¶ Secundò
op. dr̃ hic, ꝙ Capitulum re non integra non potuit reuocare
mandatũ:ex quo innuit,ꝙ re integra potuerit.Sed contra de
c.horrendus.32.q.5.& c.cũ inter canonicos.ſ.eo.cũ alijs iu-
ribus alleg.in glo.quæ latè diſputat hunc paſſum,an hanc po
teſtatem Capitulum reuocare poſsit, & circa fi. ibi quid er-
go dicemus.ponit duas oppoſitiones. Prima eſt, ꝙ reuocari
non poſsit ſententia,ſiue res ſit integra,ſiue non.alij ꝙ re in-
tegra reuocari poſsit,argu. huius literæ à contrario ſenſu.&
hanc opi. tenẽt Vin. & Goff.hic.Alij diſtinguũt,an Capitulũ
dederit poteſtatẽ iſtis, intẽdens eis facere gratiã, aut nõ ſim
pliciter intendens prouiſionis negocium expedire.Primo ca
ſu etiã re integra non reuocatur,cũ ſit quædã donatio,ꝑ iura
inducta in ſecunda parte glo. In ſecundo caſu habet locũ di-
ſtinctio:an res ſit integra, aut non:licèt legatus non poſsit à
ſe abdicare imperium: tñ electores bñ pñt transferre nomi-
na,videlicet in alterum eligendi poteſtatẽ.ĩ.eo.c. quia pro-
pter.Non ob.ꝙ pœna reuocantis mandatum eſt,vt teneatur
ad intereſſe.Nam in iſtis ſpiritualibus non agitur ad intereſ-
ſe,ſed ſemper tenet quod fit per compromiſſarios, ſm̃ Inno.
qui remittit,ĩ.de arbi. c. dilecti. Conclude ergo, ꝙ poteſtas
eligendi tranſlata in aliquem vt miniſtrum, poteſt re integra
reuocari per Capitulum.vnus aũt,vel plures an reuocare poſ
ſint: videtur, ꝙ ſicut vno contradicente non põt à principio
compromitti.Ita etiã vno contradicente poſtea re integra vr̃
durare,ar.l.Vrannius.ff.de fideiuſ.& per hoc non obſtat, qđ
no.ſ.e.c.bonæ.2.ſuper glo.ideò Io.& Phi.dixerũt contrariũ,
vt hic in nouella. ¶ Tertiò op. dicitur hic,ꝙ Capitulum non
potuit reuocare poſtulationem factã ab iſtis compromiſſa-
rijs.ſed cõtra quia dicta poſtulatio cenſetur facta ab eis, vt
hic in ver.quia verò.Sed ipſi poſſent ipſam poſtulationẽ reuo
care,& ab ipſa recedere,antequàm ſuperiori fuerit præſenta
ta.ſ.tit.1.c.bonæ.ergo malè dicit iſte tex. qui etiã malè dice
re videtur in alio.nã hic concurrit poſtulatio,& electio.ergo
debuit electio præualere,vt ĩ.e.c.ſcriptum.So. Compo.& In
no.hic tangunt.ſ.tit.1.c.fi.& Io.An. hic dicit ſuper glo.vlt.ꝙ
tranſlatio poteſtatis Capituli in compromiſſarios reddit ſuã
electionem nullã,non publicatio huius poſtulationis. Itẽ ob
ſtat fides præſtita in compromiſſo.quia non Capitulum,ſed
compromiſſarij poſtularunt.quã poſtulationẽ Capitulum re
uocare non poteſt. nam & propriam Capitulum reuocare
non poſſet:niſi in reuocatione conſentirent duæ partes.ſ.eo.
c.licèt.ſecundũ Hoſt.vel poteſt dici reſpondendo contrario,
ꝙ iſta poſtulatio tam ſolemnis includit tacitam electionem.
nam in poſtulatione tam ſolẽni ſeruatur forma c. quia pro-
pter.ĩ.eo.Aliquãdo verò fit poſtulatio ſine ſolẽnitate.de qua
61.diſt.ca.Oſius.& dicit Io.An.poſt Compoſt.ꝙ qñ poſtu-
latio fit ab alio,quàm ab eo,qui habet poteſtatem confirmã
di,vt ſi poſtulatur libertus alicuius eccleſiæ: tunc debet fieri
poſtulatio ſine ſolemnitate. Si verò confirmator poteſt tol-
lere impedimentum: tunc videtur vtilius facere poſtulatio-
nem ſolemnem, vt circuitus euitetur. & ſubdit circa hoc, ꝙ
non currat terminus trium menſium, ſi propter multas po-
ſtulationes etiam occultas, & non ſolemnes protrahatur ele
ctio vltra tres menſes. cum hoc ſit iuſtum impedimentum,
vt interim non ſit in mora.ĩ.e.c.ne pro defectu. & hoc tenet
Compoſt.ſ.tit.1.c.1.vbi prædicta tractat plenius. ¶ Quęro
dixi.ſ.ꝙ quandoq; Capitulum transfert in aliquos eligendi
poteſtatẽ tanquàm in donatarios.quandoq; vt in miniſtros.
quæro quid in dubio.dixit Io.An.ꝙ in dubio qui allegat gra
tiam,illam probare debet.ĩ.de transla.c.vlt.nemo enim præ
ſumitur iactare iura ſua,vt in l.cum de indebito.ff.de proba.
facit quod no. in l.1.C.de act. & obli. ¶ Secundò dixi.ſ. ꝙ
quandoq; reuocatur poteſtas re integra:quandoq; re non in
tegra.quæro ergo quando dicatur res integra. dic ꝙ cum de
uentum eſt ad ſubſtantialia negocij,& ad actum proximum,
non remotum. nam ſi incœperunt tractare de electione, di-
citur res non integra.ſecus autem ſi aliqua præceſſerunt re-
mota,puta cantatio Miſſæ. Idem in reuocatione procurato-
ris.nam litis conteſtatio facit rem non integram, licèt multũ
præcedat, ſecundũ Inno. & Compoſt. ¶ Tertiò ad idẽ quę-
ritur, quid ſi compromiſſarij recedunt in totum ab illo tra-
ctatu,vel electus non conſenſit,& compromiſſum erat, ꝙ in
totum poſſent eligere,ar.ꝙ ſic.ĩ.de offi.dele.c.in literis.Cõ-
poſt.contra.C.quomodo,& quãdo iu.l.ſi pręſes.& ſubdit hic
Inno.ꝙ reuocatio compromiſſariorum debet fieri verbo,nõ
ipſo facto tantũ,puta eligendo.ex quo infert, ꝙ debet com-
promiſſarijs nunciari:aliàs valet electio ab eis facta poſt re-
uocationem mandati,ſi ipſam reuocationem ignorabant. fa
cit cle.1.de renun. ¶ Vltimò quæritur.hic fuit compromiſ-
ſum in pluribus. quid ergo ſi vnus ex eis erat excõicatus, an
valebit eorum cõmunis electio.dicit Inno.ꝙ non, ſi erat pu-
blicè excõicatus.ſi aũt occultus: & tunc ſi remanent plures
nõ excõicati,valebit ipſorũ electio.quia cũ illius cõtradictio
nõ obeſſet:ergo nec excõicatio occulta.ff.de arbi.l.ſicuti.

### *S V M M Æ.*

1 *Canonici ex debito tenentur ad obſequia eccleſiæ.*
2 *Ius inſtituendi canonicos prætendens habere, non debet inſtitutos ab alio recipere.*
3 *Iniuriam facere non dicitur, qui vtitur iure ſuo.*
4 *Actiones diuerſas in eodem libello quis intentare poteſt.*
5 *Præbendas in eccleſia collegiata quis habeat conferre.*
6 *Quis an poſſit prohibere facere quod ſibi prodeſt, & alteri nocet.*

**CVm eccleſia.** ¶ De conſuetudine põt canonicorũ ele
ctio ad ſolum Capitulum pertinere.concor.ne ſe.
va.c.vno.& de reg.c.vno.lib.6.hoc.d.cõis diuiſio.nam in pri
ma deciſa conſultatio.In ſecunda rñſio, ibi [ mandamus.]
1 ¶ † No.primò canonicos a teneri ad obſequia eccleſiæ ex de
a bito. de cler.non reſi.c.penul.¶ Secundò no.† ꝙ prætendẽs
2 habere ius inſtituendi canonicos non debet recipere inſtitu-
tos ab alio,vt fecerunt iſti canonici.recipiendo enim conſti-
tuerunt epm̃ in quaſi poſſeſsione inſtituendi, quæ quaſi poſ-
ſeſsio per patientiã acquiritur,& etiã retinet,vt l. quoties.ff.
3 de ſerui.& ſ.eo.c.querelã.vbi de hoc.¶ Tertiò no.regulã † ꝙ
b non dicitur facere iniuriã, b qui vtitur iure ſuo.concor.ſunt
in glo.¶ Quartò no.in ver.cum per teſtes. ꝙ probationibus
hincinde cõcurrentibus, obtinet ille,qui melius probauerit.
concor.ĩ.de proba.c.licèt cãm.& circa hoc no. vnum verbũ
glo.ꝙ ſi probationes eſſent hincinde pares, electio eſſet cõis
epi,& canonicorum(& ſic in dubio)ſentẽtia concordet cum
iure cõi.ad idem quod no.Innocen.ĩ.de præſcrip.c. veniens.
4 ¶ Quintò no.in ver.in ſecundo &c.† ꝙ in eodẽ libello poteſt
quis intentare diuerſas actiones.In prima.n.parte libelli eps̃
intentauit poſſeſſoriũ,vt inſtituti ab eo admitterentur. Et in
ſecũda petitoriũ.ſ.cõfeſſoriã,vt.ſ.in poſterum ceſſaret à mo-
leſtia.facit l.egi.& l.harũ.ff.ſi ſerui.vend. ¶ Sextò no. ꝙ põt
conſuetudine introduci, vt ad ſolum Capitulum in eccleſia
cathedrali ſpectet electio canonicorum. quid econuerſo, an
conſuetudo dabit hoc ius epõ,ꝙ nec Capitulũ requirere te-
neatur.dic vt ĩ.de his,quę fi.à præla.c.ea nos. ¶ Vltimò, ꝙ
generalis conſuetudo prouinciæ tenetur ſequi ſingulas eccle
ſias,vt erat iſta Vulterañ.de quo tñ dic,vt ĩ.de offi.archidia.
c.fi.¶ Oppo.dr̃ hic in fi.ꝙ electio canonicorũ ſpectat ad ca-
nonicos de conſuetudine.& in principio dr̃, ꝙ longo tpe fuit
deſtituta canonicis. ergo vr̃, ꝙ propter negligẽtiã canonico
rũ poterit eps̃ ſupplere defectum,vt ſ.e.c.cũ in cunctis.& de
conceſ.præben.c.nulla.So.dicit glo.1.in cõtrarijs erãt diſtin
ctæ ꝓbẽ.hic verò nõ erãt diſtinctæ.vñ eps̃ nõ põt eligere:ſed
canonicos ad eligẽdũ cogere ꝑ cẽſurã eccleſiaſticã.& hoc te
net Inn.& dicit,ꝙ eſt rõ,qa non inuenit iure expſſum, ꝙ eps̃
ſuppleat in hoc caſu,arg. de ſupplen.neg. præla.c.Romana.
dicens,



dicens,ꝙ eps̃ poterit ſtatuere terminum ad ſupplendum de-
fectum,& poſt terminũ ipſe ſupplebit,& prouidebit. ad hoc
de offi.or.c.irrefragabili. §.exceſſus.& in Auth. de eccl.ti.§.
ſi quis autem pro redẽptione.& §.ſe.coll.9.Nec ob.iſtud c.
quia hic non aſsignauit canonicis terminum:ſed intendebat
eligere iure ſuo,vt patet ex narratis in tex. facit quod no.ĩ.đ
conceſ.præben.c.ex parte.Non ob.rõ Inn.quia verũ eſt, ꝙ ꝑ
Laterañ.concilium non deuoluit: tñ contra deſideria cano-
nicorum poſt monitionem epi prouidetur de iure, vt.ſ.eps̃
ſuppleat eorum defectum.10.q.1.c.regenda. ¶ Secundò op
po.innuit iſte tex. ꝙ ſi canonici non probaſſent, ꝙ ad ipſos
ſpectaret electio canonicorum de conſuetudine.& quod hoc
iure vſi fuerint,ſpectaret creatio canonicorum ad epm̃. Sed
contra.ĩ.de his,quæ fi.ab epi. ſine conſen.ca.c.1. cum quin-
que ſe.So.timore huius contrarij glo.arguit hic primò, ꝙ ad
epm̃ ſolum ſpectat.& hanc opi.tenet Hoſt.dicit tñ,ꝙ requiri
tur conſenſus canonicorum,per c.in nouo.21.diſt. & de hoc
plenè per eum in ſumma de electione.§. quis poſsit eligere.
ver.quid de præbẽdis.& ver.ſe.Compoſt.tenet, ꝙ ſpectat ad
epm̃ de cõſenſu Capituli,& differt ab opi. Hoſt. quia ſecun-
dũ Hoſt.requiritur conſilium Capituli.Sed ſecundum Com-
poſt.requiritur conſenſus.Alia eſt opi.gl. hic,ꝙ ſpectet cõi-
ter ad vtrũq;. Idem no.ĩ.de ſupplen.negli. præla.c.fi.in pri-
ma glo.& de offi. or.c.irrefragabili.in 4.glo.idem Io. 21.diſ.
§.1.& eadem di.c.1.§.pontifex.Idem Vincen.Phi. & Goff.ꝓ
quibus facit ĩ.de fideiuſ.c.pro quibuſdam.& de mag.c. quia
nõnulli.§.verũ.Archi.de hoc tractat in c.à collatione. de ap
pel.lib.6.& nihil firmat. habes ergo tres opi. prima Hoſt. ꝙ
requiratur conſilium.Secunda Compoſt. ꝙ requiratur con-
ſenſus.Tertia gl.vt ſpectet cõiter ad vtrũq;. & inter iſtos eſt
magna differentia,vt patet.ĩ.ne ſe.va.c.1.lib.6.¶ Tertiò op.
de ſuperfluitate ver.in ſecundo. ad ver. mandamus. vr̃ enim
vtrobiq: articulus decidi.Sol.glo. quæ incipit eadem.format
iſtud contrarium,& dicit,ꝙ in prima parte agebatur poſſeſ-
ſo.i.confeſſoria agebatur, ne canonici moleſtarent epm̃ ſup
electione canonicorum:moleſtare autem videntur eoipſo,ꝙ
non admittunt inſtitutos ab eo,vel nimis tenẽt electos. facit
l.vim.ff.de vi, & vi ar.& l.ſi duo.§.item.ff.vti poſsi.confeſſo-
ria agebatur,dum petebat eps̃, ꝙ canonici liberè paterentur.&c.quod eſt proprium cõfeſſoriæ.ſ. futuras moleſtias ꝓ
hibere,vt l.harũ.& l.egi.ff.ſi ſerui.ven. ¶ Quæro poſt Doct.
de quibuſdam qõnibus ſuccinctè. & primò quis habeat con
5 ferre præbendas † in eccleſia collegiata infra epalẽ.quia tex.
iſte loquitur de cathedrali.D.Fred.de Senis diſputauit, & te
nuit,ꝙ canonici præſentant,& epiſcopus inſtituit.facit quod
no.Archi.10.q.1.c.regenda. vbi epiſcopus ſine præſentatio-
ne archipresbyteri non poteſt aliquem inſtituere in eccleſia
ſua.ad idem quod no. Inno.ĩ.de religi. do.c.cum venerabi-
lis.vbi ſi in parochia alicuius fundatur capella, rector ꝓſen-
tabit,& eps̃ inſtituet.hoc no.Io.An.de cap.mo.in c.vno. li.6.
¶ Secundò no. nunquid eps̃ poteſt præſcribere contra con-
ſenſum,vel conſilium.hoc eſt, ꝙ requirere non teneatur con
ſilium,vel conſenſum Capituli.dic,vt ĩ.de his, quæ fi.à præ-
la.c.ea noſcitur. ¶ Tertiò quæro.ſi cõis eſt electio epiſcopi,
& Capituli,ſecundũ opi. glo. & eps̃ eligit vnum, & Capitulũ
alium.quis præferetur. arg. pro epõ.25.diſt.c.perlectis. Sed
contra. in pari numero debiti maior numerus perſonarum
ſequendus eſt.C.qui bo.ce.po.l.fi.& de pac.l.maiorem. Vin.
de hoc no.ĩ.de his quæ fi. à ma.parte Ca.c.1.Io. An. remit-
tit ad no.per eum in c.penul.de conceſ. præben.ſuper glo.2.
6 & de exceſ.præla.c.1.in glo. dicebat. ¶ Vltimò no. glo.† an
quis poſsit prohibere facere id, quod ſibi prodeſt, & alteri
nocet.dic vt in ea,quæ allegat bona iura &c.

### ADDITIONES.

a ¶ No.primò canonicos.Concordat hic in terminis Zab.nu.1.
b ¶ Non dicitur facere iniuriã.Adde tex.in l.iniuriam.§.1.ff.de iniur.& l.
ſi donatarius.ff.de condi.ob turp.cauſam.

### *S V M M Æ.*

1 *Obijciens contra formam electionis, auditur poſt confirmationem.*
2 *Crimina poſt confirmationem refricari non poſſunt.*
3 *Obligari ad pœnam beneficij quis poteſt.*
4 *Sententia interlocutoria lata ſuper ætate, poſt 10.dies tranſit in rem iudicatam.*
5 *Appellatio ſuſpendit pronunciatum.*
6 *Epiſcopus ſuper ætate an diſpenſare poſſit.*

**CVm dilecti.** ¶ Compromittentes electum à con-
promiſſarijs(ſi ſit dignus) refutare nõ pñt:niſi cõ
tra formam cõpromiſsi eũ electũ appareat. h. d. & ſunt tres
partes.In prima allegatio pro electo.In ſecunda ibi [ verum ]
allegatio cõtra electum.In tertia ibi [ nos verò ] diffinitionis
commiſsio,quæ primò mandat recipi iuſm malitiæ. Secũdò
iuramẽtũ veritatis à caſibus,quibus ſuccũbit,puniri.& ſol-
uit obſtaculũ.¶ No.primò quod dicit tex. [ ꝙ in tres vnani-
miter contulerunt poteſtatem: ]&c.notabiliter.n.dicit [ vna-
nimiter ]quaſi vno diſcordante, non poſsit fieri electio ꝑ viã
compromiſsi, vt ĩ.c.quia propter.¶ Secundò no. ꝙ conceſ-
ſa fuit poteſtas indiſtinctè, quem ipſi tres ducerent eligen-
dum,&c.quo caſu,an valeat electio celebrata à maiori par-
te,tex.facit,ꝙ ſic.ĩ.eo.ver.& ſi tres,aut duo &c. & hoc tenet
Hoſt.per c.in cauſis.ĩ.eo.Egi.dicit hic, ꝙ valet electio duo-
rum,tertio præſente,licèt contradicente: illo verò abſente,
non valet.& hoc tenet Compoſt.ĩ.c.proxi.dicens, ꝙ ſic ob-
tinuit.per l.ſi in tres.& l.ſe.ff.de arbi. dicit tñ ibi quoſdam te
nere contrarium,cõparando ipſos pluribus procuratoribus
ſimpliciter datis.& hoc contrarium tenet Boatinus.ſ.eod.in
c.in cauſis.¶ Tertiò no.in ver.metropolitanus. ꝙ cum eſt du
bium de ætate deducta incidenter in iudicium, debet iudex
ſuper ea pronũciare.qualiter aũt, & per quem probet ætas,
& de probationis effectu:& an ſententia lata ſuper ætate fa-
ciat præiudicium quò ad oẽs,& qũo ætas in iudicium dedu-
catur,vide ꝑ Bar.in l.de ætate.ff. de mino. in ſua repetitione.
¶ Quartò no.in ver.verum. ꝙ poſt confirmationem auditur
1 obijciens † contra formam electionis, & ẽt ſi opponit ſub-
reptionem.& de his exceptionibus an poſsint oppo. contra
electum,& confirmatum ante ordinationem,& conſecratio
nem dic,vt ſ.e.c.ꝙ ſicut. ¶ Quintò no.quid iuris,ſi electores
dicunt ſe non conſenſiſſe in illũ, quẽ compromiſſarij elege-
a runt.facit ad qõnem,ſi compromiſſarij ſecedentes a in partẽ
redeuntes dixerunt,ꝙ cõcordauerant,& cõmiſerant vni ele
ctionem,& pronunciationẽ illius,de quo concordauerant.ꝗ
elegit Titium.alij duo reſiſtunt dicẽtes, ꝙ non de illo,ſed de
Seio fuerat concordatũ.quæritur,an debeat illis duobus cre
di.pro hoc facit verſi.& ſi duo,aut tres.&c.de qua qõne dic,
vt plenè no.in c.pen.ĩ.de re iudi.lib.6.¶ Sextò no.in ver.præ
dicti tres.&c.ꝙ ſi inter compromiſſarios, & canonicos tra-
ctatur cõtrouerſia:quia canonici dicunt ſe vnum nominaſſe:
cõpromiſſarij verò dicunt de alio,credit̃ magis eis,ꝗ canoni
cis;& magis duobus ex eis,ꝗ vni.rõnẽ reddit tex.quia cũ ca-
nonici deponant ſecretò,& ſigillatim, eſſent in ſuis teſtimo-
nijs ſingulares.& ſic non credendũ,vt in c.bonæ.ſ.eo.& hoc
eſt mirandum,ꝙ iſtis credat̃ contra canonicos,cũ videantur
criminoſi,eligendo cõtra formã mandati. & ſic cũ arguãtur
de mendacio,nõ vident̃ idonei teſtes,ſaluo,vt no.Io.An.ſup
ver.caſſetis.qui remittit ad no.ĩ.c.2.de arbi. ¶ Septimò no.
in ver.ſi verò.ꝙ ille,qui dicit formam non ſeruatã, debet hoc
probare.& fortè hoc ideo: quia iſte erat iam confirmatus,vt
dixi.ſ.eo.c.ꝙ ſicut. vel ideò quia hic de forma tradita ab ho
mine(hoc eſt à canonicis)nõ à iure contẽdit. ¶ Octauò no.
in eodẽ ver.ꝙ ſi dat̃ forma à cõpromiſſarijs, vt iniquiſitis ſin
gulorũ volũtatibus eligãt,valet electio facta ab eis, ẽt de eo,
in quo conſenſerit minor pars, vt patet in iſto ver.niſi poſi-

to, ꝙ fuerit à paucioribus nominatus, niſi probetur, ꝙ deberent eligere, in quem conſenſerit maior pars, valet electio de eo, in quo minor pars cōſenſerit. hoc tñ nōn firmo. quia textus iſte loquitur, cum iſte. B. ſe aſtrinxit ad probandū hanc formā. poſſet tñ ſuſtineri, ꝙ quatuncūq; ſe aſtrinxiſſet, ſi non teneret, nō mandaret Papa ipſam confirmari, prout hic facit. ¶ Nonò no. ver. alioquin. quē Io. An. inducit ad quæſt. diſputatā Paduæ de Doctore priuilegiato, ne diſputare teneat: qui diſputauit, an teneatur ponere diſputationem ad ſtationē, ſecundū formā ſtatuti: quo cauetur, vt Doctores legētes debeant diſputare, & ponere ad ſtationē diſputationes eorū ſub certa pœna: an pœnam incurrat dictus priuilegiatus diſputans, ſi nō ponat. tenet, ꝙ ſic, per dictā reg. acceſſoriū. & quia renunciauit gratiæ, arg. contra in l. voluntariè. ff. de excu. tu. vbi plenè vide p Cy. ¶ Decimò no. in ver. præfatū. ꝙ iſte. B. obligauit ſe ad pœnā beneficij, ſi non probaret cōtra formā fuiſſe electum, & tñ probauit per canonicos, quibus non creditur, quia fuerunt ſingulares. ex quo colligit Io. An. ꝙ ſi quis obligauit ſe ad pœnā talionis: ſi deficeret in probādo, debet condēnari, ſi ſemiplenè probauerit, quaſi ſemiplena probatio non excuſet à pœna. qđ eſt verū, ſm̄ eū, ſi eſt pœna certa, & determinata: ſecus ſi in genere. quia tunc ſemiplena probatio facit ceſſare præſump. calūniæ, & inducit probabilē errorē. de ſen. excō. c. ſacro. & de calū. c. 2. per Io. And. à pœna igitur conuentionali error probabilis non excuſat. ad hoc. l. ad diem. ff. de verb. obli. & quod ibi per Doct. ¶ Vnde
2 cimò no. † ꝙ poſt confirmationem non poſſunt refutari crimina, vel defectus, de quibus diſcuſſum fuit in iudicio cōfirmationis. quod eſt verū, qñ fuit inquiſitum ſolēniter de certo crimine, vel defectu ſolēnitatis, vel perſonæ: ſecus ſi non ſolēniter, & in genere tm̄. nā adhuc poſſet inquiri, & agi: ſed de defectibus formę (cùm de illis debeat ſolemniter inquiri) nō poterit poſtea, niſi prout no. de do. & contu. c. cū olim. & ſ. e.
3 c. qđ ſicut. ¶ Duodecimò no. ꝙ poteſt qs † ſe obligare ad pœnam beneficij. de quo. 2. q. 5. c. ſi quis presbyterū. & anathematis, vt dicit glo. de quo. j. de offi. dele. c. penul. & glo. ſuper ver. excō. & ſuper vlt. glo. ¶ Decimotertiò no. ꝙ ſentētia in-
4 terlocutoria † lata ſuper ætate tranſit in rem iudicatam poſt 10. dies: nec pōt pars cōqueri poſtea. quòd eſt verū, niſi appellauerit à diffinitiua, ſcilicet lata ſuper confirmatione. Nā tunc poſſet dicta exceptio refutari in cauſa appellationis, cū pariat præiudicium negocio principali: aliter non poſſet, vt in c. vlt. j. de appel. lib. 6. & no. hic Cōpoſt. ꝙ in cauſa appellationis, licèt conſtet per teſtes, vel confeſsionē fuiſſe appellatum in cauſa, non ſufficit, niſi conſtet infra tempus legitimum. j. de teſti. c. ſignificarunt. & ſic refert ſe obtinuiſſe. & hoc etiā no. Io. An. j. de ſen. excom. c. venerabilibus. circa fi. lib. 6 facit quòd nō. Hoſtié. j. de ſpon. c. duo. in rub. vbi vide quod dixi. & no. bene hunc tex. ꝙ illud, quod deciſum eſt incidenter in vno iudicio (vt fuit hic qō ætatis) nō poteſt in alio principaliter refricari. de quo dic, vt j. de or. cōg. c. cum dilectus. & no. hic Hoſt. ꝙ interlocutoria non tranſit in rē iudicatam quò ad hoc, vt pariat actionē in factum: ſed bene parit exceptionem, vt hic. Spe. tenet, ꝙ naſcatur in ſpe. de exe. ſen. §. breuiter. ver. ſed cum ſententia. & idem Bar. in l. à diuo Pio. in prin. ff. de re iudi. circa fi. alleg. l. ſi poſtulauerit. §. ſi liber homo. ff. de adul. & l. cum non ſolum. §. neceſsitate. C. de bo. quæ lib. cum ſua glo. ¶ Decimoquartò not. ꝙ appellatio
5 † ſuſpendit pronunciatum. concor. j. de appel. c. directæ. & penul. & per Do. Bal. in l. tale pactū. §. qui prouocauit. ff. de pac. & l. 1. in fi. ad Turpil. & j. de offi. dele. c. paſtoralis. ¶ Oppo. dr̄ in ver. nos verò. ꝙ opponentes debent iurare non maliciosè &c. Sed contra de c. literas. de iura. calū. So. vt in glo. quæ incipit. ſic ergo. de cuius materia dic, vt no. in c. 1. de iura. calū. lib. 6. per quod Io. And. decidit aliqua hic cōfusè no. per Doct. & vide quod nō. Bar. in l. qui bona fide. §. qui alieno. ff. de dam. infec. ¶ Secundò oppo. dicitur hic, ꝙ creditur duobus ex iſtis tribus compromiſſarijs. Sed contra quia videntur teſtes in facto proprio (ſiue ipſos æquipares procuratoribus, ſiue iudicibus) non videtur, ꝙ ſuper officio eis decreto poſsint teſtificari, vt j. de proba. c. qm̄ contra. & in c. præſentium. 2. q. 6. & c. Romana. de teſti. So. vt in glo. iſtis enim. ¶ Tertiò oppo. dicitur hic, ꝙ canonicis aſſerentibus ſe aliū elegiſſe, quàm aſſerant compromiſſarij, non creditur. Sed cōtra. imò videtur, ꝙ iſta negatiua ſit probabilis: [nos non conſenſimus tali negocio.] &c. vt j. de proba. c. 3. So. vt in gl. quæ incipit. ſed videtur. de quo dic latiùs, vt ſ. eo. c. bonæ. ¶ Quartò oppo. dicitur hic in fin. ꝙ ſententia lata ſuper ætate trāſit in rem iudicatam, nec electo poſt 10. dies pōt opponi iſte defectus. ſed contra in ſpiritualibus non videtur tranſire in rē iudicatam, ſicut non trāſit in matrimonio carnali. j. titu. 1. c. 2. & c. lator. & c. conſanguinei. de re iudi. Sol. dicit Hoſt. ꝙ in iſtis ſpiritualibus, ſiue beneficialibus faciliùs trāſit ſententia in rem iudicatam, quàm in matrimonialibus. iſta enim ſpūalia regulantur ſecūdùm legem canonicam. circa quā pōt Papa ſtatuere quod ſibi placet: ſed nō ita in matrimonijs, vt no.
6 j. de conceſ. præben. c. propoſuit. ¶ Quærit glo. an eps † poſſit diſpenſare ſuper ætate. dic, vt in glo. quæ incipit. an ſit dignus. refert quoſdā dicere, ꝙ ſic, vt ſunt Io. & Phi. Goff. Inno. & Hoſti. glo. tenet contrarium. Io. An. remittit ad no. de æta. & qua. c. vnō. lib. 6. ¶ Secundò quæritur. ſi in iudicio confirmationis fuit plenè cognitū, & diſcuſſum, & ſententiatum ſuper ætate: an alius, qui non fuit in iudicio, contra ſententiam audiatur. tenet ꝙ non, niſi fuerint abſentes, vel ignorantes: vel niſi velint docere de præuaricatione prioris. Idem Ioan. And. Phi. Vinc. & Hoſt. de quo. j. de accu. c. de his. 2. q. 6. c. anteriorum.

### ADDITIO.

a ¶ Secedentes. id eſt ad partem ſe trahentes.

### SVMMAE.

1 *Electio facta à maiori parte compromiſſariorum tenet.*
2 *Compromiſſarij plures poſſunt eligere vnum ex ſeipſis.*
3 *Electus à tribus ex ſex videtur electus à maiori parte, ſi ſit de numero.*

CVm in iure. ¶ Si ex ſeptem compromiſſarijs tres eligant quartum, & ille conſentiat, & ſit idoneus, cōfirmabitur electio. h. d. Et diuiditur in tres partes. In prima deciſum exordium notans, ſiue reprehendens quærentem. In ſecunda conſultatio ex compromiſſo ex duplici electione confirmata. In tertia conſultationis reſponſio cum duplici determinatione. ¶ No. primò, ꝙ hic vacabat decanatus in eccleſia, & proceſſum fuit per formam ſolemnem, ſcilicet formam compromiſsi. quod an ſit verum, dic vt j. e. c. quia propter. ſuper. 1. glo. & j. etiam tangam. ¶ Secundò no. formam traditam iſtis compromiſſarijs. alia forma traditur. ſ. e. c. cū dilectus. & alia in c. in cauſis. in quibus etiam alius compromiſſariorū numerus denotatur. ex quibus collige, ꝙ de numero non eſt curandum, vt j. eod. c. quia propter. ſuper ver.
1 idoneis. ¶ Tertiò no. ꝙ electio † facta à maiori parte compromiſſariorum valet. & hoc ex eo, quia ſic in compromiſſo fuerat expreſſum. an autem intelligatur, ſi expreſſum nō fuerit. dixi ſ. titu. proxi. in ſecundo notabili. ¶ Quartò no. quòd
2 plures † compromiſſarij poſſunt eligere vnum ex ſeipſis. qđ in commiſſarijs poſitis ad vendendum, & diſtribuendum bona teſtatoris, an poſsint vni ex eis vendere, vel inter ſe diſtribuere. reſpōdetur, quòd bona fide, & ſine fraude, ſicut vnus tutor poteſt vendere rem pupilli alteri contutori, quaſi vnus tutor poſsit auctorizare alteri. quod dic, vt l. cum ipſe. C. de
3 contrahen. emptio. ¶ Quintò no. electus ꝙ † à tribus ex 6. videtur electus à maiori, ſi ipſe eſt de numero, & ſic ipſe auget numerum, ſi conſenſit electioni de ſe factæ. quod quomodo



qūo procedat, laborant hic Doct. ¶ Oppo. ergo, & vr̄, ꝙ ſi ex 7. compromiſſarijs tres eligunt vnum ex ipſis, & alij tres alium, neutra electio valeat. quia neutra pars celebrata à maiori parte ſecundū formā compromiſsi. tres enim non faciūt maiorē partē de 7. nec etiā de 6. & ſic nulla electio valet. j. eo. c. eccleſia. il 1. & 2. & j. eo. c. in Geneſi. Sol. dicit Io. An. ꝙ non eſt alia ſol. niſi iſta, ꝙ licèt in forma ſcrutinij conſenſus electi numerum ſuum non augeat. In forma tñ compromiſsi auget, & perficit. nā ſi cōſentiat, maiorē partē habet, & obtinet. vt j. e. c. in fi. ſm̄ Hoſt. & hoc eſt verum, niſi talis electus à tribus conſenſiſſet electioni factæ ab alijs tribus. quia tunc non poſſet ab illius electione reſilire, & conſentire ſuę, niſi ille electus fuiſſet indignus, & ignoranter electus ab eo: quia ſperat eligi, vt in talē conſentiat, in quem nō credat alios cōſentire: vt ſic poſsit ab illa reſilire, & cōſentire ſuæ, vt hic no. Ioan. And. ſuper glo. vlt. ſuper qua dicit poſt Phi. ꝙ ſi per vocē iſtius non veniretur ad maioritatem: ſed paritatem numeri, non valeret, nec haberet locum iſtud c. puta ſi ex 6. compromiſſarijs duo vnū ex eis, tres alij alium elegerunt, neutra electio valebit. 79. diſt. c. ſi duo. & j. c. quia propter. & c. eccleſia. ¶ Secundò ad idem oppo. & vr̄, ꝙ cōſenſus iſtius electi à tribus ex 6. nihil operetur, nec poſsit eſſe decanus vigore electionis huiuſmodi, nec cenſeri pōt electus à maiori parte. qđ ſic oſtenditur. aut iſte conſentit electioni factæ de ſe poſt electionē celebratam: & tunc talis conſenſus ſuperueniens non confirmat electionē prius factam à pari numero, vt j. e. c. eccleſia noſtra. & ſ. e. c. auditis. Aut conſenſit electioni fiendæ, & ſic tanq̄ ambitioſus repellendus, vt j. e. c. cum poſt petitā. So. dicit Inno. ꝙ hic conſenſit electioni factę. quod poterat ſecundùm antiqua iura, quæ in electionibus non exigebant aliud, q̄ conſenſum directum in aliquē vt electum, vt ſ. eo. c. cum inter canonicos. qui ēt hodie ſecundū eum ſufficit in minoribus dignitatibus, cū non ſit mutatū. Sed Hoſt. contra. e. tit. c. quia propter. ſuper prima gl. h. d. ꝙ quicquid dicat Inn. hic erat facta electio, qñ conſenſus fuit requiſitus, vt patet ibi [dūmō electioni de ſe factę conſentiat.] &c. & ideò ſecūdū eum non eſt alia reſponſio, q̄ illa, quam dedi ſuper prima oppoſitione. ſ. qñ conſenſus electi de numero compromiſſariorum auget numerum: ſed non ità, ſi electio celebratur p formam ſcrutinij, vt j. eo. c. eccleſia noſtra. ¶ Quæro primò. hic fuit data poteſtas. 7. compromiſſarijs, vt poſſent omnes, vel maior pars vnum ex ſeipſis eligere: an alium de gremio eccleſiæ eligēt. & ꝙ hoc caſu valet electio facta, ſiue celebrata à tribus de quatuor: quęro an hoc ſit verum, ſi non fuit expreſſum in cōpromiſſo, ꝙ de ſe poſſent eligere. ꝙ ſi non fuiſſet expreſſum, licèt de iure poſſent eligere, de ſe tñ eſſet neceſſe, ꝙ fieret per quatuor, vel maiorē partē, non computato quarto. ꝙ ergo in maiori parte cōputetur electus, hoc eſt ex illo ver. [ꝙ ex ſe poſſent eligere.] &c. quaſi fuerit voluntas compromittentium vocem tunc cōputari in maiori parte, quæ potuiſſet etiam ſtatuere, ꝙ valuiſſet electio celebrata ab vno de ipſis 7. de numero compromiſſariorum. quod dictum non approbat Io. An. ſed contrarium fuit obtentum. ſicut. n. in numero ſeptennario ſe habent tres ad quartum; ita in numero trinario vnus ad ſecundū. concludit ergo, ꝙ iſtud c. habet locum, etiam ſi non fuiſſet in compromiſſo expreſſum, ꝙ valeret electio celebrata à maiori parte. ¶ Secundò circa hoc quęritur, nunquid in caſu huius. c. habet locum collatio zeli ad zelum: numeri ad numerum. pone enim, ꝙ tres alij ex compromiſſarijs elegerunt magis dignum, quàm iſtum quartum numerum electum ab iſtis tribus. nam ibi ſanior pars colligitur ex conceſſa ptāte compromiſſarijs per canonicos. quorum videtur fuiſſe intentio ex ordine ſcripturæ, vt primò valeret electio celebrata de ſe. vel ſi non de ſe, ſaltim de gremio: ex qua forma patet affectio ordinata, vt in ſimili eſt tex. in l. hæredes mei. §. peto. ff. ad Trebel. & l. cum pater. §. penul. ff. de leg. 2. In perſonis enim eſt ſeruandus ordo ſcripturæ, vt ff. de arb. l. ſi cum dies. §. planè. & l. nòn enim. ff. de ſol. ¶ Tertiò quæritur. ſi Capitulum iſtis. 7. contulit poteſtatem ſub hac forma, ꝙ illum reciperent in decanum, in quo omnes compromiſſarij conſentirent: an poſsint eligere vnū de ſe ipſis. Inno. & Compoſt. qui dicunt ſic ſe obtinuiſſe, tenent, ꝙ non poſsint. cui opi. euidenter contradicit hæc Decr. Nam ſi. 6. ſeptimum eligant. & ille vnus electioni de ſe factæ conſentiat, apparet, ꝙ ita computetur numerus omnium per conſenſum ipſius, ſicut maioritas numeri, qñ à tribus tantū eligitur. vnde ſicut pōt augeri maioritas per aſſenſum iſtius: ita & totalitas: vt ſic idem iuris ſit de toto quò ad totum, quod eſt de parte quò ad partem. & hoc verū, ſecundū Hoſt. dūmodo expreſſum non ſit in compromiſſo, ꝙ non poſsit ex ſe eligere. quare aūt vnus ex compromiſſarijs conſentiendo electioni ſuæ augeat numerum, & non ita, ſi proceditur per formam ſcrutinij: vide hic in fine nouellæ.

### SVMMAE.

1 *Falcem in meſſem alienam mittens venit arguendus.*
2 *Imperator à certis principibus Alemaniæ eligitur.*
3 *Cognitor cauſæ parte abſente aliquid diffinire non debet.*
4 *Examinationi an ſit locus in pallij datione.*
5 *Imperator per Papam vngitur, & conſecratur.*
6 *Vota principum in electione Imperatoris cum diuiduntur, poteſt Papa fauere alteri parti.*
7 *Imperator dicitur aduocatus Eccleſiæ.*
8 *Abſolutio per procuratorem peti poteſt.*
9 *Imperium per ſucceſſionem non debetur.*
10 *Quando liceat venire contra iuramentum propria auctoritate.*

VEnerabilem. ¶ Electus in Imperatorem à maiori parte illorum, ad quos ſpectat electio, ſi fuerit idoneus, per Papam confirmabitur. Hoſt. diuidit Decre. in 7. partes. In prima ponit rationem legati. In ſecunda ibi [verùm] captat beneuolentiam ipſorum principum, ſuam poteſtatem declarans. Tertia ibi [obiectioni.] rn̄det ei, quod obijciebatur contra legatum. In quarta ibi [eos.] mouet principes, vt adhæreant electioni, recedentes à Philippo. ꝙ hoc facere debebat, probat quatuor rōnibus vſq; ad ver. nobilitatis. ibi ſpāliter hoc mādat duci Caringiæ. de quo in ſuprаſcriptione. ¶ No. primò, ꝙ Papa recitat argumētū principū à diuiſione. quod eſt licitū argumentū. ſicut à ſufficienti partium enumeratione à cōtrario ſenſu p locum ab abſurdo. de his, & alijs modis arguēdi vide plenè per Bal. in l. cōuenticula. C. de epiſ. & cle. & l. obligationū fere. de act. & ob. ¶ Scđò
1 no. † ꝙ reprehendēdus eſt, qui mittit falcem a in meſſem alie
a nā. in neceſsitate tñ licitū eſt ſpicas manu cōterere, & mādu care. Deut. 23. c. & de cōſ. diſ. 2. c. diſcipulos. de iure. n. humano nō eſt licitū ire per alienū agrum, niſi in caſibus exceptis no. p glo. 1. diſt. c. oēs leges. neceſsitas ergo facit licitū, quod aliàs non eſt licitū, vt furari. j. de fur. c. 3. facit. ff. ad l. Rho. de iac. l. 1. §. idem agitatum eſt. vbi neceſsitatis tp̄e oīa ſunt cōi-
2 canda. ¶ Tertiò not. ꝙ Imperaror † eligit à certis principibus Alemaniæ. & qui ſint illi, no. j. de reg. iu. c. ad apoſtolicæ. lib. 6. in penul. glo. Alibi dr̄, ꝙ Imperator eligit à populo, ſiue exercitu, & ab eo iuriſd. habet. 93. diſt. c. legimus. §. nā. & de ori. iur. l. 2. §. deinde cum eſſet. & §. de inde. & §. nouiſsimè. & de vet. iure enu. l. 1. §. hoc aūt. & quod no. 1. di. c. cōſue-
3 tudo. ¶ Quartò no. ꝙ cognitor † cāæ nō dēt parte abſente aliqd diffinire, vt l. ea q̄. C. qūo & qñ iu. & l. ſi. C. ſi p vim, vel alio mō. ¶ Quintò no. ꝙ poteſtas eligēdi Imperatorē puenerit à principibus Alemaniæ, ſiue in Germanos. quia prouenit à ſede Apoſtolica, q̄ tranſtulit &c. & ſic ſecundū glo. regnū mundi eſt apud Germanos. dicti ſunt à gigno gignis, pp fœcunditatē generandi. vel Germani. i. verè nobiles, vt no. Io. 33. diſ. c. quorundā. Imperator ergo Græcorū impropriè dr̄ Impera-

tor.ſic rex Scacorum,vt dicit glo. & ſic quilibet paterfam.di
cit impator in domo ſua.23.q.3.c.duo.& 7.q.1.c.in apibus.
& refert Io. An.hiſtoriam ruſtici dantis alapam Imperato-
ri,qui incognitus accedens in domo eius renuit obedire,qui
Imperator poſtea inuitauit ruſticũ , vt ſederet ſuper illum,
illi tñ in omnibus obtemperanti ſimilem alapam dare nõ po
tuit, vt hic vide ſuper gl.¶Sextò no. ꝙ poteſt quis niti ex iu-
re ac conſuetudine inſimul concurrentibus.tunc.n.nihil põt
firmius & ſtabilius permanere, vt 8.diſt.c.quæ contra.& ſeq.
& facit ad no.in cap.1.s̃.de reſcrip. an ius ſcriptum,& ſtatu-
tum poſsint cõcurrere in eodẽ caſu : ita quòd diſpoſitio de-
nominetur ab altero, vel ab vtroque . dic vt ibi , & dixi ple-
nius.s̃.de reſcrip.in c. ſuper litteris. ¶Septimò no.in ver.eſt
enim. ꝙ ad illum ſpectat examinatio , ad quem ſpectat ma-
nus impoſitio.concor.54.diſtin. c. quid eſt. & colligit Ioan.
An.hic argu. ꝙ ſicut in coronatione poteſt inquiri de vita,&
meritis coronandi: ita poteſt etiam cõtra ipſum excipi, vtrũ
igitur poſsit ante adminiſtrare.argu.ꝙ non.C.de qua.præ.l.
bene à Zenone. dicit Inno. ꝙ ſi Imperator non põt recipere
coronam in loco debito,poteſtatem adminiſtrandi recipit à
Colonienſi Archiepiſcopo, vel ex ipſa electione hãc habeat.
ſic & Papa.23.diſt.c. in nomine Domini.facit 23. diſt.c.legi
mus.aliquando tñ ex priuilegio ſine examinatione, vel con-
firmatione adminiſtrant,vt Ciſtercienſes. vt not.ĩ.de appel.
4 c.quia nos. ¶ Circa hoc quæritur, vtrũ in pallij † datione ſit
locus examinationi.dicit,ꝙ non.quia pallium eſt ſequela cõ
firmationis, quæ non conſueuit fieri ſine examinatione, vt in
c.fi.ĩ.eo.lib.6. niſi occurreret fortè probatio alicuius grauis
criminis.quo caſu non eſt abſonum,ſi excipiens auditur. de
except.c.paſtoralis.quod dic vt ĩ. de accu. cap. ſuper his.§.
fi.& eo.tit.c.accedens.in fi. tractat ẽt de abbate, an recipiat
poteſtatem adminiſtrandi ex confirmatione, vel benedictio
ne ſequenti.& dicit,ꝙ ex confirmatione,ſicut Archiepiſcopi
confirmatione,non ex pallij datione ipſam conſequitur.s̃.e.
c.tranſmiſſam.facit quod no.Io.An.de ſup.neg.præ.c.1.ſup
5 ver.benedicere.¶Octauò not. † ꝙ Imperator [b] per Papam
b vngitur,& conſecratur.& intellige , ꝙ inungitur in humeris.
de ſacra vnctio.c.primo.& ponitur impropriè conſecrari.cũ
propriè epiſcopus dicatur conſecrari . & per hoc colligunt
malè quidam hic,ꝙ Imperator recipit ordinem. de hoc 63.
diſt.c.Valentianus.in fi.& in Spec.c. 2. §. nunc oſtendendũ.
in fi.Ideo olim vocabantur Imperatores pontifices.10. diſt.
c.de capitulis . ¶Nonò no. ꝙ ex confirmatione Imperato-
ris eſt attendendum, an ſit canonicè electus. Item an ſit cri-
minoſus,vel negligens. 15.q.6.c. alius. non enim debet eligi
tyrannus.de quo vide quod no.in Cle.1.de bap.in glo. ſimi-
le.ad fi.& plenè per Bal. in l. decernimus.C. de ſacroſan.ec.
& per Bar.in tractatu de tyranno.¶Decimò no.in ver. obie
ctioni.ꝙ ad hoc vt arg. à diuiſion.ſit efficax,nõ debet omit-
ti aliquod membrum, vt principes hic fecerunt . ſimile,cum
arguitur à ſimili, data vna diſsimilitudine , non procedit,vt
in c.tranſlato.s̃.de conſtitu.per Io.And. ¶Vndecimò no.in
ver.exercuit.ꝙ executor non dicitur gerere perſonam iudi-
cis, nec electoris.facit c.nouit . & quod ibi dixi. ĩ. de appel.
& collige etiã hic , ꝙ electio facta prius per minorem partẽ
non impedit ſecundam poſtea faciendam per maiores, & ꝙ
eligentes ſcienter indignum ſunt ipſo iure priuati,& ad alios
eſt deuoluta eligendi poteſtas,& plus contemptus vnius &c.
6 ¶Duodecimò no.in ver.ꝙ aũt.ꝙ cum vota † principũ diui-
duntur , Papa põt gratificari alteri parti. & ſic habet locum
gratificatio iſto caſu, ſicut in multis alijs.vt no.ff.ad Sille.l.ſi
quis.§.ſi cum oĩs.Et aduerte,quia tex.iſte innuit, ꝙ non eſt
præfinitum tempus in election. Imperatorum . & hoc patet
in tex.dum dicit[poſt monitionem.]in dignitatibus enim ec
cleſiaſticis eſt præfinitum tempus. de quo.ĩ. de conceſ.præ-
ben.c.2.& s̃.c.ne pro defectu. admonitio ergo eſt in caſu hu
ius.c.neceſſaria. quia non eſt ſtatutum tẽpus.de hoc ĩ. de rẽ

iudi.c.ad apoſtolicæ.lib.6.in vlt.glo.Collige etiam,ꝙ ad Pa-
pam non deuoluitur poteſtas prouidẽdi de Imperatore: ſed
gratificandi.quod eſt verũ, qñ eligunt in diſcordia . quando
aũt nullo modo eligunt,an Papa poſsit eligere,tenet Io. An.
ꝙ ſic ſuper ver.in pœnam. ¶Decimotertiò no.Ioan.And.in
ver.nunquid enim.ꝙ expectatione pendente, de qua loquit̃
tex.põt inter principes interuenire concordia:ſic qui conſen
tit in vnum, poterit mutare voluntatẽ, conſentiendo in aliũ.
Idem in electione Papæ.s̃.c.licet. & hoc maximè, quia illud
ius eligendi ſpectat ad principes vt ad laicos : ergo poſſunt
variare.ĩ.de iure patr. c.cum autẽ.& c.paſtoralis.¶Vtrũ au
tem ſpectet ad ipſos vt ad ſingulos:an verò tanquàm ad col
legium.dic vt in Spec.de reſcrip.præſenta.§.fi. ver. antepen.
per Io.And.facit quod no.de conſti.c. cũ omnes. ¶Decimo
7 quartò no. quòd Imperator † dicitur aduocatus Eccleſiæ.
exaltare enim debet dominum Papam.62.diſt.c.tibi Domi-
no tueri clerũ.96.diſt.c.fin. & miſerabiles perſonas.23.q.5.
c.princeps.& c.adminiſtratores.¶Decimoquintò no.in ver.
eos igitur.ꝙ Papa alterum reprobat, alteri obediendum de-
creuit.ſ.regi.& meritò quia erat electus à maiori parte,& co
ronatus vbi,& à quo debuit. vnde cũ coronatio habeat vim
confirmationis, obediendum eſt ei,donec reprobetur. 8.diſ.
c.vlt.nonne.¶Decimoſextò no. in ver.fuit quoq;.ꝙ abſolu-
8 tio † põt peti per procuratorem,ſicut hic eſt , ꝙ iſte petijt ꝑ
nuncium agi.& ob hoc dicunt,ꝙ non deberet fieri abſolutio
per procuratorem;facta tñ tenet.de quo dic,vt ĩ.de ſent.ex-
com.c.cum deſideres.per Io.An.¶Decimoſeptimò nò.arg.
ꝙ eo ipſo ꝙ quis petit abſolutionem , dicitur probari fuiſſe
excommunicatũ.Ita dicit glo.arg.contra ĩ.de homi.c.exhi-
bita.& quod ibi per Io.An.poſt Hoſt.& ĩ.de ordi. cog.c. cũ
dilectus.ſuper glo.pen.ver.& dices.& in Spec. de prob.§.vi-
dendũ reſtat.ver.ſed nunquid.probatur per Bar. in l.decem.
ff.de verbo.oblig.& dixi de excep. in c. cum vene. poſt glo.
¶Decimooctauò no. in ver. idem.ꝙ etiam contra illicitum
iuramentum non eſt licitum venire propria auctoritate : &
multò magis quando eſt dubium, vtrũ ſit licitum , vel illici-
tum: ideo eſt inuentum,vt petatur abſolutio ad cautelam.ĩ.
de iureiuran.c.debitores.quod quando expediat, & quando
non,hic per Inno.& ĩ.dicam. & quare iſte dux credebat hic
iuramentum illicitum,quia interpoſitum erat ſuper hæredi-
tate viuentis . Iurauit enim regi Siciliæ nepoti ſuo , tanquàm
Imperatori futuro,vt dicit gl. ex qua collige,ꝙ ſicut pactum
de futura ſucceſsione non valet ẽt iuramento firmatũ : ita ẽt
non valet ſuper futura dignitate . quia vtraq; inducit votum
captandæ mortis,vt patet.ĩ.de conceſ.præben.c.ne captan-
dæ.facit quod no.Bar. in l. ſtipulatio hoc modo.ff.de verbo.
obli.& c.2.de pac.lib.6.cum ſimi. ¶Decimononò no.ſecun
dũ Io.An.ſuper verbo. inſuper. ꝙ habere fiduciam aſpiran-
di ad dignitatem ſecundũ bonam intentionem non eſt ma-
lum.61.diſt.c.quid proderit.vbi de hoc.arg.contra.8.q.1.c.
in ſcripturis.Solu.nullus debet ad hoc aſpirare.põt tñ,& de-
bet curare,ne impedimẽtum apponatur, propterea eligi nõ
poſsit, ſecundũ Inn. cui adde qđ no. Hoſt. de ſup. neg. præ-
9 la.c.1.& 2. ¶Viceſimò no. ꝙ Imperiũ † nõ debetur per ſuc
ceſsionẽ,ſed ꝑ electionẽ.de quo.8.q.1.c. denique. in prima
glo.ar.ꝙ.& collige etiam ex hoc, ꝙ etiam per viam electio-
nis non poteſt prouideri de dignitatibus pluribus de eadem
ſtirpe.quia ſic in effectu videretur ſucceſsio hæreditaria. fa-
cit ĩ.de præben.c.pen.hac rõne filius non poteſt immediatè
miniſtrare in paterna eccleſia. ¶Viceſimoprimò no. in ver.
nobilitatis.ꝙ ſi iuro alicui prelato,& ipſe à dignitate deponi
tur,non teneor ratione iuramenti. idem econuerſo ſi præla-
tus iurauit ſe aliquid daturum, vel facturum contrahens no-
mine dignitatis, eo depoſito ſi non implet , non eſt periurus,
nec perſona remanet obligata.ĩ.de no.ope.nun.c. 1. & 2.C.
vt nemo vica.l.1.lib.11.& de ſo.l. cum quis.ſimiliter tutor ſi
nita tutela non tenetur ex prioribus contractibus.vt ff.quan
do



do ex offi.tu.per totum. & quod no.in l. procurator qui pro
euict.ff.de procura.& prædicta vera, quando pecunia eſt cõ
uerſa in vtilitatẽ eccleſiæ, ſiue prælaturæ: aliàs ſecus. de quo
remittit Hoſtiẽ.de re.eccle.non ali.c.ad audientiam.& de fi-
deiuſſ. c. qđ quibuſdam . de habente dignitatẽ etiã ſecularẽ
ex electione vel ſucceſsione,an teneatur ſoluere debita præ-
deceſſoris,diſputauit plenè Iaco. de Bel. & qõnem poſuit in
10 Authen.vt nulli iudi.colla.9.vbi vide.¶Vltimò ſcias, ꝙ Inn.
hic in fi.no.† quando liceat venire contra iuramentum pro-
pria auctoritate.& diſtinguit,ꝙ aut eſt omnino illicitum, ita
ꝙ non põt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ:vt ſi quis iura-
uerit patrem occidere, ſanctimonialem violare. & põt , imò
debet propria auctoritate recedere,& pœnitere; quia pecca
uit iurando. 12.q.4.c.2.Si verò põt ſeruari ſine interitu ſalu
tis æternæ, licèt ſit temerarium,& pernicioſum exemplo, de
bet ſeruari.Idẽ ſi eſt dubium,vt hic. & idem approbat Ioan.
An.abſit enim,vt committamus mala,vt eueniant bona. 32.
q.4.c.ſicut non ſunt.nec tale lucrum.&c.33.q.5.c.ſi dicat.

ADDITIONES.

a ¶ Falcem in meſſem. Adde tex.in c. eccleſias ſingulas.§. nemo mittat. 13.q.1.& in c.ſcriptum eſt.7.q.3.

b ¶ Imperator. Adde quare Imperator oleo vngitur, vt per Anch. in tractatu de poteſtate Pap.q.38.articu.2.

*V M M AE.*

1 *Commiſſio cauſæ cum ſit Cardinali,ſit mentio de eius titulo.*
2 *Electio eſt cẽſenda canonica,quæ eſt facta à maiori & ſaniori parte.*

C Oram. ¶De prouincia vocantur abſen
tes ad electionem. h.d.¶No.pri
1 mò,ꝙ cũ ſit cõmiſsio † cauſæ Cardinali,ſit men-
a tio de eius titulo. [a] de quo hic dicit aliqua Hoſtien. & Ioan.
An.plenius in Spe.de libel.concep.§.iam nunc videndũ.poſt
prin.¶Secundò no. ꝙ licèt electiones in diſcordia celebratæ
caſſentur:nihilominus idem electores iterum poſſunt elige-
re. quod eſt verum,qñ non peccarunt : aliàs ſecus.quod dic,
vt s̃.c.auditis.& c.conſiderauimus. & c.cum terra. ¶ Tertiò
no.ꝙ oẽs de prouincia ſunt vocandi.& quidam ſumunt pro-
uinciam,vt no.6.q.3.c. ſcitote. ſed Goff. intelligit de vſuali,
ſcilicet prout homines nominãt. ſicut dicimus in dietis.s̃. de
reſcrip.c.nonnulli.& quod no.in l.fi.C.de long.temp.ꝑſcrip.
& vide quod no.Io.And.ĩ.de teſti. vltra tertiam.in 8. quæſt.
2 ¶Quartò no.ꝙ illa electio † eſt cenſenda canonica , q̃ facta
eſt à maiori & ſaniori parte Capituli.& intellige Capituli re
ſpectu totius.ĩ.c.eccleſia. & c.in Geneſi. quod dic, vt s̃.eo.c.
quia propter. glo. reuocat in dubium, an indiſtinctè omnes
de prouincia ſint vocandi.tex.dicit ꝙ ſic. glo. tñ intelligit, ꝙ
magis eſt conſideranda propinquitas loci,vbi moram trahit
qui vocandus eſt, q̃ conſideretur prouincia eadem, vel diuer
ſa.vnde exiſtens extra prouinciam (propè tñ eccleſiam vacã
tem) eſt vocandus.& exiſtens extra,ſi eſſet nimis remotus,
non eſt vocandus.Ita dicit glo.concludens tamen,ꝙ ſint ali-
qui vocandi: vel non ſtatur conſuetudini,licèt Pe.& Egi.di-
xerint,ꝙ non valet conſuetudo,ne abſentes prorſus non vo-
centur de loco remoto.Io. An.tenet contrarium , ꝙ omnino
talis conſuetudo valeat,ſiue diſponat ſuper non vocatione,
ſiue ſuper locorum diſtantia.quod dic, vt no. ĩ. eo.c.cum in
eccleſijs.lib.6.in glo.penul.

ADDITIO.

a ¶ De eius tit. Adde Io.An.& cõiter Doct.in c.Raynutius, de teſta.Doct. in c.cum venerabilis.de conſuetu.Car.in Cle.ne Romani. de electio.

*S V M M AE.*

1 *Electio celebrata de quantumcũq; digno ab eo , qui non potuit , non valet.*
2 *Tractatus habitus de futuro pontifice, nondum corpore tradito ſepulturæ,non valet.*
3 *Citatio temeraria citatum non arctat.*

B Onæ. ¶Caſſatur electio maioris partis fa
cta contempta minori : non tñ pro-
pter hoc ad minorem ius deuoluitur eligendi.h.d.
& ſunt duæ partes. In prima deciſa facti narratio . Secunda
ibi[elect.]caſſat ẽt primam, exprimens quare , & ponit an-
tipophorã,¶No.primò,ꝙ qñ quis eſt adeo infirmus, ꝙ de-
ſperat̃ de vita ipſius , nõ põt interim haberi tractatus ſuper
futuri ſucceſſoris electione.de quo ĩ.remittit.eod.tit.lib.6.
¶Secundò no.ꝙ citatus fuit iſte,vt veniret in vigilia , & hæc
vigilia non eſt feria: quinimo in electione non habet locum
exceptio feriarum.de fer.c.fi.vnde ſi põt die feriato actus ce
lebrari,poteſt in dicto die citari,vt no.in l.2.ff. ne quis in ius
1 vo.vi exi.¶Tertiò no.ꝙ caſſanda eſt electio,† quãtũcũq; de
digno, ſi celebrata eſt ab eo, qui non potuit: vel contempto
eo,qui debuit intereſſe. ¶Quartò no.ꝙ ius eligendi non de-
uoluitur ad contemptum.de quo in glo. & ſi præſumit elige-
re, punitur : quia non habet vocem contradictionis in pri-
mo cõſenſu Capitulo permanente(vt dicit tex.) de indigni-
tate tñ perſonæ poſſunt obijcere . nam & hoc poſſet, ſi à ſuo
compromiſſario fuiſſet elect.s̃.eod.c.cãm. vel opponat ſe vt
quilibet.8.q.1.c.ſciendũ.Inno.& Hoſt.contra,ꝙ nec in per-
ſonam,nec in formam obijcere poterit,ſi iterum eligatur,qa
præſumitur malo zelo cõtradicere.aduerte tñ, quia licèt nõ
poſsit obijcere contra formã,vel perſonam,tamen in nume-
ro computatur:vñ ſi iſte eſt viceſimus canonicus,& excluſus
ex cauſa,de qua in tex.tñ non valeret alterius electio celebra
ta à 10. canonicis, quæ valeret , ſi iſte non computaretur in
numero canonicorum tanquàm facta à maiori parte. quan-
doq; igitur quis eſt excluſus à voce,& tñ in numero Capituli
computatur.ad hoc facit quod no.ĩ.eo. c. quia circa.in Cle.
& c.indemnitatibus.eo.tit.lib.6.& quod no.eo.tit.c.cupien-
tes.§.cæterum.& c.ſi fortè.¶Quintò no.ꝙ põt remanere fir
ma electio,quæ eſt nulla propter contemptum alicuius,Ca-
pitulo in eodem propoſito permanente. modicum ergo pro
derit contempto proſequi contemptum. quia ea caſſata , ad
ipſum non deuoluitur ius eligendi, & rurſus poterunt electo
res eligere eundem,arg.contra.s̃.e.c.conſiderauimus.in fi.&
ĩ.e.c.commiſſa.lib.6.Et aduerte, quia requiritur nouus con
ſenſus circa eandem perſonam,cuius electio eſt caſſata: quia
primus conſenſus non ſufficit,cum fuerit nullus.ĩ. de eo qui
dux.in ma.c.veniens.& cõia prædi. l.receptum. aliqui tñ di-
cunt,ꝙ ex primo conſenſu Papa poſſet iſtius electionem caſ-
ſatam propter contemptum alicuius confirmare ſine iniuria
electorum.s̃.eo.c.bonæ.prima placet magis Hoſtiẽ. ¶Sextò
no.ꝙ licèt ille, qui contemptus eſt , priuetur voce contradi-
ctionis propter delictum ſuum : non tñ propter hoc electio
facta eo contempto,redditur valida.licèt ergo ipſe priuetur
à proſecutione contemptus propter culpam ſuam : tñ iudex
ex officio põt de hoc opponere,arg.contra.s̃.e.c.ꝙ ſicut.vbi
exceptio de contemptu pendet ab eo,qui contẽptus eſt. põt
dici,ꝙ culpa, ſiue temeritas contempti non priuat eum pro-
ſecutione:ſed voce contradictionis in electione ſequenti de
eodem facta. & hoc ſentit textus.¶Septimò no.ꝙ tractatus
2 † habitus de futuro pontifice nondum tradito corpore ſepul
turæ non valet.& eſt arg. ꝙ ſi electus habet contradictorem
coram confirmatore , Capitulum non poterit transferre ius
prouidendi in confirmatorẽ in caſu,in quo electum ſuccum
bere,vel renunciare contingeret.nam ſi hoc non põt, cũ va-
cat eccleſia, prælato nondum tradito ſepulturæ : multò mi-
nus poterit electione iam facta,ad hoc.ĩ. de præben.c.ſi tibi
abſenti.lib.6.& collige ex hoc , ꝙ non valet actus , qui geri-
tur tpe prohibito, licèt conferatur in tp̃s permiſſum. facit ad
quæſtionẽ de citatione facta die non feriata.de qua ĩ. de fe-
rijs.c.fi.facit etiã ad q.no.ĩ.de offi.le.c.fi.per Io.An. quæ eſt
talis.legatus delegauit cãm , qui delegatus cõmiſit citationẽ
partis : ſed antequàm nuncius citaret , legati officium expi-
rauit:an expirauerit iuriſdictio delegati . diſtingue vt ibi per

Io.An.in nouella.¶ Octauò no.ꝙ temeraria citatio †nõ ar-
ctat citatum: nec venire compellitur citatus. Alios caſus, in
quibus citatio nõ aſtringit, vide in Spe. de cita.§.1.& c.2.de
dila. vt plenè per Inno.& de accu.c.veniens.in vlt.glo. & po-
nit hic Io.An.deciſam in fi. vbi dicebatur, ꝙ ſi canonici in-
fra.8.dies non elegerint,hi,quibus ſcribitur, prouiderent de
archipresbytero,vel archidiacono, vel alia perſona idonea.
ex quibus verbis naſci põt dubium,an ſecundũ ordinem ſcri
pturæ primò de archipresbytero.& ſi renuit,de archidiaco-
no.& ſi renuit,de alio idoneo debeãt prouidere. dicit ꝙ ſic.
ff.ad Trebel.l.hæredes mei.in fi.& in Authen.de hære. & fal.
§.inordinatum.& quod no.de reſcrip. c. cum dilecta. in glo.
no.in reſcrip.& quod ibi per Io.An. & per Bar. in d.§.fi.vbi
omnino vide.¶ Oppo.dicitur hic, ꝙ electio iſtius.H. non te-
nuit,quare.quia electio facta primo, eo non vocato,fuit ipſo
iure nulla:ergo non impedit ſecundã.de appel.c. cõſtitu. Itẽ
alia rõne quia delinquente canonico, deuoluitur electio ad
eum, qui non deliquit.vt s̃.de poſtu.c.bonæ.Sed iſti delique-
runt eligendo,non vocato iſto canonico: ergo ad ipſum de-
uoluitur ius eligendi.Solu.glo. magna in hoc vacillat,an de-
uoluatur ad contẽptũ ius eligendi: & tenet primò,ꝙ ſic,non
ipſo iure,ſed per ſententiam,per hunc tex. ibi[ nõſtrũ debẽt
expectare iudicium]&c. & ſic tenet,ꝙ non deuoluatur: quia
ſufficit, vt caſſetur electio, vbi quis proſequitur contemptũ.
ita dicit glo.in fi.¶ Contra quam ſecundò oppo.cum electo
res peccantes in forma priuent poteſtate eligendi.j̃. eo.c.qa
propter. multò magis cũ cõtemnunt:quia peccant in proxi-
mum.ſed hoc non eſt verum.cũ hæc pœna non reperiatur in
iure ſtatuta,nec vocatio eſt ſubſtantiale formæ.j̃.e. c. eccle-
ſia.2.& de hoc.j̃.de reſtitu.ſpo.c.1. in tertia colũ. magnæ gl.
ver. ſed quæritur. ¶ Tertiò oppo. hic caſſatur electio: quia
tractatus factus ante ſepulturam prælati defuncti. Sed con-
tra.in matrimonio carnali,mortuo viro,nubat Chriſto.de ſe
cun.nup.c. penul. & vlti.ergo idem in matrimonio ſpirituali
videtur dicendũ.de tranſ.c.inter cor.in prin.Sol. dicit glo.ꝙ
iſta non fuit vera cauſa caſſationis:ſed contemptus.& poni-
tur iſta cauſa tractatus intempeſtiui vt occaſio, non vt cau-
ſa.Ita dicit glo. cui concor. Inno.& Cõpoſt. dicentes ſic ob-
tinuiſſe de facto.Vin.Go.Ro.& Hoſ. contradicentes in fauo
rem mortui & honeſtatis & multorum odium eſt inductum.
Io.An.tenet opi. Inno.& Compoſt.quod probat: quia à die
obitus prelati currit tempus electionis faciendæ,quando ſta
tim ſciuerunt.63.diſt.c.in obeuntibus.50.diſt. c. poſtquàm.
vbi no. Io. ꝙ à die mortis currant tempora. & cautius dixiſ-
ſet,ab hora.j̃.e.c.ne pro defectu. Sed abſurdum eſſet tẽpus
illis currere,qui eligere non poſſent.de conceſ.præben. c.qa
diuerſitatis.ſecundũ Ioã.An. ¶ Quartò oppo.hic reproba-
tur tractatus habitus viuente prælato infirmo de ſucceſſore
ipſius. Sed contra de c.ſi tranſitus.89.diſt. So.quidam eſt tra
ctatus conſultorius: & non reprobatur,vt ibi, etiã viuẽte præ
lato.quidam eſt tractatus,per quem fit ordinatio,vel diffini
tio ante mortem. & facit caſſari electionem,vt hic.vt ſi Capi
tulũ,vel maior pars diffiniat de certa perſona eligẽda. Idem
ſi generalis tractatus de electione,ut hic. de quo hic plenius
in nouella:vbi quæritur, quid ſi aliqui inter ſe non collegiali
ter tractant de electione: & loquuntur,an ſit licitum. & quo
caſu,hic vide. & quando aliqui ſe obligant ad eligendum ali
quẽ,an valeat.& quid de illis,qui perſuadent aliquem eligen
dum. & in caſibus, in quibus tales conuentiones ſunt illici-
tæ,an tales electiones ſint ipſo iure nullæ.& eligentes ſint eli
gendi poteſtate priuati.tenet,ꝙ non ſint ipſo iure nullæ: ſed
annullandæ, & ꝙ non ſint priuati ipſo iure,vt hic in tex.&c.

*S V M M AE.*

1 *Secularis in abbatem eligi non poteſt.*

CVm ad noſtram. ¶ Clericus
ſecularis in
prælatum regularem eligi non poteſt.Prima pars
ponit factũ, quod ſecunda pars caſſat,ibi[ nos attendentes.]
1 ¶ No.primò,ꝙ ille, qui non eſt monachus, † non põt eligi
in abbatem: poteſt tamen poſtulari.s̃.eo.c.cum monaſteriũ.
¶ Secundò not. quòd nullus ſub ſpe obtinendi prælaturam
debet monachari.ſpes ergo reprobatur.de quo in glo.& 61.
diſt.c.quid proderit.& quod dixi poſt Ioan.And.s̃.e.c.vene-
rabilis.in 18. nota.

*S V M M AE.*

1 *Abbas eligi non poteſt,qui non eſt inſtructus in re monachali.*
2 *Abbas appellatur paſtor.*
3 *Poſtulari debet à patre qui eſt in patria poteſtate.*
4 *Legatus poteſt diſpenſare, vt homo alterius profeſſionis eligatur.*

1 OFficij. ¶ In abbatem † eligi non poteſt,
qui nõ eſt inſtructus in regula mo
nachali.communis diuiſio.Secunda ibi [nos au-
tem]conſultatio.ponit factũ ſuſpectũ,purgatio.oblatam, &
2 triplicem quæſtionem.¶ No.primò,ꝙ † abbas a appellatur
a paſtor. & ꝙ electionem debet præcedere tractatus. de quo
s̃.c.bonę.2. ¶ Secundò no. ꝙ monachi debent prouidere de
perſona idonea promouenda quò ad tuitionẽ,& reformatio
nem.ſic s̃.eo.c.cum monaſterium.& de æta. & qual. c.tuam.
3 ¶ Tertiò no. † ꝙ ille,qui eſt in patria poteſtate,debet poſtu
lari à patre.Si autẽ eſt ſui iuris,poſtulatur à ſeipſo. ¶ Quar-
4 tò no.hic colligitur, ꝙ legatus † poteſt diſpenſare,vt homo
alterius profeſsionis eligatur. quia non profeſſus non poteſt
eligi,licèt poſsit poſtulari.Cõpoſt.dicit,ꝙ hæc litera hoc nõ
probat.quia hic non dicitur,ꝙ diſpenſauerit:ſed ꝙ confirma
uerit.& inclinat,ꝙ Cardinalis legatus poſsit ex cauſa diſpẽ-
ſare.all.j̃.tit.1.c.fi.quia non eſt de reſeruatis.ar. de offi.dele
ga.c.quò ad tranſlationem.vide in Spec.de lega.§. conſequẽ
ter.poſt prin.cũ ſuis remiſsionibus.Subdit,ꝙ clericus poteſt
eligi in monachum.an in archid.vel in aliam dignitatem in-
feriorẽ,q̃ abbatiam,dicit Compoſt. ꝙ idem,qđ in abbatem.
¶ Quintò no. ꝙ poſtquàm monachus eſt in regula competẽ
ter inſtructus,põt eligi in abbatẽ,ſi vrgens neceſsitas, & vti-
litas id expoſcat,vt dicit tex.aliàs ergo ſecus.Hoſt.ſubaudit,
maximè,& dixi, ꝙ ſi profeſſus eſt, & expertus, eligi poteſt.
Sed ſi expertus non ſit (dũtamen inſtructus ſit) poterit po-
ſtulari, & poſtea ſolemniter admitti confirmatio. remittit
Hoſt.ad no.s̃.eo.c.cum mon.¶ Vltimò no.poſt glo. ꝙ præſu
mitur aliquid ex eo, qđ incõtinenti eſt ſubſecutum,vt in iu-
ribus allegatis in gl.præſumitur. & facit hoc ad q. accuſatur
Titius,quia mandauit committi homicidium, & non probat
aliud,niſi ꝙ homicida fuit ſibi locutus parũ ante homicidiũ
in auricula,& ſecretè,& deinde ſtatim homicidium eſt ſecu-
tum:certè ex breuitate ſpacij præſumitur conſiliũ dediſſe, ſi
ue mandaſſe. Item ſi quis donat omnia bona ſua, & deinde
ſtatim committit homicidium. præſumit alienatio facta in
fraudem,vt l. poſt contractũ.ff.de dona. Item ſi mutuo pe-
cuniã,& ſtatim emis prædia, vel ſatisfacis creditoribus, vel
aliter facis expenſas,præſumitur, ꝙ de illa pecunia. iſta no.
Bart.poſt glo.in l.ne tibi.§.eorũ.ff.de priui.credi. ¶ Quærit
gl. quare monachi eliguntur ad ſpecialẽ dignitatem propter
curã,& non clerici ſeculares ad regulares prælaturas. dic vt
in ea.dicit Io. ꝙ ſtrictus ſtrictori facilè inſtruitur in latiori,
ſecundùm Hoſt. qui dicit nobilem monachũ, qui ſemper in
monaſterio virgo permanſerat, de illo eductus (quia pater
ſine filijs alijs deceſſerat) non oportuit inſtrui,qualiter vxo-
rẽ,cũ qua contraxit,cognoſceret. quia natura docuit.Inſti.
de iure naturali in prin.

ADDITIO.

a ¶ Abbas.Adde tex.in c.ne pro defectu.j̃.e.Car.Zab.hic nu.1.

Papa



*S V M M AE.*

1 *Papa de plenitudine poteſtatis defectum ſupplet.*
2 *Excommunicatus ſi eligat cũ nõ excommunicatis,an valebit electio.*
3 *Canonici non excommunicati an poſsint de Capitulo excommunica
tos violenter eijcere.*
4 *Excommunicatus notoriè quis dicatur.*

ILla quotidiana. ¶ Electio aliàs cano
nica confirmatur, li
cèt quidam eſſent minori excõmunicatione ligati. hoc
dicit.In prima electionis deciſa narratio.In ſecũda ibi [quia
1 ipſius deciſio.] ¶ No primò,ꝙ quandoq; Papa † ſupplet de
fectum de plenitudine poteſtatis.concor.j̃.de tranſac.c.1.&
de re iudi.c.paſtoralis.in Cle.& de auct. & de vſu pal.c.ad ho
norẽ. ¶ Oppo.tex.iſte innuit,ꝙ iſta ſuppletio fuerit volunta
ria,non neceſſaria:ſed videtur,ꝙ fuerit neceſſaria.participa-
re enim cum excommunicatis eſt mortale.j̃.quod metus cã.
c.ſacris.ſed mortale repellit à legitimis actibus,vt ab accu-
ſatione,& teſtimonio,vt j̃.de teſti.c.ex parte.& c.ſuper eo.&
c.1.de accu.ergo fortius à ſpiritualibus, vt j̃.qui fi. ſint legi.
c.per venerabilem.So.dicit Io.An.quidam ſunt actus,ex qui
bus nulli paratur præiudiciũ, vt eligere. & talis actus non in
terdicitur criminoſo,vt c.ſi celebrat. de cle. excõ. mi. quidã
ſunt actus,ex quibus paratur alteri præiudicium, vt accuſa-
re,teſtificari.& iſti interdicuntur criminoſis,vt in contrarijs,
ſecundũ Pe.& Ab.Vel aliter ſecundũ Hoſti. proſecutio iuris
ſui(vt eſt eligere) non interdicitur criminoſo:ſed proſecutio
iuris publici interdicitur,vt in contrarijs.4.q.6. c. omnibus.
& quod no.j̃.e.c.nihil.poſt gl.5.non ob. Alia eſt rõ:quia ele
ctio eſt actus extraiudicialis:nec,cum celebratur, eſt exce-
ptio criminis admittẽda.quia non eſt qui recipiat:ſed in iudi
cijs contra accuſatorem,vel teſtem eſt iudex medius, q ex-
ceptionem admittit. & hæc rõ concludit, ꝙ ligatus maiori
poſt appellationem admittitur ad eligendũ,vt legitur, & no.
j̃.de ſen.excom.c.ſolet.lib.6. ¶ Quæro poſt Docto. de qui-
2 buſdã qõnibus. & primò ſi ligatus † maiori vnà cum non ex
communicatis eligat,an valebit electio.de iſta qõne no.9.q.
1.c.vlti.Io.An.poſt Inno.hic diſtinguit,ꝙ quandoq; excom-
municatus ſcienter, & indiſtinctè admittitur à toto Capitu-
lo: & non valet electio,etiam ſi excõicati eligunt vnũ,& non
excommunicati alium. duo eligunt enim, licèt diuerſos eli-
gant,ſecundùm Inn.allegat.ff.de re iudi.l.duo. & de arbi.l.ſi
in tres.cũ l.ſeq.hoc fallit in electione Papæ,vt in Cle.ne Ro-
mani.§.cæterũ.e.c. & etiam in caſu Decre. indemnitatibus.
§.ſanè.& §.cæterũ.e.c.lib.6.ſuper quo vide quod no. in Cle.
ꝙ circa.eo.c. in glo. penul. quandoque omnes ignorant illũ
eſſe excõmunicatum:& tunc valet electio celebrata à nõ ex-
cõmunicatis, etiam ſi omnes eſſent excommunicati præter
vnũ.quo caſu in eum ſolum reſidet ius Capituli.ff. quod cu-
iuſque vni. no.l.ſi municipium.& no.s̃.tit.1.c.gratum.hoc tñ
caſu, & vbicunque timetur, ne inter electores ſint admixti
excõicati,vtilis eſt ꝓteſtatio.de qua.j̃.c.Cumana.1.rñ. quã-
doq; aliqui ſciunt, aliqui ignorant aliquos ex eis eſſe excõi-
catos:& tunc aut illi,qui ſciunt, faciunt maiorẽ partem Ca-
pituli,& ignorante minore ſimul eligunt: an rõne ignoran-
tiũ valebit electio.quidam ꝙ non,ſecundũ Inno.quia illicitũ
eſt Capitulum. Alij tenent, ꝙ valet electio, ex quo facta eſt
vno cõtextu.ſed ſi ex interuallo,nõ valeret niſi vocatis alijs,
qui priuati non ſunt.quandoque maior pars ignorat, & mi-
nor ſcit excõicatos admixtos,valet electio, dũmodo nõ con
ſenſerint expreſsè vocationi excõicatorum,ſecundũ Inno.&
Compoſt.Et prædicta ſunt vera,qñ ignorantibus non eſt no
tificata excõicatio per ſcientes.Si aũt eſſet notificata, & pro
teſtatum,ne ipſos admittere debeant ad electionem, & hac
de cauſa appellatum: tunc talis notificatio videtur conſtitue
re ignorãtes in mala fide,vt caſſari faciat quod eſt geſtũ poſt
appellationem: ſecus ſi non fuiſſet appellatum,ſecundũ Inn.
Sed Compoſt.in Decre.cũ dilectus.s̃.de conſue. tenet,ꝙ va-
leat electio celebrata à Capitulo,non obſtañ.appellatione ꝓ
dicti denunciantis,quaſi ſibi credere non teneantur, niſi no-
toriè eſſent excõicati. nam taliũ admiſsio ſcienter reddit ele
ctionem nullam,vt prædixi.Et prædicta procedunt in excõ-
municatis.quid in ſuſpenſis,interdictis,vel alijs,qui iure pu-
blico eligere prohibẽtur.dicit Inno.ꝙ idem.Io.An. remittit
ad no.per eũ.s̃.c.cum eccleſia Vintonieñ. ſuper glo.vlt.in fi.
Hoſt.remittit ad no.per eum j̃.de ſortil.c.fina.Quidam verò
ſunt,qui non prohibentur: ſed tñ vocẽ non habent, vel quia
admiſerũt per electionem indignum,vt s̃.in dicto c. cum ec-
cleſia Vintonieñ.vel quia non ſunt de corpore collegij.& iſti
poſſunt admitti, & ſemel tantũ eorum voces præſtãt ſuffra-
gium,vt d.c.cum eccleſia Vintonieñ.in glo.fi.nam cum Ca-
pitulum poſsit in totum ius prouidẽdi transferre per viã cõ-
promiſsi,vt s̃.eo.c.cum in iure.& c.in cauſis.cum ſim.multò
fortius cõmunicare. dicit tñ Compoſt. ꝙ vno contradicẽte,
Capitulum hoc non poſſet.ſ.admittere non habentes ius in
electione.j̃.de reg.iur.c.in re cõi.lib.6. Ad conſilium tñ be-
ne poſſet maior pars Capituli,inuita minore, extraneos inui
tare.64.di.c.obeuntibus.& hoc no.Io.And.j̃.c. proxi.ſuper
ver.mutuo.conclude ergo, ꝙ quandoq; quis non põt inter-
eſſe electioni, ẽt de conſenſu eligẽtiũ, vt excõicati, interdi-
cti,& ſuſpenſi.& in iſtis diſtinguitur:aut fuerunt admiſsi om
nibus ſcientibus: aut omnibus ignorantibus: aut quibuſdã
ſciẽtibus,& quibuſdam ignorãtibus,vt prædixi. quidã ſunt,
qui poſſunt intereſſe, ſi admittanẽ.& tũc aut oẽs conſentiũt:
aut aliqui contradicunt:vel etiam vnus,vt ex prædictis appa
3 ret. ¶ Secundò quæro, an canonici † non excõicati poſsint
de Capitulo excõmunicatos violenter eijcere. dicit Io.A.ꝙ
quandoq; excõmunicatio eſt dubia,vel etiam eſt certa, ſed
non poteſt excommunicatus de facto expelli. & non obeſt,
ſi admittatur,præmiſſa proteſtatione prædicta. quia fiat pu-
blicè,ſi hoc audent: aliàs fiat occultè.s̃. quod metus cauſa.c.
1.vbi verò de iure, & de facto poſſunt non excõicati excõi-
catos repellere,imputabitur,ſi admittant.j̃.eo.c.Meſſana.&
hoc verum,quando excõicatio eſt notoria: ſecus ſi occulta,
4 vt prædixi.¶ † Quis autem dicatur notoriè excõmunicatus,
no.Compoſt.s̃.de conſue.c.cũ dilectus.& in Cle.1. de ſepul.
& no.hic Ioan.An.in ver. ſed quærebat.Hoſt.tñ dicit,ꝙ licèt
æquũ ſit dicere, ꝙ qñ vnus ex electoribus eſt publicè excõi
catus,admittatur cum proteſtatione, ꝙ valeat electio, & ꝙ
admittatur talis participatio, vt euitentur rixæ, vel violẽtiæ,
cũ non ſit in Capitulo qui hoc iudicet.dicit tñ, ꝙ vellet ſuper
hoc ius expreſſum, ꝙ hoc caſu liceret participare excõica-
to: quare non reperitur in caſibus permiſsis in c. quoniam
multos.11.q.3.& ſubdit remediũ, ꝙ ſi excommunicatus nõ
lit exire, capiant aliam horam, qua intrẽt ſine eo Capitulũ,
& clauſis ianuis eligant,ſi oportet. quia cum publicè excõi-
catus ſit,non poteſt agere de contemptu.j̃.de accu.c.euiden
tia.collige ergo,ꝙ poſtq̃ excõ catus non debet admitti:ſi nõ
vocetur,nõ põt agere de cõtemptu.quod eſt verum, niſi epi
ſcopus excõmunicauerit abſentẽ:tunc enim Capitulum pro
cedẽs ad electionem debebit illum vocare; quia fortè habet
exceptionem: in citatione tamẽ exprimet de illa citatione,
& ſub conditione citabit, ſi putat intereſſe debere. & quæ
dicta ſunt ſupra de excommunicatis, & non excõicatis,& mi
xtis,nedum in electionibus ſpiritualibus,ſed & in non ſpiri-
tualibus locum habent,ſcilicet ꝙ mixtis excommunicatis,&
non excommunicatis in expeditione alicuius negocij vni-
uerſitatis tota poteſtas reſideat in non excommunicatis. ſed
ſi non eſt factum vniuerſitatis,ſed aliàs commune:tunc non
reſidet in non excommunicatis.quia excõicatus põt conſti-
tuere procuratorem cum tractatu de ſuo iure tuendo. de iu-
di. c.intelleximus. ſed non ita in factis vniuerſitatis, vt dixi.
quia non eſt ipſius membrum,ſed ab ea præciſum.non ſic de
interdi-

interdictis non excommunicatis. quia illi præter electiones
communia negocia etiam vniuerſitatis faciunt, ſcilicet con-
tractus, conſtitutiones procurat. & his ſimilia.

*S V M M AE.*

1 *Clericus de aliena eccleſia eligi poteſt.*
2 *Inquiſitio perſonarum debet committi in eo loco, vbi quis eſt natus.*
3 *Poſtulatio cum electione concurrit.*
4 *Pars vna Capituli poteſt compromittere: alia eligere.*

SCriptum. Quando poſtulatio cum ele-
ctione concurrit, hæc Decr. di
ſtinguit, an numerus poſtulantium ſit duplo maior,
an non. & ſi eſt duplo maior, aut poſtulatus eſt idoneus, aut
indignus. & ſi indignus, aut maior pars poſtulantium hoc
ſciebat, aut ignorabat. h.d. Si poſtulatio cum electione cõ-
currit, & numerus poſtulañ. eſt maior duplo. & poſtulatus
eſt idoneus, puſtulatio admittetur. Si verò eſt indignus (&
hoc maior pars poſtulantium ignorabat) poſtulatio repro-
batur. ſi hoc ſciebat, & electus eſt idoneus, confirmat̃ ele-
ctio. & idem ſi numerus poſtulantium non eſt duplo maior.
h.d. Et ſunt quattuor partes, Primò ponit arengam deciſam.
Secundò narrat factum electionis, ibi [ſanè.] Tertia ibi [ve-
rum] commiſsionis cãm. Quarta, ibi [per apoſtolicam] cõ-
miſsionis formam. & hic primò ponit proceſſum, quem fa-
cit delegatus, partibus inuitis. Secunda, ibi [& ſi partes] diffi
nitionem, quam facit, ſi partes conſenſerint. Et primò ponit
vnum caſum, quo admittetur electio, & caſſabitur poſtula-
tio. Secundò ponit caſum conuerſum, ibi [ꝙ ſi.] Tertiò, ibi
[ſi verò] ponit caſum, quo tollitur vtraq;. ſ. poſtulatio, & ele
ctio. Quarta ibi [niſi forſan] ponit caſum, quo confirmabitur
electio. ¶ No. proœmium deciſum, de quo Io. 4. c. & per hæc
quattuor animalia figurantur quattuor patriarchal. ſedes. &
expone hæc verba [plena oculis, alas habentia ſenas.] &c. vt
1 hic no. Ioan. An. ¶ Secundò no. ꝙ eligitur clericus † de alie-
na eccleſia. de quo. s̃. ti. 1. c. fi. ¶ Tertiò no. in ver. verũ. ꝙ Pa-
pa cõmiſsionem, de qua ſibi non conſtat, remittit ad partes.
& hoc ſæpiſsimè facit in iſto volumine. ¶ Quartò no. ꝙ inq-
2 ſitio † perſonarum debet committi in eo loco, vbi quis eſt
natus, & diutius conuerſatus: quia ibi præſumitur haberi ple
nior notitia. s̃. eo. c. poſtquàm. ¶ Quintò no. de uiribus con-
feſsionis procuratoris poſtea reuocatæ. de quo dic. vt j̃. de
confeſsis. c. vlt. ¶ Sextò no. in verſi. ꝙ ſi partes. ꝙ fuerunt. 16.
electores ab vna parte. 7. præpoſiti, & 9. canonici, & præla-
ti conuentualium eccleſiarum. quibus computatis cum præ
poſitis, & nouem canonicis, ſi aſcendant ad duplo maiorem
numerum, quàm ſint illi 16. electores, poſtulatio præuale-
bit, vt dicit tex. requiritur enim, ꝙ dicti prælati ad minus ſint
ſeptẽ, vt ſic aſcendant. ad nu. 32. de quo ẽt dicam. j̃. ¶ Septi-
3 mò no. qñ poſtulatio † cum electione concurrit, quæ debeat
præualere. diſtinguit tex. vt dixi, s̃. in prin. Sed Ioan. An. poſt
Hoſt. latius ſic diſtinguit. aut concurrunt duæ poſtulationes,
aut duæ electiones: aut poſtulatio, & electio. Primo caſu, ſi
in poſtulatum conueniant duæ partes ius habentium, & po-
ſtulatio fiat ex cauſa (puta propter neceſsitatem, vel vtilita-
tem eccleſiæ) & acquiritur ius poſtulantibus, vt hic. & s̃. eo,
c. cum monachi. cum ſimilibus. poſtulato autem nullum ius
acquiritur, niſi ſuperiori fuerit præſentata. s̃. c. bonæ. il 2.
poſtulatus enim non põt agere. quia ſic videretur ſe ingere-
re, & per conſequens repellendus. s̃. e. c. qualiter. & 8. q. 1. c.
ſcriptur̃. Sed fortè in modum denunciationis admitteretur
propter vtilitatẽ eccleſiæ. ar. j̃. eod. c. publicato. & 8. q. 1. c. q
epiſcopatum. Si verò neuter habet duas partes: vel habet, ſed
non ex cauſa, & non iuri, ſed gratiæ innititur. s̃. c. bonæ. il
1. & 2. & c. penul. Si verò duo eliguntur, ſtatur maiori, & ſa-
niori parti. j̃. e. c. quia propter. & s̃. e. c. venerabilem. Si verò
vnus eligitur, & alter poſtulatur, aut duæ partes conueniunt
in poſtulatum: & tunc præfertur poſtulatio electio. vt hic: aut
non. & tunc præfertur electio. hæc vera, ſi perſonæ ſunt ido-
neæ, & formæ generalis concilij obſeruatæ: aliàs perſona ele
cti idonea cõtra perſonam poſtulatam minus idoneam ob-
tinebit, vt j̃. §. ſi verò. ¶ Octauò no. ꝙ iſti prælati conſtituũt
duos ad electionem celebrandam. & ſimiliter dicitur, ꝙ illi
præpoſiti per alios eligere potuerunt, & j̃. ſubdit tex. ꝙ de-
bet inſpici numerus ipſorum committentium vices ſuas. &
ſic non ipſorum eligentium nomine alieno: non ergo inſpici
tur, ſecundũ Inno. quot ſunt voces procuratorum: ſed quot
ſunt illi, quorum vices gerunt. vnde ſi quattuor conſtituerũt
vnum procuratorem ad eligendum, electus ab eo cenſet̃ ha-
bere quattuor voces. facit quod no. j̃. de re iudi. c. cum olim.
& hoc eſt verũ, qñ poteſtas transfertur tanquàm in procura
torem: ſecus ſi tanquàm in compromiſſarios. quia tunc non
attẽditur numerus transferentium poteſtatem, cum ipſa trã
ſlata, nihil remaneat in eis, vt s̃. e. c. in cauſis. §. fi. ſed nota cõ
promiſſariorum tm̃, vt patet. s̃. e. c. cum in iure. ¶ Nonò etiã
4 hic colligunt quidam, ꝙ vna pars † Capituli poteſt compro
mittere, alia eligere. prælati enim, & 7. præpoſiti videntur hic
compromiſiſſe, dum vota ſua in alios tranſtulerunt. canonici
aũt per ſeipſos elegerunt. Inno. tenet contrarium. ſ. ꝙ non po
teſt ſequi electio partim ex ſcrutinio, partim ex compromiſ
ſo. & dicit, ꝙ iſti fuerunt procuratores, qui conceſſerunt in
ſcrutinio. quod non placet Hoſt. quia quandoq; ſupplet̃ for
ma ſcrutinij per formam compromiſsi, vt patet. s̃. c. cum di-
lecti. ſed illa eſt forma determinati compromiſsi, vt no. j̃. e.
c. cum expediat. lib. 6. Ioan. An. ſentit cum Inno. ſuper ver. p
alios. dicit enim, ꝙ compromiſſarij habent poteſtatem pro-
uidendi, quam non habet certa pars Capituli: ergo dare non
poteſt, vt j̃. de iurepa. c. quod autem. ¶ Decimò no. ꝙ poſtu-
latio facta à duplo maiori numero, ſi perſona eſt idonea, cõ
firmatur. & intellige, duplo maiori numero. i. bis tm̃. ſatis eſt
enim, ꝙ poſtulatus habeat numerum bis tãtũ, quàm electus,
ſecundũ hoc ergo debuiſſent eſſe prȩlati 16. numero. facit j̃.
c. ſi quantò. lib. 6. per Ioan. An. ¶ Vndecimò no. cum ab vna
parte celebratur electio, & de digno: ab alia verò celebratur
poſtulatio, & de indigno, & à duplo maiori parte. nã ſi igno-
ranter, neutra valet. Si verò maior pars duplo maiori elegit
indignum, valet electio. & ex hoc no. caſum, ꝙ hoc, quod di
citur, ꝙ electio celebrata de digno, etiam à minori, ſi maior
pars peccauit eligendo indignum, debet intelligi, ſiue omnes
ſcienter peccauerunt, ſiue maior pars maioris partis. Si autẽ
minor pars ipſius maioris ſciebat illum indignum, maior au
tem ignorabat: non videtur prȩferenda electio minoris par
tis. Et hoc ſentit Hoſt. dum dicit, ꝙ licèt duæ electiones fiãt
vno cõtextu, & maior pars eligat indignum, minor dignum:
nunquàm obtinebit minor, niſi maior ſcienter deliquerit. di
cit tñ præſumi contra maiorem, niſi probet ignorantiã. remit
tit. s̃. c. potuit. contrarium. no. Hoſt. j̃. eo. c. congregato. & ibi
in nouella ſuper verbo perficias. ¶ Oppo. dicitur hic, ꝙ iſti
prælati, & præpoſiti elegerunt per alios. Sed contra, quia hoc
non videtur permiſſum, niſi in caſu abſentiæ, vt j̃. eod. c. quia
propter. §. illud. Solu. dicit Gof. ꝙ iſtis prælatis, & præpoſitis
duplex fiebat gratia. vna, quòd intereſſent electioni, quæ
ad ſolos canonicos ſpectat, vt j̃. de cauſa poſ. c. cum eccleſia.
alia ꝙ poſſent eligere per ſe, vel per alios. & hanc gratiã põt
ſemper Capitulum facere collectoribus, ſicut poteſt extra-
neos admittere, & etiã poteſtatem eligendi in alium transfer
re, vt dixi. s̃. c. proxi. in 1. q. & hic per Io. And. ſuper ver. mu-
tuò. facit c. pen. j̃. e. lib. 6. ¶ Secũdò oppo. hic Papa circa nu-
merum prælatorum eccleſiarum conuentualium ſolũ mãdat
inquiri de numero ipſorum prælatorum, non eccleſiarum,
quaſi eccleſiæ vacantes non habeant vocem. Sed contra. j̃. de
ma. & obe. c. cum olim. & c. his, quæ. ſol. quandoq; ſpectat qd
ad præla. ſ. de conſuetu. vel priuilegio. & in hoc mortuo præ
lato non ſuccedit Capitulum. & ita loquitur hic. & j̃. de foro
compe.



compe. c. verùm. quandoq; ſpectat aliquid ad prælatum de
iure cõi: & eo mortuo, ſuccedit Capitulũ in eius adminiſtra-
tione. quod dic, vt in dicto c. his, quæ. ¶ Tertiò oppo. hic Pa
pa videtur habere reſpectum ſolum ad numerum. ¶ Sed cõ-
tra imò videtur haberi reſpectus. ad meritum, & ad zelum.
s̃. e. c. dudum. & j̃. eo. c. conſtit. So. contraria habent locũ, vbi
numerus non excedit nimis, ſicut hic, vbi excedebat in du-
plo. quo caſu ceſſat dicta collatio, vt in c. ſi quando. j̃. e. lib.
6. & no. Gof. s̃. e. c. dudum. ¶ Quartò oppo. dicitur hic, ꝙ ſi
poſtulatio eſt facta à duplo maiori parte, debet electio præ-
ualere. Sed contra maior pars poſtulantium non peccauit:
ergo non debet præualere electio minoris partis, vt j̃. e. c. cũ
eccleſia noſtra. & c. cũ in Geneſi. in quibus dicitur, ꝙ electio
non valet, niſi ſit facta à maiori parte Capituli. & hic confir-
mat̃ facta à longe minori. Sol. timore huius contrarij. gl. q̃ in
cipit hic dicit Papa &c. dicit ꝙ iſta Decr. cõtinet gratiã quò
ad iſtud rñſum. & idem tenet Io. & Gul. Na. ſed Inno. Hoſti.
& Cõpoſt. dicũt, ꝙ regula Decre. quia propter. nõ habet locũ
hic, vbi concurrit electio, & poſtulatio. quo caſu niſi poſtula
tio ſit facta à duplo maiori numero, confirmabitur electio,
vt hic. & hoc ideo, quia pars, quæ elegit, dicit̃ ſanior quò ad
hoc. placet tamẽ finaliter Inno. Hoſti. & Cõpoſt. ꝙ licèt quò
ad electos, vel poſtulatos, & eligẽtes, vel poſtulãtes ipſorum
Decre. ponat ius. non tamen propter hoc læditur ius confir-
matoris, diſpenſatoris, vel Superioris, maximè ipſe: imò ab
ipſorũ poteſtate dependet, ſicut dependebat ante hanc De-
cre. facit. j̃. eo. c. cupientes. §. denique. lib. 6. ex quibus verbis
prædicti Doc. ſentiunt, ꝙ Papa hic de iure potuiſſet præfer-
re poſtulationem celebratam à duplo maiori parte electio-
ni celebratæ à minori parte Capituli. pro opi. tamen glo. fa-
cit tex. in ver. & ſi partes conſenſerint, &c. Sed Io. And. dicit,
ꝙ iſtud verbum reſpicit poteſtatem diffiniendi, non modũ
diffinitionis. quod placet Inno. Hoſtien. & Egi. & eãdem for
mã. s̃. c. dudũ. & s̃. de reſcri. c. ex parte. ſecundùm Cõpoſt. q
dicit, ꝙ curia ſic ſeruat. ¶ Quintò oppo. ad ver. niſi forſan.
vbi dicitur, ꝙ ſi oẽs poſtulantes, vel maior pars poſtulauerit
ſcienter indignum, eſt electio celebranda à minori parte cõ-
firmanda. Sed contra. nam illi de iſta duplo maiori parte, qui
non peccauerunt (quia fuerunt ignorantes) non videntur de
bere priuari: nec valet ſine ipſis illa electio celebrata à mino
ri, ipſis contemptis, vt s̃. eo. c. quod ſicut. clarius in c. auditis.
Sol. glo. quæ incipit. & ita videtur. dicit, ꝙ iſte tex. debet intel
ligi, cum electio, & poſtulatio fuerunt celebratæ vno conte-
xtu: quo caſu valet electio celebrata à minori parte, ſi alia
pars maior, vel plures ex ipſis elegerunt, vel poſtulauerunt
ſcienter indignum. Si autem electio celebrata à minori par-
te fuiſſet facta ex interuallo, debuiſſent poſtulantes non pri
uati etiam vocari, ſecundùm glo. Cuius gratia incidenter q̃-
ritur, an hoc ſit verum, ꝙ electio minoris partis facta eodem
contextu præualeat, ſi illi de numero poſtulantium ignoran
ter indignum, excedũt in numero illos electores. pone enim,
ꝙ maior pars poſtulantiũ poſtulat indignum. minor ignorã
ter: tamen iſta pars minor excedit in numero eligentes, vt ſi
poſtulantes fuiſſent. 40. & 22. fuiſſent ſcientes. 18. ignoran-
tes. & 16. electores, vt hic fuerũt. dicit Inn. vtranq; reprobã
dã poſtulationẽ: quia de indigno electio, & poſtulatio fuit fa
cta à duplo maiori, & ignorãtes plur̃. ſunt eligentibus. vel ſe-
cundũ eũ ſine his ſubtilitatibus ſtabitur literæ. ex quo ſequi
tur, ſecundùm Compoſt. ꝙ ſi ex 40. poſtulãtibus maior pars
ipſa fuit ſciens. pone. 22. & vnus ſolus fuit eligens, confirma-
retur electio. quod videtur abſurdum: niſi dicas ſecundũ eũ,
ꝙ tunc non confirmabitur electio, qñ poſtulantes ignorãter
ſunt duplo plures eligẽtibus: non ergo ſine myſterio tex. po-
nit, ꝙ fuerunt. 16. electores. & totidem inter præpoſitos, &
canonicos. & ſubdit, ꝙ ſi prælati cum ipſis faciunt duplo ma
iorem &c. & ſic maior pars iſtorũ poſtulantiũ elegit ſcienter
indignum, ergo 17. ad minus remãſerunt, ergo 15. & ſic 16.
eligentes fuerũt tũc maior pars Capituli. & 7. electores fue-
runt plures numero, quàm illi, qui ignoranter elegerunt indi
gnum. & idem ſecundùm Compoſt. ſi electores fuiſſent nu-
mero pauciores, q̃ qui poſtulauerunt ignoranter indignum,
dumtamen non fuerint in duplo minori parte, vt prædixi. &
ſubdit hic Io. An. ꝙ in hoc. c. eſt ſimpliciter numerus conſi-
derandus. facit quod no. j̃. in c. indẽnitatibus. 2. rñ. in magna
glo. lib. 6. ¶ Sextò oppo. hic Papa mandat inquiri, ſi poſtu-
latus eſt idoneus. Sed contra hoc opponitur, & vr̃, ꝙ de hoc
non ſit inquirendum. quia iſte poſtulatus erat Archieps: er-
go non poterat eſſe indignus patriarchatu: quia nõ poteſt eſ
ſe ſanctus in vno, & in alio peccator. 1. q. 1. c. ſicut Chriſtus.
So. vt in gl. q̃ incipit. i. ex certa ſcientia. ſuper qua dicit Ioan.
An. ꝙ hoc potuit eſſe ex ſuperuenienti cauſa, ſecundũ Ioan.
Goff. & Phil. Io. An. remittit ad no. per eum. j̃. de excep. c. cũ
venerabilis. in gl. quaſi dicat. ver. quid ſi admitto. Vin. dicit,
ꝙ quotiens gradus adijcitur, vel mutatur, ita ꝙ locũ habeat
exceptio, habet locum examinatio perſonæ. in capellanis do
mini Papæ ſeruat curia, ꝙ non fit examinatio perſonæ, cum
eligũtur ad quaſcunq; prælaturas. ¶ Quæro patet ex tex. ꝙ p̃
poſiti de per ſe, prælati de per ſe, & canonici de per ſe admit
tebantur ad electionem, & ſic diuerſo iure. hinc ſumpta oc-
caſione quærit Io. An. ſi ad Capitulum pertinet ius eligendi
pro tertia, & ad prælatum aliquem pro alia tertia, & ad cle-
rũ p alia tertia. qui clerus eſt duplo numero maior, puta 20.
quàm ſit Capitulum, & p̃latus, quia ſunt fortè nouem: nun-
quid ergo electus à clero dicatur electus à duplo maiore nu
mero, quàm dicatur electus à Capitulo, & prælato. Rñdit ip-
ſe, ꝙ non. quia tantum ponderat hoc caſu vox prælati, ſi ſit
vnus, q̃ voces totius cleri, etiam ſi ſint mille: ideòq; electus à
prælato, & Capitulo cẽſetur habere duas partes. arg. s̃. de re-
ſcrip. c. paſtoralis. §. 1. & de cõceſ. præben. c. poſtulaſti. ¶ Sed
quid ſi retẽtis eiſdem terminis, certa pars canonicorum, &
certa pars cleri concor. cũ prȩlato. aliæ verò partes tam cle-
ri, quàm Capituli in alium. Reſpondeo hic oportet conſi-
derare, quȩ ſint partes hincinde, & quot ſint numero. & ſecũ
dùm hoc à maiori, vel æquali parte omnium, qui in electio-
ne ius hñt, cenſebitur electus iſte, vel ille. Sed quia poſſet ac-
cidere caſus, in quo error calculi incideret, videt̃ expediẽs,
ꝙ hi, qui plures ſunt numero, aliquẽ procuratorem conſti-
tuant: qui vice conſtituentium poteſtatem habeat procedẽ-
di per viã ſcrutinij, vel compromiſsi. & ad hoc conſtituant
vnum procuratorem, non plures, ne aliqua contrarietas oc-
currat. ff. iudi. ſol. l. iam tñ. §. ſi plures. quod eſt verũ, quando
ad plures ſpectat ius eligendi. vt ad collegium, ſiue vt ad vni
uerſitatem. ſecus autem ſi tanquàm ad ſingulos. quia tunc ſin
guli ſingulos procuratores facere poſſunt, vel plures vnum,
vel duos. & ſic loquitur hic. ¶ Secundò quærit hic Ioan. And.
poſt Inno. ſi prȩmiſſo caſu Capitulum diuiſim in aliquibus
cõpromiſſarijs transferat poteſtatem eligendi, & prælatus in
alijs, & clerus in alijs: nunquid iſti quaſi cõpromiſſarij potue
runt coeligere. dicit Innocen. ꝙ oẽs bene poſſent transferre
hanc poteſtatem ſimul, & diuiſim: ſed ſoli compromiſſarij
duarum partium eligere nequeunt: ſed omnes tres ſimul, ſi-
cut & illi, qui poteſtatem hanc conceſſerunt. de quo latius
hic vide in nouella ſuper ver. per alios.

*S V M M AE.*

1 *Eccleſiæ propter defectum paſtoris patiuntur detrimenta.*
2 *Eccleſia cathedralis vltra tres menſes vacare non debet.*
3 *Eligere negligentes infra tempus, priuantur poteſtate eligendi.*
4 *Poteſtas ordinandi per negligentiam inferiorum, deuoluitur ad ſu-*
*periorem.*
5 *Superior infra tres menſes non prouidens eccleſiæ viduatæ, pu-*
*nitur.*

Ne

NE pro defectu. ¶Si illi, ad quos ſpectat,
negligunt eligere prælatum cathedralis, vel re-
gularis eccleſiæ infra tres mẽſes proxi. ſuperior eccleſiæ or-
dinabit,ꝙ ſi infra alios tres menſes non fecerit, canonicè pu
nietur.h.d.Et ſunt duæ partes. In prima conſtitutionis cau-
ſa.In ſecunda conſtitutio,ibi[conſtituimus]quæ conſtitutio
facit quattuor. Primò ſtatuit tempus electionum. Secundò
priuat negligentes,ibi[infra quos.]Tertiò ad ſuperiorẽ de-
uoluit,ibi[& ipſa]reſpicit ipſum ſuperiorem,ſi negligat,ibi
1 [Is verò.]¶No.primò † ꝙ pro defectu paſtoris eccleſię pa
tiuntur diſpendia in temporalibus, & ſpiritualibus. & dicit
eccleſia viduata per eius obitum: ſicut mulier dicitur vidua
mortuo viro.34.diſt.c.vidua.& vacans, quæ virũ non habet
2 92.diſt.c.penul.¶Secundò no.† ꝙ vltra tres menſes non de
bet vacare eccleſia cathedralis,vel regularis.quot autẽ die-
rum debet eſſe mẽſis.dic vt in c.q̃ ſit.j̃.e.lib.6.facit qđ no. in
c.nemo deinceps.eo.ti.& in Cle.quia regulares.de ſup.negl.
præla.in glo.1.ergo.& in glo.in talibus.¶Tertiò no. ꝙ hoc
trimeſtre non currit legitimè impeditis. ſimiliter nec ſeme-
ſtre conſtitutum in minoribus eccleſijs, vt in ca.quia diuerſi
tatem.de conceſ.præben. & regulariter non valẽti agere nõ
currit præſcriptio,vt l.1.in fi.de an. excep. qđ an ſit verũ, ſi-
ue ſit impedimentum iuris,ſiue facti.credo,ꝙ ſic, in materia
iſta,vt d.c.quia diuerſitatem.& adde quod not.Bar.in l.1.§.
ſi quis propter inundationẽ.ff.de iti.actuque priua. ¶Quar
3 tò no. ꝙ negligentes † eligere infra tẽpus priuantur poteſta
te eligendi ea vice.hoc autem verbũ, ea vice,qualiter intelli-
gatur, exponit glo. ſuper dicto ver. quam tenet Tan. Phi. &
Hoſti.Idem Io.Vinc.& Io.An.vt no.j̃.eo.c.ſi alicuius.in glo.
4 antepen.¶Quintò not. † ꝙ per negligentiam inferioris de-
uoluitur ad proximũ ſuperiorem poteſtas ordinãdi eccleſiã,
etiam in ep̃atibus.olim verò,dicit,deuoluebatur ad Papam,
hodie contra.quod dic,vt j̃.c. quãquàm. in gl.vt plenè ſcias.
¶Sextò no. in ver. is verò. ꝙ ſuperior, ad quem deuoluitur
ordinandi poteſtas,habet trimeſtre:ſicut illi,qui fuerũt.cum
enim ſuccedat,& ſubrogetur loco illorũ, eodem iure vti de-
bet,vt l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cautio. ¶Septimò
no. ꝙ iſte proxi. ſuperior debet in ordinatione deuoluta ad
eũ habere conſilium Capituli ſui,& virorum prudentum. &
ſic quandoq; ex forma iuris tenetur quis requirere conſiliũ
aliorũ.quo caſu an teneatur requirere, & ſequi: vel ſufficiat
tantũ requirere.dicam.j̃.e.cum in veteri.Bar. plenè exami-
nat in l.1.§.ſi plures.ff.de exercito.facit.j̃. ne ſe. vac.cap.1.
5 ¶Octauò no.ꝙ punitur ſuperior, † ſi nõ prouidet infra tres
menſes eccleſiæ viduatæ.in quo aũt punitur,tex. non expri-
mit.Ioan.An.dicit,ꝙ punietur poteſtate prouidendi in dicta
vacatione,& fortè in reliqua.j̃.e.c. nihil. vel aliter pro motu
iudicis,ſecundũ Hoſt.an aũt hoc caſu propter ipſius ſuperio
ris negligentiam deuoluetur ius prouidendi.dicit,ꝙ non: ſed
ad ſuum ſuperiorem.de quo no.Io.An.s̃.e.c.cum in cunctis.
ſuper glo.ſi. ¶Opp.dicitur hic, ꝙ impedito non currit tem-
pus.Sol.hic loquitur de impedimento, cui non põt prouide-
re qui debet actum agere. ibi non põt prouidere impetran-
do licentiã à ſuperiore: vnde negligentia in præparatorio.ſ.
in petendo licentiam inducit negligentiã in ſequenti. qui.n.
poteſt facere,vt faciat,poſſe facere intelligitur,vt patet in hi
pothecaria.& pignoratitia, cuius exercitium relinquitur in
poteſtate debitoris ſoluendo pecuniam creditori: ergo ſi nõ
ſoluit,contra ipſum præſcribitur. quia ſuo facto exercitium
impeditur,vt l.cũ notiſsimi.C.de præſcrip.30.an.& l.rẽ alie-
nã.§.omnis.de pig.ac.& hæc eſt rõ ca.vlti.j̃.eod.¶Secundò
oppo.dicitur hic,ꝙ ſuperior tenetur requirere conſilium ſui
Capituli.contra imò videtur, ꝙ teneatur requirere conſen-
ſum.quod eſt plus,vt j̃.ne ſede vac.ca. 1. lib.6. vnde videtur
obſtare.j̃.de his,quæ ſi.à præ.c.nouit.& c. quantò.cũ ſi.Sol.
glo.q̃ incipit:ſed nunquid per iura palle.Alij dicunt,ꝙ ſuffi-
cit requirere conſilium.& hoc de honeſtate, non de neceſſi-
tate.& idem tenet Inno.Non obſtãt contraria:quia loquun-
tur de his, quæ ſpectant ad Capitulum cum prælato: hic ve-
rò in his,quæ ſpectãt ſolũ ad ep̃m per viã deuolutionis. Sed
huic ſolutioni obſtat.c.cũ in veteri.j̃.e.vbi conſilium tenetur
quis requirere de neceſſitate.nam ibi loquitur,cũ mãdatum
ita factũ fuit,cuius forma ſit diligenter ſeruanda, vt j̃.de p̃-
ben.c.cui de nõ.lib.6. Et ex prędictis collige verũ eſſe,quod
prædixi.ſ.ꝙ iſto ſuperiore negligẽte, non deuoluitur ad Ca-
pitulum hæc poteſtas:loquitur.n. de negligentia adhibita in
beneficijs proprijs eccleſiæ ipſorum, & inter eos maior eſt
coniunctio in proprijs,quàm in aliunde obuenientibus.arg.
de teſta.c.requiſiſti.quod dic,vt in dicto c.cum in cũctis.per
Ioan.An.ſuper glo.¶Tertiò oppo. dicitur hic,ꝙ ſuperior de
bet prouidere de gremio ipſius eccleſiæ vacantis, ſi idoneus
reperitur in ea:aliàs de alia. Sed contra.ſuperior ſuccedit lo
co Capituli, vt prędixi: ſed Capitulum poterat eligere de
quacũque eccleſia,vt s̃.e.c.cũ inter canonicos.ergo & ipſe ſu
perior,q eius loco ſuccedit,vt d.l.ſi eum.§. qui iniuriarũ.ff.ſi
q̃s caut. ad hoc optimè l. legatũ.ff.de ali.le.& l.Gaio Seio.ff.
de ali.& ci. lega.vbi trãſlatio de perſona in perſonam vr̃ fieri
cum eodem honore.So.glo.quæ incipit.ſi vacantis.dicit,ꝙ il
lud,quod hic dicitur,non eſt neceſſariũ, & nõ valebit electio
aliunde facta.Hoſt.contra niſi canonici ratũ haberent. limi-
tata eſt enim forma ipſi ſuperiori. per hanc conſtitutionẽ er
go non eſt ab illa recedendum,vt l.de conſtitutionibus.ff.ad
mu.præterea tex.iſte ſatis videtur denotare affectionem or-
dinatam inter illos,qui ſunt idonei de eccleſia ſua,vel de alie
na.& ideò ſequendus eſt ordo ſcripturæ, vt l. cum pater.§.à
tẽ.ff.de leg.2.vbi vr̃ caſus pro opi.Hoſt. licèt contrarium ſer
uetur ſecundũ Io.An.& opi.glo.tenet Compoſt.dicens,ꝙ ſic
Papa reſpondit ſibi,contra quos videtur caſus in dicto §. hæ
redes mei.§. peto. ad Trebel. & prędicta faciunt ad qõnem
diſputatam per Io.An. an teneatur is, ad quem deuoluta eſt
eligendi poteſtas, eligere de collegio, de quo eligere debe-
bant priuati, fortè de aliena eccleſia,vt s̃.de conſue. c.cũ di
lectus.vel pone,ꝙ primi electores tenebantur poſt electionẽ
requirere conſenſum patroni,vt s̃.e.c.cum terra.vel ex priui
legio debebatur in actu electionis honorificentia alteri ec-
cleſiæ.puta in clauſtro,vel eccleſia ſua debebat fieri hęc ele-
ctio: an ſuperior ſit aſtrictus ad iſta, ad quæ tenebantur ele-
ctores hac vice priuati.dic vt no.Io.And.in reg. contra eum.
de reg.iur.lib.6.in mercur.& j̃. de ſupp.neg.præla.cap.vno.
¶Quartò oppo.dicitur hic, ꝙ debet eligere de illis de eccle
ſia,ſi reperiatur idoneus.Sed contra.illi de eccleſia erant pri
uati poteſtate eligendi. propter negligentiam ergo non vidẽ
tur poſſe eligi tanquàm indigni. So. dicit eadem glo. ipſi per
diderunt ius eligendi actiuè; quia non elegerunt:ſed nõ paſ-
ſiuè; quia poſſunt eligi,quod dic vt in ea.Interdum ergo ha-
bet quis poteſtatem eligendi actiuam, vt in c.ſi celebrat. de
cle.exc.mi.aliquando paſsiuam,vt hic. Aliquando vtrãq;.s̃.
eo.tit.c.cum in iure.Aliquando neutram,vt s̃.eo.c. cum in-
ter.R.& j̃.de ſen.excom.c.is qui.in ſi.lib.6.Inno.aliter ſoluit
contrarium.& ideo dicit,ꝙ mãdatur ſuperiori,vt prouideat
illi de eccleſia. quia fortè non omnes peccauerunt. vel quia
erant abſentes,vel præſentes.tamen propter ſcandalum im-
minens, vel aliam iuſtam cãm dimiſerunt eligere infra tem-
pus.Hoſtiẽ.dicit ꝙ poſito,ꝙ fuerunt negligentes, & ſui iuris
contemptores.j̃.de præſcri. c. vigilanti. ſatis eſt eis infligere
hanc pœnam, ꝙ non poſsint eligere:ergo non eſt alia impo-
nenda.j̃.de reg.iu.ca.in pœnis.lib. 6. Si quis autem nõ negle
xit, ſed elegit ſcienter indignum: an ſit priuatus actiuè, &
paſsiuè,ſcilicet ꝙ non poſsit eligere,nec eligi.Ioã.ꝙ ſic,cum
beneficijs ſit ſuſpenſus,vt s̃.eod.c. cum in cunctis.vt videtur
caſus in ca.per inquiſitionem.s̃.e.dic ſecundùm Io.An.ꝙ ad
beneficia dictæ eccleſiæ,non poteſt eligi infra terminum. In
alia autem bene poſſet,vt in c.ſi compromiſſarius.§.reſtrin-
gitur.j̃.



gitur.j̃.eo.lib.6.¶Venio ad quæſtio.& primò quæro. hic ſit
mentio tantùm de eccleſia cathedrali, & regulari.quæro er-
go,de qua regulari loquatur, an de collegiata, in qua colle-
gium habet ius eligendi,uel etiam de illa, in qua non colle-
gium,ſed alius prouidet de prælato. dicit Io. And. quòd lo-
quitur de eccleſia collegiata,quæcunq; ſit illa, vbi ſunt cleri
ci,vel conuerſi viuentes ſine proprio,& tanq collegium,ſiue
ad ipſos de collegio ſpectet electio,ſiue ad ſuperiorem habẽ
tem,vel quemlibet alium ſpectet prouiſio. Itẽ intelligit Cõ-
po.verum in prælaturis perpetuis.ſecus in his, in quibus ip-
ſe ponẽs deponit pro libito.Item ſecus in prioribus, vel aliis
officialibus,qui ſunt in monaſterio ſub abbate.quia tales nõ
habent principaliter curam,ſm̃ Inn.qui tamẽ fatetur,ꝙ poſt
ſex menſes epiſcopus ſupplebit in iſtis negligẽtiam abbatis
in illis conferendis,etiam ſi nõ ſint curata. 18.q.2.c.1.Secus
ergo ſi prior præſideret, vt in multis monaſteriis,quę non re
guntur per abbates,ſed per priores.in iſtis.n. hæc Decre.vẽ
**VT præteritæ.** Expenſæ neceſſariæ,quas facit Capitulũ in ꝓſequendo electionem prælati,de bonis prælaturæ reddentur.h.d. Et primò ponit, quod ſecundò determinat ibi[dummodo.] ¶ No. primò, ſecundùm Inno. & Compoſt.ꝙ licèt collegium eligentium cõſtituatur de pluribus eccleſijs,ſolum Capitulum eccleſiæ vacantis electionẽ proſequitur. Nam licèt in electione patriarchæ Conſtantinopol.clerici aliarum eccleſiarum debeant intereſſe: proſecutio tamẽ electionis,& ius percipiendi expenſas competit ſolũ in patriarchali Capitulo,vt hic. ¶ Secundò not. ꝙ habetur ratio omnium,quæ fiunt in negocio electionis. qđ verbũ glo.quæ incipit patet.exponit,vt habes in ea.Compo. & Inno.dicunt hic loqui de expenſis factis in illis actibus electionis,ad quos Capitulum non tenetur:nec facit illas, ſuam vtilitatem,vel negocium proſequendo. Illas autem, quas facit de neceſsitate: & niſi faceret, priuaretur iure ſuo (puta iure eligendi) non repetit: vnde ſi expẽditur in citando abſentes, in requirendo conſiliarios,vel in adeundo notarium,iſtas expenſas non repetit, ſecundùm Vin. ſed Compoſt. placet, ꝙ omnes expenſæ debeantur, ſiue factæ ſint pro faciendo electionem, ſiue pro iam factã proſequẽdo. & hoc per hũc tex. qui generaliter loquitur in negocio electionis &c. Nam quãdoq; ad aliqua quis tenetur, quæ non facit ſuis expeñ. vt in viſitatione,vt ĩ.de præſcri.c.cũ ex officij. ¶ Tertiò no.ꝙ expenſæ fiunt de bonis patriarchatus.quod verbum Gof.exponit,ideſt de bonis ſpectantibus ad cameram futuri patriarchæ.Ho.exponit aliter,ſcilicet ꝙ ab omnibus de patriarchatũ contribuendum ſit.ĩ.de præſcrip.c.mandata. & eſt ratio: quia omnes tangit habere bonum prælatum.61.diſt.c.miramur. de reg.iur.c.qđ omnes.dicit tñ,ꝙ in hoc conſeruabitur conſuetudo,ſi apparet.ſi non apparet, ſatisfaciet pro menſura cuius principaliter intereſt,niſi graues ſint expẽſæ.quo caſu dic faciendã contributionem,quæ potiſsimè tangit canonicos.ĩ.de præſcrip.c.cum non liceat.& c.accedẽtes. & aduerte,quia licèt tex.iſte loquatur in eccleſia patriarchali.idẽ in electionibus aliorum prælatorum,cum eadẽ ſit ratio.ĩ.de affi.& conſang.c.tua.& C.de lib.præteri.l.1. ¶ Quartò no.ꝑ verbum,fiãt, ꝙ Capitulum has expenſas faciendas poteſt recipere ſede vacãte, & iam factas repetere,vt in tex. ¶ Quin
1 tò no.ꝙ canonici † vacante ᵃ eccleſia,non debent eius bona
a occupare,vel vſurpare,& contra occupantẽ prodita eſt pœna.ĩ.e.c.quia ſępe.& de offi.or.c.pręſenti.lib. 6. Debent ergo bona per œconomum cuſtodiri.i. per præpoſitum, ſi ſit ibi idoneus:vel Capitulum prouidebit. & ipſo deficiente metropoli.12.q.2.c.non liceat.& vide quod no.Io.An.ĩ.vt ec. benefi.c. vno. debet autem Capitulum facere inuẽtarium de minimo vſq; ad maximum. & qui aliquid ſubtraxit, tenetur furti,& eſt infamis,ad ſimilitudinem tutoris.C.arbi.tu.l. fin. & de iſto inuẽtario, & multis alijs vide in Spe. de inſtru. edi. §.ſi.per totum.& in cle.quia contingit.§.illi etiam. de religi. do.& in ſpe.de acto.§.1.ver.itẽ ꝙ vult.vbi no.aliqui caſus, in quibus licitum eſt alicui ius ſibi dicere. ¶ Quærit glo. ſi duo
2 ſint electi † in diſcordia, quomodo fient expenſæ. dic vt in ea plenius in c.cupientes.in ſi.ĩ.eo.lib.6.& per Archi.63.di. c.ſi.item quid iuris, ſi quis de ordine mendicantium poſtulatur:an debeat expenſas habere ab eccleſia.& quid iuris,ſi canonicus appellat contra canonicum.ſ.an debeat habere expenſas ab eccleſia.dic,vt no.Old.in conſilijs ſuis.

ADDITIO.

a ¶ Eccleſia vacante. Adde tex.in c.quia ſæpe.eo.ti.lib.6.& in c. præſenti. de off.or.Doc.in cle.ſtatutum.de electione.

*S V M M Æ.*

1 *Electio quamuis fuerit facta in concordia, tamen collatio eſt fienda.*
2 *Electio, ſi fuerit dilata poſt collationem, vitiatur.*
3 *Conſenſus electi requiſitio ante electionem, ipſam vitiat.*

**CVm poſt petitam.** Electio facta poſt collationẽ ex interuallo non valet. & primò narrat factum electionis, quam ſecundò caſſat,ibi [quia fraudem.] ¶ Nota primò, ꝙ hic electio fuit facta concorditer,
1 & fuit facta collatio.ex quo collige,ꝙ ẽt ſi electio eſt † in cõcordia celebrata, eſt fienda collatio vt dixi.s̃.e. c. quia pro-
2 pter. ¶ Secundò no. ꝙ vitiatur electio, † ſi dilata fuerit poſt collationem. quia quæ in præfationibus &c.ff.de verb.obl.l. Titium.Inter publicationem verò, & ſcrutinium poteſt adhiberi interuallum. quia magis ratio ſuadet poſt ſcrutinium publicatum, & factam collationem ſtatim fieri electionem, quàm poſt ſcrutinium ſtatim fieri publicationem. Ex multitudine enim ſcrutandorum poſſet ſubeſſe iuſta cauſa retardandi publicationem: ſed non poteſt eſſe iuſta cauſa retardandi electionem poſt habitam collationem, ſecundùm Hoſtien. naturalis tamẽ mora interueniens inter electionem, & collationem non obeſt.puta depoſitio ſuperflui ponderis, vt
3 l.cum antiquitas.C.de teſta. ¶ Tertiò no.† ꝙ requiſitio conſenſus electi ante electionem vitiat ipſam electionem, quę ſequitur de eodem. quod tamen glo.reuocat in dubium, & tenet,ꝙ hoc ſolum non vitiat.idem Vin.Ia.Phi.Gof.& Moder. ex tali tamen conſenſu ita præmaturè præſtito non eſt dubium in electo ambitionem notari. quia inuitus, & fugiens eſt quærendus.& ambiens, ſiue ambitioſus reprobandus, ꝑ iura alleg.in glo.& l.ſi qua.C.de epi.& cle. ¶ Quartò collige, ꝙ ordo procedendi in negocio electionis proditus in c. quia propter. eſt ſeruandus. & eius peruerſio habet vitiare: ſicut peruerſio ordinis iudiciarij vitiat ſententiam,vt l. prolatam. C.de ſen. ¶ Opponit Ioan.An.de c.publicato.ĩ.eo. vbi interuallum inter collationem,& electionem non vitiat.ſol.vt hic per eum. & de iſta materia quid habeat reſpondere eligen-

dus, ſi requiritur ab eo conſenſus ante electionem celebra-
tam. dic, vt no. 8. q. 1. c. in ſcripturis.

*S V M M AE.*

1 *Verba petitionis ambigua per procuratorem declarari poſſunt.*
2 *Monachus translatus ad abbatiam alterius monaſterij perdit vocem in priori monaſterio.*

CONſtitutis. Monachus vnius mo-
naſterij factus abbas
in electione abbatis prioris monaſterij vocē non
habet, etiam ſi tale ius ab abbate, & monachis prioris mona
ſterij ſibi fuerit reſeruatum. & prima pars deciſa ponit peti-
tionem actoris. ſecunda expreſsionem cauſæ. tertia ſenten-
tiam contra actorem, & propter cām ineptam. ¶ Nota pri-
mò, ꝙ ille, qui contendit ſe debere intereſſe electioni, debet
ei exprimere cām, ſi petatur. Si ergo non peteretur, procede
ret petitio generalis, vt l. ſi ex multis. C. de anna. excep. & qd̄
no. in cap. abbate ſanè. de re iu. lib. 6. & ĵ. de lib. ob. c. 1. & 2.
1 ¶ Secundò no. ꝙ verba † petitionis ambigua, ſiue generalia
poſſunt declarari per procuratorem. quod eſt verũ, quando
fuiſſent ab eo prolata: ſecus ſi à domino. tunc enim non vide
tur interpretatio procuratori conceſſa, vt no. Azo in ſumma
de rebus du. facit quod no. Inno. ſ̃. eo. c. quia propter. & Bar.
in l. inter ſtipulantem. §. ſi Stichum. ff. de ver. ob. ¶ Tertiò no.
2 ꝙ monachus † tranſlatus ad abbatiam alterius monaſterij ꝑ
dit vocem in monaſterio priori: ſicut tranſlatus ad aliam ec
cleſiam perdit primam, vt ĵ. de præben. c. de multa. & hoc ve
rũ in his, quæ ſe non compatiuntur adinuicem: ſecus in com-
patibilibus. tunc enim per acquiſitionem alterius non per-
dit, ſed retinet quis primum, vt l. ſenatores. ff. de ſenato. facit
l. legatis. §. ſi ex officio. ff. de leg. 3. ¶ Quartò no. ꝙ intantum
monachus tranſlatus ad abbatiam priuatur voce in priori
monaſterio: ꝙ non poteſt ſibi ex pacto reſeruari. Sed contra
iſtud oppo. & videtur, ꝙ poſsit vni monacho tanquàm mona
cho vox concedi, vt ſua vox tñ valeat, quantum alterius mo
nachi. quia ibi ſalus, vbi multa conſilia. prouer. 24. & quod à
pluribus quæritur &c. de offi. deleg. c. prudentiam. Item pōt
hoc conſuetudine introduci, vt illi, qui non ſunt de collegio
admittantur ad electionem, vt ſ̃. c. ſcriptum. ergo & per pa-
ctum. quia qui pōt vnum, pōt reliquum, vt nō. in rub. C. de
decu. lib. 10. Solent enim ad electionem religioſi vocari, vt
no. ſ̃. eo. c. ne pro defectu. So. propter has rōnes fatetur Ho.
ꝙ per pactum poſsit concedi vox non habenti. Nō ob. iſtud
c. ſecundũ eum, quia hoc ideò non valuit: quia agebatur, vt
iſti monachi tranſlati remanerent monachi prioris monaſte
rij. & hoc fieri non pōt, vt in c. vlti. ĵ. de relig. do. & hoc dictũ
Hoſt. eſt verum, ſecundũ Io. And. quò ad hoc, vt monaſterio
vacante, poſſent monachi vni monacho cōmunicare ius eli-
gendi, & vocem pro illo actu, vt ſ̃. in c. cum in Comeñ. in gl.
fi. ſed monaſterio non vacante, non poſſunt monachi extra-
neo monacho nomine ſuo concedere ius vocis: nec valet ta-
lis conceſsio non facta eccleſiæ, ſed perſonæ, ſiue ſit mona-
chus, cui facta eſt talis conceſsio, ſiue canonicus ſecularis. &
hoc ideò, ne aperiatur via conceſsioni, ſeu prouiſioni benefi-
cij non vacantis. de conceſ. præben. c. ex tenore. & c. fi. & hoc
tenet Compoſt. licèt alij contra, ſecundùm eum. ¶ Quæro. ſi
eligatur abbas alicuius monaſterij, qui præſideat alijs mona
ſterijs: an omnes abbates illorum monaſteriorum inte-
rerunt electioni illius abbatis. glo. ꝙ ſic. 66. diſtin. c. 1. licèt
aliter dicat Inn. in c. volentes. de priuile. & in c. 1. de relig. do.

*S V M M AE.*

1 *Vota canonicorum diuiduntur.*
2 *Publicatione conſenſuum facta, ad electionem procedi debet.*
3 *Deportatio ad ſedem epiſcopalem non habetur pro electione.*

a ECcleſia veſtra. Electio debet fie-
ri verbo, a vt de il
lo, in quem conſenſerit maiore pars, Capituli, &
nō reſpectu aliorum tantùm: ſed etiam reſpectu ipſius Cap i
1 tuli. h. d. ¶ Nota primò, ꝙ vota † canonicorum diuiduntur
quandoq; inter tot, ꝙ neuter de collegio electus habet maio
rem partem. Pone enim ꝙ 12. erant canonici. quinque nomi
nauerunt Thomam. quatuor Cancellarium. tres alios tres. &
ſic nullus electus habuit maiorem partem, ſed reſpectu alio
rum Thomas habuit maiorem partem, no. gl. ꝙ ad hoc vt va
leat electio, requiritur, ꝙ ſit facta à maiori parte Capituli, nō
à maiori parte reſpectu aliorum tantũ. & hoc eſt verum, qñ
actus geritur à pluribus tanq̃ ab vniuerſis: ſecus ſi tanquàm
à ſingulis (puta patronis.) tunc enim ſi ex 7. patronis tres eli-
gerent vnum. duo alium. & alij duo alium, præferretur ele-
ctus à tribus, qui faciunt maiorem partem aliorum. ĵ. de iu-
re patro. c. quoniam. ratio eſt, quam dixi. quia patroni non
conſentiunt vt Capitulum, ſed vt ſingulares, ſecundùm Vin.
Compoſt. & Egi. quid de iudicibus, an ſufficiat, ꝙ plures con
cordent reſpectu aliorum. vide in ſpec. de ſen. prola. §. iuxta.
2 circa prin. ¶ Secundò no. † ꝙ poſt publicationem conſen-
ſuum, & collationis tractatum, debet procedi ad electioné.
& hoc ſtatim poſt prædicta: aliàs producta diutius, non vale
3 ret, iuxta no. ſ̃. c. cum poſt. ¶ Tertiò no. ꝙ deportatio † ad ſe
dem, vel thronum epiſcopalem non habetur pro electione:
videretur enim nedum electus appetere dignitatem, & locũ
non debitum occupare: imò ſi inuitus deportaretur, vt fit
quandoq;, ſtatim dimiſſus fugiat, & locum relinquat. ad hæc
de ſpon. c. ad id. & de deſpon. impu. c. ex literis. ſecundũ Ho.
¶ Oppo. eligentes Thomam peccauerunt in forma, depor-
tando, non eligēdo: ergo ad alios, quamquàm pauciores, de
uoluta fuit eligendi poteſtas. & ſic debuit valere. ſ̃. de poſtu.
c. gratum. & c. bonæ. & ſ̃. eo. c. cum in cunctis. Solu. contraria
locum habent, cum eligitur ſcienter indignus: quia tunc eli-
gentes ſunt ipſo iure priuati. ſecus ſi peccauerunt in forma.
quia tũc ſunt priuandi, vt ĵ. e. c. Cumana. ergo electio ab alijs
non tenuit ante caſſationem. ¶ Secundò op. & videtur, ꝙ idē
ſit verbo exigere, quod demonſtrare facto, vt ĵ. de ap. c. dile-
cti. & c. vt noſtrum. & ff. ſi cer. pet. l. certum. Sol. vt in glo. &
ideo. nā in electione requiritur verbalis electio. ĵ. de app. c.
ab eo. lib. 6. quandoque enim plus operatur verbum, quàm
factum, vt hic. quandoque æquale, vt probant hæc iura. quā-
doque plus eſt factum, quàm verbum, vt ĵ. de foro compe. c.
ſi diligenti. & de cle. non reſi. c. relatum.

ADDITIO.

a ¶ Fieri verbo. vide tex. in c. ab eo. de appel. lib. 6. & tex. in c. exiſtimans.
11. q. 3.

*S V M M AE.*

1 *Abbas eſſe non poteſt, qui non eſt profeſſus.*
2 *Canonicus regularis in abbatem eligi poteſt.*

CVm in magiſtrum. Nō pro
feſſus in
abbatem aſſumi non pōt. concor. ſ̃. eo. c. cũ cām.
quod tñ loquitur in promouēdo, hic in promoto. illud. ſ̃. e. c.
cũ ad noſtrā. loquitur in eo, qui nondũ erat monachus. & ſic
nullum ſuperfluum, ſecundũ Abb. ¶ No. primò procemium.
1 ¶ Secũdò no. ꝙ nō profeſsi † non pñt eligi in abbates. & in-
tellige de non profeſsis tacitè, ſed expreſsè, ſm̃ Abb. An aũt
ad tpales adminiſtrationes monaſterij poſsint aſſumi nō pro
feſsi. Egi. ꝙ ſic, cum illi ſint quaſi caſtaldi. & idem dicit de lai
cis. quod eſt correctum, cum in talibus requiratur expreſſa
profeſsio per concilium Vieñ. de ſtatu regu. c. ne in agro. §.
ſanè. ¶ Tertiò no. argu. in ver. mandamus. ſecundũ Boat. ꝙ
2 canonicus † regularis poteſt eligi in abbatem. quod dic ho-
die, vt no. in Clem. cum Romañ. ĵ. eo. titu.

Præ-



*S V M M AE.*

1 *Præſentes ad electionem ſunt vocandi.*
2 *Clerici diuerſarum eccleſiarum quandoque conueniunt in electione celebranda.*
3 *Electio, quæ non peruenit ad maiorem partem Capituli, eſt nulla.*
4 *Electores peccantes in forma eligendi priuantur poteſtate eligendi.*
5 *Verbum, conſuetudinis, ſimpliciter prolatum intelligitur de præſcripta.*

CVmana. Electio facta à nō maiori par
te Capituli, & omiſſa collatio
ne, non valet. Primò narrat factum. Secunda ibi.
1 [18.] illas irritas exprimit, & electores punit. ¶ No. primò,
ꝙ præſentes † debent ad electionem vocari: abſentes verò
an vocentur in cauſa electionis, & alijs cauſis. dic vt no. in c.
2 ſi canonici. de offi. ord. lib. 6. & c. præſentium. de teſti. eo. tit.
& c. cum in eccleſijs. de præben. ¶ Secundò no. † ꝙ in electio
ne celebranda qñq; conueniunt clerici diuerſarum eccleſia-
rum. de quo. ſ̃. e. c. ſcriptum. ¶ Tertiò no. ꝙ qñ dubitatur, an
aliqui habeant vocem, vel non in electione, vtilis eſt prote-
ſtatio. nam ſine proteſtatione admittendo aliquos. eorũ vo-
3 ces augerent numerum, vt ĵ. dicam. ¶ Quartò no. ꝙ electio,
† quæ non peruenit ad maiorem partē Capituli, eſt nulla. nā
habentes voces erant. 18. canonici, & tres abbates. & ſic 21.
archipresbyter fuit electus à 9. canonicis, & vno abbate. &
ſic à 10. archidiaconus verò à 7. canonicis, & vno abbate. &
ſic ab 8. & ſic neuter peruenit ad maiorem numerum totius
Capituli. concor. ſ̃. e. c. eccleſia veſtra. ſi tñ vox archipresby-
teri electi eſſet computata in numero eligentium, fuiſſent 11
voces. & ſic in media voce fuiſſet exceſſus: ſed vox electi non
cōputatur in numero, ſecundũ glo. quod eſt verũ, cum pro-
ceditur per viam ſcrutinij: ſecus ſi per viam compromiſsi, vt
no. ſ̃. eo. c. cum in iure. ¶ Quintò no. in ver. ſi inquiſita. ꝙ nō
ſufficit probare quaſi poſſeſsionē iuris eligendi. de quo. ĵ. di-
4 cam. ¶ Sextò no. in verſi. vnde nos. ꝙ electores † peccantes
in forma priuantur poteſtate eligendi, etiā ſi electio fuit nul-
la propter defectum numeri. videretur enim, ꝙ omiſsio for-
mæ non noceret, poſtquā in alia ratione electio erat nulla: &
ideò electores non priuati. cuius contrarium dicit tex. quia
in iſtis ſpiritualibus punitur affectus, & præſumendo de fa-
cto: licèt non ſortiatur, vt no. Inno. in c. propter ĵ. de appel.
¶ Septimò no. ꝙ ex eodem proceſſu habito cum electis, ſeu
cum electo puniuntur electores, ſi in proceſſu electionis ip-
ſos conſtiterit deliquiſſe. de quo dic, vt ĵ. de re iudi. c. quam-
uis. ¶ Oppo. dicitur hic, ꝙ iſta proteſtatio producit effectũ,
ꝙ voces iſtorum, qui fuerunt admiſsi, non computentur in
numero, ſi admitti de iure, vel conſuetudine non debebant.
Sed contra, quia proteſtatio fuit contraria facto. prætendere
enim, ꝙ non debet admitti, & admittere ſunt oppoſita. ergo
proteſtatio nulla. & per factum contrarium videtur à prote-
ſtatione receſſum, vt ſ̃. de conſtitu. cum M. Ferrarieñ. Sol. hic
fuerunt concordes de proteſtatione cleri, & Capituli. pro-
teſtatio ergo conuentionalis reſeruat ius proteſtanti. & intel
lige, ꝙ requiritur conſenſus expreſſus illius, contra quem fit
proteſtatio: licèt Io. dixerit, ꝙ valet proteſtatio facta præ-
ſente aduerſario: niſi ipſi aduerſarius contradicat, vt no. 27.
diſt. c. 1. Inno. Compo. & Hoſt. hic dicunt contrarium. ſ. ꝙ re
quiritur conſenſus, vt dixi. vbicũq; ergo eſt dubium ius il-
lius, qui petit ad electionem admitti, eſt proteſtatio neceſſa-
ria. Et idem, qñ laici violenter ſe ingerunt electioni, nec cano
nici audent ipſos repellere. & hoc eſt verũ, quando eſt tanta
violentia, ꝙ caderet in conſtantem. quia tunc bene oſtendit
animi diſſenſum: aliàs proteſtatio non excuſat proteſtantē.
ĵ. de ſponſa. c. cum locum. Excōicati aũt, ſupenſi, & alij iure
eligendi priuati, an debeant violenter expelli, uel cũ dicta ꝓ-
teſtatione admitti. dic, vt. ſ̃. eo. c. illa. & circa iſtam proteſta-
tionem tangit Inno. q. talē. Quidam fatuus aduocatus fecit
proteſtationem ſuam iſto modo. proteſtor, ꝙ nō intendo cō
ſentire in iuriſdictionem veſtram. & ſaluis iſtis proteſtationi
bus (à quibus propter aliqua, quę dicam, vel dico, recedere
non intendo) peto mihi fieri copiam veſtræ iuriſdictionis, &
libelli. Iudex ſapiens debet dicere. & ego reputo te contuma
cem. 11. q. 3. c. certum. & de verb. ſign. c. ex parte. § ad intelli
gentiam. vnde poterit excōicare: quia maior eſt iſta contu-
macia, quàm aliqua alia: ſecus ſi addat in proteſtatione, niſi
inquantum de iure habeo. & iſta qō Inno. eſt additio, quam
qui reperit incorporatam, habet alias additiones. ¶ Secundò
oppo. ad ver. ſi inquiſita. vbi dicitur, ꝙ ſi conſtiterit inquiſita
voto ipſorum: tamen ſi de iure, vel conſuetudine iam præſcri
pta eis non competat, voces non numerantur. Sed contra de
c. cum eccleſia Sutrina. ĵ. de cauſa poſ. & c. conſultationibus.
de iure pat. in quibus dicitur, ꝙ ſufficit quaſi ſola poſſeſsio, ēt
ſi de iure ius eligēdi ſpectet ad alium. So. qñq; illi, qui ſunt in
quaſi poſſeſsione, neminem eligunt, ſed excluduntur ab alijs
eligentibus: & tunc talium excluſio (quæ idem, quod ſpolia-
tio, operatur) reddit electionem eligentium nullam, vt ibi.
quandoq; habentes quaſi poſſeſsionem non excludunt: ſed
cum alijs ad eligendum admittuntur cum proteſtatione. &
tunc aut illi conſentiunt proteſtationi: & debent poſtea pro
bare titulum, vt hic: nec ſufficit probare ſolam quaſi poſſeſ-
ſionem, per illum conſenſum adhibitum. Quandoq; ipſi pro
teſtationi non conſentiunt: & tunc ſufficit quaſi ſola poſſeſ-
ſio ad hoc, vt eorum voces in numero computentur: & ſi eis
excluſis procederetur ad electionem, electio non teneret, vt
d. c. cum eccleſia. & ita ſentit Io. An. ſuper glo. cui conſenſe-
runt. in fi. ¶ Tertiò oppo. dicitur hic, ꝙ ius eligendi poteſt
iſtis competere de conſuetudine iam præſcripta. Sed contra
imò videtur, ꝙ præſcribi non poſsit: quia ad eſſentiam præ-
ſcriptionis regulariter requiruntur duo. ſ. poſſeſsio, & ꝙ ſit
continuata, vt in reg. ſine poſſeſsione. de reg. iu. lib. 6. & l.
nunquàm. §. 1. ff. de vſucap. & l. 1. §. hoc tantummodo. C. de
vſucap. tranſ. Sed in iure eligendi, cum ſit incorporalis res,
deficit poſſeſsio, nec traditionem recipit, vt l. ſeruus. §. incor
porales. ff. de acqui. re. dom. Item poſito, ꝙ eſſet ibi reperire
poſſeſsionem: tñ non eſt ibi dare poſſeſsionem continuā. qa
non continuè vacat eccleſia, ſed per temporũ interualla: er-
go præſcriptio non procedit, niſi tanti temporis, cuius non
ſtat memoria in contrarium, vt l. ſeruitutes. ff. de ſerui. hic au
tem dicitur, ꝙ ſufficit conſuetudo præſcripta in iure eligen-
di, quare malè. So. Io. And. ſoluit contrarium multis modis:
ſed illa videtur vera, ꝙ electio cauſam naturalem habere di-
citur, & continuam. quia quotidie eſt apta ad eligendum, ſi
eccleſia vacaret: ſicut ſtillicidium dicitur habere perpetuam
cauſam. quia naturalem actum ad aquam recipiendam, ſi
ſemper plueret, vt l. formam. ff. de ſerui. vrb. præd. Ego autem
dixi de hoc in d. c. cum eccleſia Sutrina. remiſi ad no. ꝑ Bart.
in l. iuſto. §. non mutat. ff. de vſucap. & l. 1. in prin. ff. vti poſsi.
vbi etiam de hoc per eum. ¶ Quęrit Io. And. pone quòd duo
occurrant, quorum vnus ſe dicit eſſe in quaſi poſſeſsione ca-
nonicatus, & præbendæ. alter verò aſſerit, ꝙ & ſi non poſsi-
deat: ius tamen habet in eiſdem canonicatu, & præbenda,
& vterq; petit ſe admitti ad eligendum, quis ſit admittēdus
iſto caſu. dicit Io. An. cautè facit Capitulum vtrũq; admittē
do ſub hac proteſtatione, ſcilicet vt vox eius præſtet ſuffra-
gium tantũ, de quo conſtabit, ꝙ ipſum præſtare debet, & nō
alterius: ſi tamen Capitulo conſtaret de bona fide poſſeſsio
nis vnius, ipſum debet admittere. quia ius eligendi dicitur ꝓ-
uenire ex quaſi poſſeſsione, non ex titulo. ĵ. de iure pat. c. con
ſultationibus. ſi autem Capitulum ſcit illum malæ fidei poſ-
ſeſſorem, non debet vocare: nec tamen debet venientem vio
lenter eijcere: ſed eius vox non præſtabit ſuffragium. quia nō
ſpectant hæc commoda ad malæ fidei poſſeſſorem. C. de cō-
di. ex

di.ex lege.l.malæ fidei. Vox aũt domini etiam non poſſeſſoris iſto caſu præſtabit ſuffragium, quando ſcilicet alius poſsidet mala fide, ſecundũ Inno. & niſi forſan talis ſit malæ fidei poſſeſſor, cuius factum tuetur prætor, vt j̃. de iure pa.c.conſultationibus. ſecundũ Inno. Ho. & Compo. facit quod plenè legitur, & no. de reſti.ſpo.c.in literis. & de materia proteſtationis dic, vt s̃. de conſti.c.cum M. Ferrarieñ. & in reg. in generali.de reg.iur.lib.6.in Mercuri.& l.non ſolũ.§.fin.ff.de
5 oper.no.nun.per Bar. ¶ Vltimò colligit Io.An. ꝙ verbũ, † cõſuetudinis, ſimpliciter prolatum intelligitur de præſcripta: quod melius hic probatur, quàm alibi, coniuncto principio: vbi fecit mentionem de conſuetudine ſimpliciter, & circa finem interpretatur de conſuetudine iam præſcripta.

*S V M M Æ.*

1 *Succeſſor poteſt reuocare illa, quæ malè geſta reperit à ſuo prædeceſſore.*
2 *Electio libera eſſe debet.*
3 *Ius eligendi prælatum in eccleſia collegiata non cadit in laicum.*

SAcroſancta. Patrono laico non poteſt competere ius eligendi, etiã per compoſitionem. quam ſecundò reuocat, ibi [attendentes.] ¶ No. primò, ꝙ reprobata compoſitio ſuper re eccleſiaſtica non firmatur conſenſu Capituli. requiritur.n. ꝙ conſenſus ſit legitimus ſuper iure conceſsibili: aliàs abbas cum Capitulo nõ præiudicat eccleſiæ, vt hic. facit l. iubemus. & Authen. hoc ius porrectum. C.de ſacroſan. ec. ¶ Secundò
1 no. ꝙ ſucceſſor † poteſt reuocare illa, quæ malè geſta reperit à prædeceſſore ſuo. ipſe autẽ, qui malè alienauit, an poſſit. dic vt in c.noſti. s̃.eo. & c.diuerſis fallacijs. j̃. de cleri.coniug. facit quod no. in l.cum vir prædium. ff. de vſucap. ¶ Ter-
2 tiò no. ꝙ electio † debet eſſe libera: nec põt arctari, ꝙ eligat certus de incertis. quod dic, vt no. s̃.e.c.cum terra. ¶ Quartò
3 no. ꝙ ius eligendi † prælatum in eccleſia collegiata non cadit in laicum. ſimiliter nec in eccleſia non collegiata, vt j̃.e. c.Meſſana. ius aũt præſentandi bene cadit in laicum, vt j̃. de iure pa.c.poſtulaſti. ¶ Quintò no. ꝙ illud, quod eſt pernicioſum exemplo, eſt reuocãdum, etiam ſi non eſſet aliter malũ. 63.diſt.§.verũ.& c.cum Adrianus.& 21.diſt.c.neque. ¶ Sextò no. ꝙ qñ contractus eſt nullus (vt erat iſta cõpoſitio) poteſt ille, in cuius præiudicium facta eſt, liberè vti iure ſuo. hic enim compoſitio erat nulla ipſo iure; quod patet; quia Papa aliter ipſam non caſſat: ſed dicit [non obſtañ.] &c. ex quo collige, ꝙ ſicut electio, quæ eſt ipſo iure nulla, non impedit ſecundã: ita irrita cõuẽtio, ſiue ordinatio eccleſiæ nõ impedit ſecundã ordinationẽ eius: licèt Gof. dixerit opus eſſe reſtitutionis beneficio. ¶ Vltimò no. ꝙ aſſenſus patroni eſt requirendus poſt electionem celebratam in eccleſia collegiata: nõ aũt ante: ſi aũt conſentire noluerit, nec iuſtã cãm prætenderit, non minus eſt electio confirmãda. arg. j̃. de temp.ord.c. ne ep̃s. & c.præcedenti. & no. Io. j̃.c.proxi.ſuper g'o.1. ¶ Oppo. & videtur, ꝙ patroni laici poſsint eligere ſimul cũ clericis prælatum in eccleſia collegiata, vt j̃. de iure pa. c. nobis: ¶ Item opp. de cõſuetudine, quæ eſt Bononiæ, vbi parochiani, etiam non patroni, eligunt capellanos in capellis. So. ad c. nobis. dic, ꝙ ex vi priuilegij in fundatione conceſsi poteſt id competere, vt in contrario. Ad hoc enim vt laici facilius inuitentur ad fundandas, & dotãdas eccleſias, permittit eis reſeruare dictum ius: ſed poſtquàm eccleſia eſt fundata, non poteſt ex conuentione huic ſubijci ſeruituti, vt hic. nã & alibi cẽſus impoſitio à principio toleratur: ſed noui impoſitio reprobatur. j̃. de cenſi.c.prohibemus. & C.no. vecti. in rub. & nigro. Ad illud, quod obijcitur de parochianis eligẽtibus capellanum. dic, vt no. Spe. in ti. de iure pa. in ver. & no. ꝙ parochiani. & qđ no. Io.And. in reg. qđ alicui gratioſè. in mercur. vbi quærit, nunquid parochiani poſsint præſcribere præſentationem rectoris ſuæ eccleſiæ parochialis: cũ illud ſit ſolum patronis gratioſè conceſſum, & nõ alijs. dic vt ibi. ¶ Secũdò oppo. dicitur hic in ver. volumus. ꝙ abbas poteſt iſtũ prioratum liberè ordinare, ſicut alios prioratus. & ſic innuit, ꝙ ad ſolos abbates ſpectat ordinatio. Sed contra, imò videtur, ꝙ ad Capitulum, & cõuentũ, vt j̃. de ſtatu mo.c.1. Solu. de iure cõi pertinet ad vtrũq;, vt in contrario: ſed ex conſuetudine, vel priuilegio ſpeciali poteſt pertinere ſolùm ad abbatẽ, vt hic. & j̃. de his, quæ fiunt à præla.c.ea noſcitur. & de foro cõpe.c.cum contingat. circa enim beneficiorum collationem, vel etiam electionem conſuetudo præiudicat iuri ſcripto. s̃. eo.c.cum eccleſia Vulterana.

*S V M M Æ.*

1 *Tempus electionis præfixum poteſt à principe arctari.*
2 *Conſilium aliorum ex neceſſitate in electione aliquando exigitur.*
3 *Compromiſſarijs poteſt arctari tempus ſatis breue.*
4 *Paria ſunt non requirere conſilium, vel tempore incompetenti.*
5 *Conſilium ſequi, qui tenetur, an teneatur ſequi, ſi ſit malum.*

CVm in veteri. Qui cum conſilio aliquorum tenetur eligere, in tractatu electionis illorum conſilium requirere debet, & congruo tempore expectare reſpõſum. h.d. Et prima pars ponit electionis formã. Secunda cauſæ commiſsionem, & iudicum relationẽ ibi [relato igitur.] Tertia cauſæ diffinitionem, ibi [cũ autem.] ¶ No. primò, ꝙ
1 tempus electionis † præfixũ poteſt arctari à principe. ſimile. j̃. de his, quæ fi. à maio.par.Cap.c.ex ore. & an dies termini computetur in his. 40. diebus hic præfixis ad eligendũ, remittit Io.An. ad no. per eum j̃. de appel.c.ſuper eo.il 2. ¶ Secundò no. ꝙ in electione quandoq; exigitur aliorum conſi-
2 lium † de neceſsitate: nec per hoc perimitur eligendi poteſtas. & ſic remanet electio in ſubſtãtia, vt j̃. declarabo. ¶ Tertiò no. ꝙ Papa mãdat requiri conſilium fratrũ prædicatorũ, ſcilicet iſtius. G. qđ autem ſi plures eſſent eiuſdem nominis. dicit Vin. ꝙ ille erit conſultor, quem Capitulum elegerit: cũ in eius fauore ſit facta dicta adiectio. Ex quo colligit Compoſt. ꝙ huic cõſiliario, & alijs miniſtrabuntur expenſæ de bonis dignitatis, ad quã ordinandã veniũt, vt s̃. eo.c. vt prætermiſſæ. ¶ Quartò no. ꝙ licèt Papa mandauerit electionẽ celebrari per Capitulum cum conſilio prædictorum, non videtur tamen eis adempta poteſtas eligendi per viam compromiſsi. quia ſatis Capitulum videtur eligere, per alios eligendo, vt s̃. eo.c.in cauſis.§.quia verò. ¶ An aũt in hoc compromiſſo fiẽdo teneatur Capitulum requirere prædictorum conſiliũ. Inno. & Compoſt. ꝙ non: ſed ſufficit, ꝙ compromiſſarij requirantur in electione. Alij cõtra. nam ſicut in principalibus, ſic in acceſſorijs: & in eligendis compromiſſarijs eſt illorum cõſilium requirendum. de offi.deleg.c. præterea. nam poſſet fieri fraus mandato. ſ. aſſumendo tales conſilium, nũ conſequerentur quod fortè principales ſuſciperent reuerenter. Hoſt. dicit, ꝙ opi. Inno. & Compoſt. eſt iuſtior. ſecunda æquior, & ſecurior. ¶ Quintò no. † ꝙ compromiſſarijs poteſt arctari
3 tempus ſatis breue ad eligendum. ſ. vſque ad conſumptionẽ vnius cãdelæ. & hanc metam non redarguit Inno. & quid iuris, ſi vento, vel alio modo extingueretur dicta candela: & vna, vel plures horæ fluerent, antequàm poſſet reaccendi: an adhuc duret poteſtas. dicit Hoſt. boni viri arbitrio remittendum, qui conſiderabit, quantum candela durare potuiſſet, ſi non fuiſſet extincta. ar. ff. de ver.oblig.l.interdũ. 1. reſpon. & dat conſilium Hoſt. ꝙ ponatur candela in laterna magna, & forti eleuata à terra: ita ꝙ manu tangi non poſsit, aliquibus fidis ad ipſius cuſtodiã deputatis. ¶ Sextò no. ꝙ vnus ex conſiliarijs præpoſitis ad conſulendũ in negocio electionis poteſt eligi à Capitulo: quod quando verũ ſit, dicam. j̃. ¶ Septimò no. in ver. relato. ꝙ in tractatu electionis eſt cõſilium requirendum:



quirendum: non ergo ſufficit ex poſtfacto habere conſiliũ: quod debet electionem præcedere, & non ſequi. quod verbũ no. quando autem in diſpoſitione requiritur, conſenſus, vel auctoritas: an ſufficiat, ſi ſequatur. dic vt l. ſi quis mihi bona.§.iuſſum. ff. de acqui.hære. & iſte tex. dum dicit [in tractatu electionis conſilium requirendum] probat, ꝙ in compromiſſo fiendo conſilium exigatur: quia non põt negari, quin compromiſſum ſit de tractatu electionis. ¶ Octauò no. ꝙ pa-
4 ria † ſunt non requirere conſilium, vel requirere tempore incompetenti. hoc eſt propè finem. ſimile dicit lex in nunciatione, quam facit emptor venditori. non enim debet nimis ſero denunciare, vt ff. de euic.l.ſi rem.§.quolibet. ex quo notãt Egi. & Gof. tria. Primum contra quærentes, qui non expectata conditione reſponſionis, opponunt. 11.q.3.c.eorũ. Secundum contra vocatos ad iudicium, qui nimis tẽmpeſtiuè recedunt. 10.q.3.c.certum. Tertium, ꝙ ſi citatus tardè acceſsit. quod no. Io.An. j̃. de reg.iur.c.imputari.lib.6. in mercur. vbi quærit de promoto ad eccleſiam parochialem, qui diſtulit ꝓmoueri vſque ad vltima quatuor tempora, & in multis quatuor temporibus nullo modo potuit: an ſit priuatus beneficio, per c.licèt canon.e.tit.lib.6. tenet, ꝙ non, vt ibi plenè per eum. ¶ Nonò no. ꝙ qñ mandatur aliquid fieri cum conſilio alicuius, non ſolum debet haberi conſilium, ſed expectare reſponſum tempore: aliàs non valet electio, tanquàm omiſſa forma præfixa ab homine. s̃. de reſcrip.c.cum dilecta. ¶ Decimò no. in ver. cum autẽ. ꝙ debet requiri de perſona certa, & non generaliter requirendum. Hoſt. tamen tenet, ꝙ canonici non tenentur hoc caſu nominare perſonam: ſed in genere debent quærere à conſiliarijs, de quo conſulant. & illi debẽt deliberare, & ſtatim reſpondere, non præcipitanter, nec nimis moroſè. ff. de admi.tu.l.tutor qui. & hoc arbitrabitur bonus vir. ff. de iur.delib.l.ait prætor. & de offi.deleg.c. de cauſis. ¶ Vltimò no. ꝙ non eſt parcendum illi, qui nimis ſe arctauit. ff. ſi quis cau.l.2.§.ſi quis tamen. & qui ſatiſd. cog.l.ſi fideiuſſor.§.1.cum ſimi. ¶ Oppo. dicitur hic, ꝙ fuit electus vnus ex illis conſiliarijs in archiepiſcopum: & tamen mandatum fuerat Capitulo, ꝙ eligeret cum conſilio omnium trium. & ſic videtur, ꝙ non potuerit eligi vnus ex ipſis. quia non poteſt eſſe conſiliarius, & electus. & ſic non videtur eligendo talem poſſe formam ſeruare. Ex quo concluditur, ꝙ non valet electio contra formam, vt s̃. de reſcrip.c.cum dilecta. Solu. dicit glo. eligere vnum ex ipſis non eſt contra formam, ſed præter formam. vel aliter. ſicut plures compromiſſarij poſſunt ex ſeipſis vnum eligere, vt s̃. eod. c. cum in iure. ita electores in vnum ex conſiliarijs conſentire. plus enim operatur conſenſus, quàm conſilium, vt j̃. patebit. Si ergo qui tenetur præbere conſenſum, vt ibi: multò magis qui tenetur præbere conſilium, quod minus. Et licèt iſtud dictum videatur probabile: tutius tamen eſt, ſecundũ Io.And. requirere conſilium illius, vt ſatisfiat formæ mandati, & requiratur in genere. vos de quo conſuletis? poſſet enim conſulere de tali, ꝙ habentes ꝓpoſitum eligendi eum, mutarent intentionẽ, & traherent eos in ſuam ſententiam, vt ff. de arbi.l.item ſi vnus.§.ſi.cum l.ſeq. & ſi quærerent ab eo, de ſeipſo põt, ſecundũ Hoſt. pura conſcientia dicere. non ſum ſufficiens. Si tamen canonici, requiſito debito modo ſociorum conſilio, ipſum eligant, ſecurè conſentiat: & ſic ſeruatur forma, nec iura violantur. & prædicta procedunt, cum ſimpliciter dictum fuit, ꝙ cum conſilio iſtorum trium eligant. ſi aũt dictum eſſet, ꝙ de conſilio, & aſſenſu. putat Hoſt. ꝙ idem. ſ. ꝙ electus de conſenſu dominorum poſsit conſentire electioni de ſe factæ: ſecus ſi dictũ eſſet, de aſſenſu concordi. tunc enim non poſſent conſentire, & conſulent in vnum de ſeipſis, ſecundũ Io. An. ¶ Secundò op. dicitur hic, ꝙ non ſufficit requiſiuiſſe conſilium: licèt debuit expectaſſe reſponſum. Sed contra. fruſtra expectatur tẽpus, cuius nihil operatur euentus, vt ff. ad Vell.l. aliquando. Sed cum iſti electores nõ teneantur ſequi conſilium, vt j̃. de arbi.c.cum olim. ergo eſt ſuperfluum expectare reſpõſum. Sol. glo. quæ incipit, & ſic videtur. ſentit iſtud contrarium, & non ſoluit. Dic ergo, ꝙ debet expectare reſponſum, propter rõnem, quam dixi: quia poſſet illos trahere in ſuam ſentẽtiam, vt d.l. item ſi vnus.§.fina. & l.ſi in tres. ff. de arbi. ¶ Venio ad quæſt. & primo quæro, an iſti electores, qui debent celebrare electionem cum conſilio iſtorum trium, debeant etiã cõſilium ſequi, adeo ꝙ non valeat electio præter, vel contra cõſilium celebrata. glo. prædicta videtur dicere, ꝙ aut dictum fuit, ꝙ cũ conſilio tenerentur eligere: aut cum conſilio, & aſſenſu. Primo caſu tenentur electores conſilium requirere, ſed non ſequi. Secundo caſu tenentur requirere, & ſequi. Io. An. diſtinguit quatuor caſus. nam quandoq; Capitulum non põt eligere ſine licentia alterius: qñq; non poteſt eligere ſine conſilio: qñq; ſine conſenſu: quandoq; ſine requiſitione voti. Iſta enim quatuor diuerſa ſunt, & diuerſum producunt effectũ. Primo enim caſu quando electio facienda eſt de licentia alterius, non requiritur eius præſentia: ſed ſufficit petere licentiã die etiam non aſsignato ad eligendum, vt j̃. eo.c.fina. Secundo caſu, qñ conſilium requirendum eſt: tunc habet locum quod hic dicitur, ꝙ eſt requirendum conſilium in tractatu, & congruo tpe expectandum reſponſum: ſed ipſum cõſilium neceſſariò non tenetur ſequi, vt d. c. cum olim. de ar. Tertio caſu, vbi requiritur conſenſus: & tunc aut requiritur de conſuetudine: & tunc tanquàm odioſa interpretatur ſtrictè, ꝙ requiratur iam facta electione, vt s̃. eo.c. cum terra. & hoc caſu ſi conſenſum præſtare noluerit, nec iuſtã cãm prætenderit, non minus erit electio confirmanda. Quandoq; verò conſenſus requiritur non de conſuetudine, ſed ex pacto, ſiue ſine conuentione. Et idem, niſi conſuetudo aliter fuerit interpretata. arg. expreſſum. s̃. de conſue. c.cum dilectus. & prædicta, quæ dixi, ꝙ conſenſus eſt requirendus (ſi hoc operatur conſuetudo, vel pactum:) habet locum in perſonis eccleſiaſticis, ſed laicum conſuetudo, vel pactum iuuare non poſſet, vt patet in his, quæ notantur. s̃.c.proxi. quandoq; cõſuetudo, vel conuentio ita dictat, ꝙ ſine conſenſu collegij, vel perſonæ eccleſiaſticæ non fiat electio: tunc requiritur in tractatu electionis. j̃. de iure pa.c.nobis.§.1. quandoq; conſenſus requiritur de ſpeciali mandato Papæ: puta mandat, ꝙ ſine ſpeciali mandato talis non eligatur: in quo caſu neceſſe eſt, ꝙ ante electionem in perſonam eligendam conſentiat. & ſic dicto caſu non poteſt habere locum forma ſcrutinij: & ꝑ ſolam formam prouidebitur compromiſsi: vt ſic forma mãdati ſeruetur, vt s̃. de reſcrip.c.cum dilecta. Quarto caſu, qñ votum alicuius requiritur, recurre ad no. s̃.e.c.ſcriptum. & c. quia propter. & hæc vera ſecundũ Ho. niſi ex verbis conuentionis, & qualitate perſonarum, vel eccleſiarum citra, vel vltra arbitrari valeat bonus iudex. j̃. de tranſac.c.ſi. Do.Bar. in hac materia (an. ſ. quando aliquis alicui diſpoſitioni adijcitur vt conſultor, valeat diſpoſitio ſine eius conſilio celebrata) ſic diſtinguit. nam quandoq; quis adijcitur vt collega eiuſdem officij: quandoq; vt auctoritatem præſtans: quandoq; vt conſultor. primo caſu, an vnus poſsit ſine alterius conſilio, non eſt materia hic: ſed diſtingue, vt ipſe no. in l.1.§.ſi plures. ff. de inſti. Secundo caſu quando adijcitur, vt auctoritatem p̃ſtans: & non poteſt actus celebrari ſine eius auctoritate. vt ff. de bo.eorum.l.ſi pupillus. in ſi. & l.ſi fundus. & l. cum hi. in prin. ff. de tranſac. Tertio caſu quãdo adijcitur vt conſultor ille, qui non eſt, nec eſſe poteſt particeps officij (vt mulier in officio tutelæ, vel frater minor in executione teſtamenti, vt in Cle. exiui. de verb.ſig.) & de vrbanitate põt eius conſilium requiri: ſed de neceſsitate non conſtringitur, vt l.quidam decedens.§.Papinianus. ff. de admi. tut. aut talis conſultor põt eſſe particeps officij: & tunc aut adijcitur vt conſultor ei, qui habet auctoritatem à lege: aut ei, qui habet auctoritatem ab homine. Primo caſu aut adijcitur vt conſultor à lege: & debet requiri. ff. de ſuſpec.tu.l.impuberibus. & Inſti. de ſuſpec.tu.§.

tu.§.impuberes.& in Authen.de non alie.§. quod autem.aut ab homine: & tunc de neceſsitate nõ tenetur requirere conſilium,vt l.Titium,& Mæuium.in prin.ff.de admi. tu.Secũdo caſu cum adijcitur vt conſultor ei, qui habet poteſtatem ab homine:& debet requiri eius conſilium.ff.de acqui. hære.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum. ¶ Tertiò quæro.dictum eſt.ſ. ꝙ quandoq; quis de neceſsitate conſtringitur requirere conſilium: ſed an dictis caſibus teneatur illud conſilium ſeq.dicũt quidam,ꝙ aut fuit dictum cum conſilio,aut de conſilio.Primò caſu nõ tenetur ſequi.ſecundo ſic.ita dicit Cy. in l.id qđ pauperibus.C.de epiſ.& cler.in 15.q.pro qua diſtinctione facit l.impuberi.ff. de ſuſpe. tu. & quod no. in c. venerabili.de of.or.& quod no.Io.And.in reg.nullus ex conſilio.de reg.iu. lib.6.in mercur.vbi de iſta dictione,cum,& de.Bar.tñ in propoſita quæſtione ſic diſtinguit:cum quæritur,vtrũ ille,qui tenetur requirere conſilium, teneatur etiam illud ſequi. ſic diſtingue.nam aliquando dicitur,ꝙ fiat cum cõſilio, vel de cõſilio ſimpliciter:aut de conſilio,& aſſenſu: vel de conſilio, & voluntate. Primo caſu aut conſilium de neceſsitate non debet requiri:& tunc non debet neceſſariò ſequi.aut debet requiri ſecundũ prædicta:& tunc aut iſta adiectio conſilij, eſt facta ei,qui non habet intellectum plenum:& neceſſariò tenetur ſequi,vt l.impuberibus.ff.de ſuſpe.tu.& d.c.venerabili.aut adiectio conſilij eſt facta ei, qui habet plenum intellectum.& tunc aut ille,qui debet præbere conſilium,eſt particeps officij: & tenetur ſequi tale conſilium,vt d.l. Titium, & Mæuium.in prin. coniuncta.l.conſtitutum.in fi.de cur.furio. aut non eſt particeps officij.& ſufficit,ꝙ requiratur : ſed ſeq non tenetur.de arbi. c. cum olim. Secundo caſu quando de conſilio,& aſſenſu:vel de conſilio, & voluntate. & tunc aut ille,qui habet conſulere,non põt eſſe particeps officij: & non tenetur ſequi conſilium,etiam ſi ſit dictum : ne quod vna via prohibetur,altera permittatur, vt l.ſcire oportet.§. ſermo.ff. de tuto.& cur.da.ab his.& c.cum quid vna. de reg. iur.lib.6. & c.tuæ.ſ.de procu.aut põt eſſe particeps officij: & tunc aut iſta adiectio fuit facta ab homine ei, qui habet poteſtatem à lege:& non tenetur ſequi,vt d.l.Titium, & Mæuium. in prin. vbi teſtator dixit,ꝙ ſi aliter fieret,irritum ſit : & tñ ſi non eſt particeps officij,non tenetur ſequi.ad hoc.l.1. & 2.ff. vbi pu pil.educ.de. vbi non ſolũ à conſilio extranei receditur : ſed à conſilio teſtatoris.aut adijcitur à lege, vel ab homine ei,qui habet poteſtatem ab homine:& ſeruandũ eſt,vt l.ſi pupillus. §.conditio.ff.de exercito.& de ſacroſanc.eccl.Authẽ.hoc ius porrectum. Et ex prædictis infert Bar. ꝙ quando quis facit executorem vltimę voluntatis cũ conſilio, & aſſenſu Guardiani fratrum minorum: ꝙ talis adiectio non releuet,nec debeat eius conſilium requiri, cum executores teſtatoris eſſe nõ poſsint.de quo in dicta Cle. exiui. de quo multum dolẽt. ¶ Quartò quæritur,quid ſi ille,cuius conſilium debet requiri,non dat conſilium, vel quia non vult, vel quia non põt.diſtingue. aut eſt aſſumptus vt conſultor legali ex diſpoſitione:aut ex diſpoſitione hominis. ¶ Primo caſu, ſi ibidem eſt præſens,& in tali actu põt præbere conſilium:& cogetur per iudicem.C.de bo.quę lib.l.fi.§.neceſsitate.ad hoc facit.C.de decur.l.ſi quos.lib.10.Aut non eſt in tali caſu,ꝙ poſsit cogi, & mora fortè eſt periculum allatura:& tũc poterit ille actus exerceri eius conſilio,vel aſſenſu non expectato, vt ff. de iudi.l.ſi longius.§.fina.& de iure do.l.ſi ego.in fi.§.& ſo.ma.l.ſi cum dotẽ.§.eo aũt tempore. & eſt caſus.ĩ. ne ſede va.c.1.li. 6.Si verò ex diſpoſitiõe hominis,& tũc in arbitrarijs. & dic, vt in c.cum olim.de arbi.Aut in alia diſpoſitione:& tunc aut inter viuos:aut in vltima volũtate.Si inter viuos,tunc ſine cõſenſu non valet actus,vt l.ſi quis arbitratu.ff. de ver. obl.& l. fi.de contrahẽ.emp.Si in vltima voluntate: tunc ſi nõ poteſt, vel per annũ diſtulit, poterit eius conſilio expleto ad actum
5 procedi,vt l.fi.§.ſed & ſi quis.C.cõia de lega. ¶ † Quintò q̃ro in caſu,quo quis tenetur ſequi cõſilium, an teneatur illud ſequi,ſi conſilium eſt malum.dicit Bar.ꝙ nõ in d.l.1.§.ſi plures.ff.de inſtito.vbi etiam quærit.ſi ſtatutum dictat, ꝙ iudex ferat ſententiam ſecundũ conſilium ſapientis:an valeat,ſi iudex tulerit ſententiam ſine cõſilio,ibi tenet, ꝙ nõ.in 4.q. vbi etiam quærit, an valeat compromiſſum factum hoc modo, vt teneatur ferre ſententiam ſecundùm conſilium ſapientis talis. Et quid iuris ſi partes ita conſentiant in iudicem ordinarium,vt ferat ſententiam,vt videbitur tali ſapiẽti:& tenet, ꝙ in arbitrio non valeat dicta adiectio, quãdo dictum eſſet. de conſilio & aſſenſu. per l. ſi vnus. §. idem Pomponius.ff. de arbi.Si aũt dictum eſſet, ꝙ dictus arbiter pronunciet dicto Titij ſimpliciter: & non valeat, quia dicto caſu de neceſſitate arbiter eius dictum neceſſariò non tenetur ſequi,vt dicto.c.cum olim.de arbi.In iudice verò ſi partes conſentiant, vt prædixi,vt ferat ſententiam,prout videtur tali ſapienti:an valeat,tenet ꝙ ſic,per l.ſi conuenerit.ff.de re iudi. & ad prædicta adde quod no.Io.An.in d.c.nullus ex conſilio. de reg. iur.lib.6.in mercur.vbi quærit, nunquid iudex teneatur ſeq conſilium peritorum, ſi ſunt aſſumpti de conſenſu partium. tenet ꝙ non.Item quid iuris, ſi ordinarius aſſumptis tribus conſultoribus ita ordinauit. de conſilio talis condẽno. & de cõſilio talis abſoluo. tenet,ꝙ ſententia eſt nulla. ¶ Vlterius quærit, ſi iudex aſſumpſit tres conſultores ſuper diffinitiua: quorum duo conſuluerunt reum cõdemnandum,tertius abſoluendum, & iudex abſoluit: an teneat ſententia, cum ſtatuto caueatur,non valere ſententias, niſi latæ ſint cum conſilio ſapientum. tenet, ꝙ ſententia teneat.ſecus ſi ſtatutum diceret, ꝙ teneatur ſequi conſilium ſapientum. De quibus quæſt.ibi plenè per eum. Et ad prædicta adde quod legitur, & not. in l. illa inſtitutio. ff. de hære.inſti.

*S V M M Æ.*

1 *Vox procuratoris computatur in numero.*
2 *Scientiæ expers non cenſetur idoneus ad beneficia obtinenda.*
3 *Electio minoris partis,an confirmetur, ſi maior pars indignum elegerit.*

C Ongregato. Electus à maiori parte Capituli, ſi eſt idoneus,confirmatur:aliter confirmatur electio minoris partis facta de digno.h.d.Prima pars ponit proceſſum electio.& allegationes partium.Secũda ibi[nos igitur.] diffinitiuam, quæ duo membra diſtinguenda committit. ¶ No.
1 primò, ꝙ vox procuratoris † computatur in numero. quia procurator debet eſſe de collegio, vt ſ.eo.c.quia propter.eſt dubium, an poſsit vnum eligere nomine ſuo, alium nomine procuratoris.quod dic,vt ĩ.eo.c.porro.lib.6.¶ Secundò no. ꝙ pars minor permiſit primò maiorem eligere,& poſtea ipſa elegit.& in hoc cautè.nam licèt maior pars tractauerit eligere indignũ:non tamen ex ſolo tractatu priuatur iure eligẽ
2 di, niſi ſequatur electio, & poſſet pœnitere. ĩ. eod.c.perpetuæ.lib.6.¶ Tertiò no.ꝙ expers ſcientię † non cenſetur idoneus ad beneficium obtinendum.& an ſit idoneus necne, facilè apparere poteſt:quia citò apparebit riſui imperitus.ĩ.e. c.ſi fortè.lib.6.& de æta.& qua.c.fi.vbi de epiſcopo neſciente grammaticam. ¶ Quartò no. ꝙ ſi electus à maiori parte eſt indignus,confirmatur electio minoris partis.& an hoc ſit verum,ſiue maior pars ſcienter,ſiue ignorãter elegerit indignum.dicam.ĩ.Item an hoc ſit verum,ſiue maior pars elegerit indignum indignitate lite raturæ,vel alia indignitate: puta quia ebrioſus,vel aliter probrabilis,dicit Io.And.ꝙ ſi iſte ver.alioquin.referatur ad totum ver.nos igitur. qui loquitur de patiente defectum literaturæ,& alterius idoneitatis,præualebit electio minoris partis. tamen ipſe tenet, ꝙ iſte ver. alioqn. referatur ad defectũ literaturæ.aliàs ſi electus à maiori parte eſſet vilis, ebrioſus, vel aliter inſufficiens : non tamen



mẽ valeret electio minoris partis. Et ad hoc inducit quæſtionem,quam diſputauit.ſ.ꝙ pœna con.cam in cunctis. nõ habet locum,cum eligitur indignus indignitate in concilio non expreſſa.quam vide de reg.iur.in cap. odia. lib.6.in mercur. ¶ Quærit Io.An.dicitur hic, ꝙ à principio plures conuenerunt in vnum,& pauciores in alium. & poſt electionem maioris partis minor elegit aliũ: quæro ergo an eligetur ex primis conſenſibus, vel ex nouo tractatu. dicit Compoſt. ꝙ ſi vno contextu fiat ſecunda,non debent vota repeti. Si ex interuallo,eſt neceſſe illa repeti, & fieri nouum tractatum. & hoc placuit Inno.ſ.eo.c.conſiderauimus.& per Io.An.ſ.eo. c.auditis.ſuper vlt.glo.ad fi.Contra hãc opi.facit:quia ſi minor pars eligit ex eodem tractatu, electus ab ea non poteſt dici electus à Capitulo, qđ repræſentatur in maiori parte, vt l.quod maior.ff.ad munici.& maximè quia(vt dixi) ante electionem non poteſt dici, ꝙ maior pars ſit priuata:ergo ſi vota minoris partis fuerint à principio nulla: non videntur poſſe conualeſcere propter ſubſequens delictum maioris partis eligentis indignum, vt in reg.nõ firmatur.de regu.iur. lib. 6.& maximè in electione, quæ ſi eſt nulla à principio, nõ poteſt conualeſcere.ſ. c. auditis. ¶ His non obſtantibus tenet Compo.vt dixi, ꝙ ex eodem ſcrutinio valeat electio celebrata per minorem partem.nam votum bene cõualeſcit ex his, quæ occurrunt ante electionem : aliàs nulla electio valeret. Nam vota primi,ſecundi,tertij,& vlterioris, antequàm deueniant ad maiorem numerũ,ſunt nulla:quæ tñ aſſumunt robur ex voto eius, ex cuius perſona vicinò ad maiorem numerum deuenitur.ſicut ergo ex ſuperadditis collegarum ante electionem conualeſcunt priora : ita etiam conualeſcant ex votis collegarum ante electionem peremptis. ad hoc. ĩ.e. c.2.lib.6.ſecundùm Io.An. ad hoc ego adduco l. per fundũ. ff.de ſerui.ruſti.prædio. & l.fin.cõia prædio.quæ optimè faciunt pro iſta opi.¶ Secundò quæritur.dicitur, ꝙ confirma-
3 tur electio † minoris partis,ſi maior elegerit indignum.quæro ergo,an hoc ſit verum,ſiue maior pars elegerit ſcienter indignum,ſiue ignoranter.Inn.ꝙ ſic, ſi eodem contextu dictæ electiones fuerunt celebratæ: ipſo enim facto apparet minorem partem ſaniorem : ergo eius electio præfertur. ſ.e.c.dudum.& hoc eſt verum, ſecundũ eum : niſi numerus maioris partis excederet in duplum : tunc enim non confirmaretur electio minoris partis, niſi probaretur eos elegiſſe ſcienter indignum, vt ſ.e.c.ſcriptum.& c.dudum. vbi idem no. Compoſt.plus dicit Compoſt.ꝙ etiam ſi ſit duplo maior, quæ eligit ignorãter indignũ, valet electio facta à minori, quàm à tertia parte,etiam ab vno ſolo de dignis:ex quo ſiunt ex vno contextu.Io.An.hic ſuper glo.fi.tenet,ꝙ vbi maior pars elegit ignoranter indignum, & minor pars dignum, caſſabitur vtraq; electio.vna,quia de indigno:altera quia à minori parte.nam regula eſt,ꝙ electio minoris partis nunquàm confirmatur,niſi in caſu.c.ſcriptum.ſ.e. vel niſi ius partis maioris reſideat in minori : ita ꝙ ex fictione minor cenſeatur totum Capitulum,vel maior pars.& pro opi. Io. An.facit hæc Decre.in qua apparet, ꝙ minor pars hic nitebatur priuatione maioris partis,dũ tex.dicit[ꝓpter qđ illis ipſo iure priuatis] &c.remittit etiam Io.An.ad no.per eũ.ĩ. eo. c. eccleſia. &c.

*S V M M Æ.*

1 *Beneficia plura habens non poteſt eligi ad epiſcopatum.*
2 *Procurator poteſt conſtitui in cauſa electionis ad opponendum crimina.*
3 *Electores poſſunt petere confirmationem ſuæ electionis.*
4 *Beneficia plura retinens incurrit infamiam.*
5 *Eccleſiam retinens,qua priuatus eſt,dicitur furtum committere.*
6 *Epiſcopus ſuper pluralitate beneficiorum diſpenſare non poteſt.*
7 *Confeſſio procuratoris eligentium non nocet electo.*
8 *Delegatus Papæ ad cauſam electionis poteſt prouidere etiam eccleſiæ cathedrali.*
9 *Proceſſus quando eſt iuratus, debent irritari litis conteſtatio, petitio,iuramentum calumniæ,& ſimilia.*
10 *Dignitas & perſonatus qualiter differant.*
11 *Falſitatis ſuggeſtio,& veritatis ſuppreſsio vitiant gratiam.*
12 *Diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorum quid operetur.*

D Vdum. Caſus. Habens plures dignitates, vel plura curata ſine diſpẽſatione Papæ ineligibilis eſt. hoc d. Egi. diuidit in tres partes tantùm. In prima ponitur rõ partium coram Papa.In ſecunda ibi [nos igitur.]cõmiſsio cauſæ, & proceſſus iudicum.In tertia,ibi [licèt autem proceſſus.] ¶ No.pri
1 mò, ꝙ habens † plures dignitates, vel beneficia curata non põt eligi ad epiſcopatum. an autem iſta pluralitas reddat eũ ineligibilem ad minores dignitates,& minora beneficia(puta ad archidiaconatum, & canoniã.)quidam,ꝙ non.quia nõ reperitur iure cautum.Non ob. iſte tex.quia loquitur in epiſcopo,in quo requiritur maior perfectio.Cõpo.dicit, ꝙ de rigore iuris dicta pluralitas reddit pluralem inhabilem, etiam ad iſta minora beneficia.& idẽ Guli.in Spe.tit.2.§. videndũ. ad fi.ver.ſed nunquid haber.nam talis eſt violator canonicatus.de cle.non reſi.c.quia.& 70.diſt.c.ſanctorũ.violatores ãt canonũ deijciũtur ab obtento.25.q.1.c.violatores. Hodie verò cõtra tales plura beneficia obtinentes emanauit.extra eo. conſtitut.execrabilis.§. quia verò deinceps. qua cauetur, ꝙ ſi primum beneficiũ, quod vacat abſque morę diſpendio in ordinariorum manibus ſub teſtimonio publico non dimittant. ſunt priuati ſecundo, & inhabiles ad ſacros ordines, & ad quæcunque beneficia,& ibi vide.¶ Secundò no. ꝙ partes hic comparuerunt corã Papa per procuratores. qũo autem cauſa deuoluta fuerit ad Papã,non dicitur in tex.ſed poteſt dici,ꝙ per appellationem,iuxta no.in c.1. & c.cupientes.ĩ.
2 eo.lib.6.¶ Tertiò collige etiam, ꝙ procurator † põt conſtitui in cauſa electionis ad opponendum crimina,& defectus. de quo in Cle.procurator.ĩ.de procura.¶ Tertiò no.ꝙ ele-
merum,& auctoritatē merito:vel meritum,& numerum au-
ctoritati. quandoq; in omnibus eſt paritas hincinde:tunc di-
cit glo.ꝙ ſuperior poſsit gratificare. & ſuperiorem intellige
Papam: quia non poſſet hoc inferior contra formam conci-
lij.ſ̃.eo.c.quia propter.quod eſt verum per viam confirma-
tionis. ſi autem per viam prouiſionis , poſſet gratificare cui
vellet.ſ̃.eo.c.bonę.1.in fine .

*S V M M AE.*

1 *Electores publicato ſcrutinio variare non poſſunt.*
2 *Variatio quare ſit prohibita.*
3 *Electores poſſunt compelli ad eligendum.*

PVblicato. Breue eſt,& declarat quod
dixerunt antiqui.63.diſt.c.
quanto.& ſ̃.eod.c.cum inter canonicos. per hoc.c.
pōt explicari reg.mutare.de reg.iur.lib.6.Et primò ponit di
ctum.Secundò eius rōnem reddit.Tertiò rōnem neceſsitatis
exprimit.Secunda ibi [cum.] Tertia ibi [ad quod.] & com-
mentauit iſtam Decre.Hoſt.in ſumma huius tit.§.vtrū muta
1 ri.¶No.primò,ꝙ publicato ſcrutinio,electores† nequeūt va
riare.quod intellige tam in ſingulari,quàm in cōi, vt patet in
ſi.c.quandoq; tamen poſſunt.vt j̃.dicam.& iſta publicatio fit
in cōi Capitulo eligentium, non clero & populo , ſicut publi
catio electionis.ſ̃.eo.c.quia propter. & ibi per quem fiat ſu-
per verbo publicent . In materia ergo electionis variatio eſt
ſuſpecta;& ideo reprobatur. quare autem vſque ad publica
tionem,& nō poſt,variatio permittitur,hic per Io.An.in pri
ma.q.& an ſcrutatores poſsint reuocari.dic vt ſ̃.c. quia pro-
pter. ſuper ver.aſſumantur.In contractibus verò, vltimis vo
luntatibus,& alijs diſpoſitionibus an ſit licitum variare. dic,
vt l.eum qui certarum.ff.de ver.obli.& l.ſi quis ita ſtipulatus
fuerit Stichum.eod.ti.& l.ſtatuliberum.de lega.2.facit quod
no.in c.cum laici.j̃.de iure patr. ¶ Secundò no.rōnem,qua
a re a variatio † eſt prohibita . quia ſcilicet facienda eſt colla-
2 tio,& electio : ſed iſta ratio ita vendicat ſibi locum ante pu-
blicatum ſcrutinium,ſicut poſt. rō ergo melior redditur per
Io.An.in prima quęſt. vbi dicit, ꝙ illud tempus cōſideratur,
quaſi medium inter votum depoſitum , & actum electionis.
poſt enim publicationem variatio prohibetur propter iniu-
riam,quæ fieret nominato,poſtquàm publicatio facta eſt:an
te verò publicatio ſcrutinij eſt permiſſa , ne prius impediat
vtilis variatio : publicatio ergo actus magis præcludit viam
parti.hoc idem patet in publicatione atteſtationum.j̃.de te-
ſti.c.cum veniſſet.& edictum publicum arctat:quod aliàs nō
arctaret.ſ̃.titu.1.c.1.facit.ff.de inſti.l.ſi pupillus.§.1.de iure
verò antiquo vſq; ad tempus eſſet licitum electoribus varia-
re.variæ ſunt opi.de quibus in d.c.quanto. & in ſumma Ho-
3 ſtien.in præalle.§.ver.& forſan. ¶ Tertiò no.ꝙ electores†de
bent compelli ad eligendum: ſicut hæres de reſtituendo ro-
gatus adire cogitur,vt l.1.& per totum.ff.ad Trebel.& intel-
lige hic ſuperiorem, ideſt proxi. vel ſaltem Papam , in cuius
electione non habet locum quod hic dicitur: quia deficit ſu-
perior,vt ſ̃.c.licèt.habebit ergo tunc locum compulſio irre-
gularis.de qua in c.vbi periculum.eo.tit.lib.6.& Cle.ne Ro-
mani.eo.ti.an autem archieps̄ poſsit cogere canonicos eccle
ſiæ cathedralis . videtur , ꝙ non eſt de caſibus,in quibus ar-
chieps̄ ſit iudex ſubditorum ſuffraganei : ergo non pōt.j̃.de
offi.ordi.c.paſtoralis.Contrarium tenet hic Io. And.circa fi.
vbi etiam quærit,quis poteſt facere illā compulſionem.dicit
ꝙ electus:licèt alij dicāt,ꝙ canonici tm̄.Quid aūt ſi compul
ſi nolunt eligere:tenet , ꝙ ſuperior tenetur prouidere de illo
nominato in ſcrutinio: quia hoc caſu non eligit ex ſuo voto ;
ſed perficit electionem ab alio inchoatam. Si verò ſcrutiniū
publicatū non eſſet,licèt perfectum, non putat Vin.ꝙ ſupe-
rior,ad quem prouidēdi poteſtas deuoluitur, iure ſuo tenea
tur prouidere de illo nominato.facit l.vnum ex familia.ff.de
leg.2.& l.ſi ſeruo fideicom.de hære.inſti. & hoc,quod hic di
citur, habeat locum,ſi publicato ſcrutinio,aliquis dicit ſe pa
ratum probare impedimentum electi.dicit Io.An.ꝙ petitur
illo caſu differri electio , ne vexetur inanibus ſumptibus . de
reſtitu.ſpo.c.literas.circa ſi.Et hanc opi.tenent Abb. & Inn.
Hoſtiē. tenet,ꝙ propter has exceptiones non ſit electio dif-
ferenda : quia non poſſet Capitulum de ipſis cognoſcere , vt
hic per Io.An.in 14.q. ¶Vltimò ſcias,ꝙ dominus Ioan.An.
circa primum dictum,an ſcilicet variatio ſit permiſſa,vel nō
in materia electionis,vel poſtulationis,ponit.21.quæſt.quas
per viam diſtinctionis colligam breuiſsimè.Et ſic cum quæ-
ritur,vtrùm variatio ſit permiſſa,vel non. dic, ꝙ quandoque
quæritur de poſtulatione,an liceat poſtulantibus variare.aut
quæris de electione.Primo caſu aut poſtulatio non eſt ſolem
nis:& dic,vt j̃.de poſtu.c.bonæ. ver.nec nocebat.aut eſt ſo-
lemnis: puta quia ſuper ea per formam ſcrutinij eſt proceſ-
ſum.& tunc aut quæris ante publicationē:& poteſt.aut poſt
publicationem:& magnum eſt dubium. & glo. tenet hic idē
in poſtula.quod in elec.vt publicato ſcrutinio, variatio ſit ꝓ
hibita.idem no.ſ̃. c. in cauſis. & de poſtu.c.bonæ.& c.penul.
& vlt.contra.no.glo.28.diſt.c. de Siracuſanæ. & in hoc con-
cor.Boa.& Gul.Naſo.Io.An.hic latè diſputat pro, & conclu
dit contra glo.ſcilicet,ꝙ poſtulantes poſsint publicato ſcru-
tinio variare.Tertio caſu principali , quando quæris de ele-
ctione,an poſsint variare electores: & tunc dic,ꝙ aut loque
ris in laicis,ad quos ſpectat eligere(puta Poteſtatem,vel ſe-
natorem:) & poſt publicationem variare poſſunt . & ita de-
terminat diſpu.Ia.de bel.in Auten.de colla.col.9.& per Bar.
in l.qui abſenti.ff.de dona.aut quæris de laicis, ad quos ſpe-
ctat ius præſentandi rectorem in eccleſia . Et dic, ꝙ poſſunt
variare,vt j̃.de iure pat.c.nobis.& c.ſi.in fine.& c.cum autē.
aut quæris de clericis eligentibus : & eſt noſtra materia , in
quā non eſt publicatum ſcrutinium nullo modo.aut eſt quaſi
publicatum:aut eſt ſolemniter publicatum. Primo caſu quā
do nullo modo eſt publicatum,non videtur quod poſsit va-
riari. arg.huius.c.à contrario ſenſu.de quo arg.hic in nouel-
la. Alij dicūt,ꝙ aut ſcrutatores ſunt in actu ſcrutādi:& ē lici-
tum variare.aut cōpletum eſt ſcrutinium , & ſcrutatores ab
officio ceſſauerunt : & tunc ſinguli variare non poſſunt. oēs
aūt,vel maior pars an poſsit, magnum eſt dubium.vt in 3.q.
vbi tenet etiam,ꝙ poſsint ex iuſta cauſa : puta quia peruenit
ad eos defectus nominati, vt C. de fur. l. manifeſtiſsimi.§.ſi
autem neſcius.ſine cauſa verò non poſſunt: in dubio verò , ſi
de veritate cauſæ non apparet,quidam præſumunt,ꝙ in frau
b dem recedant à ſcrutinio iam completo. b

ADDITIONES.

a ¶ Quare variatio.Adde aliquid per Io.An.in c.continebatur.de his quæ fiunt à prælat.Dyn.in reg. quod ſemel.de reg.iur.in 6. Bal.in l. nonnunquām.& quæ ibidem dixi.C.de colla.

b ¶ Completo. quia nullibi finem iſtius lecturæ comperi tractatū per Do Pet.nec minus intendo imponere falcem in meſſem alienam . vide eam amplè tractatam per dom.Panor.& per Io.An. & Card.Zaba.vbi ſolemniter legit hanc Decre.& cætera capitula vide per eoſdem amplè.& quæ dixi ad Zab.

# De tranſlatione epiſcopi, vel electi.

VIſo de quibuſdam modis, quibus proui-
detur eccleſijs:videndum eſt de tranſlatio-
ne, per quam etiā prouidetur eis . Vel ali-
ter. Dictum eſt.ſ̃. de poſtulatione.ſed quia
poſtulantur aliqui alijs eccleſijs obligati.ſ̃.
de poſtu.c.bonæ.& c.vlt. oportet ipſos trāſ
ferri.Ideò de tranſlatione ſubnectit . habetur de materia 7.
q.1.per totum.& 21.diſt.per totum.& facit ad rub.j̃.de offi.
leg.c.niſi.& c.ſeq.





*S V M M AE.*

1 *Priuilegium,quod Chriſtus primò dedit Petro.*
2 *Cauſæ maiores ad ſedem apoſtolicam ſunt referendæ.*
3 *Deſcenſus in dignitatibus eſt vituperabilis.*
4 *Confirmatus adminiſtrare poteſt.*
5 *Patriarcha epiſcoporum confirmatione ſuſpenditur.*

CVm ex illo. Patriarcha, qui confir
matum in epiſcopum
transfert ad ſedem epiſcopalē, à confirmatione
epiſcoporū ſuſpendit.h.d.& ſunt quatuor partes. In prima
probat tranſlationem epiſcoporū ſoli Papæ ꝑtinere. Secūda
narrat reprehēſibile factū patriarchæ,ibi [ miramur. ] Ter-
tia,ibi[licèt]reſpondet tacitæ obiectioni. Quarta ibi[ne au-
1 tem]pœnam imponit.¶ † No. primò de priuilegio , ꝙ pri-
mò Chriſtus dedit Petro per illa verba Mat.16.Tu es Petrus
&c. & Io.vlt.Paſce oues meas. largè tamen omnis poteſtas
2 eſt à Deo.ad Ro.3. ¶ Secundò no. ꝙ maiores cauſæ † ſunt
referendæ ad ſe.apoſt.quæ autem ſunt maiores, hic dicitur:
¶Tertiò no.ꝙ electus , & confirmatus in archiep̄m non po-
teſt transferri in epiſcopatum.poſtquàm enim erat iam cō-
firmatus deſtinatione , archieps̄ eſt habendus: ſicut habetur
pro milite qui de proximo eſt cingendus,vt l.eo tempore.ff.
de mili.teſta.& l.admonendi.ff.de iureiur.& ff.quibus ad lib.
procla.non licet.l.pen.¶ Quartò no.ꝙ vituperabilis eſt de-
3 ſcenſus † in dignitatibus.de quo.j̃.c.vlt.& l. qui vt indignus.
4 ff de ſena.¶ Quintò no.ꝙ confirmatus † pōt adminiſtrare.
de quo plenè.ſ.ti.1.c.tranſmiſſam.¶Sextò no.ꝙ ſuſpenditur
5 patriarcha†ab epiſcoporū cōfirmatione.& de varijs ſpecie-
bus,ſiue modis ſuſpenſionū dic,vt in Cle.1.de pœnis.an aūt
ad Papam, vel ad Capitulū deuoluetur poteſtas confirmādi.
dicunt hic Vin.Pe.& Egi.ꝙ ad Papam, non ad Capitulū . de
conceſ.præben.c.quia diuerſitatem.& de expenſis, quas ma
iores electores faciunt in confirmando iſtum in eūdo ad Pa-
pam,repetuntur ab iſto,ſi habet proprium. j̃.de iura.calum.
c.in pertractandis.¶Quærit glo.& latè diſputat,an archieps̄
confirmatus nondum conſecratus poſsit confirmare electio
nes epiſcoporum. arguit pro & contra. & concludit, ꝙ poſ-
ſit.licèt non poſsit conſecrare.ſ̃.c. ſuffraganeis . dicit ibi. de
cauſa verò criminali an poſsit cognoſcere , dicit hic Vin. ꝙ
non,niſi crimen deduceretur in iudicio incidenter.23.diſt.c.
illud.& dic de hac materia,vt no.100.diſt.c. quoniā. ¶Quæ
rit Io.An.an archiepiſcopo , qui ceſsit archiepiſcopatū ex iu
ſta cauſa,poſsit prouideri de epiſcopatu.quidam ꝙ non licet
deſcendere.93.diſt.c.legimus.nec debet fieri ep̄s,vt hic.nam
ſi aliud diceremus, pararet via fraudibus . puta habēs tenuē
archiepiſcopatū cederet,vt haberet epiſcopatū locupletem .
His autem figmentis nō debemus aperire viam.j̃. de diuor.
c.quantò.dicit Hoſt.contrarium fuiſſe determinatū per Cle-
mentē.4.Non ob.qđ hic dicitur. nā in prouiſione nihil de ar
chiepiſcopatu.nec dicitur deſcendere, qui aſcendit de nullo
ad aliquem.de ordi.ab epi.c.1.hinc eſt, ꝙ prouidetur ſibi de
eccleſia parochiali.j̃.ti.2.c.ad ſupplicationē.& quod ibi per
Io.And.ſuper vlt.glo. multò fortius prouideri ſibi poteſt de
epiſcopatu.7.q.1.c.paſtoralis . Epiſcopus autem expulſus à
propria ciuitate,ſi eligitur ad aliam , non poteſt recipere eā
ſine licentia Papæ.j̃.ti.2.c.niſi.

*S V M M AE.*

1 *Spiritualia & corparalia qualiter differant .*
2 *Matrimonium carnale & ſpirituale qualiter æquiparantur.*
3 *Epiſcopus ſolus concedit honores.*

INnter corporalia. Electos in epi
ſcopos confir
matos transferre pōt Papa.h.d.Pe. diuidit Decre. in 7.
partes.Io.And. in duas.In prima exordium.In ſecunda facti
narratio.ibi[ſanè.]& iſta ſubdiuiditur in tres. Prima probat
coniugium ſpeciale diſſolui non poſſe,niſi per Papam.Secun
da ibi[ſicut autem]probat vinculum ſpiritualis coniugij eſſe
inter confirmatum ( licèt conſecratus non ſit ) & eius eccle-
ſiam.Tertia ibi [ſed neque] ſoluit cuiuſdā canonis contra-
1 rietatem. ¶ No. primò differentiam inter ſpūalia,† & cor-
poralia.nam etiam facilius tranſeunt corporalia, quàm ſpiri
tualia incorporalia , vt patet in l. & ita. ff. pro ſocio. tranſit
enim ſtatim ab adita hære. dominium , & proprietas rerum
legatarum in legatarium,vt l.à Titio.ff.de furtis. ſecus in om
nibus,quæ requirunt ceſsionem,vt l.ex legato nominis.C.de
leg.pereunt ergo facilius corporalia , quàm producantur in
eſſe,vt patet in conſtitutione,& deſtructione domus,libri,&
2 ſimilium. ¶Secundò no.ꝙ matrimonium carnale † & ſpiri-
tuale æquiparantur in diſſolutione : quia neutrum diſſolui-
tur,niſi ab eo,qui fungitur vice Dei,vt Papa. in carnali tamē
dic,vt j̃.de conuer.coniug.c.ex publico.Faciliùs tamen car-
nale contrahitur; quia ſolis verbis.j̃. de ſpon.c. cum locū.&
c.tuæ.ſpirituale non,niſi multę ſolemnitates præcedant.de q
bus.ſ̃.titu.1.c.in Geneſi. Carnale tn̄ poteſt dici ſpirituale.j̃.
3 de fri.c.ſi. ¶ Tertiò not.ꝙ ſolus epiſcopus † dat honores. &
aduerte , quia per hoc,quod dicit[ſolus]non excludit cleri-
cos ſuos,ſed alios ep̄os. & ſic non ob.24.diſt.c. epiſcopus.&
ibi no.concor.15.q.7.§.ſolus.& Lucæ.9.c.Ibi [Et factus eſt,
cum eſſet ſolus orās.] erant enim cum illo diſcipuli.& illud,
ſolus,turbas excludit.facit quod not.C.de præſctip.30.ann.
l.cum notiſsimi.¶Quartò nō.ꝙ ſolus ep̄s non poteſt auferre
honorem in deponendo.ſuſpendere enim poſſet, & reuoca-
re ſuſpenſionem. Item pōt deponere à beneficio, etiam non
adiunctis epiſcopis.j̃.de his,quæ ſi.à præla.c.nouit.ſecundū
Vin.¶Quintò no.ꝙ geſta ab aliquo,qui vice alterius fungi-
tur,ab ipſo,cuius vices gerit,geſta videntur. cui an idem ho-
nor , qui domino , debeatur. dic vt in l. ſed ſi hac. & l.ſed ſi
a hac.& l.quæſitum.ff.de in ius vocan.a

ADDITIO.

a ¶ ff.de in ius voc.oppoſitiones, & quæſtiones in apparatu iſtius. c. vide per dictum Zaba. hic, & quæ ibidem dixi. reſtant etiam duo. cap.legenda,quæ per eundem videre poteris.

# De auctoritate.& vſu pallij .

CONTINVATVR ad præcedentia in hunc
modum.dictum eſt ſupra de poſtulatione,
electione , & tranſlatione . ſed quia per hos
modos aſſumptos vti pallio decet , ſi eccle-
ſijs,ad quas aſſumuntur, dignitas pallij de-
beatur.ideò &c.habetur 100. diſt.per totū.
Conueniunt rub.de mā.ſ̃.de elec.c.ſignificaſti.& c.ſuffraga-
a nei.& c.quod ſicut.vſus aūt pallij,ad quem ſpectat.a dicit hic
Io.An. ꝙ propriè patriarchis.de priuile. c. antiqua. epiſcopi
verò hoc ornamento vtuntur quandoq; ex priuilegio. de pri
uil.c.antiqua.vnde autem dicatur pallium , & quid ſignificēt
illæ quatuor cruces,vna ante,alia poſt,alia à dextris,alia à ſi
niſtris,hic vide in nouella.

ADDITIO.

a ¶ Vſus autem pallij. Adde quid ſit pallium,& vnde dicatur, vt per Hoſtien. in ſumma.eo.tit.& per Zab.hic in princip.

CVm ſuper. Intra quālibet eccleſiam
prouinciæ ſuæ archiepi-
ſcopus pallio vti pōt, ſed extra eccleſiam hoc nō
poteſt.& ſunt duæ partes,conſultatio,& reſponſio. Secunda
ibi [quod ita.] ¶No.primò expoſitionē horum ver.[eccle-
ſię tuæ ] relata enim ad archiepiſcopum intelliguntur de om

nibus eccleſijs ſuę prouinciæ.& ſic largè hoc pronomẽ,tuus,
tua,tuum.& meus,mea,meum , referuntur ad res, in quibus
quis non habet plenum dominium : ſed aliquod ius in eis,
vt patet in archiepiſcopo , qui in eccleſijs ſuæ prouinciæ , &
prælatis habet iuriſdictionem limitatam, & non dicuntur ec
cleſiæ ſuæ.facit l. 1. §. domini appel. ff.ad Sille. & l. cum ſuæ.
cum tribus ſe.ff.de leg.3.& l.Quintus.§. argento.ff. de auro
& ar.le.facit quod no.Bar.ff.de no.oper.nun.ſuper rub.& fa
ciunt hæc ad no.s̃.de reſcrip.c.abbate.& c.mandatum.vbi ſi
Papa mandat prouideri in aliqua eccleſiarum ſuarum , quæ
eccleſiæ includantur ſub iſto ver.ſuarum.an eccleſiæ,in qui-
bus habet plus iuris : an verò ius conferendi tantũ . & quid
de eccleſijs exemptis,tenet hic Io. An. ꝙ quò ad vſum pallij
includantur ſub iſto verbo [eccleſia tua] j̃. de priuile. c.ar-
chiepiſcopo.in Cle.nam licèt ſint exemptæ,non deſinunt eſ-
ſe de diœceſi, vel prouincia.facit quod no. Io. An. in c. ſi pro
pter.de reſcrip.lib.6.in nouella. ¶ Oppo.glo.j̃.de verb. ſig.
c.cum clerici.vbi eccleſia ſtrictè aſſumitur pro cathedrali tã
tũ.So.vt in glo. 2. verba enim priuilegij ſunt largè aſſumen-
da,ſi non læditur ius alterius , vt hic:aliàs ſtrictè , vt in con-
trario.ad hoc facit quod no.Inn.in c.cũ dilectus.j̃. de dona.

*S V M M AE.*

1 *Archiepiſcopus alteri archiepiſcopo pallium ſuum commodare non poteſt.*
2 *Archiepiſcopus cum pallio ſepeliri debet.*

1 AD hæc, Archiepiſcopus † alteri archi
epiſcopo pallium ſuum com-
modare non poteſt.h.d.Et intellige, ꝙ inuitaue
rat alienum archiepiſcopum ad celebrandum , vt fieri ſolet.
7.q.1.c.epi.Cum ergo eſſet ſibi permiſſum inuitare,vt ibi.er
go & pallium commodare tanquàm ſequela.vt l.ad rem mo
bilem.& l.ad legatum.ff.de procura. Sed contrarium reſpon
detur,vt hic,ſecundũ Hoſt. & intellige, cõmodare ad vſum,
vt illum veſtiat.ſed ad videndum, vel inſtruendum ſartorem
non eſt prohibitum.collige ergo, ꝙ illa, quæ ſunt merè perſo
nalia,& inhærent perſonæ,non poſſunt commodari:ſicut,cũ
eſt electa induſtria perſonæ,non poteſt alius ſubrogari ſiue
ſubſtitui,vt l. inter artifices.ff. de ſolu. & l. nemo eſt qui ne-
ſciat.ff.de duo. reis. poteſt etiam eſſe ratio , quare non cadit
commodatum.quia vſu conſumitur.quo caſu cõmodari non
poteſt,niſi ad pompam,vel oſtentationem,vt l. 3. in fi.ff.cõ-
mo.ſed talis pompa in clericis reprobatur. nam militare de
bemus eo modo,quo Imperator noſter iubet.40. diſt.c.ante
2 omnia. ¶Secundò no.ꝙ archiepiſcopus † debet cum pallio
ſepeliri, & eſt ſpãle in iſtis veſtibus ſacerdotalibus , & ſpiri-
tualibus.laicus enim ſi iuberet poni in ſuo monumento ioca
lia,ſiue ornamenta,non deberet ſibi obediri.& inepta eſt ta-
lis voluntas.ff.de auro,& arg.leg.l.medico. §.fi. & de relig.&
ſum.fu.l.ſed & ſi quis.§.fructus.¶ Quid ergo ſi archiepiſco
pus non moritur, ſed transfertur ad alium archiepiſcopatũ.
dicit Io.An. cuſtodiendum primum, non vt cõmittatur,ſed
vt cũ eo ſepeliatur.& ſic ſepelietur cum duobus . de poſtu.c.
bonæ.il 2.vel dic, ꝙ corpus veſtiẽdum eſt cum vltimo pallio
tantũ.primũ verò ponetur ſupra caput,vel ſub capite,ſecun-
dùm Inn.quod videtur rationabilius,& quod dicitur de duo
bus,idem de pluribus.

*S V M M AE.*

1 *Officialem quis ſe appellare non debet,antequàm ſit adeptus officij plenitudinem.*
2 *Geſta perperam cautè reuocanda ſunt.*
3 *Conſtitutus inter duo mala,ſcilicet proximi & ſuijpſius, debet potius pati malum proximi.*

NIſi ſpecialis. ¶Per pallium trans-
fertur plenitudo pon
tificalis officij , & nomen archiepiſcopalis. h. d.
Et prima deciſa factum narrat.Secunda ibi[ſanè]factum ag
grauat.Tertiò concludit ibi[tu ergo.] Quartò comminatur,
1 ibi[quoniam.]¶No. primò,† ꝙ antequàm quis aſſequatur
plenitudinem officij,non debet ſe appellare officialem. facit
l. Publius.ff.de condi.& demõ.nam licèt ante conſecrationẽ
electus conſequatur ius: non tñ nomẽ officij. quod no. ¶Se-
cundò no.ꝙ in traditione pallij conſequitur quis plenitudi-
nem pontificalis officij.concor. 100.diſt.c.quoniam.& conſi
ſtit iſta plenitudo in executione illorum,quæ ſunt ordinis, &
quæ ſunt maximæ iuriſdictionis,ſicut conuocare concilium.
s̃.de elec.c.quod ſicut.§.plenum.quod dic,vt ibi.per confir-
mationem verò cõſequitur illa,de quibus in c. tranſmiſſam.
2 s̃.de elec.quod dic,vt ibi.¶Tertiò no. † ꝙ illa, quæ quis ma-
lè geſsit,debet cautè palliare,& reuocare.concor.j̃.de accu.
c.qualiter.il 1. nam & Ieſus finxit ſe longius ire. 1. q. 1.c.ex
his.& bona ſimulatio approbatur.quod me.cau.c. 1.& l. 1.§.
nõ fuit.ff.de dolo.vbi de bono dolo.& l.obſeruare.ff. de offi.
proconſul. & le.& bonum exemplum.de præſump.c.afferte.
3 ¶Quartò no.† ꝙ poſitus inter duo mala ſui,& proximi,po-
tius pati debet verecundiam,ac damnũ proximi, quàm ſuũ.
concor.ſunt in glo. fi. & Bernar.ad Eugenium li. de conſue,
In acquiſitione ſalutis tuæ nemo tibi germanior vnico ma-
tris tuę.& Socrates.Ita debes amico prodeſſe,ne tibi noceat.

AD honorem Dei. ¶Ro-
manus
pontifex ſemper , & vbique vtitur pallio : alij in
eccleſijs ſuis,& certis diebus tantũ,ibi [alij.] Et diuerſitatis
cauſam reddit ibi[quoniam.] ¶No.primò prærogatiuã Pa-
pæ in vſu pallij,& in multis alijs.dummodo enim non peccet
in fide circa Deum,ab aliquo iudicari nõ poteſt. ¶Secundò
no.ꝙ prælati eliguntur in partem ſolitudinis, non in plenitu
dine poteſtatis.concor. 2.q.5.c.qui ſe.per Hoſt. in ſumma.e.
titu.§.1.verſi.nobis.glo.magna ponit formam , qua pallium
tradatur,& quibus diebus vti liceat: infra quantum verò tẽ
pus debeat conſecratus petere pallium. dicit Io.And.ꝙ infra
tres menſes:aliàs ſibi commiſſa careat dignitate. 100.diſt.c.
quoniam.poteſt etiam peti per nuncium : dummodo ſit ido-
neus cum ſufficienti procuratorio, in quo aliqua exiguntur.
de quibus hic in nouella.& quid ſi nuncius fuit in itinere im
peditus,vel infideliter egit. dicit, ꝙ non imputatur ſibi.j̃. de
pig.c.ſignificante.debet tamen,cum nouit impedimentum,
mittere iterum & iterum , ſi toties procuratorem impediri
contigerit.facit quod no.j̃.de elec.c.cupientes.§.ad hæc.lib.
6.in glo.hæ perſonæ.& ff.ad Turp. l. 2.§.ſi mater.& §. igitur.
vtrùm autem ſatis ſit mittere nuncium infra tres menſes: vel
ſit neceſſe non ſolum mittere,ſed etiam petere: vel ſaltem ſe
præſentare coram Papa. dicit Ioan.An.ꝙ ſufficit mittere . &
de his plenius hic per eum.

*S V M M AE.*

1 *Archiepiſcopus pro negocijs eccleſiæ extra prouinciam morari poteſt.*
2 *Iuriſdictione in alieno territorio an quis vti poſſit.*
3 *Priuilegium Papæ intelligitur ſine alterius iniuria.*

EX tuarum. ¶Archiepiſcopus extra
ſuam prouinciam pallio
vti non debet, etiam ſi hoc habeat conſuetudo . &
ſunt duæ partes . In prima gratiæ petitio,petentis motiuum
continens. In ſecunda petitionis limitata exauditio,motiuũ
reprobans. Secunda ibi[licèt.]¶ Not.primò , ꝙ pro nego-
1 cijs eccleſiæ põt archiepiſcopus † extra prouinciam cõmo-
rari:tunc ,n. fingitur reſidere,de cle.non reſi. c.ex parte. il 2.



¶Secundò no.ꝙ iſte archiepiſcopus nolebat vti ex generali
conſuetudine regni : licèt de iure à conſuetudine prouinciæ
non debeat ſpecialis eccleſia deuiare.de quo.j̃.de offi.archi.
c.vlt.¶Tertiò no.ꝙ iſte verecundabatur non vti pallio extra
ſuam diœce.ſicut cæteri:ſed de modico verecundabatur,ſe-
cundùm Hoſt.cum non ſit uis in habitu,& ornatu veſtiũ,ſed
debet conuenire ornatus actionum. 100.diſtin.cap.priſca.&
cap. ſequen. ſed hodie cura datur ornatui , & honori : nec
militamus modo , quo præcipit nobis Imperator noſter , id
eſt Deus.40.diſt.c.ante omnia.¶ Quartò no.ꝙ concurrenti
bus,quæ in tex.dicuntur.ſ.neceſsitate,priuilegio , conſecra-
tione,vel ordinatione, & conſenſu diœceſani , poteſt archi-
epiſcopus in aliena diœce.vti pallio . Iſta enim ſcilicet ordi-
nare,& conſecrare (cum ſint epiſcopalis ordinis) dñt exerce
ri cum pallio.circa hoc reuocat Io.An.in dubium, an ꝑmiſ-
ſio diœceſani ſufficiat ad vſum pallij ſine priuilegio.Io.And.
ſuper ver.caſibus.tenet,ꝙ duo dñt concurrere,vt pallio poſ-
ſit vti.ſ.priuilegium permiſsio. & ꝙ alter de his caſibus ſub-
ſit: quorum altero deficiente,non vtetur pallio. & ſi quæris,
quid operabitur priuilegium Papæ.dic, ꝙ operabitur , quia
ſufficiet licentia.nam alter archiepiſcopus non poteſt vti pal
lio in eius prouincia.Innocen.tñ dixit,ꝙ ſola licentia eius,ad
quem pertinet prouincia,ſufficit ad vſum pallij ſine priuile-
gio.& ſecundũ hoc verbum,indulgemus,ſtat impropriè. ſed
quò ad hoc, ꝙ poſsit ſuffraganeos extra prouinciam conſe-
crare,& clericos ordinare,verbũ, indulgemus , ſtat propriè.
hanc opi.reprobat Io. An.ſuper ver.indulgemus.quod dic ꝑ
2 eum ſuper verbo permittat. ¶ Quintò no. † ꝙ iuriſdictione
poteſt quis vti in alieno territorio,permittente eo, cuius eſt
territorium,in quo iuriſdictio exercetur. & ſic videt̃, ꝙ eps
Señ. poſsit exercere iuriſdictionem in diœce. Florentina, il-
lo epiſcopo permittente.nam põt ibi clericos confirmare,&
beneficia conferre.j̃.de offi.le.c.nouit . & c. poſt electionẽ.
de conceſ.præben.& in caſu neceſsitatis,qñ in ſua diœce. vel
eius parte cognoſcere non poſſet,quia eſſet expulſus, dic, vt
in Cle. 1.de fo. compe. & vide quod ibi no. in alijs caſibus,
an partes poſsint prorogare iuriſdictionem extra territo-
rium,& ſic de loco ad locum.dic vt no.Cy.in l.ſi qui ex con-
ſenſu.C.de epi.audi.vbi omnino vide,& j̃.de offi. deleg.c.de
cauſis.& Io. An.tangit hic, ꝙ de conſenſu diœceſani põt epi
ſcopus in illius diœce.ſuos clericos excommunicare, iudica
re,& ordinare.9.q.2.c. 1.& 3.& c.non inuitati. & vide in di-
cto c.nouit.de offi.leg.ſuper prima glo. ¶ Vltimò no.ꝙ pri-
3 uilegium † Papæ intelligitur ſine alterius iniuria.concor.l. 1.
§.ſi quis à principe.ff.ne quis in lo.pub.cum ſi.& eſt ar.ad q.
fratrum prædicatorum,& minorum, ꝙ licèt ſint priuilegiati
ſuper audiendis confeſsionibus,requiritur tamen parochia-
lis licentia.de quo.j̃.de pœni.& remiſ.c.omnes.in 6.gl.quod
dic hodie,vt in Cle.dudum.de ſepul. ¶ Opponit glo. de.l. 1.
ff.de offi.proconſul.vbi proconſul vtitur inſignijs vbiq;,poſt
quàm ingreditur vrbem.dicit Io. An.ꝙ ibi contingit ratione
mittentis. Hoſt. dicit,ꝙ ibi nulli fit præiudicium . hic ſecus:
quia locus,in quo iſtud ſignũ paratur, ſubiacet iuriſdictioni.

CVm ſis. ¶In qualibet eccleſia prouin-
ciæ permiſsis diebus archiepi-
ſcopus Miſſam celebrans poteſt vti pallio.h.d.&
per iſtud verbum,vbicũq; , dixerunt quidam,ꝙ archiepiſco
pus inuitatus vtitur pallio in Miſſa extra prouinciam: dum-
modo diœceſanus conſentiat: ſed in conſecratione,vel ordi-
natione non vtitur niſi ex priuilegio.quæ dicta reprobat hic
Ioan.And.

TVanos. ¶Sine pallio , & ſandalijs poteſt
archiepiſcopus celebrare . quæ
ſint ſandalia , & compages,no.93.diſt.c. nonnulli.
§.compages.¶Quærit glo.an in aliena diœce. poſsit archi-
epiſcopus celebrare ſine diœceſani licentia,tenet glo.ꝙ non.
Hoſt.intelligit,quando vult ordinare, vel epiſcopalia exerce
re: aliàs,dummodo ſint noti , putat, ꝙ poſsint ẽt ſolemniter
celebrare.dicit Inno.ꝙ de licentia diœceſani,vel etiam paro
chialis ſacerdotis celebrare poterunt:dummodo ſine ponti-
ficalibus celebrent.illis enim non poſſunt vti,niſi ſupereſſent
priuilegiati.j̃.tit. 1.c. ad ſupplicationem . ſed ſecundũ Hoſt.
& cum pontificalibus, & ſine licentia poterunt celebrare,ſi-
cut obſeruat generalis conſuetudo , & etiam prædicare,niſi
ſpecialiter prohibeatur. quod dic , vt plenè no.j̃. de hære.c.
excommunicamus.& in Cle. 2.de priuile.in glo. pontificali-
bus.indulgentias verò , quæ ſunt iuriſdictionis, non poſſunt
dare.j̃.de pœni. & re.c.4.& 9.q.2.c. 1. & ſe. facit c. fina. de
priuile.lib.6.

# De Renunciatione.

QVIA ea, quæ poſtulatione, electione, vel
tranſlatione acquiruntur, plerunq; renun-
ciatione perduntur . ideo &c. habetur de
materia.7.q.1.& 2.& repetitur in 6.& Cle.
faciunt ad rub.s̃.de reſcrip.c.ad audientiã.
il 2.j̃.quod metus cauſa.c.abbas.cum duo
bus ſequen.de fer.c.fina.de appel.c. quia nos. de voto.c. per
tuas.de ſimo.c.ex inſinuatione. cum alijs ſimi. hic all. in no-
uella.vbi colliguntur alia iura extra propoſitum tit.de renũ-
ciatione tractantia .

*S V M M AE.*

1 *Beneficio quis cedere poteſt propter inſufficientiam , vel ſenectutem.*
2 *Dicto illius,qui allegat ſe inſufficientem , vel debilem an ſtari debeat.*
3 *Prælatus æquiparatur vſufructuario.*
4 *Armatus ante victoriam arma deponere non debet.*

LIteras. ¶Non datur licentia cedẽdi epiſco
po,qui propter ſenectutem vult ce-
dere,ſi neceſſarius,vel vtilis ſit eccleſiæ ſuæ. h. dicit.
1 ¶No.primò,† ꝙ propter inſufficientiã,aut ſenectutẽ poteſt
quis cedere beneficio.j̃.eo.c.niſi.§. alia. & de æta. & qua. c.
2 vlti. ¶Secundò no. † ꝙ ſuper inſufficientia , ſiue debilitate
non ſtatur dicto eius,qui talem ſe aſſerit , nec ſuperior tene-
tur ſibi credere, ſicut nec ecõuerſo credendum eſt aſſerenti
ſe peritum,& fatuus eſſet talis, vt no.s̃.de ele. c. cum in iure.
¶Tertiò no. ꝙ ſæpe melius eccleſia gubernatur ſub cura ꝑ-
lati debilis , & antiqui, quàm ſub cura noui , & incogniti .
¶ Quartò no.ꝙ quandoq; in ſene feruor ſpiritus eſt effica-
cior,etiam corpore langueſcẽte: & hoc dicit Tullius li. 1. de
officijs.Senibus labores corporis minuendi, cum tamen co-
gitationes augendæ videantur. & Io.An. refert Valerium,&
Hiero.commendantes quoſdam ſenes. ¶ Quintò no. ꝙ põt
ſuperior non admittere ceſsionem & renunciationem præla
ti,arg.contra.ff.de vſufru.l.cum vſufructuarius.æquiparatur
3 enim prælatus † vſufructuario,vt in c.præſenti.de offi. ordi.
lib.6. ſed vſufructuarius liberatur ab onere reali , ſi vult re-
nunciare vſusfruc.dic vt dixi.j̃.de re iudi.c.cum inter nos .
¶ Sextò no. in ver. monemus. ꝙ ante victoriam non debet
4 armatus † arma deponere.concor.ſunt in gl.& Hiero.ad Lu
cinum.Cœpiſſe multorum eſt,ad culmen perueniſſe pauco-
rum. nam & Deus imperfectum non nouit.j̃. de bap. c.ma-
iores.ver.adhuc.

*S V M M AE.*

1 *Renunciatione facta quis poteſt eligi de nouo ad beneficium renunciatum.*
2 *Iuramentum ex cauſa ſuperuenienti obſtare non habet.*

CVm inter. ¶ Qui abiurauit beneficium, licitè petit illud, ſi
denuo eligatur. h. d. ſecundũ glo. quæ lectura pla
cet Io. An. ſed ſecundũ Gof. iſte. P. impetrauit tria paria lite-
rarum, primas renunciauit in manibus Capituli: & quia illu-
ſerunt ei, impetrauit ſecundas, ꝙ non obſtante renunciatio-
ne deberet ſibi beneficium aſsignari, quod per maioré partẽ
Capituli fuit factum: cui ſe minor pars opponebat ratione
abiurationis. vnde impetrauit tertias literas huius Decr. Vel
dic tertiò, ſecundũ Hoſt. ꝙ impetrauit literas, quas abiura-
uit, & ſubiecit ſe miſericordiæ Capituli. maior pars eum re-
cepit, minor contradixit. Et prima pars deciſa narrat factũ.
1 ſecunda dat iudicẽ, ibi [ideoq;.] ¶ No. primò, † ꝙ poſt renun
ciationẽ pót quis de nouo eligi ad beneficium renũciatũ: re-
nunciatio ergo præiudicat in iure de præſenti, non in iure de
futuro. & hoc eſt verũ in dubio. Sed in caſu certo, an quis poſ
ſit renunciare iuri futuro: & per pactũ reddere ſe inhabilem
ad certum beneficium, an poſsit, vide pro & cõtra. C. de pac.
l. 1. ¶ Sed hic incidenter quæritur. pone, ꝙ in contractu repe
riuntur hæc verba. remiſit omne ius, quod habet, & quod ha
bere ſperabat in tali beneficio: an videatur remittere ius, qđ
habet de præſenti, vel etiam de futuro. dic, ꝙ videtur remit-
tere ius, quod habet de præſenti, vel ſperabat habere de futu
ro ex cauſa de præſenti: aliàs non dici t ſpes illa, quæ non eſt
fundata de præſenti. ita no. Bar. in l. poſt emãcipationem. ff.
de libe. le. & ad materiam facit l. qui Romæ. §. duo fratres. ff.
de verb. obl. ¶ Secundò no. ꝙ ſicut ſententia non ſe extendit
ad ius, quod ſuperuenit poſt ſententiam: ita nec iuramentũ
2 † habet obſtare ex cauſa ſuperuenienti. facit l. nam & poſtea.
§. ſi damnetur. ff. de iureiur. & l. ſed ſi poſſeſſori. §. fi. e. titu. &
in c. quẽadmodum. de iureiur. ¶ Tertiò no. ꝙ in receptione
canonicorum requiritur maior, & ſanior pars Capituli. An
autem ſit ſeruanda forma. c. quia propter. dic vt ibi. ¶ Opp.
j̃. de iureiur. c. ſi verò. vbi iuramentum obſtat renuncianti.
Sol. vt hic in nouella ſuper ver. iuramentum. quia refert opi.
Inno. ꝙ quamuis iurauerit Capitulo non repetere: non tamẽ
deierauit, ſi poſtea recipit electus canonicè à canonicis, qui
potuerunt illum à iuramẽto abſoluere. j̃. de ſpon. c. gemma.
& de iureiur. c. 1. & hoc no. an ille, qui iurat aliquid non pete
re (puta debitum) poſsit recipere à ſpõte ſoluente. hoc enim
non petere videtur denotare motionem litis, vt in l. amplius.
ff. rem ra. ha. ille autem, qui recipit quod offertur ſponte, &
extra iudicium, non videtur includi. facit quod no. Bar. in l.
non ſolum. & ibi etiam per Bal. ff. ſo. ma. & quod dixi. j̃. de iu
reiuran. c. ad noſtram. & per prædicta dicit hic Inno. ꝙ idẽ. ſ.
ꝙ poſſet licitè retinere, non obſtante iuramento, ſi per inue-
ſtituram Papæ illum recepit. de vulga. & pupil. l. ex facto. §.
1. Si autem recepit à Papa, non facta mentione de iuramen-
to: vel facta, ſed non ſubeſſet cauſa diſpenſandi: quantũcũq;
diſpenſaret Papa, non conſulit Inn. ꝙ veniat contra iuramen
tum. facit quod no. j̃. de voto. c. non eſt. ſi tamen diſpenſaret,
& cauſa ſubeſſet, ſecurè poſſet agere. 7. q. 1. c. ſcias. §. 1. & di-
cit Hoſt. ꝙ quicquid dicatur, ſiue à Papa, ſiue à Capitulo di-
ctum beneficium ſibi oblatum fuerit, ipſum recipere potuit.
& per conſequens ſtallum, & locum, & ſpectantia ad bene-
ficium petere ex noua inſtitutione, vt dicit glo. & hoc placet
Ioan. An. &c.

S V M M AE.

1 *Profiteri quis poteſt, etiam ſi eſt conſtitutus in articulo mortis.*
2 *Bona an ſint reddenda ei, qui à vinculo Eccleſiæ eſt abſolutus.*
3 *Scholaris recedens per aliqua tempora, ſi reuertatur poſtea, an di-
cetur nouus ſcholaris.*

EX tranſmiſſa. ¶ Qui renunciat beneficio ſuo tacitè,
vel expreſsè, illud repetere non poterit. Prima pars
ponit partis querelam. Secunda prouidet ibi [verùm] vel ali
ter, ſecundũ Ab. Qui ad ſui petitionem licentiatus tranſit ad
aliam eccleſiam, perdit ius, quod habebat in prima. ¶ Not.
1 primò, ꝙ in articulo mortis † poteſt quis profiteri: nec infir
mitas habet impedire, niſi eſſet extra mentem. j̃. de reg. c. ſi-
2 cut tenor. ¶ Secundò no. an bona † ſint reddenda ei, qui à vin
culo eccleſiæ eſt abſolutus. tex. enim facit, ꝙ ſic. de quo in gl.
ſed qualiter. ¶ Tertiò no. ꝙ q. ſemel fuit ab eccleſia abſolu
tus, poteſt iterũ recipi: ad hoc tamẽ canonici non coguntur,
vt in tex. & aduerte, quia ſi de nouo recipit, non habebitur
vt antiquus canonicus: ſed vt nouus. quod eſt vtile ſcire pro-
pter prærogatiuam, quæ debetur quandoque antiquioribus,
vt in c. ſtatuimus. de ma. & obe. & in c. vlti. de conſue. lib. 6.
3 ¶ Quid de ſcholari, † qui receſsit de ſtudio, & poſt aliqua tẽ
pora rediit: an habebitur tanquàm nouus ſcholaris: vt ſic
teneatur ad nouam matriculam ſoluendam: an verò habe-
bitur vt antiquus. videtur conſiderandum, an depoſuerit cõ
ſuetudinem redeundi: vt ſic iterum ſoluere teneatur, vt l. na-
turalem. §. in his. ff. de acqui. re. do. vbi dicit Bar. ꝙ ſi per quin
quẽnium fuit abſens à ſtudio, matricula eſt priuatus. ſi mino
ri tempore, non, vt eſt tex. in l. fi. C. de primic. li. 12. circa me-
dium. & de dome. l. 2. e. li. & licèt poſt talem priuationem re-
uertatur iterum. tamen matriculam ſoluere non debet, vt l.
penul. C. de conſulibus. circa fi. lib. 12. & hoc eſt etiam vtile
pro Doctoribus receptis in aliquo collegio Doctorum pro-
pter lecturam. nam ſi ceſſant legere ad tẽpus, & poſtea reaſ-
ſumũt, non tenẽtur ſoluere pro introitu: ſicut alii, qui de no-
uo intrãt ex forma fortè ſtatuti. facit l. filio quem pater. ff. de
lib. & poſthu. ibi [non tranſlatus, ſed redditus videretur] &c.
& finem huius. c. inducit Io. And. ad q. de depoſito, an poſsit
eum reſtituere epiſcopus, inuito patrono. arg. eſt hic, ꝙ non.
quia per reſtitutionem cẽſetur nouus homo. remittit de iſta
q. ad no. per eum in c. quamuis. de reſcri. lib. 6. ¶ Opponitur
à diuiſione. aut iſte fuit profeſſus: & tunc nulla quæſtio, ꝙ re
cipi non debet vlterius in canonicum in eccleſia ſeculari. j̃.
de regu. c. ſuper eo. aut non erat profeſſus: ergo adhuc non
amiſerat beneficiũ in priori eccleſia. j̃. de regu. c. beneficiũ.
dic ſecundùm Hoſt. ꝙ quando recuperauit bona ſua, ſi bene
ficium expreſsè non renunciaſſet, ſtandum eſſet contrario.
& hoc facit ad q. illius, qui tranſiuit de vna religione ad ſtri-
ctiorem, an vocandus ſit ad electionem primi monaſterii va
cantis infra tempora probationis. remittit ad not. in dicto c.
beneficium. de regu.

S V M M AE.

1 *Clericus abſque conſenſu diœceſani non poteſt tranſire de vna eccle
ſia ad aliam.*
2 *Clerici inconſulto epiſcopo eccleſias egredi, vel ingredi non debent.*
3 *Intitulati an poſſint, inuito epiſcopo, tranſire ad religionem.*

a ADmonet. ¶ Beneficiatus [a] ſine licẽ
tia prælati ſui beneficio
renunciare non poteſt. Primò ponit prohibitio
nem. ſecundò ipſam tranſgreſsionem puniri præcipit, ibi [ꝙ
ſi quis.] ¶ No. primò, ꝙ generalis eſt iſta prohibitio [vniuer
ſis perſonis] &c. comprehendit enim non ſolum clericos: ſed
etiam laicos, per quos poſſent regi hoſpitalia: quæ tamẽ ſuo
rum epiſcoporum tuitione conſiſtunt. j̃. de reli. do. c. de xeno
dochiis. & 18. q. 2. c. quid de monachorum. & c. quia contin-
git. de reli. do. in Cle. ¶ Secundò no. ꝙ abſque cõſenſu diœ-
1 ceſani non poteſt clericus † tranſire de vna eccleſia ad aliã.
de quo. 7. q. 1. c. placuit. il 1. 21. q. 2. c. 1. & intellige, ſecundũ
Vinc. & Tan. ꝙ ſi clericus tranſit de vna eccleſia ad aliam in
eadem diœce. ſufficit tacitus conſenſus ſui epiſcopi. ſi autẽ
alterius diœce. requiritur expreſſus. ¶ Tertiò no. iuriſdictio
nẽ epiſcopi contra intrantes detinentes, aut dimittentes be-
neficia eo inconſulto, & intellige, ꝙ nõ ſufficit conſulere, niſi
cõſenſum obtineat: niſi cũ vellet religionẽ intrare. de regu. c.
2 licet. ¶ Querit glo. dicitur hic, ꝙ non debẽt clerici † eccle-
ſias ingredi, vel egredi, inconſulto epiſcopo. quid in clericis,
qui non habent inſtitutionem ab epiſcopo: ſed ab alio præla
to (puta abbate, vel ſimili) dicit gl. ꝙ idem. pro hoc facit iſte
tex. dũ dicit [ad ordinationẽ tuã.] &c. & hoc no. in c. ep̃s de
loco. 7. q. 1. vbi etiã no. nunquid clericus nolẽs trãſire de mi-
nori ad maiorem ab ep̃o cogi poſsit. de iſto tñ conſenſu vide
quod not. j̃. e. c. qđ in dubiis. ſuper glo. 1. vbi reuocat Inn. in
dubium, an in renunciatione non ſolũ interuenire debeat au
ctoritas prælati p̃cipientis reſignationẽ: ſed ẽt conſenſus ca-
nonicorũ eccleſiæ, quam reſignat. tenet ꝙ ſic. 18. q. 3. c. ſtatui
mus. cõſenſus aũt Capituli maioris eccleſiæ nõ requirit, niſi
renunciaret magnæ dignitati: vel niſi eſſet p̃ſona, de qua ma
gnũ onus, vel periculum eccleſiæ immineret. tunc. n. quia ma
gnũ eſt negocium, requiritur conſenſus Capituli maioris ec
cleſiæ. j̃. de his, quæ fi. à præla. c. quantò. Cum aũt p̃latus per
electionẽ aſſumptus renũciat, an debeat renunciare in mani-
bus ſubditorũ, vel canonicorũ, vel in manibus fratrũ, vel in
manibus ſui præpoſiti. Inn. in d. c. quod in dubiis. tenet, ꝙ nõ
poſsit in manibus p̃dictorũ: ſed in manibus ep̃i, vel cõfirma-
toris. s̃. e. c. admonet. niſi ad illum præpoſitũ ſpectaret confir
matio, & inſtitutio: tunc. n. bñ poſſet cũ ſuo conſenſu renun-
ciare, ſicut in monacho no. j̃. eo. c. vlt. & tradit circa hoc Inn.
regulam, ꝙ ad hoc vt valeat ſententia alicuius ſuper renũcia
tione, requiritur ꝙ poſsit eũ in iudicio inuitũ deſtituere. Ita
no. Inno. j̃. e. c. qđ in dubiis. in fi. ¶ Secundò quæritur. pone,
ꝙ clericus ſe tranſtulit ad aliã eccleſiã ſine licentia ſui p̃lati,
cuius conſenſus erat neceſſarius, vt prædixi. q̃ritur de uiri-
bus talis tranſlationis. dicit glo. ꝙ ſuperior poterit dictũ tran
ſitũ ratũ hr̃e. & tunc quando ratũ habet, vacat primũ benefi-
ciũ. qñq; non habet ratum talẽ tranſitũ. & tũc poteſt ipſum
reuocare inuitũ, vt hic. qñq; talem tranſitũ nõ approbat, nec
reprobat, ſed tacet. & tunc an ille, ad quem ſpectat electio, ſi
ue pręſentatio primæ eccleſiæ, poſsit ſtatim p̃ſentare, vel eli-
gere. dicit Inno. ꝙ non: ſed debet requirere diœceſanum, cu
ius conſenſus exigebatur, an velit approbare, vel reprobare
dictam tranſlationem. ¶ Alii dicunt, ꝙ niſi diœce. infra men
ſes. 6. talem cum effectu incępit reuocare, elapſis. 6. menſi-
bus, poterit ad quem ſpectat præſentatio, vel electio proſeq
ius ſuum. & idem ſi infra ſex mẽſes charitatis monitioni no-
luerit rñdere, ar. s̃. de elec. c. fi. & de ſupplen. negli. præla. c. 1.
qñq; intitulatus in vna eccleſia nõ ſe tranſtulit ad aliam: ſed
electus fuit. & tunc an ſine licentia ſui diœceſani poſsit ele-
ctioni de factæ conſentire, & ad ipſam eligi. & ꝙ poſsit eligi,
non obſtan. ꝙ ſit ligatus, no. hic glo. & bene. & idem Ioã. 61.
diſt. §. ſed aliud. & de hoc. s̃. de poſtu. c. vlti. Sed an conſenti-
re poſsit ſine licentia ſui prælati, videtur hic conſentire gl. ꝙ
non. quã tñ ſi denegaret, poſſet cogi per ſuperiorem. & nomi
ne ſuperioris intellige Papam, cum nullus alius poſsit rem
vnius alteri dare. j̃. de offi. leg. c. dilectus. & de reli. do. c. con-
ſtitutis. ſecundùm Ab. Io. An. hic dicit, ꝙ talis legatus eccle-
ſiæ poteſt ad aliam eligi, & electioni de ſe factæ cõſentire. ſed
in tranſlatione requiritur licentia, vt hic. & 71. & 72. diſt. per
totum. ¶ Quid ergo ſi electus negligit q̃relam proponere de
ſuo ſuperiore, non concedente, vel denegante licentiã: ſed re-
tinente eum in ſuſpenſo. dicit Io. And. ꝙ poterit diœceſanus
ſecundæ eccleſię præfigere tempus electo, infra quod à pri-
mo diœceſano licentiam obtineat. alioquin ſecundæ eccle-
ſiæ erit de alia perſona prouidendum. j̃. vt lit. nõ conte. c. qm̃
frequenter. §. ſi verò aliter. & de cle. non reſi. c. quia nõnulli.
& c. relatum. tu dic, vt not. j̃. de elec. c. quàm ſit. lib. 6. & licèt
prędicta de iure procedant, ſecundùm Hoſt. quotidie ſine li-
centia eligunt, & electioni de ſe factæ conſentiunt, & recipiũ
tur. & ex quo ſic tranſlati recepti ſunt ad prelaturam, ſiue re
ctoriã eccleſię, priora beneficia ipſo iure intelliguntur vaca-
re: quæ tñ plerũq; de facto retinent. Sed multa per patientiã
tolerantur, quæ aliàs non tolerarentur. ¶ Tertiò quæritur:
3 an intitulati † poſsint tranſire ad religionem, inuito ep̃o, te-
net, ꝙ ſic, per petitam tñ licentiam: multò ergo magis epiſco
pari inuito pręlato. cum ipſi ſint cõis vtilitatis, ſed in religio-
ne priuata, ſecundùm quoſdam: ſed præſumptio ambitionis
obiectionem ſoluit. & no. 63. di. c. literas. in fi. glo. & hoc ca-
ſu, quando religionem ingreditur, an infra tempus probatio
nis poſsit ſuum beneficium alteri transferre, vide quod no.
Io. An. ſuper ver. dimittere.

ADDITIO.

a ¶ Beneficiatus. Vide infra de appel. c. conſtitu. in fi. per Ancha. & per Bal.
in l. Barbarius. ff. de offi. præto. & per Io. Ray. de prohi. feu. alie. per Fre. in
§. plena. in 15. col. vide l. legatus. ff. de offi. præſi. Io. de Ana. in c. excom-
municamus. §. quia. ver. hoc tangit. propè fi. facit c. prudentiam. §. adii-
cimus. de offi. dele. & c. ſciſcitatus. de reſcrip. & de hære. c. geminus. c. quã
uis. de procur. lib. 6. 3. notabili.

S V M M AE.

1 *Probatio in contrarium contra iuris præſumptionem admittitur.*
2 *Cauſæ plures poſſunt mouere iudicem ad ſententiam ferendam.*

IN pręſentia. ¶ Qui ſponte renunciauit electioni de ſe factæ,
non auditur vlterius ſuper ea. Et primò ponit genera-
lem cauſam confirmationis ſententiæ. Secundò ſpecialem
ibi [quia tamen.] ¶ No. primò principium huius. c. quòd ex
multis debet iudex informare animi ſui motum. & ex motu
iudicis ſemper præſumitur pro ſententia, vt hic: ſed non ita
ſemper ex proceſſu, vt j̃. dicam. ¶ Secundò no. ꝙ contra præ
1 ſumptionem iuris admittitur probatio † in contrarium. de
quo plenè. j̃. de ſpon. c. is qui fidem. ¶ Tertiò no. ꝙ plures
2 cauſę † poſſunt mouere iudicem ad ſententiam proferendã.
quid ergo ſi falſa cauſa exprimatur in ſententia, an vitiet ſen-
tentiam. dic, ꝙ aut exprimitur falſa cauſa iuris (quia contra
ius ſcriptũ) & non valet. aut falſa cauſa facti: & tunc valet. aut
mixtim vna cauſa cõtra ius: altera non. & idem: vt ſic res po
tius valeat, q̃ pereat. de verb. ſig. c. abbatem. ſecundùm Inno.
& Hoſtien. dixi plenè de materia. j̃. de re iudi. c. ſicut nobis.
¶ Quærit glo. quis debeat probare in cauſa appellationis,
an appellans ſententiam eſſe iniuſtam: an appellatus, ꝙ iuſta.
arguit ꝙ victor debeat probare ſententiam rectè latam per
§. illud. in Authen. de his, qui ingre. ad ap. deinde concludit,
ꝙ ſtatur ſententiæ, donec probetur contrarium. & hoc quan
do dicitur ſententia iniuſta ex cauſa, non ratione proceſſus,
ſcundùm glo. Io. And. ſuper ea recitat multorum opi. dicunt
. n. quidã, ꝙ aut vnus proſequitur appellationem, aut vterq;.
Si vnus altero abſente, ille probet, quicunq; ſit. vnde ſi victor
proſequitur (quia petit confirmationẽ) debet probare, ꝙ iu
ſtè meruit ſententiam, vt in dicto §. illud. Sic econtra, ſi ap-
pellatus ſolus proſequitur, debet oſtendere iniuſtitiam. C. de
appel. l. fi. Si vterq; proſequitur, dicunt, ꝙ probabit appellãs.
Alii dicunt, ꝙ aut quæritur, cui incumbat onus probãdi ſen
tentiam ſic latã. & probabit appellans. ¶ Aut quæritur, quis
debeat probare id, quod in ſententia dicitur æquum, vel ini-
quum. hoc eſt merita cauſę principalis: & debet probare ille,
qui debebat in principali. nec mirũ; quia per appellationem
extinguitur pronũciatum, vt l. 1. in fi. ff. ad Turpil. Alii dicũt.
aut quæritur, cui incumbat onus probandi ritè appellatum.
& dic, ꝙ appellanti. ¶ Aut quæris, cui incumbat onus pro-
bandi debitum principale: & tunc probet ille, qui debebat
probare in principali: & iſta eſt communis opi. & vera, quan
do appellatur à diffinitiua. Si autem appellatur ab interlo-
cutoria. dic, vt in c. debitus. & c. cordi. de appel. lib. 6. & præ-
dicta procedunt, quando ſententia eſt appellatione ſuſpen-
ſa. Si autem tranſiuit in rem iudicatam, & dicitur poſtea,
ꝙ non valet, quia non fuit pars citata, vel non fuit lis conte-
ſtata, vel alius ordo iuris omiſſum: an hoc debeat probare
qui habet ſententiam pro ſe, vel qui impugnat, not. Specu.

in ti.de ſen.prola. in fi. qui recitat opi. Cōpoſt. hic dicentis, ꝙ quando conſtat ſententiā latam præſentibus partibus, quæ tranſiuit in rem iudicatam: vel quia non fuit appellatum: vel quia appellatio fuit deſerta: vel quia appellans in appllatione ſuccubuit: & preſumitur ſententia iuſta cum ex ordine, tum ex cauſa: nec vlterius de conteſtatione, vel alio ordine, vel alia iniuſtitia erit quærendum. nam difficile eſſet ſemper omnia acta cauſæ recenſeri. & idem dicit, ſi parte uicta abſente per contumaciam lata ſit ſententia. probata enim contumacia, ſufficit probare ſententiam, & auctoritatem iudicis. quia contumax habetur pro præſente. de iudi.l. properandum. Secus ſi pars victa fuiſſet abſens non per contumaciā, nec procurator eius præſens, vel ſententia fuerit appellatione ſuſpenſa: quia tunc non præſumitur pro proceſſu, litis conteſtatione, vel alijs, niſi quatenus &c. vt in d. c. qm̄. de proba. & dicit, ꝙ ſic ſeruat curia. & ſic appellatus defendens ſententiam probabit ordinem ſeruatum. alia hic vide per Io. And. circa prædicta. & in c. quoniam.

SAnè. ¶ Qui renunciat literis beneficialibus, non ideo inſtitutioni iam factæ per ipſas renunciare videtur. & ſic ius continet hæc Decre. ſecūdū glo. & Ab. vt ĩ. dicam. ¶ No. primò, ꝙ legatus auctoritate Papæ inſtituit iſtum. H. an aūt auctoritate ſua poſsit conferre præbendas, & beneficia. de quo. ĩ. de offi. le. c. preſenti. & c. deliberatione. ¶ Secundò no. ꝙ iſte. H. ſubiecit ſe miſericordiæ Capituli. & quia Capitulum poſtea non admiſit eū iniuſtè. ideo compellitur. ex quo collige, ꝙ hæc verba [ſubijcio me miſericordiæ tuæ] &c. non denotant liberam voluntatem: ſed arbitrium boni viri. ſicut ver. videtur, & ver. ſi placuerit, ſi fueris arbitratus, & ſimilia, vt ff. de leg. 3. l. 11. §. quā quàm. & l. pen. ff. de arbi. & l. Thais. §. ſorore. ff. de fideicom. liber. facit quod no. in Cle. paſtora. de re iudi. ¶ Oppo. dicitur hic, ꝙ iſte H. tradidit literas Capitulo: ergo per hoc videtur renunciare iuri ſuo. quia traditio inſtrumenti operatur remiſsionem debiti. ĩ. de pac. c. cum pridem. & C. de dona. l. 1. cum ſi. alleg. in glo. & ſic. cum ergo non habuerit actionē, nō potuit agere. nec ſine iure debuit audiri, vt ff. de neg. geſt. l. ſi pupilli. §. vlti. Sol. gl. quæ incipit ſic. infra format iſtud cōtrarium, & ſoluit, ꝙ iſte in defectu actionis, ſuadente æquitate, implorauit officiū iudicis, quod datur ſemper loco actionis deficientis, vt l. quod ſi minor. §. vlti. ff. de mino. & prædicta æquitas fundatur in hoc. hanc literarum traditionem fecit exhibendo Capitulo honorem, & reuerentiam: illa autē, quæ fiunt propter reuerentiam, & pudorem non obligant, vt l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum re. ac. non da. & l. pen. ff. de fur. & no. 22. q. 4. c. vnuſquiſque. & ſecundùm hoc non eſſet neceſſarium officium iudicis: ſed ipſo iure prima actio, ſiue ius ſeruaretur illæſum. ¶ Secundò oppo. de c. cum inter ſeniorem. ſ. de ele. vbi ei, qui renunciat beneficio, non ſubuenitur, licèt fides, & promiſsio non ſeruetur ſibi: multò ergo minus debet ſibi ſubueniri, cum nihil ſibi fuit promiſſum, vt hic, licèt aliud gereret in mente, ſiue crederet. de quo nō eſt curandum, ſi ore non expreſsit, vt l. ſi repetendi. C. de condi. ob cauſam. Sol. vt in dicta gl. quę ſoluit vltimò, ꝙ per reſtitutionem harum literarum non renunciauit inſtitutioni factæ à legato: cui non renunciauit per talem reſtitutionem literarum. Io. An. recitat opi. Io. de Deo. qō. 2. lib. 19. qui tenet, vt ſ. ꝙ tradens literas, & miſericordiæ Capituli ſe ſubmittēs, iudicis officio ſubuenitur: ſecus ſi ſine traditione literarum ſimpliciter ſe ſubmittat. ĩ. e. c. veniens. vbi de hoc in fi. ſecundæ gl. poſſet dici, ꝙ dicta traditio literarum non habeat vim renunciationis. renunciatio enim gratuita habet vim cuiuſdam donationis, vt patet ex no. in l. 1. C. de confeſ. per Cy. donatio autem nunquàm præſumitur, niſi poſsit ſubeſſe alia cauſa, vt l. ſicum aurum. ff. de ſolu. Sed hic ſubeſt alia cauſa, quàm donationis. quia hæc verba [miſericordiæ ſe ſubmittens] &c. non ſignificant meram liberalitatem: ſed arbitriū boni viri, vt prædixi. quod ſi eſt iniquum, vt hic fuit, debet corrigi. vt dicta l. penul. ff. de arbi.

*S V M M Æ.*

1 *Clericus poſſeſsionis cauſam an ſibi mutare poſsit.*
2 *Reſignatio facta in manu laici eſt nulla.*
3 *Conſenſus in renunciatione cuius requiratur.*

1 QVod in dubijs. ¶ No. primò, † ꝙ
a clericus [a] nō pōt ſibi cauſam poſſeſsionis mutare recipiēdo de nouo de manibus alterius, quàm collatoris. & ſi recipit, poteſt beneficio ſpoliari. In priuato autem, ſi rem, quam ab vno retinet, incipiat alterius nomine poſsidere, & illi de penſione reſpondeat, an priuet priorem locatorē ſua poſſeſsione. dic, vt l. quamuis. §. 1. & l. ſi de eo. ff. de acqui. poſ. nemo enim poteſt ſibi cauſam poſſeſsionis mutare, vt l. cum nemo. C. de acqui. poſ. & l. ſi. eod. ti. vbi de hoc. ¶ Secundò no. ꝙ reſignatio
2 † facta in manu laici eſt nulla. renunciatio enim debet fieri in manibus illius, qui pōt illum inuitum deſtituere, ſecundū Hoſt. vt dixi. ſ. e. c. admonet. ¶ Opponit gl. dicitur hic, ꝙ iſte pōt beneficio ſpoliari. contra, quia non tenet renunciatio, vt in fin. literæ. Si ergo conatus effectum non habuit, non meretur pœnam, vt l. 1. ff. quod quiſq; iuris. So. dicit glo. magna, ꝙ non tenuit renunciatio, quantùm ad eccleſiam: ſed bene tenuit quò ad ſe, & ſui præiudicium. Idem Goff. hic, & ſ. eo. c. admonet. & idem Tan. Lau. Phi. & Egi. ad hoc. ĩ. de appel. c. cum appellationibus. lib. 6. facit quod no. 49. diſt. c. vlt. Gul. Naſo per id, quod dicit tex. [nullam obtinet firmitatē.] &c. dicit, ꝙ renunciatio non tenet, etiam quò ad ſe. & idem dicit Hoſtiē. tex. enim dicit, ꝙ non tenet renunciatio: nec dicit, ꝙ ius ſuum amiſerit: ſed quod beneficio ſpoliatur. Inno. ſentit, ꝙ poſſeſsionem perdat. ſ. eo. c. ſuper hoc. Vincen. dicit, ꝙ qui illicitè renunciat, re integra poteſt repetere. 7. q. 1. c. eos. & de ceſ. bo. c. is qui. ¶ Vlterius tangit hic Io. An. cuius con-
3 ſenſus † requiratur in renunciatione, an illorum, ad quos ſpectat electio: vel illius, ad quem ſpectat præſentatio, inſtitutio, vel confirmatio. poſſunt enim aliqua ex prædictis concurrere in prouiſione eccleſiæ vacantis. dic vt dixi. ſ. eo. in c. admonet.

ADDITIO.

a ¶ Clericus. vide infra de appel. §. conſtitutus. in fi. per Ancha. & Bal. in in l. Barbarius Philippus. de offi. præto. circa fi. hoc cadit. ſup. c. admonet. & non hic.

AD ſupplicationem. ¶ Papa cōcedit licētiā cedendi epo, qui ſine mortis periculo in eccleſia ſua morari nō pōt. Et primò admiſsionē renūciationis, & eius cām. Secunda, ibi [ne verò,] cām mandati. Tertia, ibi [cui.] conceſsionem illi factam, & ipſius moderationem. ¶ No. primò, ꝙ iuſta eſt cauſa petendi abſolutionē ab eccleſia, cum quis nō poteſt in ea ſecurè morari. An autē hoc caſu ante abſolutionē poſsit talis ius reddere extra ſuā diœce. ſiue prouinciam. dic vt in c. 1. ĩ. de foro comp. in Cle. ¶ Secundò no. ꝙ archiepiſcopus pōt in aliena diœce. obtinere beneficium ad ſuſtentationem ſui. an autem iſte poſsit ab alio iudicari. vide quod no. 82. diſt. c. ſi qui. in 2. gl. ¶ Tertiò no. ꝙ in aliena diœce. pōt archieps exercere officiū epiſcopale: tn̄ ſine vſu pallij. nam ex quò eccleſiam archiepiſcopalem dimittit, illo vti nō debet. ſ. de poſtu. c. bonæ. il 2. §. fi. ¶ An autem poſsit ordines celebrando conferre. videtur ꝙ ſic, cum licentia huius archiepiſcopi. Sine collatione aūt ordinū poſſet ſolēniter celebrare, & etiam predicare. vel dic, ſm̄ Io. An. ꝙ ad hoc, vt iſta conceſsio, quam hic Papa facit, aliquid operet, poterit in locis exemptis, vel alienis clericis ſibi miſsis ſolemniter celebrare, & ordines cōferre ſine licentia. ¶ Opp.



¶ Opp. gl. de l. 2. C. quēad. ci. mu. indi. lib. 10. vbi nō licet deſcendere ad minores: cuius contrarium hic dicitur. dicit Tā. ꝙ hoc fuit factum ex cauſa. de quo. 74. diſt. c. ſi qui. Hoſt. dicit, ꝙ illa iura habent locum in realibus, quę ſunt extra nos: ſecus cum caracter infigitur animæ, qui nec deſinit, nec deletur. de tranſla. c. 2. de ſacra vnc. c. vno. ¶ Quærit Hoſt. an iſte poſsit eligi, vel poſtulari in epiſcopum, qui eſt abſolutus ab archiepiſcopatu. videtur, ꝙ non. quia iſtud eſſet dearchiepiſcopare. ſ. de tranſla. c. 1. vbi de hoc in nouella. ſuper gl. quō illum. & quia non licet deſcendere, ꝑ iura prædicta: ipſe tn̄ tenet, ꝙ per renunciationē admiſſam fuit archiepatus. vn̄ nō ꝓcedit qō, an archieps poſsit in epm aſſumi: ſed an eps nullius eccleſiæ poſsit in epm aſſumi. & ꝙ poſsit, facit hæc Decre. cū vtilius ſit ipſum eſſe in epatu laborioſum, quàm in beneficio ocioſum. remittit Io. An. ad no. per eum. ĩ. c. poſt tranſlationem. dicit etiā Hoſt. ꝙ archieps vnius eccleſiæ, in qua habet paruam curam, & modicū proficit, poteſt transferri etiā ad epatum, in quo pōt plus proficere. ¶ Vltimò no. hic Boa. ꝙ par pari præſtat obedientiam, & reuerentiam. & fuit hæc qō diutius agitata inter patriarcham Antiochenum, & archiepiſcopum Nicoſieñ. quia patriarcha habet recommendatam eccleſiam Cumanam, quæ eſt ſuffraganea Nicoſieñ. patriarcha tamen non vult ſibi exhibere reuerētiam, vel obediētiā, propter quam illā eccleſiam petit archieps: & ꝙ ſibi teneat, facit iſte tex. & quod no. ſ. de ma. & obe. c. ſolitæ. &c.

*S V M M Æ.*

*Humilitas non eſt cenſenda, vbi pertinaciter quis reſiſtit.*
1 *Ceſsio prælaturæ propter crimen ſemper peti non poteſt.*
2 *Criminoſi ad prælaturam promoti, an ſine licentia renunciare poſſint.*
3 *Debilitas corporis an ſit iuſta cauſa ceſsionis.*
4 *Scientia inflat, & charitas ædificat.*
5 *Cedere prælaturæ eſt licitum propter maliciam plebis.*
6 *Scandalum ſine peccato an poſsit euitari.*
7 *Ocium eſt vituperabile, & damnoſum.*
8 *Humanius nihil eſt, quàm vt ſponſi, & ſponſæ ſint in caſibus fortuitis participes.*
9 *Apoſtolus ſeipſum commendauit.*
10 *Vita actiua an ſit magis commendabilis, quàm contemplatiua.*
11 *Vita actiua, & contemplatiua in vno concurrere poſſunt.*
12

NIſi cum pridem. ¶ Proſeqtur ſex cauſas iuſtas, quibus eſt permiſſum prælatis petere, & ſuperioribus cedēdi licentiam indulgere. & ſunt quatuor principales partes. Prima reprobat has duas cauſas cedendi, zelum melioris vitæ, & humilitatem. Secunda ibi [intueri] proſequitur exponendo prædictas cauſas ceſsionis vſque ibi [verum] ibi reprobat alias cauſas cedendi: vt propter ocium, voluntatem, laborem, & perſecutionis incurſus, & auctoritatibus hoc probat, rn̄dens ad id, quod poſſet obijci in contrariū de Martha, & de illa auctoritate. Qui ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege &c. Quartò concludit ibi [monemus.] proſequar capitulum per particulas iuxta diuiſionem prædictam. ¶ No. ergo primò in hoc principio modū arguēdi. Si enim ſanctificatus [a] in vtero non recuſat officium: mul
a tò minus debet illud deſerere qui ſuſcepit. quia non debent ſolui milites à militia, niſi completis ſtipendijs, vt patet. ſ. c. 1. ſi enim à principio Hieremias non recuſauit: multò minus recuſare debet qui ſponte ſuſcepit: cum ſit fortius ius in re, quàm ius ad rem, vt l. Sempronius Attalus. ff. de vſufr. le. & c. pen. & vl. de præben. turpius. n. eijcitur &c. ĩ. de iureiuran. c. quemadmodū. & de iſto ſanctificato in vtero habetur Hieremiæ. 1. c. Item de Ioanne Baptiſta, & beata Virgine, ſecundū Vin. & idē fertur de Iob, ſm̄ Io. An. ¶ Secundò no. ꝙ non eſt humilitas † cenſenda, cum pertinaciter quis reſiſtit. & de ve-
1 ra humilitate vide quod no. in Cle. cū in quibuſdam. in fi. de reli. do. & hoc etiam deſcribitur, cum quis fugit ſublimē locum, & per obedientiam non dimittit. alleg. Io. An. Senecam ad Lucillum epiſtola quarta, vbi dicit. Nullum bonum adiuuat habentem, niſi ad cuius amiſsionem paratus eſt animus. & epiſtola. 14. Nemo bono ſolicitè fruatur. qui enim diuitijs addere ſtudet, dum de incremento cogitat, oblitus eſt vſus rationis, accipit foris, conterit, ſit ex domino procur. facit. c. ſciendum. in fine. 8. q. 1.

ADDITIO.

a ¶ Sanctificatus. Adde Ho. in ſum. in ti. de pœn. & remi. §. quis debet. Archi. in c. firmiſsime. de conſecr. di. 4. Car. in c. maiores. de baptiſ.

§. Propter conſcientiam. ¶ No. ꝙ pro
2 pter crimen non ſemper pōt peti ceſsio prælaturæ. Sed tantū cum propter ipſum officij executio impeditur, vt in tex. non ergo debet quis habere erroneam conſcientiam, & ſtrictiorem, q̃ iura ſtatuant. quia nullus peccat legis auctoritate. 23. q. 4. c. qui peccat. Imo punitur qui exiſtimat aliter, q̃ ſtatutum ſit. ĩ. de ſimo. c. per tuas. il 2. ad fi. ¶ Querit gl. vtrū
3 criminoſi, † & irregulares ad p̄laturam promoti poſsint renunciare ſine licentia. glo. refert quoſdā dicere, ꝙ nullus poteſt ſine licentia Papæ. Tan. & Io. diſtinguunt inter illos, qui carent titulo, vt eſt ſimoniacus, & intruſus: & poſſunt ſine licentia Papæ. & illos, qui non carent, ſed titulū habēt: & requiritur licentia. quam diſtinctionem glo. non approbat, ꝑ iſtud c. vt in ea habes. & vide quod not. Guil. in ſpe. titu. 2. §. nunc oſtendendū. verſi. 21. ¶ Quærit glo. quæ ſint illa crimina, q̄ impediunt executionē ordinis poſt pactam pœnitentiā. dicit, ꝙ ſimonia, homicidium, & omne peccatum, quod ipſo iure irrogat infamiā. Io. An. addit alios caſus. ſi quis excommunicatus, ſuſpenſus, vel interdictus in cōtēptum clauiū ſe fecerit ordinari, vel præſumpſerit celebrare. ĩ. de ſenten. excom. c. cum illorum. §. ſi aūt. & 11. q. 3. c. ſi quis eps. vel ſi quis recepit beneficium à contēnente, vel interdictū Papæ violante. ĩ. de exceſ. præla. c. tanta. Item falſarius literarum dn̄i Papæ. ĩ. de crimine fal. c. ad falſariorum. de hoc in ſpecu. ti. 2. §. iuſta. ver. ſunt quoque. ſub ver. verò. Item hæreticus, vel ei ſacramenta miniſtrans. ĩ. de pur. ca. c. inter ſolicitudines. & de hæreti. c. excommunicamus. §. ſi verò clericus. Item ſodomita. ĩ. de exceſ. præ. c. clerici. Item plures alij, de quibus hic, & in ſpe. ti. 1. ſiue. 2. §. iuſta. verſi. ſunt quoq;. & vide etiam de hac materia quod no. ĩ. de tempo. ordi. c. finali.

4 §. Alia. ¶ No. de debilitate † corporis, vel ſenectute, an ſit iuſta cauſa ceſsionis. & de iſta ſenectute, vel valetudine vide. ſ. eo. c. 1. & ſi reddatur omnino inſufficiens propter valetudinem, vel ſenectutem, an teneatur cedere. dicit Ioan. An. ꝙ non cogitur cedere: ſed datur coadiutor. ĩ. de cleri. ægro. c. ex parte.

§. Pro defectu. ¶ No. ꝙ circa adminiſtrationem ſpiritualem ſcientia eſt neceſſaria: & ignorans non debet fungi ſacerdotio: & eſt peccatum in illis, qui negligunt diſcere, & miniſtrare officium, ad quod electi ſunt. 32. diſ. c. 1. & 2. vnde & imperiti medici, & aſſeſſores puniuntur ignorātes iura, & rationes, in quibus verſant, vt l. medicus. ff. de varijs, & extraor. cog. & l. 2. ff. qđ quiſque iuris. & l. illicitas. §. ſicuti. ff. de offi. præſi. ¶ Secundò no. ſecundùm Apoſtolum primo ad Corinth. 8. ꝙ ſcientia
5 † inflat, charitas autem ædificat. Vnde Bernar. Sicut cibus indigeſtus ſtomachum corrumpit, ſiccat, & idropicum reddit: ſic ſcientia animæ adiecta, niſi ſit feruore charitatis decocta, malos mores generat. Et Tul. primo de officijs. Scientia, quæ remota eſt à iuſtitia, calliditas potius, quàm ſapientia, eſt dicenda. & vide quod no. de pœni. diſtin. 2. cap. charitas. & Gregorius ſuper Mar. cap. vltimo. In principio vires, quas imperitia denegat, charitas ſubminiſtrat. & de iſta

iſta ignorantia qualiter puniatur, & qualiter toleretur in alijs diſpoſitionibus, vide no. in l.regula. ff.de iuris, & facti igno.

**§.Propter ãt malitiã.** ¶ No. ꝙ qñq; propter mali-
6 tiam † plebis eſt licitum cedere prelaturæ. qñque non. de quo.7.q.1.§.hoc tunc ſeruandum.& c.vlt.vbi tex.diſtinguit. Sed plenius hic per Inno.& Hoſt.dicunt enim, ꝙ aut p̄latus patitur extrinſecam perſecutionem,aut intrinſecam.& dr̃ intrinſeca,quam patitur p̄latus à ſubditis:extrinſeca verò,quã patit̃ à p̄ciſis ab vnitate Eccleſiæ. & in hac extrinſeca diſtinguit̃.nã aut ſolus p̄latus quæritur:aut totus clerus:vel eccleſia.ſi q̃rit̃ ſolus p̄latus, & alius, per quẽ poſsit eſſe tuta ſalus eccleſiæ remanet cedat, ſi vult,& ãt ſi nõ vult,ſm̃ Inn.& Ho. vbi imminet periculũ deſtructionis eccleſiæ: ita tñ ꝙ bonũ cambiũ alterius p̄laturæ,vel dignitatis ſibi aſsignetur.j̃.e.§. pro graui. & ſic publica vtilitas præferatur priuatæ. de reg. c.licèt. 7.q. 1. c. ſcias. & ad hoc facit. ſ̃.c.proxi.Si verò tota eccleſia.i. clerus,& populus quæritur,ad hoc vt fidem dimittãt:vel ꝙ perſecutoribus ſe ſubmittant, & ſeruiant.tunc dẽt prælatus ſe opponere murũ pro domo Iſrael.43.di.c.ſic rector.qđ eſt verũ,ſi eſſet ſpes, ꝙ ſe defendere poſſent: aliàs fugiendũ eſt: ſicut cum filio Dei fugit Ioſeph in Aegyptum. Mat.2.vel conueniant cum infidelibus,ſiue ẽt Chriſtianis ꝑſecutoribus,ſi aliter non p̃nt euadere, prout melius poterũt: ita tñ ꝙ fidẽ,& ritus ſuos non dimittant.& hoc ſæpe factum legitur in veteri teſtamento. ¶ Quid ſi perſecutores ciuitatis dicãt,parati ſumus vobis parcere,dummõ clericos expellatis.dic,ꝙ non debent laici expellere, ne ſacramenta eccleſiæ perdantur,& miniſtri:ſi tñ clerici vident, ꝙ non poſsint ſe à laicis defendere, debent recedere,& tranquillitatem t̄pis expectare.7.q.1.c.ſciſcitaris.commẽdandi tñ eſſent,ſi inſpirati martyrium ſuſtinerent.7.q.1.§.cum verò non p̄latorũ. ¶ Sed hic incidenter quæritur:an prædicta ſint vera non ſolũ in maioribus p̄latis,ſed etiã in minoribus:& loquor, quando petit perſecutionẽ à ſubditis.dicit Io.And.quia reprehenſibile eſſet ſtatim eũ transferre,vel eius admittere ceſsionẽ, vt hic in nouella.vbi ẽt q̃ritur,ſi q̃rãtur perſonæ:ſed res, & poſſeſsiones eccleſiæ ſint ſaluæ.dicunt quidã, ꝙ non eſt violentor contendendũ.j̃.de homici.c.ſuſcepimus.& 23.q.8. c. cõuenior. contrariũ tenet Io.An.per c.dilecto.j̃.de ſen.excõ.lib.6.ſpiritualia.n.ſine t̄palibus diu eſſe non poſſunt.1. q. 3. c. ſi quis obiecerit.debet ergo prelatus, pro his defendẽdis ſe ponere murũ pro domo Iſrael.exẽplo beati Thomæ Cantuariẽ.qui hac de cauſa martyrizatus fuit.j̃.de homici.c.ſicut dignũ.Et p̄dicta procedũt, qñ p̄latus patitur perſecutionem ab extrinſecis.Si aũt ab intrinſecis: & tunc qñ boni cõmixti ſunt cum malis,nunq̃ boni deſerendi ſunt p̄p malos.23.q.4.c. tu bonus.niſi alius magis proficere poſſet. & ipſe nõ malè faceret, ſi hoc peteret.quia maius bonũ minori eſt præferendũ,vt ſupra dixi.Si aũt oẽs ſunt mali,& ſpes eſt de correctione,expectet.Si verò nulla eſſet ſpes,recedat.12.q.1.§.cũ aũt. & c.fin. & intellige extrinſecã perſecutionẽ, q̃ fit alicui prælato ſiue in publico,ſiue in occulto,vel p̄p peccatũ,qđ ei imponit̃, vel propter odiũ ꝑſonale. Intrinſeca verò qñq; contingit ꝓpter peccata aliorũ.tñ p̄latus odio nõ habet̃.7.q.1.§.hoc tũc.& §. cũ aũt.ſm̃ Inn. & Hoſt. & de materia prædicta vide per Thomã ſecũda ſecundæ.q.185.ver.ſed hic plenius.

**§.Pro graui.** ¶No. quando propter ſcandalum prælatura ſit dimittẽda, vel
7 non.de quo in glo. quæ diſtinguit, vtrũ ſcandalum † poſsit euitari ſine peccato.& eſt euitandũ.aut non:& tunc ſecus. Si verò eſt dubium,an ſit peccatum, eſt vitandum ſcandalũ. q̄a cum incertum ſit de peccato, & certum de ſcandalo, tene cũ Auguſtino certũ,& dimitte incertum.de pœni.diſt.2.§.1.ad fi.Et aduerte,quia glo.dicit hic, ꝙ veritas iuſtitiæ non eſt dimittenda propter ſcandalum.nam contrarium no.j̃.de reg. iur.c.qui ſcandalizauerit.vnde Hoſtiẽ.fatetur hoc verum de veritate vitæ:ſed non de veritate iuſtitiæ,dicens propter ſcãdalum illam diſsimulandam,vel differendam.45. diſtin.c.licèt.& 11.q.3.c.plerũq;. vnde dicitur. Noli eſſe nimis iuſtus. 2.q.7.§.de his.& de pœni.diſt.1.c.ſuperũ.& de materia vide plenius.per Hoſt. in ſumma.eo.titu.§.cui. ver.graue ſcandalum.&c.

**§.Perſonæ.** ¶No.ꝙ bigamus non põt eſſe ep̄s. 1.ad Corinth.3.& Actuũ.1.c. ¶ Secundò no.ꝙ cum irregulari poſt adeptũ beneficiũ diſpẽſatur quandoq;, puta ſi culpa latet,& ſuũ officium laudabiliter miniſtrauit.& aduerte ad tex.dum dicit[non debet licentia indulgeri.]&c.circa quod q̃rit Io.An.an debita ſit diſpenſatio, vel voluntaria, ar.Hoſt.per iſtum tex.ꝙ ſit debita, vbi ſubſit vtilitas:multò ergo fortius, vbi ſubeſſet neceſsitas. nam vbicũq; perſona,res,locus,vel cauſa exigit, debita eſt diſpenſatio.29.diſt.c. 1.& 2.& 1.q.7.§.vbi rigor.adeo ꝙ peccat prælatus non diſpenſando,arg.2.q.7.c.quando.in fi. tñ ſubditus non põt illã petere.de quo. 1.q.7. c. exigunt. prohibita verò diſpenſatio vbicũq; ſine decoloratione eccleſiæ fieri nõ põt, & vbi non ſubeſt iuſta cauſa diſpenſandi. 1.q.7.c. & ſi illa.& vide quod no.Hoſt.de filijs presby.c.penul. ¶ Vtrũ aũt fieri poſsit diſpenſatio ꝑ ſuperiorẽ,non vocatis his, ad quos ſpectat electio,vel confirmatio.tenet Io.An.ꝙ ſic.& opponit,ꝙ iſta diſpenſatio non poſsit purgare vitium præcedens.fuit.n. vitioſa,q̄a non habuit cõſenſum electorũ cõfirmatorũ, & cõſecratorũ,& aliorũ,quorũ intereſt.de offi. archi.c.ad hæc.& hæc opi.adaptatur ad oẽs prædictos, qui poſſent remanere in prelatura,ſuperueniente diſpenſatione. de quo tñ plenius in c.ꝙ ſicut.ſ̃.de elec.& tenendo,vt predixi,ꝙ ſuperior diſpẽſare poſsit,reſpondet Io.An.ad contrarium hoc mõ.ꝙ ꝑ diſpenſationẽ omnia reformantur,nec h̃nt de quo cõquerãtur hi,quorũ intereſt:ex quo ſemel in eum conſenſerunt.vñ amplius reſilire nõ p̃nt:dũmõ qui poſſunt, diſpenſare velint.ar. ſ̃.de elec.c.cũ inter canonicos.& circa hoc vide quod no.Io. An.ſ̃.de elect.c.dudũ.ſuper gl.talis electio. ſuper iſto.§.glo. colligit ar.ꝙ peccata latentia faciũt hominem irregularem. allegat in contrarium.32.q.5.c.Chriſtiana.& huic contrario eſt ſtandum, vbi de occulto peccato ſit acta pœnitentia. de tempo.ord.c.fina.Hoſt.dicit, ꝙ peccatum occultum non inducit irregularitatem, in qua requiratur prælati diſpenſatio: ſed irregularitas occulta bene requirit diſpenſationem, vt hic. & ſ̃. de elec. c. innotuit.§. multa.& no. hic Inno. & Hoſtien.tres modos,quibus dicitur irregularitas. & quomodo de conſtitutione eccleſiæ procedit irregularitas, & de nouo teſtamẽto.& qũo in veteri teſtõ fuerunt irregularitates t̄pales. quam glo.vide ad literam in Spec. tit.2.§.iuſta propoſitionis.in prin.ver. ſumitur.

**§. Verum.** ¶No.primò,ꝙ paria ſunt cauſam non ſubeſſe, vel non ſubeſſe legitimam.ad hoc de tranſa.c.2.& ff.ſolu.matri.l.dotem. ¶ Secun
8 dò no. quòd ocium † eſt vituperabile, & damnoſum: vnde Seneca epiſtola.82.Ocium ſine literis mors eſt, & viui hominis ſepultura. Et Tullius. Quid dulcius ocio literario. qđ intellige,ꝙ ſtudio vacet,vt dicitur Prouerb.12.Qui ſectatur ocium,ſubtiliſsimus eſt.& per Tullium.li.2.de offic. in prin. ¶ Tertiò no.quòd non debet quis effugere laborem.vnde Seneca.31.epiſt.Non eſt viri timere ſudorem,& generoſos ſpiritus labor nutrit.& non ambitione, ſed labore vnumquẽq; ad honores conuenit peruenire. facit quod no. in c.eccleſia noſtra.ſ̃.de elec.in glo.quia noctes.& quod no. ſ̃.eo.c.1.Seneca epiſtola.92. Non eſt fortis, atque ſtrenuus, qui laborem fugit,niſi creſcat illi animus ex ipſarum rerum difficultate. ¶ Quartò no.quòd cauſa incurſus non eſt iuſta, vt ſpõſus derelinquat ſpõſam. † quia nihil humanius, quàm ſponſum, & ſponſam in fortuitis caſibus eſſe participes.ff. ſolu. matrimo. l. ſi cum dotem.§. ſi maritus. in fi. ¶ Quintò not. expoſitionem illius auctoritatis.Qui ſpiritu Dei agũtur, nõ ſunt ſub lege,&c. non enim cuilibet aſſerenti ſe ſpiritu Dei duci, credendum eſt.non.n.credendũ eſt in talibus ſine probatione ſcripturę, vel miraculi.j̃.de hęre.c.cum ex iniuncto. ¶ Sextò no.in ver.quippe.de charitate erga amicos, de qua Ioã. 15.Et Tullius de amicitia. Amicitia eſt omniũ diuinarum, & humanarũ rerum ſumma cũ beneuolentia,& charitate conſenſio.& ſubdit.hoc ſcio, amicitiã niſi cum bonis eſſe nõ poſſe.& ibi,hæc lex in amicitia ſanciatur, vt neque rogemus res turpes,neque rogati faciamus.Et Valerius lib.6.c.4. dicit,ꝙ Rutilius amico dicenti.quid opus eſt amicitia tua,ſi quod rogo non facias?reſpondit,imò,quid mihi tua, ſi pro te aliquid inhoneſtè facturus ſum? Et de charitate eleganter loquitur Apoſtolus.1.ad Corinth.13.vbi vide. ¶ Septimò no.ꝙ Apo
10 ſtolus † ſeipſum cõmendat, dum dicit, ſe præ cæteris laboraſſe.2.ad Corin.11.& hoc eſt quandoq; licitum, vt no.31. di.c.tenere. & Chriſtus ſe cõmẽdauit Math. 11.in fi. qđ ponitur.11.q.3. c. qui ſit. 2.q.6. & de Pſalmiſta Pſal.85.ibi.Cuſtodiã animam meam.qm̃ ſanctus ſum.de quo hic plenius in
11 nouella. ¶ Octauò no.in ver.nec putet.quæ ſit magis vita † cõmendabilis,actiua,vel contemplatiua.habent enim ſe vt excedentia,& exceſſa.de quo.2.q.7.c. ſancta quippe. & de iſta litera Racheli.habetur. Geneſi.29.& 30. ¶ Nonò no.in ver.
12 quamuis.ꝙ vita actiua,† & contemplatiua poſſunt in vno cõcurrere.vnde Seneca epiſt.3.ad Lucillum. Quieſcenti eſt & agenti quieſcendum.& de iſto legiſlatore, id eſt Moyſe vide in Exodo.c.23.

*SVMMAE.*

1 *Poſtulatus in archiepiſcopum poſt admiſſam poſtulationem ſe vocat electum.*
2 *Monachus à ſuo priore poſtulari debet.*
3 *Iudici quando conſtat de facto, ſed non de cauſa facti, ſententiam tunc ferre non debet.*

**POſt translationem.** ¶ Ep̄s, qui propter crimen renunciauit epiſcopatui, ad religionẽ deſcendens,ad epiſcopatum reaſſumi nõ põt. ſecus ſi renunciauit propter perſecutionem,infirmitatem, defectum ſcientiæ,ſimoniam,ipſo ignorãte cõmiſſam,vel aliã ſimilẽ cãm.& ſunt tres partes.Primò poſtulationem, & poſtulantiũ petitionẽ.Secunda ibi[verũ]ponit canonem poſtulationi,& petitioni contrarium,quẽ interpretatur ponendo caſus,quibus canon obſtat,& quibus non.Tertia ibi [cũ ergo] cõmittit poſtulationem certis caſibus admittẽdã,& in alijs repellendã. ¶ No. primò, ꝙ in ſupraſcriptione dr̃ electo, &c. & hoc ex eo,quia non põt dici archiepiſcopus,priuſquàm recepit pal
1 lium.ſ̃.tit.1.in fi. ¶ Secundò no. ſm̃ Ab.ꝙ poſtulatus † in archiep̄m poſt admiſſam poſtulationẽ ſe vocat electũ. ¶ Tertiò no.ꝙ in decreto electionis nõ ſolũ de vocatione: ſed etiã de ipſius forma debet fieri mentio.ad idẽ de conceſ.p̄ben.c. poſt electionẽ.& de poſtu.c.bonæ.il 1.& 2.& j̃.c.vlt. ¶ Quartò no.ꝙ debent vnanimiter cõſentire canonici in cõpromiſſo: aliter per cõpromiſſum non poſſet electio celebrari, etiã vno contradicente.ſ̃.de elec.c.quia p̄p. ¶ Quintò no.ꝙ mo
2 nachus † dẽt poſtulari à ſuo priore,& ſupplet glo. & ab eius Capitu.quaſi ſolus prior nõ ſufficiat.de quo dic, vt j̃.de elec. c.ſi religioſus.lib.6.& in extrauagãti Io. Papæ.22.quæ incipit.Si religioſus.& 85.diſt.c.archidiaconum.in fi.vbi de hoc. ¶ An aũt requiratur conſenſus epiſcopi,vbi non ſit exẽptus. Io.An.vr̃ tenere,ꝙ ſic.quia ſe transferre nõ poterit ſine diœceſani licẽtia.63.diſt.c.literas. & ſi ſit clericus pluriũ ep̄orũ, eadẽ rõne ab omnibus requirẽdus eſt,ſm̃ Inn.arg.j̃.de teſtamẽtis.c.relatũ.& de ſen.excõ.c.cũ illorũ.§. ſi vero. & c.officij.cũ.n. cõſenſus ep̄i requirat̃ in alienatiõe rerũ monaſterij. 17.q.4.c.in venditionibus,& 12. q. 2.c.abbatibus.fortius in alienatione perſonarum.quod maius eſt.12.q.1. c. præcipimus.Et ſi religioſus vocatus ad ep̄atum indiget diſpenſatione,recurretur ad Papam.56.diſt.c.Cenomanenſem. de quo. j̃.de æta.& qua.c.à multis.& hoc verum,vt dixi, qñ vocaret̃ ad ep̄atum. Si aũt ad abbatiam, vel dignitatẽ inferiorẽ ep̄atu,& diſpenſatione egeat,poterit ep̄s diſpenſare.j̃.de æta. & qua.c.cum cõtingat.de quo.j̃.de ſta.mon.c.quod Dei.Hoſt. tñ.ſ̃.eo.c.admonet.dicit ſeruari contrariũ. ¶ Sextò no.verba canonis diſponẽtis circa ep̄m deſcendentẽ ad monachatum,iterum ad ep̄atum non aſſumẽdum.circa cuius interpretationẽ Io.An.incidenter quærit,nunquid dictus canon locũ habeat,cũ quis dimiſit inferiorẽ dignitatem,vt fieret monachus.Inn.& Hoſt.ꝙ non,quia ep̄atus non dimittitur propter monachatum. ſed inferiores dignitates ſic:nec in illis ſic inquiritur cauſa dimiſsionis. j̃.de reg.c. licèt. ad hoc facit, qđ no. 25.diſt.c.primum. vbi etiã tenet Io. ꝙ ep̄s ad monachatum deſcendens non prohibetur niſi ab epiſcopatu. Alij dicunt, ꝙ ad inferiores dignitates poſtulandus eſt Papa.& ex quo ꝓhibetur à maiori,fortius à minori.de tranſla.c. ſi. Officiũ tñ ſine dignitate habere poterit: quia nudũ miniſteriũ facilius, quàm dignitas, põt cõmitti. ¶ Septimò no. ꝙ Papa interpretatur canonem editũ in altero ex quatuor concilijs. videbat̃ contrarium.ſ.ꝙ poteſtas Papæ non extenderetur ad hoc, cũ eis oporteret, ſicut quattuor euangelijs, obedire. qđ eſt verum quò ad fidẽ,& ea,quæ ad illã pertinent. In alijs dicit Io. An.anima ſua in manica ſua, quæ ſuper omnia concilia eſt. de elec.c.ſignificaſti.de quo remittit Hoſt.ſ̃. de conceſ. p̄bẽ. c.propoſuit.& j̃.de voto.c.magnæ. ¶ Octauò no.in ver.item ſi quis.de exercitio lectionis. à vigilantibus enim, & ſtudentibus,non à dormientibus,acquiritur ſciẽtia. ad idem de cõſecra.diſt.5.c.nunquàm.& de homici.c.pro humani. in prin. lib.6.& dicit Io.And.ꝙ parum valet theorica ſine practica.i. ſcientia ſine experiẽtia.ad hoc.j̃.de elec.c.quàm ſit. in prin. lib.6.Et Seneca.epiſt.83.Alit lectio ingenium, & ſtudio fatigatum:non tñ ſine ſtudio reficit. ¶ Nonò no.in ver. quamquam.interpretationem canonis triplicẽ.ſed tenenda eſt,ſecundũ gl.prima interpretatio,de qua hic,& 7.q.1.c.hoc ne
3 quaquã. ¶ Decimò no.in ver.cũ ergo. † ꝙ qñ iudici conſtat de facto:ſed non de cauſa facti,non debet ferre ſententiã:q̄a graue eſt &c.11.q.3.c. quia graue. Qñ enim aliter, & aliter ſecundũ diuerſas cauſas venit quis mitius,vel acrius puniendus,ſemper eſt cauſa exprimenda in ſententia,vt no. in l.hæ enim.de ſuſpec.tu.ff.& l.2.§.ignominiæ.ff.de his,qui no. infa. ¶ Incidenter quærit Io. An. quis debet probare cãm. quidam,ꝙ electus: pręſumitur.n.prima facie, ꝙ non ſine cauſa reſignauit,vt dicto c.nequaquàm.Alij dicunt, ꝙ nunq̃ debet probare,niſi p̄ſumptio ſit contra ipſum;puta quia renunciauit ordini.dicit Inno.& poſt ipſum Hoſt. ꝙ hæc litera magis conſonat primo dicto. ¶ Vndecimò no.in fi. ꝙ licèt compromiſſarius poſtulet indignũ:nihilominus cõpromittentes nõ ſunt priuati. ad hoc.j̃. de elec.cap.ſi compromiſſarius.lib.6. Collige etiam hic,ꝙ compromiſſarius ſemel eligendo,vel poſtulando functus eſt officio, etiã ſi electio,vel poſtulatio ſua fuerit nulla,vt hic,& d.c.ſi compromiſſarius.& ſ̃. de elec.c. cauſam quæ. ¶ Quærit glo. an iſte ep̄s monachatus in caſibus,in quibus poteſt iterum aſſumi ad ep̄atum, debet eligi, vel poſtulari.glo.tenet,ꝙ non debeat eligi:ſed poſtulari. Idẽ hic Tan.Phi.Inno.& Hoſt. & Archid. j̃. de elec.c.cupientes. §.denique.lib.6.& pro iſtorum opi. facit litera. ver. cum ergo ibi[tu auctoritate noſtra] &c. & etiam in principio dicit tex.[poſtulationẽ eandem.]& ibi[ verum poſtulationi huiuſmodi]&c. Et patet etiam, quia Papa proſequitur ipſam, vt poſtulationem, ibi[dummodo neceſsitas, vel vtilitas poſcat] &c.aſsignat etiam Hoſt. rationem talem, ꝙ licèt ep̄s renunciauerit: remanet tamen epiſcopus,& ſponſus eccleſiæ generalis. cuius generalis vinculi ratione prohibetur eligi. & eadem ratione remanet aſtrictus nexibus præceptorum.

tum. Alij, vt Gar. & Io.Mo.in præalle.§.denique. tenent, ꝙ
iſte epiſcopus monachatus debet eligi,tanꝗ monachus,cum
nulli eccleſiæ ſit ligatus.ſ.de poſtu.c. fi. & pro hoc dicto fa-
cit de vo.c.per tuas.& in hoc eodem. c.verſi. alijs aſſeren-
tibus.ibi [qꝗ eligi poſsit] &c. Ioan. And.dicit poſt Pe.ꝙ epi
ſcopus,qui renunciauit,& ad monachatum deſcendit,in his
caſibus,in quibus pōt reaſſumi,debeat hoc fieri per viã po-
ſtulationis à Papa,vt ipſe examinet,an obſtet concilium,vel
non.& in hoc ſit vera opi.gl.h ic,Tan.& aliorum tenentiũ, ꝙ
debeat poſtulari. Si verò non ſit monachus,ſed aliàs renun-
ciauit epiſcopatui:tunc debeat eligi.& ſic ſit vera opi. Gar.
Io.Mo.& Abb.¶ Vlterius tractat hic gl. an ceſſante cauſſa,
ceſſet effectus. dic vt in ea.& legitur & no. 61.di. c. neophi-
tus.& 19.q.2.c.duo ſunt.& in Spe. de diſpu. & alleg. §. poſt
hæc.ver.& illud ſtatutum fuit ex cauſa.vt hic.Io. An.nititur
declarare. Sed ex dictis ſuis non poſſet colligi certa theori-
ca.dic ergo,vt no. Bar.in l.2.§.fi.ff.de dona. vbi de cauſa fi-
nali,& impulſiua.& an in dubio præſumatur finalis, vel im-
pulſiua.dic,vt ibi per eum, & per Cy.in l. generaliter. C. de
epi.& cle. & ꝑ Dy.in c. decet.de reg.iur.lib. 6.& per Guil.
de Cu.in l.ſi pecuniam.in fi.ff. de condi. ob cauſam. ¶ Glo.
magna tractat de ſimoniacis, qualiter, & à quo poſsit cum
ipſis diſpẽſari.de quo etiam not.7.q.1.c.præſentium. & per
Bar.Brix.1.q.3.c.ex multis.& per Gui. in Spe.tit.2.§. nunc
oſtendendum.verſi.23.& ſe.

*S V M M AE.*

1 *Paria dicuntur cedere, vel cedere velle poſt obtentam licentiam.*

QVidam. ¶ Qui petit cedendi licentiam,
ex quò illam obtinuit, cedere
compellitur. Et prima pars ponit factum. quod ſe
cuncta corrigit,cauſam reddens,ibi[ſed cum.]¶ No.primò
ꝙ tex.iſte generaliter loquitur[quidam]&c. Ex quo colli-
ge, ꝙ iſtud c. locum habet in epiſcopis,& omnibus clericis,
& prelatis inferioribus,ſm̃ Innocen.¶ Secundò no.ꝙ ceſsio
eſt petenda vel propter commodum eccleſiæ, vel ob ſalutẽ
perſonæ eſt ad alteram ex prædictis cauſis referenda. & iſta
eſt vna rō,quare non liceat reſilire. alia redditur in Cle.1.ȷ̃.
1 eo.¶ Tertio no.ꝙ paria† ſunt cedere, & cedere velle poſt
obtentam licentiam. Et aduerte quia petitio licentiæ non
habetur pro ceſsione:ſicut vẽdere velle, vel obligari ad ven
dendum non habetur pro venditione,vt no.in l. in ementis.
C.de contrahen. emp. ſicut etiam qui obligauit ſe ad vẽden
dũ,ad hoc cõpellitur.vt l.ſi hæres.ff.de ac.emp. & quod no.
in l.fideiuſſor.de leg.1.per Bar. ¶ Oppo. gl. de l.is qui.ff.de
ceſ.bo.ꝙ niſi re integra nõ pōt ceſsio reuocari.So.ibi loquit̃
de ceſsione iure dñij,ſiue propriæ ſubſtantiæ.hic verò de il-
la,de qua quis habet adminiſtrationem, non dñium,vt c.2.
ȷ̃.de dona. vnde facilius pōt quis abdicare à ſe adminiſtra-
tionẽ,quã gerit in bonis alienis, ꝗ in proprijs, vt l. ſi quis vi
§.differentia.ff.de acqui.poſ. coniuncto. c. is qui. de ꝓcura.
lib.6.& c.ſignificantibus.de offi.dele.quid in iure quærendo
an poſsit per pœnitẽtiam reuocare, & acquirere iudici hæ-
reditatẽ.C.de repu.hære.l.ſi quis.diſtinguit enim inter ſuũ,
& extraneum.ſuus enim pōt:quia cenſetur dñs viuo patre,
vt l.in ſuis.de lib. & poſthu. Ideò in recuperatione rei pro-
prię eſt licita pœnitentia,vt prædixi. extraneus aũt,poſtꝗ ſe
mel repudiauit, non pōt poſtea redire,vt l.4.C.de re. hære.
¶ Quid ſi quis dixit Papæ,ꝙ volebat cedere, nec aliter pe-
tijt licentiã cedendi.dic,ꝙ verbũ,pōt, eſt extẽſiuũ, vt l.ſi ita
quis.ff.de le.1. pōt ergo reuocare. vt l. filij.ff. ad Tertul. fa-
cit quod no.in l.qui ſe patris.C.vnde lib. ¶ Quærit Io. An.
dr̃ in tex.ꝙ poſt obtentã licentiam nõ eſt licitũ pœnitere,qd
ergo ſi poſt petitionẽ præſentatã ſuper ceſsione, anteꝗ Papa
admittat, vel repellat, pœnitet impetrantem, & reuocat: an
ſi poſtea ceſsionem admittat, ad ceſsionem cogatur. vr̃ ꝙ
ſic,ne videatur illudere Papæ.ſ.de poſtu.c.bonæ.2.ad fi.re-
ſpon.contrarium ſm̃ Inno. dummodo reuocatio peruenerit
ad ſuperiorẽ. ȷ̃.eodẽ.c.lectæ.¶ Quid ſi quis nunciũ, vel pro
curatorem mittat ad petendũ ceſsionem.& anteꝗ petat dñs
reuocet mandatũ:an ſi reuocatio non peruenit in notitiam
nuncij, vel procuratoris, valeat petitio ceſsionis: ita ꝙ non
obſtan.tali reuocatione dñs cedere cõpellatur. dic plenè, vt
legitur, & no.ȷ̃.eo.c.fi.in Cle.vbi gl.magna,qñ ſit neceſſe, ꝙ
reuocatio perueniat in notitiã procuratoris,& qñ nõ.¶ Vlti
mò inducit hũc tex. Io. An.ad qōnẽ Io.de Deo.qui ad ma-
gnam inſtantiam ſcholaris promiſit cum illo comedere: ſed
ille poſtea dare nõ curauit.determinauit, ꝙ deberet ad hoc
compelli.Sed quid ſi ille ſcholaris parauerat omnia: ſed ille
non iuit; quia non fuit miſſum pro eo.dicit Abb. ꝙ mittere
tenebatur,per c.diſplicet.in fi. 23.q.4.

*S V M M AE.*

1 *Gratia nondum executioni mandata morte Papæ non expirat.*
2 *Singuli de Capitulo contra impetrantem poſſunt opponere de iure Capitulo competenti.*
3 *Submittens ſe gratiæ alicuius an per hoc renunciet iuri ſuo.*
4 *Appellans ſtatuit terminum ſuæ appellationi.*
5 *Paria ſunt non comparere, vel minus idoneè.*

VEniens. Non renũciat iuri ſuo,qui gra
tiæ aduerſarij ſe ſubmittit. Et
prima pars ponit ap.impetrantis,& eius cauſam.
Secunda ipſius perſecutionẽ,& auditoris dati ſñiam. Tertia
ipſius confirmationem. Secunda ibi [ad quos.] Tertia ibi
1 [nos igitur.] ¶ No. primò,ꝙ gratia †nondum miſſa execu-
tioni non expirat morte Papæ.ſimiliter nec poteſtas execu-
toris ipſius gratiæ,vt ȷ̃.de offi.deleg.c.gratia.lib.6. manda-
tum enim eſt neceſſariũ,vt ȷ̃.de offi.deleg.c.paſtoralis. ideò
non expirat morte,ẽt re integra, vt no.in l.fundi.ff.de acq.
2 poſ.¶ Secundò no.ꝙ contra impetrantẽ poſſunt ſinguli† de
Capitulo opponere de iure Capitulo competente. qualiter
eſſe poſsit, declarat Inno.& ȷ̃.dicam. ¶ Tertiò no.ꝙ coram
executoribus gratiæ pōt aliquis cõparere, & ſe opponere,
& debet audiri: an aũt executores teneãtur ad obſeruantiã
ordinis iudiciarij, dic vt no. Inno.ȷ̃.de iureiuran.c. dudũ.&
3 Cle.iudices.de offi.deleg. ¶ Quartò no.ꝙ ille,qui ſubmittit
ſe gratiæ alicuius,non per hoc renunciat iuri ſuo. idẽ ſi ſub-
mittat ſe miſericordiæ.ſ.eo.c.ſanè. Idẽ ſi volũtati, vel arbi-
trio.facit quod no.in l.penulti.ff.de arbi.& dixi.ſ.eo.c.ſanè.
4 ¶ Quintò no. ꝙ appellans † ſtatuit terminum appellationi
ſuæ.de quo.ȷ̃.de appel.c.perſonas.& c. oblatæ.cũ ſimilibus.
¶ Sextò no.ꝙ in cauſa appel.ꝓceditur ad ſñiam,lit.non con
teſt.de quo.ȷ̃.de appel.c.interpoſita.& c.per tuas. ¶ Septi-
5 mò no.ꝙ paria† ſunt nõ comparere, vel minus idoneè com
parere quò ad reputandum aliquem cõtumacem.ad hoc.ſ.
de tranſac.c.2.verſi.ſed neque.& ff. quod cuiuſque vni.no.l.
1.in fi. ¶ Oppo.dicitur hic, ꝙ quidam canonici oppoſuerũt
de renunciatione facta Capitulo. Sed contra hoc opp. & vr̃
ꝙ de iure tertij nõ potuerint iſti canonici opponere, niſi Ca
pitulum conſentiret, vt no.in l.2.ff.ſi ager vec.vel emphi.po.
nõ enim ius Capitulo ex renunciatione cõtractũ vr̃ ſingulis
de Capitulo cõpetere, vt c. qui manumittit. 12.q.2. So. dicit
Inn.canonici admittuntur pro eorũ intereſſe. Intereſt enim
ipſorum, ne ille,qui caret titulo,in eorum eccleſia intruda-
tur. & ex hoc infertur,ꝙ iſtã exceptio. renunciationis factæ
Capitulo poterit opponere quilibet canonicus,ẽt inuito Ca
pitulo, volente ipſum recipere: ſed hoc non tenet Inno.imò
ẽt poſt renunciationẽ poterit Capitulũ recipere ipſum inui
tis aliqbus canonicis. & iſtud eſt verũ, ꝙ poſſet eũ recipere
de nouo, non autem remiſiſſe renunciat. vult dicere, ꝙ re-
cept.de nouo cẽſeatur receptus à Capitulo, non auct.Papę.
ſi autem poſſet remitti renunciatio, & videretur iſte gratiæ
reſtitu-



reſtitutus, cenſerẽtur receptus auctoritate Papæ.& credo ve
riorem opi. Hoſti. poſtquàm enim per renunciationẽ gratia
eſt extincta,non poteſt reuiuiſcere per conſenſum Capituli.
facit l.ab emptione.ff.de pac. & ex hoc patet, ꝙ canonicus,
niſi Capitulum ſua auctoritate recipiat,poterit opponere de
renunciatione,inuito Capitulo: quia de iure tertij, quod eſt
excluſiuum iuris agẽtis,pōt quis opponere, iuxta no.in l.cũ
ſeruum.C.de ſeruis fugi. ¶ Sed contra iſtud op.& videtur,ꝙ
ſingularis canonicus non poſsit de renunciatione excipere.
quia ſi non fuit præſens renunciationi,nullum fuit ſibi ius ꝗ-
ſitum,iuxta no.in c.ſi cautio.ſ.de fide inſtr. So.vt dixi ſupra,
ſingularis canonicus nõ nititur ex iure ſuo: ſed ex iure Capi
tuli.quod eſt excluſiuum iuris agentis ipſo iure: vel dic ali-
ter, ſecundũ Inno. ꝙ ex quo aliquis liberè,& ritè renunciat
iuri ſuo,etiam abſente illo,cui dicta renunciatio prodeſt,om
nino tenet renunciatio,& renuncianti præiudicat, & cuilibet
excep.parat.C. de pac.l.poſtquàm. & eſt hoc verum non ſo-
lum in renunciatione expreſſa: ſed etiam in tacita, vt patet
in eo,quod no.in hoc c.in glo.& ſi commiſit. ego de iſta taci
ta renunciatione,ꝙ proſit etiam abſentibus,allego l. ſi credi
tòres.C.de pac. & ex hoc dicit Inno. ꝙ ſi quis renunciat iuri
ſuo,vel ſeruituti,quam habet in aliqua re,etiam abſente do-
minò rei,ſtatim eſt res libera.& idem ſi renũciat liti, vt l.poſt
quam C.de pac.fatetur tamen,ꝙ per renunciationem non ꝑ
dit dominium rei, quam tenet: licẽt amittat poſſeſsionem,vt
l.ſi quis vi.§.1.ff.de acq.poſ. Aduerte ad hoc dicta Inn. quia
non ſunt vſquequaque vera, niſi in iuribus realibus:in renũ-
cia.autem litis eſt dubium,an proſit,ſi fiat aduerſario abſen
te.de quo dic, vt dicta l.poſtquàm.per glo.& Doc. poſſet.n.
ſubſtineri,ꝙ teneat renunciatio.quia iudex repræſentat per-
ſonam partis,& acquirit abſenti,ſi hoc intrudat, vt no.Cy.in
Authen.ſacra.C.ſi aduer.ven.vbi omnino vide.& in Authen.
generaliter.C.de epi.& cle.vbi per Bal.In iuribus autem per
ſonalibus,quæ quis prætendit in perſonam alterius,an poſsit
renunciari abſente debitore, ita ꝙ ſibi quæratur exceptio,vi
de quod ſubtiliter no. Bar.poſt glo.in l.non ſolum.§.ſi libera
tionis.ff.de libe.le.vbi omnino vide. ¶ Secundò op.& videt̃,
ꝙ ſententia iſtorum iudicum fuerit iuſta: quia ſubmittendo
ſe gratiæ Capituli,videtur literis renunciaſſe tacitè, vt in iuri
bus alle.in glo.2.So.dicunt Inno. & Hoſt. ꝙ aliud eſt renun-
ciare literis,& iuri ſuo: & ita loquuntur iura allegata in glo.
aliud eſt ſe ſubmittere gratiæ.quia hoc non importat remiſ-
ſionem iuris, vt dixi.ſ.¶ Tertiò oppo.glo.de c.Nicolao.ȷ̃.de
appel.ſol.vt in ea.

REctè. Si prelatus ab obedientia ſubditos
abſoluit,non propter hoc prælatu
rę renunciat.h.d.communis diuiſio. Secunda ibi
[nos autem.] ¶ No.primò,ꝙ iſte abbas confeſſus fuit archi
epiſcopo ſeriem facti. quod intelligit Goff.& Phi. in conſilio
pœnitentiæ. & tunc dic,ꝙ de ipſius volũtate reuelauit hoc ar
chiepiſcopus.¶ Secundò no.ꝙ detinetur quis quandoque in
firmitate tanta, ꝙ deſperatur de vita. & tamen poſtmodum
conualeſcit. & propter hoc fortè qui interficit veriſimiliter
moriturũ,tenetur de homicidio,vt l.ita vulneratus.ff. ad leg.
Aquil.vbi autem inſtat caſus tantæ infirmitatis, renunciatio
beneficij facta cauſa permutationis pręſumitur in fraudem.
ȷ̃.de renunci.c.fi.lib.6. ¶ Secundò no. ꝙ quandoq; æmulus
fingit amicitiam.concor.5.q.5.c.nondum.& c.nõ oſculatur.
& ſumitur æmulatio multis modis no. 44. diſt. c. ſancimus.
vbi ponitur in bona parte. de qua æmulatio, loquitur Hiero
nymus ſuper Galatas.lib.2. Aemulãtur bene, qui cum vidẽt
in aliquibus eſſe gratias,& dona virtutis,ipſi tales eſſe deſide
rant: & fidem,vitam, atque induſtriam eorum, per quæ illa
meruerunt,imitari nituntur,vt poſsint ea,quæ bona æmula-
tione digna ſunt,conſequi. ¶ Tertiò no.ꝙ non tenuit abſo-
lutio fratrum ab obediẽtia facta per abbatem. nam ſicut ꝓ-
ſes abdicando à ſe imperium nihil agit.ff.de offi.procon.l.le
gati.ita nec abbas poteſt monachos abſoluere,antequàm re
nunciet abbatiæ,quæ renunciari non poteſt: nec pater abdi-
care à ſe patriam poteſtatem.C. de pa.po.l. abdicatio. & li-
cẽt hic fecerit vocari epiſcopum, vt reciperet ceſsionem: ta-
men potuit pœnitere,ſicut libertus,qui vocauit patronum in
ius ſine venia.ff.de in ius vo.l. quamuis. non enim vltra pro-
cedit,niſi ꝙ vocari fecit.& per hoc nõ obſtat Decre. 1. ſ. eo.
vbi fuit petita cedendi licentia,& obtenta: hic autem nec pe
tita,licẽt petere voluerit.Item ibi ſuberat cauſa vtilitatis, vel
ſalutis propriæ:hic erat cauſa ſeductionis,& infirmitatis,ſe-
cundũ Io.An.¶ Oppo.gl.3.ꝙ per abſolutionem ab obedien
tia renunciauerit abbatiæ tacitè, vt patet in iuribus alleg. in
ea.Soluit Io.An.ꝙ contraria loquuntur in his,quæ non pen-
dent à iure,nec iudicis poteſtate, & reſpiciunt præiudicium
renunciantis tantùm, non alterius. Sed hic non valeret ex-
preſſa, ergo nec tacita.facit.ȷ̃.de præben.c. dilecto. & quod
ibi no. &c.

*S V M M AE.*

1 *Monachus alterius monaſterij poteſt eligi in abbatem alterius monaſterij.*
2 *Abbas, cuius ceſsio fuit nulla, reſtitui debet.*
3 *Monachus de licentia abbatis an poſsit ad aliud monaſterium tranſire.*
4 *Abbas non debet dare licentiam monacho intrandi aliam religionem, etiam arctiorem.*

DIlecti. Abbas exemptus ſine licentia Pa-
pæ renunciare non poteſt.h.d. Et
in prima parte conuentionis petitio.In ſecunda
commiſsio ibi[cum igitur.] ¶ No. primò, ꝙ iſti monachi
1 † elegerunt monachum alterius monaſterij.& ſic monachus
alterius monaſterij poteſt eligi in abbatem alterius monaſte
rij.de quo dic, vt in Clem. 1. de elec.& eod.tit.c. nullus.lib.6.
¶ Secundò no.ꝙ ſi non valet ceſsio, non valet electio de alio
2 celebrata.¶ Tertiò no.per id,qđ hic dicitur,ꝙ abbas,† cu-
ius ceſsio fuit nulla, debet reſtitui. tenuit diſputando Archi.
ꝙ abbas, qui ceſsit in manibus Capituli (ſi ſuperior ceſsionẽ
ratam nõ habuit) poteſt petere à monachis, ꝙ obedientiam
de nouo promittant, vt ſic poſſeſsionem recuperet,quã ami
ſiſſe videbatur. ad idem.ſ.c.proxi.& 6.q. 2. in fi. ¶ Quærit
3 Ioan.An.nunquid monachus † de licentia ſui abbatis poſsit
ad aliud monaſterium tranſire.tenet ꝙ ſic. de reg. c. licẽt.nã
& ſoli abbati facit obedientiam. 12.q.1.c.non dicatis. ſi ta-
men monaſterium,ad quod tranſit,ſit paris, vel latioris reli-
gionis,requiritur diſpenſatio epiſcopi,ar.ȷ̃.de regu. c.ſigni-
ficatum.& requiritur etiam conſenſus conuentus,ſecundùm
4 Inno.ar.63.diſt.c.2.Subdit Io.An.ꝙ abbas † non debet da-
re licentiam monacho intrandi aliam religionem, etiam ar-
ctiorem,niſi ſciat,ꝙ illi velint eum recipere.& monachus ali
ter recedens fugitiuus eſt, & apoſtata: niſi fortè daretur ſibi
licentia ita generalis,& vaga,ꝙ ſub obediẽtia vadat, & quæ-
rat arctiorem locum.Sed non conſultè facit abbas, talem ſi-
bi dando licentiam,niſi vt maius malum euitet,puta quia de
facto recederet illicentiatus,denegata licentia,ſecundũ Inn.
& vide ȷ̃.de iureiur.c.ſicut. ¶ Vlterius quærit Io.And. preſ-
byter præſentatus ab abbate,& inſtitutus ꝑ epiſcopũ, in cu-
ius manibus renunciabit? dicit ꝙ epiſcopi tantũ.& abbas,cũ
ſua interſit,eſt ſuper hoc requirendus.de præben.c. in Late-
ranẽ.de offi.ord.c.ad hæc.§.fi. Sed quid ſi renunciat in ma-
nibus abbatis quò ad temporalia tantũ, & in manibus epi-
ſcopi quò ad ſpiritualia. dicit, ꝙ non valet talis renunciatio,
cum iſta ita ſint connexa,ꝙ vnum ſine altero eſſe non poteſt.
1.q.3.c.ſi quis obiecerit.dicit Hoſti.ꝙ propter renunciatio-
nem in manibus abbatis factam poterit epiſcopus illum pri
uare,ar.no.ſ.eo.c.quod in dubijs.

# De ſupplenda negligentia prelatorum.

VIſo de modis, quibus aſſumuntur prælati.
videndum eſt, qualiter contra tranſgredië
tes, & negligentes canonicos prouidendũ
ſit. habetur de materia 40.diſt.c.ante om-
nia. & 86.diſt.& 2.q.7.c.negligere.9. q. 7.
c.cũ ſumus. repetitur hęc rub. in 6. & Cle.
& conuenit rub.ĩ.de magiſtris.c.2.in fi.

*S V M M AE.*

1 *Contumacia ſubditi per trinam monitionem conuincitur.*
2 *Abbates benedici debent.*
3 *Abbas per benedictionem an conſequatur curam monaſterij.*

STatuimus. Si diœceſanus requiſitus be-
nedicere nolit Ciſtercieñ.ab
batem, ipſe monachos ſuos benedicere poterit.h.d.
¶No.ſecundũ Ho.ꝙ ſicut per trinam monitionem conuinci
1 tur contumacia† ſubditi: ſic per trinam requiſitionem con-
uincitur duritia, vel pertinacia prælati, & poſt ipſam recurri
poteſt ad ſuperiorem. de offi. ordi.c. quo ſimul. alibi de iſta
trina monitione habetur.ff.de pig.ac.l.ſi conuenerit. vbi no.
ꝙ inter vnam admonitionem, & aliam debet eſſe interuallũ
tẽporis. plures enim admonitiones eodem inſtanti factæ ꝓ
vna habentur, vt ibi. & dicit hic Hoſt. ꝙ ſi in prima requiſi-
tione denegat expreſsè, non eſt vlterius admittẽdus.de elec.
c.cum inter vniuerſas.de verb.obl.l.continuus. §. cum ita.&
facit ĩ.de ſen.excõ.c.venerabilibus.lib.6.& de app. c. ab eo.
2 lib.6.¶Secundò no.ꝙ abbates † debent benedici. & iſta be
nedictio, ſecũdũ Hoſt.non eſt ordinis: ſed eſt ſimplex, & poſ
ſet in hoc Papa priuilegiare quemlibet ſacerdotem, vt patet
in Cardinalibus presbyteris. qui licèt ſuper ſacerdotalẽ or-
dinem nullam benedictionem habeant: vtunt tñ epiſcopali-
bus inſignijs, & minores ordines conferunt, & ſolemniter be
nedicunt. quo autem iure iſti abbates non benedicti confe-
rant lectoratum, no.hic Io.An.qui dicit ſecundũ aliquos, ꝙ
beneficium nihil facit ad collationem ordinis: ſed priuilegiũ
cõceſſum generaliter abbatibus benedictis, ꝙ poſsint cõfer-
re lectoratum, extenditur ad Ciſtercieñ.etiam non benedi-
ctos dolo, vel negligentia epiſcoporum, vt hic. ¶ Quærit
3 Io.An.vtrũ per benedictionem conſequatur abbas † curam
monaſterij, ſi non ſit confirmatus.tenet ꝙ ſic: imò plus, quia
illud, quod dicitur hic in benedictione, ꝙ ſi eps ſit negligens
in conferendo, abbas põt bñdicere, ſit verum ſimiliter, ſi ſit
negligens in confirmando, vt ſic occurrat malitiæ differentis
confirmationem, ſicut differentis benedictionẽ.ĩ. de verbo.
ſign.c.intelligentia.& c.in his. & de excu. tu.l. ſcire oportet.
§.aliud.ad hoc facit.ſ.de elec.c.nihil. vbi etiam adminiſtrãt
non confirmati.& ſic in fauorem eccleſiarum, idem hic ope-
retur fauor religionis.¶Sed vlterius quæritur, quid ſi epiſco-
pus prætendens iuſtam cãm differat benedicere, vel confir-
mare abbatem: an abbas vti poterit beneficio huius.c.& eo-
rum quæ dicta ſunt.tenet Io.An.ꝙ non poterit.quia non vr̃ ꝑ
hanc conſtitutionem cãm rationabilem velle excludere: ſed
bene negligentiam prælati, vt patet ex rub.& ratio in omni-
bus conſideranda eſt, vt patet in eo, quod legitur & no. ĩ. de
accu, c.dilecti.dicit tamen Hoſt. ꝙ licèt Ciſtercieñ. non ſint
exempti in multis locis, habent patres abbates, qui confir-
mant: nec videtur, quo iure faciant, niſi ſuper hoc habeant
priuilegium.

SIcut nobis. Regulares in ſuos vſus non
poſſunt cõuertere eccleſias,
in quibus obtinent patronatus.& ſi infra tẽpus Late-
rañ.concilij, quando vocant, non præſentant rectores ad ea,
ſuperior ordinabit eaſdem.cõis diuiſio. Secunda ibi [nolen-
tes.] ¶No.primò, ꝙ textus iſte loquitur de monachis, & ca
nonicis regularibus, de quibus idẽm iudicium eſt habendũ.
de poſtu.c.2.& eccleſiæ, quas tenent, ſubſunt epiſcopo, niſi
probentur exemptæ.de religi.do.c.cum venerabilis.¶Secũ-
dò no.ꝙ iſti religioſi in quatuor delinquebant, in deputãdo
vſibus proprijs, in præſentando perſonas, in deſtituendo præ
ſentatos, & in eccleſijs penſionibus onerandis. ¶ Tertiò no.
ꝙ religioſi in eccleſijs ſibi ſubiectis præſentant rectores. di-
cunt tamen Pe.& Abb.ꝙ ad eccleſiam, quæ per ſeculares cle
ricos regitur, monachi regulares præſentare non poſſunt.
de quo vide in Cle.quia regulares.e.tit.¶Quartò no.ꝙ in lo
cis exemptis epiſcopi non ſupplent negligentiam prælatorũ
de iure iſto.hodie contra, vt in d.Cle.quia regulares.¶Quin
tò no.ꝙ religioſi dñt præſentare perſonas idoneas.ergo à cõ
trario ſenſu, ſi præſentent perſonas minus idoneas, ſunt pri-
uati iure præſentandi: ſicut eligentes iure eligendi.ſ.de elec.
c.cum in cunctis.etiam ſi ſint laici, ſecundũ Hoſt.licèt alij cõ
tra.de quo.ĩ.de offi.ord.c.cum nos.¶Quærit glo. in quibus
conſiſtat ius epiſcopale.dicit, ꝙ in procurationibus. 10. q.3.
c.cauendum.& in cathedratico. quod eſt verũ in eorum ca-
pellis, non in monaſterio.de quo dic, vt ĩ.e.c.1.lib. 6.

LIcèt. Supplet ſuperior inferioris negligentiã
in beneficijs confirmandis, ſi tempus La
terañ. concilij lapſum ſit. & collatio poſtea facta ꝑ
inferiorem non valet.h.d.Et prima pars deciſa narrat factũ.
Secunda dat iudices ſub certa forma, per quam ius ſuum Pa
pa tuetur.¶No.primò, ꝙ ſi litigio inter duos pendente, con
ſtat rem pertinere ad eum, qui de cauſa cognoſcit ratione il-
lius iuris vterq; litigantium repellitur ab agendo. ratio eſt,
quia eſt excluſiuum iuris agentis ipſo iure, iuxta no. per Cy.
in l.cum ſeruum.C.de ſer.fugi.nec debet qui de cauſa cogno
ſcit, ius ſuum negligere: aliàs forte ſibi de iure ſuo ſcienti, &
non proteſtanti præiudicaret, vt ĩ.de re iudi.c.ſuborta.¶Se-
cũdò no.ꝙ iſta præſcriptio ſemeſtris nõ currit ignoranti cõ
tra cõem naturam præſcriptionum, in qua non eſt ſcientia,
vel ignorantia attendenda, vt l.fi.C.de præſcrip.lon.tem.dic,
vt ĩ.de conceſ.præben.c.quia diuerſitatem.& c.2. ¶ Tertiò
no.ꝙ ſi ille, qui negligit eccleſiæ prouidere, non habet ſupe-
riorem, eius negligentiam ſupplet Papa. Papæ autẽ negligẽ-
tia, vel ſui executoris ſi neglexerit conferre infra ſex men-
ſes, quis ſuppleat.dic, vt in c.ſi de beneficio.de præbẽ.in Cle.
¶Quartò no.hic Hoſt. ꝙ duo ſemeſtria faciunt vnum annũ.
Ille ergo, cui datur menſis ad aliquid faciendum: cui dantur
duo menſes, habebit ſextam partem: cui tres, habebit quar-
tam, & ſic de ſingulis.ſed hic remanet dubium ſatis forte, cũ
annus habeat trecentos ſexaginta dies, & ſex horas, vt l.ita
vulneratus.ff.ad l.Aquil. quot dies dicti anni attribuent pro
quolibet menſe.dicit Inno. ꝙ talis computatio ſatis videtur
intricata, cum per ipſam nedũ ad horarum: ſed momentorũ
ẽt diuiſionem oporteat perueniri. quare dicunt quidam per
menſes computandos 28.dies tantũ.nam in omni patria ſo-
lent recipi quatuor ſeptimanæ pro menſe.& ad talem conſue
tudinem recurrendum eſt, vt l.cum delanionis.§. aſinam.ff.
de fun.inſtru.& l.1.§.Labeo.ff.de flu.& de ſpon.c.ex literis.
cum ergo ſeptimana habeat ſeptem dies: ergo menſis.28.fa
cit de ver.ſig.c.biſſextus.in fi. In contrarium facit, quia pro
duobus menſibus dantur ſexaginta, & vnus. ff. de reg.iur.l.
vbi lex.ergo pro menſe dantur dies. 30. & dimidius. quan-
doq; lex dat pro menſe.30.vnum dies.C.de temp.appel.l.2.
§.ꝙ ſi primo.& l.fi.§.ſi autẽ.quandoq; dat 30.quia ſi res ven
dita infra duos menſes eſt redimenda.ff.de reb.du.l.ſi vendi
tor.& aliæ leges exponunt.i.ſexaginta dies.eo.titu.l.ꝙ ſi no-
lit.§.ſi quis ita. ergo cõputandi ſunt 30. dies.ad idem.C. de
iure deli.l.ſancimus.§.ſi autem dubius. & in Authẽ. de hære.
& fal.



& fal.§.fiat igĩ.& in Auth.vt cũ de appel.cog.§.2. ſic etiam
computantur.C.de adul.l.iure mariti.& ff.de adul.l.ſi mari-
tus.§.necnõ.& l.miles.§.ſexaginta.& l.mariti.§. ſex menſiũ.
¶ Quid ergo in tanta iurium diuerſitate dicemus? dicit Io.
An.ꝙ in aliquibus ad kalendarium reccurrẽdum, vt no.ĩ.de
ele.c.quamuis.li.6.Alij dicunt.30.dies cõputandos. quia in
hoc plura iura concordant, vt patet ex pręmiſ.& hoc tenet
Pet.ĩ.de ſen.excom.ca.ſacro.Hoſti. dicit, ꝙ in caſibus deciſ.
de iure cõmuni ſtabimus eius cõputationi: ſed in non deciſ.
dicit hanc quæſtionem per bonum iudicem eccleſiaſticum
finiendã, arg.de offi.deleg.c.de cauſis. habens enim æquita-
tem præ oculis, & attendẽs, ꝙ ſimplicitate, & veritate gaude
mus.de iudi.c.dilecta.non debet nimis computationem ar-
ctare: ſed potius dilatare, vbi ceſſat fraus.de dolo.c.1.ex hoc
concludit, ꝙ ſi electio facta eſt in nonageſimo primo, ſecũ-
do, & tertio (dummodo ſit aliter canonica) potius confirma
bit, quàm infirmabit.Io.An. dicit, ꝙ communiter ſeruatur,
quod ſcripſit in dicto c.quàm ſit.

*S V M M A.*

1 *Legati an poſsint conferre beneficia deuoluta ad Papam per negli-
gentiam.*
2 *Patientia dat titulum in beneficio.*

LIteras. Si is, ad quem ſpectabat beneficij
collatio, lapſo tempore Lateranen.
concilij confert, nõ valet collatio: niſi de miſericor-
dia toleretur.Cõis diuiſio. Secunda ibi [diſcretioni veſtræ.]
1 ¶ No. primò, ꝙ legati † videntur poſſe conferre beneficia
deuoluta ad Papam per negligentiã.de quo dic, vt ĩ.de offi.
le.c.1.& Cle.ſi plures.de pręben. Et tex.iſte facit, ꝙ non: dũ
dicit [auctoritate noſtra ſuffulti ]&c.¶Secũdò no.ꝙ inſtitu
tio poteſt ſpectare ad alium, quàm ad epiſcopum.de quo re-
mittit Hoſt.ad not.in c.non ſatis. de offi.archi.& de priuil.c.
1.§.ſanè.lib.6.¶ Tertiò no. ꝙ excluſus per lapſum termini
iuris, mouendo actionem poſt terminum, nihil agit. & ſic col
lige arg. ꝙ non poſsit mora purgari, quando dies præfigi-
tur à lege. Et ita firmat glo.ſ.c.proxi.quæ incipit.hic vacua
tur. ſed contra de c. potuit.ĩ.de loca. & l.2. C. de iure em-
phy. vbi in termino ſtatuto à iure admittit purgatio morę.
Sol. quandoque quis per termini lapſum priuatur iure ſibi
cõpetenti ipſo iure: & non admittitur purgatio, vt hic.cen-
ſetur enim facta executio contra ipſum: & poſt executionẽ
factam ab homine, vel à iure non admittitur purgatio mo-
ræ, vt l.qui ob rem.ff.de condi.inde.quandoque quis non ex
cluditur ipſo iure, ſed ope exceptionis: ſiue ita demũ, ſi ille,
cui quęritur, noluerit.& tunc admittitur purgatio moræ, vt
in contrarijs.non enim emphyteuta nõ ſoluens canonẽ ipſo
iure cadit ab emphyteuſi: ſed tunc tantùm, cum dominus
declarauerit, vt no.ibi Inn.& l.2.ff.ſi ager vec.vel emphy.pe.
vbi autem dies præfigitur ab homine, certũ eſt, ꝙ purgatio
moræ non admittitur, vt l.magnã.C. de contrahen.ſtip.& l.
Celſus.de arbi.Et de hac materia quando admittatur pur-
gatio moræ, & quando non.vide quod no.per Bar. in l.ſi in-
ſulam.ff.de verb.obli.& l.ſi poſt tres.ff.ſi quis cau.¶Quęrit
2 glo.iſti per patientiam † tolerati vnde dicuntur habere titu-
lum, an ex illa patientia, an ex collatione præambula, quæ
fuit? ſentit, ꝙ ex tali patientia. nam ſine ea, vel noua collatio
meretur, vt hic, & ȷ̃. de teſta. c. requiſiſti. de cohabi. cleri. &
mu. c. pe. ¶ Quærit Hoſt. vtrũ iſte irregularis, vel in minori-
bus aſſumptus in abbatem, debeat benedici. videtur, ꝙ nõ.
quia illa benedictio impenditur propter duo, vt. ſ. ſuos poſsit
benedicere, & ordines conferre, quos non confert niſi ſacer-
dos. ȷ̃. c. proxi. Iſte autem nõ ordinatur in ſacerdotem. & ſic
non benedicet, nec confeſsiones audiet, nec abſoluet: igitur
ſuperuacua ſibi benedictio eſſet. & per conſequens non im-
pendenda, vt l. ſtipulatio. §. diuus. ff. vt leg. no. ca. In contra-
rium facit, quia iſta benedictio abbatialis non eſt ordinis. ad
hoc ȷ̃. c. proxi. & laicus põt eſſe abbas, vt in glo. Item ſic ſer-
uat Romana Eccleſia, quæ tales non presbyteros benedicit:
ergo &c. ȷ̃. de re iudi. c. in cauſis. So. dicit Hoſt. talem non be-
nedicendum, per iura prius allegata. & reſpondet ad contra
ria, vt in nouella: vbi etiam no. qualis ſit iſta benedictio ab-
batialis, ordinaria non; quia caracter non imprimitur, ſim-
plex non; quia habet poteſtatem conferendi ordines, ſicut
& presbyter. ȷ̃. c. proxi. tenet, ꝙ ſit mixta inter ſimplicẽ, & or
dinariam: magis tñ participat, & accedit ordinariẹ, quia ma-
nus impoſi. epiſcopalem requirit, quæ non fuit abbatiſſæ, cu-
ius benedictio ſimplex eſt, vt in libro ponti cali. ¶ Secun-
3 dò quæritur poſt glo. an preces † a inducant ſimoniam. &
a diſtinguit, an ſuis precibus, an alienis. & ſi ſuis, aut eſt indi-
gnus, aut dignus, & ſi dignus, aut indiget, aut non. & de quo-
libet membro in glo. ſi verò precibus alienis, aut ſunt carna-
les, aut ſpirituales, & ſi carnales, ſimiliter ſubdiſtingue, aut ꝓ
indigno, aut pro digno, vt in glo. & c. ordinationes. ȷ̃. q. 1. vbi
de hoc. & 9. q. 2. c. in ſumma. & q. 1. c. Moyſes. & per Hoſtiẽ.
prolixius in ſumma de ſimo. §. qualiter committat. ſub §. lin
gua. & licèt glo. hic diſtinguat in precibus alienis, ſiue pro-
prijs, an fiat pro digno, vel pro indigno: vt primo caſu nõ in-
ducant ſimoniam, vt hic. Secundo inducant, vt in c. ſunt nõ-
nulli. 1. q. 1. tñ Inno. hic dicit, ꝙ ſiue pro ſe, ſiue pro alio quis
cogat electores, vel alios quoſcunq;, etiam pro indigno, ſiue
pro dignitate, ſiue pro beneficio: non tñ talibus precibus ꝓ-
motus dicitur obtinere beneficium ſimoniacè. niſi ille, qui
preces porrexit, ſe ad aliquid obligaret electori, vel collato-
ri: vel ipſum liberaret ab aliqua obligatione, etiã naturali tã
tũ, qua quis tenetur ad antidora. quia quò ad ſimoniam cõ-
mittendam paria ſunt remittere, & dare, vt l. ſi mulier. de cõ-
di. ob cau. & de calũ. l. 2. & 3. & de peti. hære. l. ſed & ſi. §. con
ſuluit. & rõ eſt ſecundũ eum, quare ſolis precibus non com-
mittitur ſimonia: quia ad hoc vt committatur, requiritur, ꝙ
minus interueniat, vt d. c. ſunt nonnulli. 1. q. 6. tales autẽ pre-
ces frequentius interponuntur, non pro munere, ſed pro cõ
ſilio, licèt ſæpe iniuſto, vel inhoneſto: vnde ſufficit, ꝙ promo
tus talibus precibus aliter pœnitentiam agat. ȷ̃. de ſimo. c. ſi.
vel poteſt dici, ꝙ quamuis ille, qui iniuſtè rogat, ſit ſimonia-
cus. ȷ̃. de ſimo. c. tua. non tñ ille, qui rogatus beneficium con-
fert, etiam ſi ſequatur preces iniuſtas: quo caſu fortè promo
tus taliter non tenetur nunciare: niſi in promotione expri-
meret ſe propter preces huiuſmodi promouere. ¶ Sed hic in
4 cidenter quæritur, an ſemper preces † pro ſeipſo dicantur il
licitæ. glo. tenet, ꝙ non, ſi indiget. & ſic dignus. & idem dicit
Inno. ſi quis pro ſe roget, attendens ſolum Deum, & ipſius
obſequium in ſua promotione, non expetens delicias, vel di
uitias ſeculares, ar. 8. q. 1. c. qui eṗatum. Sed hic quæritur,
quid ſi quis non fundit preces, ſed adulatur, vt beneficiũ cõ-
ſequatur. dicit Inno. ꝙ eſt ſimoniacum, & munus ab obſe-
quio dici poteſt. 1. q. 1. c. ordinationes. & quatuor ſeq. nõ tñ
ſecundũ eum tenetur ad beneficium reſignandũ, arg. d. c. fin.
ȷ̃. de ſimo. & prædicta procedunt, cum quis petit beneficiũ
eccleſiaſticum. ¶ Quid aũt ſi honorẽ, vel dignitatẽ ſecularẽ,
an ſit licitum. dic, ꝙ publicè peti põt, non priuatim. de poli.
l. 1. §. 1. & de mu. & ho. l. exiſtimo. hodie diſtinguitur in digni
tate ſeculari, an ſit dignitas, cui non ſit annexa iuriſdictio, vt
doctoris, vel aduocati; & põt peti, vt d. §. 1. aut eſt annexa:
& non põt, puta ꝙ ſit magiſtratus, vel prætor, vt in Auth. vt
iud. ſine quoquo ſuf. §. 1. & §. cogitatio. col. 2. & ȷ̃. ne præla.
vi. ſu. c. 1. & 2. & quod ibi per Io. An. facit. ff. ad leg. Iul. ambi.
per totum. ¶ Vltimò quia quæritur ſi non collatori, ſed fa-
miliari, vel collaterali dedi pecuniam, vel preces porrexi, vt
daret operam, ꝙ promoueatur ad beneficium. dic, ꝙ perin-
de eſt, ac ſi data fuiſſet promotori, vel beneficij collatori. 1.
q. 1. c. præſentium.

ADDITIO.

a ¶ Preces. Adde glo. in c. per inquiſitionem. de elec. Doct. in l. ſi. C. ſi quis
ali. teſt. prohi.

*S V M M Æ.*

1 *Ordo ſubdiaconatus dicitur ſacer.*
2 *Subdiaconus poteſt eligi in epiſcopum.*

A Multis. Subdiaconus in eṗm eligi po
teſt. & ſunt tres partes. Pri-
ma ponit quæſtionem. Secunda allegat pro, &
cõtra, ibi [& ſi quidẽ.] Tertia diffinit, vel ſoluit, ibi. [Nos vo
lentes.] & iſte finis cum principio ſuffeciſſet abſq; tali longa
1 prolixitate verborum. ¶ No. primò, ꝙ ordo † ſubdiaconatus
eſt ſacer. & ad hoc probandũ inducit Cœleſtinus canones ꝓ
2 & contra. ¶ Secundò no. ꝙ ſubdiaconus † poteſt eligi in epi
ſcopum: ſed an diſpenſatiuè, vel de iure cõi. dic hodie, ꝙ de
iure cõi: ſed olim diſpenſatiuè. ex quo colligit gl. ꝙ cum ele-
ctis, qui patiũtur defectum in ordine, poteſt archiepiſcopus
diſpenſare in epiſcopatu, ſicut olim poterat, ar. 60. di. c. nul-
lus in epiſcopum. & idem ibi Io. & hic Gof. Inno. & Ber. Pe.
& Abb.



& Abb. dicunt, ꝙ olim permittebatur archiepiſcopo diſpẽ
ſare cum ſubdiacono. ſed non cum inferioribus: vnde nec ho
die cum inferioribus diſpẽſabit. & hoc verum credit Io. An.
quicquid tñ dicatur remanere, Eccleſia hoc ſibi retinet, nec
talem archieṗi licentiam approbaret. & facit, quod de Pa-
duano eṗo no. Guil. in Spe. in tit. de loca. §. nec de epiſcopo-
rum. ver. ſed nunquid legatus, vel archiepiſcopus.

*S V M M Æ.*

1 *Abbas monachis ſui monaſterij poteſt tonſuram conferre.*
2 *Abbati eſt licitum conferre lectoratum.*

CVm contingat. Abbas ſi eſt
presbyter, &
eſt benedictus, conferre poteſt ordinem clerica-
lem. cõis diuiſio. Secunda ibi [ſuper quo.] ¶ Not. primò, ꝙ
1 abbas † monachis, a & conuerſis ſui moñ. & his, in quos
a habet epiſcopalem iuriſdictionem, vel quaſi poteſt confer-
re tonſuram: aliis non, niſi habeat ex priuilegio Papæ. de pri
uile. c. abbates. in fi. li. 6. ſi tñ alteri conferat, valet ſm̃ Boa. &
2 idem ibi Archid. ¶ Secũdò no. † ꝙ in proprio moñ. licitũ, eſt
abbati conferre lectoratum, & ſub nomine lectoratus duos
reliquos minores ordines comprehendit, cum eadem ſit rõ,
ſm̃ Ho. s̃. de conſti. c. tranſlato. & 28. diſt. c. de his. licèt Bar.
Bri. contra. 69. diſt. c. 1. & aduerte, quia tex. dicit, ſolũmodo
in proprio mona. ergo non extra. ex quo colligitur ar. con-
tra abbates priuilegiatos ſuper eṗalibus inſigniis, ꝙ nõ poſ
ſint illis vti extra ſuum moñ. quod dic hodie, vt in c. vt apo-
ſtolicæ. de priuil. li. 6. Inuitatus verò an poterit ordinare. di-
cit Ho. fortè ſit ſicut ſi moñ. ſit eṗatus. s̃. e. c. 1. & de tempo.
or. c. quò ad tranſla. in non exempto verò poſſet eṗs prohi-
bere, ſm̃ eum. ¶ Quærit ẽt, quo tpe licet abbati hos ordines
conferre. de quatuor temporibus vr̃ planum. de diebus ve-
rò Dñicis poſſet dubitari: quia ꝙ hoc liceat, vr̃ cõceſſum ſo-
lùm epis. s̃. de tempo. ord. c. 1. & 3. ergo quod de vno dr̃ &c.
25. diſt. c. qualis. & l. cum prætor. ff. de iudi. Ho. tenet, ꝙ die-
bus Dñicis hoc poſsit, & magis q̃ in quatuor temporibus,
ne eṗizare videatur. i. eṗales ordinationes tenere. de conſe.
di. 3. c. peruenit. & idem dicit Hoſ. de manus impoſitione, &
abbatiali benedictione. & adde quod no. in Cle. accedentis.
§. ſtatuimus. in ſecunda glo. de ſta. reg. Tangit etiam hic Ho.
an pſalmiſtatus ſit ordo. tenet, ꝙ ſic, ſm̃ Io. And. & idem glo.
nam & per primam tonſuram clericalis ordo confertur, &
poteſt conferri per ſacerdotem, ſecũdùm gl. cõtra quod op
po. Inn. & ſoluit, vt hic planius in nouella: vbi dicit, quòd ſi
omittitur, eſt repetendus.

ADDITIO.

a ¶ Abbas monachis. adde Inno. in c. prius. de ſup. neg. præla. Doc. in c. fin.
de temp. or. li. 6. Io. de Fantu. in c. 1. 69. di c. abbas. c. quanto. de conſue.
& in c. veniens. de præſcrip. & in Cle. attendentes. in apoſtillis de ſta. mo.

Intelleximus. Si canonicus regularis fa-
ctus monachus iuſta de cau
ſa ad canoniam reuerſus ibi poſtea præficitur, licitè
poterit tenere prælaturam. Primò narrat factum ex quo. Se
cundò dubium elicit, ibi [nos igitur.] ¶ Not. primò pœnã
canonici regularis tranſeuntis ad moñ. quia cogitur redire
ad canoniam, & retinere cucullam in memoriam exceſſus,
& delicti. & ſic cõſeruatur aliquid ad memoriam facti: qñq;
contra. de conſe. diſtin. 2. ubi de hoc dixi. & 81. diſtin. & fa-
cit. ff. de decu. l. 1. 1. reſpon. an canonicus teneatur eum reci-
pere uelit nolit, hoc uide in nouella, ubi tenet, ꝙ ſic, ſi tranſi
uit ad moñ. latioris uitæ, uel ſine licentia.

*S V M M Æ.*

1 *Succeſſor an teneatur ex culpa prædeceſſoris.*
2 *Volens vnum videtur velle & aliud, ſine quo illud eſſe non poteſt.*

1 *Promotus ſine examinatione quis eſſe non præſumitur.*

ACcepimus. Ordinatus ad ſacros
ſine titulo ab ordina-
tore iuſtè petit beneficium: niſi poſt ordinatio-
nem reddiderit ſe indignum. Cõis diuiſio, ſecunda ibi [licèt
igitur.] ¶ Not. primò, quòd tex. loquitur de ordinatis ad ſa
cros. & hoc ideò quia ordinatis ad minora non ſcribitur ab
eccleſia. de quo. ȷ̃. de ꝑben. c. 2. & expone ti. i. beneficiũ. nã ti
tulus exponit multis modis. quod dic vt s̃. de ele. c. dudũ. 2.
ad fi. & de offi. archid. c. fi. ¶ Scd̃ò not. ꝙ imputat illi, q non
adhibuit diligentiam, quam debuit. ex hoc enim punitur: qa
non poteſt excipere contra illum petentem beneficium, qd̃
eſt verũ, ꝙ non põt excipere de crĩe præcedente ord. ſciuit,
ſiue ſcire potuerit per excõicationem, quã omiſit. ȷ̃. de clã.
deſpon. c. fi. §. ſi verò aliq. vbi paria ſunt, ſcire, vel ſcire debe
re, vt l. quod te. ſi cer. pe. ¶ Tertiò no. de clauſula, quæ expri-
mitur in lr̃is gratioſis, ſi eſt idoneus, & nõ indignus bñficio.
poſſet enim eſſe aliàs idoneus, & indignus bñficio: puta co-
1 mes, cerdo, vel miles. ¶ Quartò no. ꝙ ſucceſſor † tenetur ex
culpa prædeceſſoris commiſſa, improuidè ordinando. & ſic
culpa prædeceſſoris nocet ſucceſſori in dignitate: ſimiliter
negligentia. ȷ̃. de præſcrip. per totum. & ȷ̃. dicam. ¶ Quintò
no. regulam, ꝙ ille, quem quis reputauit idoneũ ad ordines,
debet ad beneficium ſimiliter idoneum reputare. nam qui
2 vult vnum, † videtur velle aliud, ſine quo illud eſſe nõ poteſt,
vt l. illud. ff. de acquir. hære. connexa enim ſunt ordo, & titu-
lus. 70. diſt. c. vno. & dato vno, reliquum eſt ſequela. de præ-
ben. c. cum ſecundùm. ¶ Sextò not. ꝙ non præſumitur quis
3 romotus † ſine examinatione: ex quo colligit Hoſti. ꝙ non
eſt veriſimile, ꝙ eṗs violet canones: licèt qñq; ſecus fiat. s̃.
de tẽpo. or. c. vel non eſt cõpos. præſumitur ergo ſolemnitas
obſeruata, & nihil de contingentibus omiſſum. ȷ̃. de eo, qui
fur. or. ſuſce. c. innotuit. per Inn. & l. ſciendum. de ver. ob. per
Bar. ¶ Septimò no. ꝙ cum eṗs eſt obligatus ad prouidẽdũ,
tenetur prouidere in eccleſia cathedrali, vel alia quacunq;.
quod eſt verum, ſi tenetur de iure cõi, vt hic: ſecus ſi vigore
reſcripti, vbi ſi exprimitur, ꝙ prouideat de beneficio in ciui
tate, vel diœce. non includitur ſub iſta generalitate eccleſia
cathedralis. ȷ̃. de præben. c. quis. lib. 6. ¶ Octauò no. ꝙ con-
tra examinatum ad aliud beneficium promouendum poſ-
ſunt nouæ exceptiones opponi. concor. s̃. de elec. c. ſcriptũ.
& facit in arg. ad q. ꝙ ſemel admiſſus ad regimen parochia-
lis eccleſiæ per eṗm, ſi præſentetur ad aliam, poterit repelli
rõne defectus ſcientiæ: & an talis repulſio habeat vim diffi-
nitiuæ, vide per Old. conſi. 18. ¶ Nonò & vlti. no. Io. An. ꝙ
qñ ſcribitur pro aliquo beneficiando, non eſt neceſſe, ꝙ lis
cõteſtetur, vel quòd detur libellus in ſcriptis: ſed ſufficit ſim
pliciter petere executionem mandati apoſtolici. quo caſu ſi
nihil opponitur, procedat iuxta eius formam. de reſcrip. c.
ſi qñ. & c. cum dilecta. & idem ſi friuola exceptio opponat.
de præben. c. dilectus. 3. & de conceſ. præben. c. cum noſtris.
oppoſita verò aliqua exceptio. legitima, & executio debet
ſuſpendi. de app. c. dilecte. & vide per Hoſt. in ſumma de ex-
cep. §. quando. ſub. §. hic de dilatoriis. ver. pe. & vlt. & ꝑ Ro.
in ti. an plures præben. §. & primò videamus. & per Com-
po. de reſcrip. c. mandatum. ¶ Oppo. dicitur hic, ꝙ prædeceſ
ſor ordinauit improuidè ſine titulo, ꝙ ſucceſſor teneat. Sed
contra, quia culpa prẹdeceſſoris non nocet ſucceſſori. ȷ̃. de
re. ec. non alie. c. quatuor. & de preca. c. 2. So. in alienationi-
bus illicitis non obligatur ſucceſſor ex culpa prædeceſſoris:
vt in contra. nec ex delicto. ȷ̃. de excep. c. cum veñ. Sed ex fa
cto prẹdeceſſoris bene obligatur ſucceſſor in his, in qbus eſt
ex ſuo officio obligatus, vt hic. nam ſi mẽdicaret clericus, re
dundaret in opprobrium ordinis clericalis. de quo remittit
Hoſti. s̃. de renun. c. ad ſuppli. ego tetigi in c. cùm dilectus.
de ordi. cog. poſt Inno. & no. glo. in d. c. cum ſecundùm apo-

ſtolum.

ſtolum.¶ Quæro poſt Doct. dicitur hic,ꝙ ideò tenetur epi-
ſcopus prouidere[quia quem reputauit idoneum]&c.& hac
etiã ratione non põt contra eum excipere de iuris rigore.Po
ne ergo,ꝙ epiſcopus non examinauit,ſed alius, ad quem ſpe
ctat de iure,vt Archi. vel ille,cui commiſit : an dictis caſibus
habeat locũ quod hic dicitur,vt epiſcopus prouidere tenea-
tur,& excludatur ab opponendo excep. contra taliter ordi-
natum : videtur ꝙ ſic.qui a etiã ſine culpa propria tenetur ad
hanc prouiſionẽ (puta ſi prædeceſſor ordinauit ad hoc:) mul
tò ergo magis,ſi alteri commiſit:vel alius in hoc peccauit.di
cunt Doct.ꝙ qñq; ad alterius præſentationem quis ordina-
uit ſine titulo: qñq; proprio motu illum , quem ipſe exami-
nauit : qñq; illum,cuius examinationem alteri cõmiſit. Pri-
mo caſu ſcilicet qñ ad alterius præſentationem , puta Archi.
ad quem ſpectat de iure cõi examinare. Et ipſe primò tene-
tur, ſi indignum præſentauit vt dignum . & in ſubſidium , ſi
Archid.non eſſet ſufficiens,tenetur epiſcopus, qui fuit in cul
pa,ordinando ſine titulo.70.diſt.c.neminem.facit.j.de offi.
archid.c.ad hæc.vbi de hoc. ¶ Secundo caſu qñ ordinauit il
lum,quem ipſe examinauit:tunc nõ debet admitti contra or
dinatum exceptio aliqua oppoſita per ordinatorẽ:ſiue illud,
quod opponitur,præcedat,ſiue ſequatur ordinatio. licèt alij
contra,quorum opi.eſt vera,ꝙ poſsit opponi à iudice,qui co
gnoſcit,quid debeat ſupplere de facto, nõ ab ipſo ordinato-
re.quod eſt no.dignum,ſecundũ Inno. ſ. de elec.c. cũ nobis
olim.2.q.7.c.quærendum.l.fi.de peti.hæredi. & l.quos prohi
bet.ff.de poſtu.& hoc eſt verum,ꝙ non poſsit ordinator op-
ponere crimina,qñ põt in eo deprehendi culpa : ſed quando
in examinatione nihil de contingentibus omiſit , videtur ꝙ
poſsit opponere crimina,quę ad eius notitiam peruenerunt.
ar.c.vt circa.j.de elec.lib.6.& c.nulli.eod.tit. ¶ Tertio caſu
qñ promouit ad ordines examinatum ab alio,cui cõmiſit.di
cit Inno.ꝙ ordinator non tenetur dicto caſu prouidere ordi
nato.de quo dic,vt in c.ſi epiſcopus.de præben.lib.6. & vide
per Hoſt.in ſumma de ſcru.§.qñ.ver.cum qualibet.& no.be-
ne iſtud.c.an contra illum , cuius perſonam quis ad ordines
approbauit.nam non põt contra ipſum opponere poſtea . q̃
materia latius verſatur in teſtibus , inſtrumentis, iudicibus,
& ſcripturis, quas quis approbauit , an poſsit poſtea repro-
bare. quod dic,vt no.Inno.de exc. c. cum veñ. vbi ſubtiliter
per eum.contra contractus verò proprios,ſiue geſta an poſ-
ſit quis venire.dic,vt ſ.de elec.c.noſti.& de cle.coniu.c.diuer
ſis fallacijs.

*S V M M AE.*

1 *Minus idoneus in ſacerdotem promoueri, vel ad regimen animarum aſſumi non debet.*

1 CVm ſit ars. Minus idoneus † in ſacer-
dotem promoueri , vel ad
regimen animarum aſſumi non debet.h.d. & fa-
cit ad partem rub.de quali. ¶No primò,ꝙ Papa commen-
dat hoc regimen ſibi commiſſum.ſ. curam animarum . ſic &
quilibet ortolanus laudat porros ſuos : vnde Hiero.ad Mar-
cel. Plus laudat vnuſquiſque quod poſsidet. grammatici etiã
ſuam artem laudant,dum dicunt,ꝙ eſt fundamẽtum,& prin
cipium aliarum.ſimiliter legiſtæ ſuam,dum dicunt, ꝙ eſt res
ſanctiſsima ciuilis ſapientia,quæ precio nummario æſtimari
non poteſt,vt l.1.ff.de var. & extraor.cog.dicit aũt Io.An.ꝙ
veritas eſt,ꝙ lex diuina excellit, à qua non excluditur cano-
nica,nec ciuilis.& de ciuili probatur.C.de præſcrip.lon. tẽp.
l.fi.in Authen.de conſue.ante fi.col.4.16.q.3.c.fi. & Impera
toris eſt ſtudium,vt traditi ſibi à Deo bene viuant , & ipſius
inueniant placationem in Authen. vt non luxu.contra natu-
ram.1.rñ.col.6.& quatuor concilia approbat, & ſacras ſcri-
pturas, & regulas,ſicut leges , ſeruat in Authen.de ec.titu.§.
1.col.9.& per hæc iura arguit Hoſt.de mente legis eſſe, ꝙ de
mortali peccato,vel periculo animæ , vel eccleſiaſtico ratio-
ne rei,vel perſonæ ſemper eſt recurrendum ad l.canonicam,
& eccleſiaſticum iudicem in Anthẽ. vt clerici apud proprios
epos.§.ſi verò eccleſiaſticum. & §. ſi autem eccleſiaſtica. de
canonica verò lege planũ eſt, ꝙ eſt diuina.de quo.j.de iura.
cal.c.1.hæ ergo duę leges,canonica,& ciuilis neceſſariò ſunt
cum theologia.Ciuilis enim tractat principaliter de tempo-
ralibus.theologia de anima. canonica principaliter de vtra-
que. & vna excedit aliam ex qualitate ſubiecti. remittit ad
no.ſ.de ſumma Tri.c.1.§. hæc ſancta. facit qđ no. j. ne cle.
vel mon.c.ſuper ſpec. ¶ Secundò no.ꝙ qui tenetur ex debito
alios inſtruere,põt alium ſubſtituere loco ſui,& ſibi hoc cõ-
mittere.& ſic Doctor poſſet alium ſubrogare. de quo dic, vt
no.Bar.in l.nemo eſt qui neſciat.de duo.reis.& de ſolu. l. in-
ter artifices.& dicit Io.An. ꝙ inſtructio ſuper diuinis officijs
non põt fieri ſine ſcientia canonica.de off.archi.c. inter cæte
ra.de fer.c.1.de cele.Miſ.c.1.& per totum tract. de cõſecra.
quod eſt contra puros theologos,ſecundùm Io.An.

QVamuis. Defectus ſcientiæ deijcit iam
promotũ.¶No.primò,igna-
rum epm ab executione pontificalis officij amo-
uendum.& quæ ſcientia requiratur in epo,colligitur.23. diſ.
c.qui eps.& quid ſcire debeat presbyter , collige.8.diſt. c. q̃
ipſis.& ſufficit,ſecundùm Hoſt.ꝙ prædicta ſciantur in libro.
de neceſsitate requiritur,ꝙ corde tenus. ¶ Quærit Io.And.
quid ſi quis nunquàm legit Donatum,ſed ex vſu bene ſcit lo
qui literaliter.dicit Io.An. ꝙ ſi promotus fuerit ad epalẽ di-
gnitatem,vel aliam,& ſit vtilis , non deponetur . nam legem
neſcientes,& illam ſeruantes ipſi ſunt ſibi lex.19.q.2. c. duo
ſunt.inducit.ff.de leg. l. ſcire leges . & prædicta in epiſcopo.
Abbas verò licèt ſit ignarus ſcientiæ, ſi aliàs eſt vtilis,nõ re-
mouetur rõne defectus ſcientiæ:nam ſufficit , ꝙ ſit prudens,
& peruigil ſupra gregem.8.q.2. c. dilectiſsimi . & vide quod
no.Io.And.j.de ſimo.c.per tuas.1.ſuper glo.nam & olim ab
bates erant laici.12.diſt.c. à ſubdiacono.& dixi.ſ.eo.c.cum
contingat.vbi de abbatibus.

# SEQVITVR RVBRICA DE SAC. VNCTIONE.

*Hunc titulum vide latè tractatum per Zaba. hic, & quæ ibidem dixi. quia dominus Pet. eum omiſit.*

# De filijs presbyt. ordinandis , vel non.

VIDIMVS de ordinãdis, qui ex varijs cau
ſis impediuntur . & inter quas eſt vitium
originis:ideò &c.habetur de materia.56.
diſt.per totum.repetitur in 6.& Cle. con-
ueniũt huic rubricę iura huius volumi.ſ.
de reſcrip. c. inter cæteras. de teſti. c. ex
parte.de ele.c.cum in cunctis. c. innotuit.& c.cũ Vintonieñ.
& alijs hic allegatis.

*S V M M AE.*

1 *Illegitimè nati non promouentur ad ſacros ordines.*
2 *Illegitimè nati ingreſſi monaſterium promoueri poſſunt.*
3 *Illegitimè nati non promouentur ad prælationes.*





VT filij. Illegitimus non ordinatur,niſi re-
ligioſus fiat:nec tũc præficitur. &
ſunt duæ partes. Secunda ibi [ſed neq; ] non fa-
ciens ad tit.Prima pars duas prohibitiones ponit,& à prima
1 vnum caſum excipit,ibi[niſi.]¶ No.primò illegitimè † na-
tos non promouendos ad ſacros ordines. & verbum,ſacros,
largè hic ſumitur,ſic.1.q.1.§.quolibet.ad fi.quæſt.& c.de or
dinationibus.& c.quibuſdam.& q.3.c.non ſolũ.in prin.6.q.
1.c.infames.27.q.1.c.nullus.facit quod not.32.diſt. in ſum-
ma.& loquitur iſte tex.de promotione ad ordines : à promo
tione aũt ſecularium dignitatum nõ repelluntur ita.ff. de de
cur.l.2.§.nullum.& l.ſpurij. ¶ Secundò no.ꝙ illegitimè nati
2 † ingreſſi moñ. vel canonicã poſſunt promoueri.de quo.j.e.
c.fi.& idem vbicũq; religioſè conuerſentur . quia locus non
ſanctificat hominem.40.diſt.c.non loca. ¶ Tertiò no.ꝙ ille-
3 gitimè nati † non ſolum prohibentur ad ſacros,ſed etiam ad
prælationes.& hoc de prælationibus eſt verũ, etiam ſi ingre-
derentur religionem.nam in eiſdem moñ.vel in alijs,ſed nec
in eccleſia ſeculari poterunt habere prælationem.16.q.1.c.
legi. & hoc verum de prælatione perpetua. ſimplicem autẽ
adminiſtrationem,à qua poſsint remoueri ad nutum præla-
ri,poterunt obtinere:dummodo curam non habeat,quod ꝓ
batur.j.c.propoſuit.ex quo enim promouetur ad ſacros, er-
go & adminiſtrationem non curatam habere poterit, vt ibi:
aliud ergo ſtatuitur in adminiſtratione perpetua, aliud in tẽ
porali,& aliud in curato,aliud in beneficio ſine cura: vnde ſi
cum aliquo diſpenſatũ eſt in ſacerdotio , nõ per hoc poterit
hr̃e eccleſiã curatã , nam ius cõe diſpenſat cum religioſo in
ſacris. & tamen per id non præficitur curæ , vt hic . & vide in
Spec.c.2.§.nunc ad epiſcoporum.ante fi.ver. vtrùm aũt.in fi.

*S V M M AE.*

1 *Literæ impetratæ ſuper beneficijs, tacita veritate non valent.*

ADpræſentiam, Illegitimus fi-
lius ſacerdotis,
qui,hoc tacito,ꝑ reſcriptũ apoſtolicum paternã
eccleſiam impetrauit,remouetur ab illa . & ſunt duæ partes.
Prima narrat ſubreptitiam impetrationem,contra quam ſe-
cunda dat iudicem.ſecunda ibi[ideoq;.] ¶No. primò,ꝙ li-
1 teræ † impetratæ ſuper beneficijs,tacita veritate, non valẽt.
de quo plenè.ſ.de reſcrip.c.ad audientiam.¶Secundò no.ꝙ
ſi ſunt duo impedimenta,non ſufficit in impetratione facere
de altero mentionem.facit l.per fundum.ff.de ſer.vrb.præd.
quod no.in c.1.ne ſe. va.

*S V M M AE.*

1 *Filius ſacerdotis eccleſiæ paternæ præeſſe non poteſt.*

1 PRæſentium. Filius† ſacerdotis eccle
ſiæ paternæ præeſſe nõ
poteſt.h.d.ſeq. ¶ Opp.hic dicitur,ꝙ filius ſacerdo
tis non põt in paterna eccleſia.contra. delictum patris nõ de
bet nocere filio innocenti.ff.de decu.l.generaliter.§.ſpurios.
& l.ſpurij.& l.2.§.2.C.de peñ.l.ſancimus.ſo.ſpeciale eſt pro
pter ordinum prærogatiuam,qui dantur non ſolum propter
recipientes,ſed etiam propter alios , & ne per id infametur
eccleſia.j.de obli.ad ra.c.1.& quod no.j.eo.c.2.lib.6. & per
Hoſt.in ſumma.eo.ti.§.quæ eſt cauſa.

COnquerente. Oppo.de c. propo-
ſuit.j. eo. ſol. ibi de
diſpenſatione: hic de iuris rigore.vel ibi fuit me-
dia perſona.hic non.j.eo.c.ex tranſmiſſa.

*S V M M AE.*

1 *Epiſcopus quod facit illicitè, an reuocare poſſit.*
2 *Filius ſacerdotis propter culpam epiſcopi in eccleſia remanere poteſt.*

VEniens. Epiſcopus,qui ſcienter contu-
lit filio ſacerdotis paternam ec
cleſiam, exinde eũ remouere non poteſt.& ſunt
duæ partes. ſecunda ibi[ideoq;.]Prima ponit querelam cle-
rici.ſecunda prouidet diſtinguendo.ſecũda ibi [numerum.]
¶No.primò,quid iuris,cum epiſcopus ordinat,& eccleſiam
confert filio ſacerdotis.diſtinguit enim vtrũ ſciens an igno-
rans , & plus punitur ſcientia,quàm ignorantia. ¶ Secundò
1 no.ꝙ eps † nõ põt, quod fecit illicitè,reuocare.concor.eo.c.
diuerſis fallacijs.j.de cler.coniug.vbi de hoc. ¶ Tertiò no.ꝙ
2 filius † ſacerdotis propter culpam epiſcopi poteſt in eccle-
ſia remanere,ſi eps ipſam ſcienter ſibi contulit.an aũt preſu-
matẽ ſcientia,vel ignorantia.& diſtingue. nã aut hoc erat no-
torium,vel manifeſtum.& præſumitur ſcientia in epo taliter
promouente,ſi ipſum purgari non facit.ſ.c.proxi.& de pur-
ga.ca.c.accedens.aut occultum: & tunc ſi non probat ſe exa
minaſſe diligenter per ſe,vel alium; ex quò nũc defectus ap-
paret:& de hoc præſumitur contra ipſum,vt ſciuerit,vel ſal-
tem affectator ignorantiæ, quæ idem,quod ſcientia, opera-
tur.j.de clan. deſ.c.cum inhibitio.& ſ.de elect.c.innotuit.Si
aũt probat ſe diligenter examinaſſe : tunc præſumitur igno-
rantia, & allegans ſcientiam , probare tenetur: nec imputa-
tur epo,ſi non diuinauit occulta.j. vt ecc.bñ.c.vt noſtrum.&
de ſcientia,vel ignorantia præſumenda no.82.diſt.c. propo-
ſuit.& j.de reg.iu.c.præſumitur.lib.6.¶Oppo.dicitur hic,ꝙ
eps,amoto quem inſtituit,debet huic filio ſacerdotis, quem
promouit ſcienter,reſtituere eccleſiam.Sed contra,quia eps
contra factum ſuum poteſt venire.ſ.de elec.c. noſti. Item ſi
ignorauit eum talem,videtur taliter excuſari , & non teneri
ad tolerantiam,vt in tex.Item videtur iniquiſsimum,ꝙ inſti-
tutus poſt amotionem huius illegitimi debeat amoueri,cum
canonica fuerit eius inſtitutio , eoipſo ꝙ erat inſtitutus filius
ſacerdotis.So.duobus primis contrarijs reſpondet gl.& huic
tertio reſpondetur multis modis,vt hic in nouella ſuper ver.
amoto.¶ Quærit Io. And.poſt Inno. nunquid vbicunq; epi-
ſcopus facit aliquid contra ius in caſibus , in quibus habet
poteſtatem diſpenſandi,videatur eoipſo diſpenſare. Inno.di
cit,ꝙ ad hoc vt videatur diſpenſare , debet præcedere ſum-
maria cognitio ſuper caſu diſpẽſationis,an ſit neceſsitas, vel
vtilitas,vel alia iuſta cauſa.1.q.7.c.vbi rigor. cum c.ſeq.& in
caſu,quo aliquid explicatur ſine cauſæ cognitione(vt audire
Miſſam à ſacerdote, vel procurationem recipere) non vide-
tur diſpenſare cum excõmunicato,ſiue ipſum abſoluere,eo-
ipſo ꝙ Miſſam audit , vel procurationem recipit.facit.j.de
ſent.excõ.c.ſi ſummus.in Cle. qđ præcisè tenet hic Hoſti. ꝙ
nec ordinando,nec confirmando,nec alio modo intelligitur
epiſcopus,niſi hoc exprimat.Io.An.remittit ad no. per eum
in c.2.j.de ſciſma.¶Secundò op. Papa hic mandat huic filio
ſacerdotis eccleſiam reſtitui, donec ſibi in alia prouideatur.
& ſic mandat eccleſiam ad tempus conferri contra multa iu
ra alleg.in glo.fi.So.vt in ea.& 7.q.1.c.paſtoralis.& dicit Ho
ſtien.ꝙ eccleſia huic interim ex cauſa recommendatur , nec
eſt prælatus , adminiſtrabit tamen interim vt prælatus : nec
dicetur eccleſia interim vacare.ſ.de elec. c. cum nobis olim.
ad fin.

*S V M M AE.*

1 *Epiſcopus præſentatum indignum admittere non tenetur.*
2 *Eccleſia quando habet presbyterum, & clericum, tantum debet habere clericus, quantum presbyter.*

PRopoſuit. Ex quo filius ſacerdotis ꝓ
motus eſt , ei debet de be-
neficio prouideri.& ſunt duo dicta , clerici ſuppli-
catio,

catio, & gratioſa conceſsio. ¶ No. primò, ꝙ dñs fundi in eccleſia ibi ſita habet ius patronatus. 10.q.1.c.ſunt quidam.&
1 ꝟ.de ſent.& re iudi.c.cum Bertoldus.vbi de hoc. ¶ † Secundò no.ꝙ epiſcopus non tenetur admittere præſentatum indignum.vnde hac vice priuatus eſt patronus iure præſentandi.de ſup.neg.præla.c.2.§.fi.& hoc tenet hic Inno.ſ.patrono præſentante indignum,ad ſuperiorem deuolui poteſtatẽ prouidendi:licèt bene faceret ſuperior reſtituere poteſtatẽ illam patronis laicis,qui non ſunt ita inſtructi in negocijs eccleſiaſticis. ¶ Tertiò no. ſententiam Papæ, quæ diuidit per mediũ. & ſic pôt dici ſententia ruſticorum.ad idem.ꝟ.de pro. c. 1.& de offi.ord.c.1.& l.Neſennius.ff.de nego.geſt.& intellige, ꝙ iſta diuiſio fiat ex gratia. quia de iure talis diuiſio, ſine ſectio improbatur.ꝟ.de præben.c.maioribus. ¶ Quartò no.etiam
2 ex hoc tex.ꝙ vbi eſt presbyter,& † clericus in eccleſia, tantũ debet habere clericus, quantum presbyter de redditibus ipſius.vide quod no.ꝟ.de maio.& obed.c.ſtatuimus. ¶ Quærit glo.quis erit prælatus eccleſię,an iſte diaconus præſentatus,an verò iſte presbyter.glo.dubitat,& concludit, ꝙ presbyter ſit prælatus,& non ille clericus,vt probat ver.ſine miniſtri ſuffragio, &c.Inn.videtur tenere,ꝙ iſte clericus erit rector eccleſiæ:& ſacerdos erit temporalis vicarius, ſupplens quod ille non poterat.7.q.1.c.illud.Hoſt. dicit, ꝙ hic fuit quædam Papalis prouiſio,quam Papa voluit facere.vnde iſti duo inſolidum habent iſtam eccleſiam, ſeruando in ſuo ordine, ſacerdotalia exercendo, & clericos in ſuo ordine adiuuãdo. Et ſi quæras,quare Papa non fecit ampliorem gratiam huic ſubdiacono,vt eccleſiã per ſe regeret,& ad ſuperiores aſcẽderet. Dic vt hic in nouella.vbi etiam no.ꝙ in hac ordinatione non requiritur conſenſus patroni,qui peccauit præſentando indignum.quod glo.reuocat in dubiũ,vt in ea habes.

SVMMAE.

1 *Hæredis nomen proximum ſignificat.*
2 *Pater an poſſit immediatè miniſtrare in eccleſia filij morientis.*

EX tranſmiſſa. Filius præeſſe pôt eccleſiæ, cui pater præfuit extraneo mediãte.h.d.Primò ponit querelã. Secundò prouidet,& ſoluit obſtaculum,ibi[ideoq;.] ¶ No. primò,ꝙ media perſona purgat vitium. quandoq; non purgat, ſed attenuat.2.q.1.c.in primis. vbi de hoc tangunt hic Goff. & Hoſt.qualiter vitia traſeant in ſucceſſores vniuerſales, vel ſingulares. vel etiã in ſucceſſo. in dignitate. de quibus in c. cura.de iure pa.& diſtinguit inter vitia realia,& perſonalia, minus tamen plenè.dic ergo plenius,vt no.in l.vitia.C. de acquir.poſ.& de diuer.& tempo.preſcrip.l.an vitium.& l. cum
1 hæres. ¶ Secundò no. ꝙ nomen † hæredis ſignificat proximum,& non vlteriorem.quod patet,quia ſucceſsio prohibetur in eccleſijs.7.q.1.c.apoſtolica.& tamen ſucceſsio intelligitur reſpectu proximi decedentis, non autem vlterioris & mediati. alibi tamen nomen hæredis largius ſumitur, comprehendens non ſolũ proximum: ſed vlteriores in infinitum. de quo in l. in annalibus. C. de leg. & l. Gallus. de lib. & poſthu. vbi pleniſsimè per Bart. & Bald. ¶ Quia dicitur in toto iſto titulo,ꝙ filius non poteſt miniſtrare in pater
2 na eccleſia immediatè.quid econuerſo,an pater† poſsit miniſtrare immediatè in eccleſia filij morientis? videtur,ꝙ nõ: quia ſicut filius ſuccedit patri. ſic pater filio turbato ordine naturæ,vt l.nam & ſi parentibus.ff.de inoffi.teſtam.Sed Ala. Tan.Vin.Phi.& Io.in d.c.apoſtolica.dicunt cõtrarium: quia pœnæ &c.& quia quod non eſt ſanctorum patrum &c.2.qõ. 5.c.conſuluiſti.& ſ.de tranſla.c.inter.& ſi eccleſiæ patris,& filij fuerint unitæ, altero cedente, vel decedente ſuperſtes in vtraq; eccleſia miniſtrabit,non ex vi ſucceſsionis, ſed vnionis,niſi in fraudem canonis facta eſſet vnio.idem Vin.ꝟ. eo. c.fina. æquum tamen eſſet, vt in ſua antiqua filius miniſtraret, & in vnita per vicarium. & Clemens. 4. ad cautelam voluit diſpenſare.

SVMMA.

1 *Reſtitutionem petens debet probare canonicum titulum, & ſpoliationem.*

CONſtitutus. Filius præeſſe pôt eccleſiæ, in qua pater ſine titulo miniſtrauit.In prima querela. In ſecunda prouiſio conquerentis. ¶ No.primò,ꝙ ſpoliatus deduxit hic proprietatem, & poſſ.in iudicium. & intellige, ꝙ ſuper poſſeſſorio fuit facta commiſsio. quod probat ver. eiectus. Item id,quod dicitur in fi.ꝙ reſtituantur fructus percepti,& etiam percipiendi, ſecundùm glo.quod eſt propriè de natu-
1 ra interdictorum. ¶ Secundò no.ꝙ petens † reſtitutionẽ.debet probare canonicum titulum,& ſpoliationem. ſed contra imò videtur,ꝙ non teneatur probare titulum, ſed ſpoliat. & ſe poſſeſſe tempore ſpoliationis,vt c.in literis.& c. olim de reſti.ſpo.So.in glo.& in nouella poſt Inno.ſoluitur contrariũ multis modis,& illa ſolu. eſt no. Sed ꝙ ſi ageret poſſeſſorio, & per confeſsionem,vel euidentem probationem conſtaret: vel aliàs notorium eſſet,ꝙ eſſet illegitimus,vel ꝙ aliter eccleſiam indebitè occupaſſet,denegaretur ei reſtitutio : niſi contra tale notorium aliquid rationabile opponeretur. nam cũ ſine peccato eccleſiam retinere non poſsit,meritò denegada eſt ſibi reſtitutio dictis caſibus.ꝟ. de diuor. c. ſignificaſti. Item quando notoriè conſtat,ꝙ poſſeſsio ſpoliati erat reprobata,reſtitutio denegatur.Caſus eſt in c.ad decimas.ꝟ.de reſti.ſpo.nam & ſi in odium ſpoliationis nulla exceptio admittatur,vt c.fi.& c.cum dilectus.de ordi.cog.tamen iudicis officium,quod in ſpiritualibus multum poteſt,non videtur ceſſare,vt c.cum nobis olim.de elec.& l.fin. de peti. hære.& qđ no.in l.vbi pactum.C.de tranſac.& de offi. iudi..c.1.per Inn. Alij aliter dicunt,vt hic per Doct. ¶ Tertiò no.ꝙ non prohibetur ſuccedere filius in adminiſtratione eccleſiæ,in qua pater præfuit vt miniſtret,nõ vt rector, vel vicarius perpetuus. Vicarius enim perpetuus pro rectore habetur.ſ. de reſcrip. c. poſtulaſti.

EX tua. Si is, cui conceſſum eſt à Papa, vt poſsit diſpenſare cum filijs ſacerdotum circa eccleſias paternas immediatè tenendas,cum aliquo diſpenſauerit,ille per literas iuſtè contra eũ poſtea impetratas remoueri non poterit.h.d.In prima conſultatio.In ſecunda rñſio.ibi[ſuper quo.] ¶ Not. primò, ꝙ iſte impetrauit literas,vt poſſet diſpenſare cum filijs ſacerdotum:& aliqui dicunt,ꝙ iſta impetratio fuit ſecundùm ius cõmune,quaſi ſibi de iure cõi hoc liceret. Alij dicunt,ꝙ fuit de neceſsitate,quaſi ſine ea non potuiſſet.Hoſti. dicit,ꝙ neceſsitate vrgente,cum eo,qui non eſt publicè infamatus, diſpẽſare poſsit eps, & iura contra.ꝟ.eo.c.pe.& ſi.loquuntur,quãdo ſubeſt tantùm prærogatiua multorum, & non neceſsitas. quo caſu non diſpenſat,vt in contra.vel ibi loquitur, quando đ hoc erat diffamatus,& viuificatus: quo caſu nõ poſſet epus diſpenſare, cũ ſolus princeps,vel ſenatus remittat infamiam. ꝟ.de re iud.c.cum te.eo.ti.l.1. §. de qua.ff. de poſtu. curia tñ ſeruat ſolũ Papam diſpenſare,& in iudicando eius opi.eſt ſequenda: licèt prima ſit verior.ꝟ.de re iudi.c.de cauſis. ¶ Secundò no.formam gratiæ.ſ.ꝙ diſpenſaret,ſi eos probatæ vitæ &c.vel ſi eos tenuiſſe longo tempore eccleſias &c.& intellige,ꝙ idoneitas vitæ præſumitur,niſi probetur oppoſitum. de ſcru.c.1.Item expone[vel quos]&c.vel,pro,&, quaſi habeat concurrere idoneitas perſonæ, & longa poſſeſsio. & hæc ſola non ſufficeret.eſſet enim abſurdum,ꝙ cum peccatore ideo diſpenſaret:quia longo tẽpore poſſediſſet[quia diuturnitas temporis]&c.c.cum habetur.de eo qui dux.in mat. ¶ Tertiò



¶ Tertiò nò.ꝙ ſpecies non derogat generi quò ad eum, cui ratione generis eſt prouiſum. Poſtquàm enim eſt deuentum ad ſpeciem,perinde eſt,ac ſi emanaſſet prouiſio ſpecialis.ar. de reſcrip.c.paſtoralis.§.fin. ¶ Quartò no.ꝙ inſtitutio auctorizabilis ſpectat ad epm. De hoc.ꝟ.de offic. archi.c.cum ſatis. ¶ Vltimò no.ꝙ intruſi laici donationis intuitu poſſunt in beneficijs auctoritate epiſcopi remanere.Et ſic poteſt epiſcopus cum talibus diſpenſare.quod dic,vt ſ.de elec.c.quiſquis. ¶ Querit Io.And. pone,ꝙ eps,qui obtinuit poteſtatem diſpenſandi cum filijs ſacerdotum, diſpenſauit cum aliquibus, & deinde deceſsit Papa, qui conceſsit: an expiret poteſtas, vel ſit perpetuata propter diſpenſationem cum aliquibus, mandatore iubente.No.Guil.in ſpe. de leg.§. videndum.ver. quid ſi is.& dicit ſe obtinuiſſe,ꝙ non.dicit Io.An.ꝙ hoc poſſet eſſe verum,quando cum expreſsis perſonis diſpenſare debebat:& non per modum gratiæ emanaſſet conceſsio . aliàs non expiraret morte Papæ,etiam re integra.ꝟ.de præben.c. is cui.lib.6.Vel dic,qñ expreſsis nominibus emanaſſet gratia,quòd aut fecit actum cõem quò ad omnes : & non expirat, ſed perpetuata intelligitur quò ad oẽs. Aut fecit actum ſpecialem quò ad aliquos:& quò ad alios expirat, & ita procedat dictum Spe. vbi aũt cõmiſsio emanauit ſimpliciter,nõ expreſsis nominibus (vt fuit in caſu noſtro.) quia tunc, an p diſpenſationem cum aliquibus inducatur perpetuatio quò ad alios,licèt Papa decedat.dic vt ꝟ.de offi.deleg.c.licèt.

SVMMAE.

1 *Filij excluduntur ab eccleſijs,quibus patres immediatè præfuerunt.*
2 *Excluſus ſemel iterum in illa reaſſumi non debet.*
3 *Iudicium in notorijs eſſe non debet.*

QVoniam. Si manifeſtum eſt, ꝙ filius in eccleſia immediatè ſucceſsit patri ſine aliqua teſtium receptione,ab il-
1 la remouebitur. h.đ. ¶ No.primò,ꝙ filij † excluduntur ab eccleſijs, quibus patres immediatè præfuerunt, ſubau. niſi fuiſſet cum eis diſpenſatum.ſ. c. proxi. ¶ Secundò no. ꝙ ſe-
2 mel excluſus † iterum reaſſumi non debet in illa vacatione. quod ergo dicitur,ꝙ non pôt filius immediatè præeſſe, intelligitur in tota illa vacatione,& perſona alia mediante,quàm ipſemet.prohibitio enim intelligitur perpetua in illa vacatione.facit ad no.in l.ſeruus.C.de pẽñ.cum ſi. ¶ Tertiò no.ꝙ in
3 notorijs non debet eſſe iudicium. † Et ſic cum ſẽtẽtia ſit de iudicio,& proceſſu:& citatio etiam.vt ꝟ.de proba.c. quoniã contra.&.ſ.de conſti.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.pater,ꝙ in notorijs non requiritur citatio,vel ſententia. de quo per Inn.ꝟ. de coha.cle.& mu.c.noſtra.de iureiurã.c. ad noſtram. & no. bene hũc tex.qui loquitur generalius in notorijs, quàm alij. hic enim dicitur,ꝙ non requiritur iudicium : in alijs dicit, ꝙ non requiritur ordo iuris,& plus eſt non requiri iudicium,ꝙ iudiciarium ordinẽ,in quo caſu requiritur qualis qualis. d.c. ad noſtram.& arguit hic Hoſt.ꝙ quando epiſcopus requirit à ſubdito,qualiter eſt eccleſiam adeptus,non eſt offerendus libellus.remittit de ſimo.c.licèt Heli.§. 1.

ADextirpandas. Filius etiam legitimus remouetur ab eccleſia, in qua immediatè ſuccedit patri vicario, vel rectori. ¶ Nota primò, ꝙ Papa mandat archiepiſcopo, vt amoueat in prouincia ſua filios ſacerdotum inſtitutos ibi.Sed contra hoc op.de c.paſtoralis. de offi. ord. Sol.hic committit archiepiſcopo propter negligentiam epiſcoporum,vel quia Cantuarieñ.eſt legatus.de offi.leg.cap.1. Hoſt. dicit, ꝙ in cõi vitio prouinciæ metropolitanus eſt iudex,ad idem.ꝟ.c.fina.de reſcri.ad hoc de inſti.c.3. ¶ Sed hic quæritur,an metropolitanus,cum viſitat prouinciam, poſsit diſpenſare.Vinc.ꝙ poteſt illud,quod pôt ordinarius.facit p hoc dicto.ꝟ.de pœni.& remi.c.noſtro.de cen.c.vlt.lib.6.Sed iſta loquuntur in his,quæ reſpiciunt forũ prouinciale:diſpẽſatur ergo cũ his.ſimiliter dicit Io. An.ꝙ facere non pôt, cũ non ſit permiſſum.remittit ad no. de temp.or. c. cum nullus. lib.6.in glo.non.dicit. ¶ Quærit glo. dicitur in rub. de filijs presby. ſimiliter in multis cap. dr de filijs: nunquid ergo ſub iſta prohibitione appellatione filiorum comprehẽdãtur nepotes,& cæteri deſcendentes.glo.tenet hic,ꝙ ſic.Idem Io. 8.q.1.c.apoſtolica.& Ala.ſ.c.proxi.& Inno.hic.Hoſti.ſ.e.c. ex tranſmiſſa.dixit idem,qñ mortuus eſt filius : aliàs non. cũ in primo caſu nepos ad ſucceſsionem veniat, in ſecundo nõ, allegat.C.de ſuis,& le.Authen.in ſucceſsione. & ſicut perſona media purgat vitium,ſic & naturalis,ſecundùm eum. remittit ad ſummam eo.ti.§.qui filij.ver.ſed nunquid.& ſeqũ. vbi poſuit qões de hoc vtiles.& ꝟ.de hære. c. vergẽtis.Ray. in ſumma huius tit.§.3.Goff.hic,& in ſumma.§.de hac ſecũca.Bart.Brix.8.q.c.in apoſtolica.dicunt prohibitionem non extendi ad nepotes,ar.ff.de ritu nup.l.lege Iul.§.hoc capite. vbi ſenator prohibetur ducere filiam illius,qui ludicram artem exercuit,non tamen eius neptẽ.ad idem Inſti. qui da.tu. poſ.in fi.& ff.de teſta.tu.l.ꝙ ſi nepotes.& quod no. in Clem. 1.de bapti.Itẽ conſtat,ꝙ filius,& nepos ſunt in diuerſo gradu,& ſpẽ: ergo ſtatutum in vno non includit reliquum.35.q. 5.c.1.& 3.bene facit.C.de col.l.illã.Item qui non poteſt contrahere cum filia ſpirituali, contrahere poterit cũ ipſius filia,cum non ſit prohibitum.ꝟ.de cog.ſpũ.ſuper rub.per Ioã. An.& idem in filia ſororis adoptiuæ.Inſti. de nup. §.fratres. ver.eius verò.Item Decr.2.de hær.lib.6. quæ punit filios hæreticorum,nõ incluſiſſet nepotes,niſi de ipſis fuiſſet facta expreſſa mentio:& tñ illud etiam certo caſu reſtringitur, vt patet eo.tit.c.ſtatutum.ad hoc facit l.iuſta.ff.de verbo.ſign.vbi dicitur,ꝙ appellatio filiorum extenditur ad nepotes per interpretationem.ceſſet ergo talis interpretatio in pœnalibus. de reg.iur.c.in pœnis.lib.6.& in materia odioſa eo. titu.in c. odia.& de hac materia plenè per Bar.in d.l. iuſta. vbi omnino vide,&c.

SVMMAE.

1 *Filios legitimos habentes epiſcopi eſſe poſſunt.*
2 *Filius an poſsit eſſe epiſcopus in eccleſia, in qua pater erat archidiaconus.*

ADhæc. ¶ Filius epiſcopi legitimè natus promoueri poteſt ad ordines,&
1 in paterna eccleſia beneficiari. ¶ No.primò† ꝙ habentes filios legitimos pñt eſſe epiſcopi. ¶ Secundò no.ꝙ in eccleſia paterna tales filij poſſunt beneficium obtinere.
2 econtra autem an filius † poſsit eſſe epiſcopus in eccleſia, in qua pater erat archi.dicit Io.ꝙ ſic.nec eſt curandum de maioritate,vel minoritate beneficij alterius ipſorum:ſed hoc tãtùm, an ſit legitimus.

MIchael. Non poteſt eſſe filius vicarius eccleſiæ, in qua pater proximus fuit rector. h. d. & in prima facti narratio. In ſecunda cauſæ commiſsio. ¶ No.primò, ꝙ ſi quis non poteſt eſſe in eccleſia tanquàm rector, non poteſt ibi eſſe tanq̃ vicarius perpetuus. cum enim idem ſit vtriuſque effectus.ſ. de reſcrip.c.poſtulaſti.non eſt curandum de nomine, ſed de effectu.facit c.auaritiæ.ꝟ.de elec.lib.6. & l. ſcire oportet. de tu.& cu. da.ab his. fieret enim iſto caſu fraus legi de nomine ad nomen,ꝟ.de priuile.c.quantò.vbi de hoc. ¶ Secundò no. ꝙ vt quis de eccleſia repellatur tanquàm filius ſacerdotis,debet conſtare ipſum eſſe filium eius:quo aũt hoc conſtabit,cũ ſit probatio difficilis.dic vt in gl. quam ſingulariter no. nam quod dicitur in l.filium.ff.de his,qui ſunt ſui,vel alie.iur.& l. ſi vici-

ſi vicinis.C.de nup. habet locum nō ſolum in filio legitimo,
ſed in ſpurio,& baſtardo, vt nato in domo ex cōcubina præ
ſumatur filius retinentis ipſam. quod tene bene menti, & ſi-
gna,& vide.ĩ.qui fi.ſint leg.c.trāſmiſſę.& de proba.c.ꝑ tuas.
& quod hic dicitur de filiatione probanda, intelligas de pa-
ternitate repetitum, cum ſint correlatiua, & eadem ratio
vtrobique, ſecundùm Hoſt.

*S V M M AE.*

1 *Filij legitimi quare prohibentur ad beneficia promoueri.*

LIteras. ¶Illegitimè genitus etiam de vtro-
que ſine diſpenſatione ad ordines,
vel beneficia promoueri non pōt.h.d. ſupplicatio,&
ſupplicatiōis admiſsio,ibi[verū.] ¶No.primò,ꝙ iſte natus
eſt in ſacerdotio, & de vxore legitima cōceptus.qđ pōt eſſe,
qñ poſt ſacerdotium ipſam cognouit. quod non licuit: vnde
talis inuadit cubile vxoris.81.diſt.c.miniſtri.vbi no. Hu.La.
& Io.ꝙ magis peccat cognoſcens talem vxorem, quàm ſi co
gnoſceret ſolutam.& hac ratione ſunt filij illegitimi.Cōcor.
Inn.& Ho.ĩ.de cōuer.coniu.c.dudū. & Gof.in ſumma huius
tit.§.quid ſi ſacerdos. Sed Ray.in ſumma huius tit.mouet du
plici rōne.ſ.prolis.& ne culpa parentum filijs noceat,28. diſ.
c.diaconi.& 7.q.2.c.multorum.¶Secundò no.quare filij ille
1 gitimi † prohibentur ad beneficia promoueri: vt ſcilicet pa-
terna incontinentia puniatur.concor.l. fin.C.de natu.lib.ibi
[paternum vitium fuit refrenandum.] tñ quò ad vitā æternā
macula hæc non nocet filijs.56.diſt.c.naſci. ¶ Tertiò not.ꝙ
mandat promoueri,ſi aliàs dignus inuentus fuerit.an autem
præſumatur dignus,videtur ꝙ ſic.vt C.de ſeru. ſed illud ve-
rum,vbi non ſit ſiniſtra ſuſpicio contra promouendum: ſed
hic meritò de paterna incontinentia dubitatur.vnde ille,cui
committitur,tenetur inquirere de moribus in loco conuer-
ſationis ſuæ. de frigi.c. 1.& c.poſtquàm.ſ̃.de elec. & c. ſcri-
ptum. ¶Quærit glo.dicitur in tex.ſimpliciter [permittimus
ordinari.] an hoc verbum,ordinari,indefinitè prolatum in-
telligatur de omnibus ordinibus etiam ſacris:an de minori-
bus tantū.Et eadem quæſtio de beneficio,cum dicatur inde-
finitè [ad eccleſiaſticum beneficium valeat promoueri.]&c.
an intelligatur de ſimplici,vel de quocunq;, glo. dicit ꝙ tu-
tius eſt,ꝙ intelligatur de minoribus. Item Lau.Tan.Vincen.
Goff.Inno.& Hoſt.qui etiam remittit ad ſummam eo.titu.§.
quis poſsit.ver.quid ſi diſpēſetur cum aliquo.& ſe. & in Spe.
tit.2.§.vl.in prin.& facit.ĩ.eo.c.1.lib.6.in fine.

CVm decorem. Illegitimus in ec-
cleſia paterna ꝑ-
bendari non debet.h.d.ponit dictum, & cām red
dit,ibi [cum indecorum.] ¶No. primò,ꝙ prohibetur filius
illegitimus miniſtrare patri: quia indecorum eſt. infamatur
enim ex hoc eccleſia,& deformatur honeſtas: & vtrūq; cauē
dum,vt ĩ.c.fin.& c.1.de obli.ad ra. periculoſum eſt etiā pa-
tri propter peccati memoriam:ne pungatur, & lædatur con
ſcientia.arg.15.q.1.c.mulier.

AD abolendam. Si legitimus
(maximè fi-
lius ſpurius) inſtituatur in eccleſia,in qua inſti-
tutus eſt pater,inſtitutio non valet:& inſtituens à ſuis benefi
cijs ſuſpendetur.h.d.& primò ponit inhibitionis cauſam im
pulſiuam.Secundò inhibet.Tertiò decernit.Quartò contra-
facientes puniri præcipit. ¶ No.primò, ꝙ filius ſpurius non
pōt miniſtrare in eccleſia paterna,dum pręeſt ibi pater in di
uerſo officio.In ea verò,in qua pater non præeſt,promouet
diſpenſatiuè: mortuo aūt patre, an in paterna eccleſia poſ-
ſit filius beneficium obtinere aliud à paterno, tenet Io.And.
ꝙ ſic.quia deficit tunc ratio:filius verò legitimus,patre viuo,
& etiam mortuo diuerſum beneficiū in paterna eccleſia ob-
tinere pōt.de quo.ſ̃.eo.c.ad hæc.vbi vide.& hic in glo. fin.&
Io.An.tractat hic de iſta dictione,maximè, an ſit implicati-
ua,vel non:dic vt in nouel.

*S V M M AE.*

1 *Filius patri in eccleſia curata ſuccedere non poteſt.*
2 *Legati contra canones diſpenſare non poſſunt.*

DIlectus. Alius, quàm Papa non diſpen
ſat,vt filius in eccleſia paterna
immediatè ſuccedat. Et in prima parte ponitur
facti narratio.in ſecunda ibi[quocirca.]eccleſiæ commiſsio.
1 ¶No.primò, ꝙ non pōt ſuccedere filius † patri in eccleſia
curata: idem ſi non ſit curata.ſ̃.eo.c.ad hæc. vbi Ioan. And.
¶Secundò no. ꝙ præpoſitus hic monuit iſtum, vt reſigna-
ret.& hoc fortè fecit ex ſpeciali mandato Papæ, vel ab ordi-
nario: aliàs contra.de præbē.c.in Lateran̄.vel fortè præpoſi-
tus erat patronus,ad quem talia ſpectare videntur.17.q.7.c.
2 filijs.& de ſupplē.negli.præla.c.literas.¶ Tertiò no. † ꝙ lega
ti non poſſunt contra canones diſpenſare.facit quod no.ĩ.de
ſciſma.c.1.lib.6.& hic in glo.in fi.Hoſt.tñ,qui tenet, ꝙ cum
talibus poſsit diſpenſare epiſcopus,vt no.ſ̃.eo. c. ex tua.ali-
ter hic exponit.quod dic,vt in nouella.

*S V M M AE.*

1 *Epiſcopi ſuper defectu natalium non diſpenſant.*

NImis. Illegitimus abſque diſpenſatione
Papæ ad dignitatem,perſonatū, vel
beneficiū curatum promoueri non pōt. Et pri-
mo ponit abuſum prouinciæ, quem ſecundò circa pręteritū
corrigi iubet,& in futurum prohibet,ibi[quocirca.] ¶Not.
primò cauſam,quare filijs ſacerdotum prohibentur promo
ueri propter inhoneſtatem: olim verò erat honor. de ma. &
obe.c.ſolitæ.§.potuiſſes.& aduerte quia tex.iſte loquitur ge
neralius,quàm rub.ſ. de omnibus illegitimè natis non pro-
1 mouendis,non ſolū de filij ſacerdotum. ¶ Secundò no. † ꝙ
ſuper defectu natalium non diſpenſant epi. quod eſt verū in
beneficijs curatis,perſonatibus,& dignitatibus,vt dicit tex.
de ſimilibus autem nihil dicit tex. & ideo glo. reuocat hic in
dubium, an eps diſpenſare poſsit.de quo eſt hodie tex. in c.
1.ĩ.eo.lib.6.& ibi not.quid iuris de prælatura, vel rectoria,
ſiue cura: & quare magis epi diſpenſare poſſunt in crimini-
bus,quàm defectu natalium.ibi vide,& in Spe.c.2.§. nūc de
epiſcoporum.ver.ſed cum eps. ¶ Quærit Hoſt.quid ſi Papa
diſpenſauit cum genito ex coniugato,& ſoluta, & coniuga-
tus erat comes,vel dux, de quo in literis non fit expreſſa mē
tio.dicunt quidam,ꝙ valet diſpenſatio. quia ſi id expreſsiſ-
ſet,facilius habuiſſet. Alij contra, cū adulterium maius pec-
catum ſit in principe.40.diſt.c.homo. & ideò difficilius im-
petraſſet: & tales indulgentiæ ſunt odioſæ.ĩ.eo.c.2. lib.6. &
dicit Hoſt.hoc ſe fateri,qñ ex ſoluto,& nobili coniugata.ar.
C. ad Orfi.l.ſi qua illuſtris. In alijs videtur, ꝙ valeat: cum
nec ſtilus curiæ habeat, ꝙ nomina, vel circunſtantiæ paren
tum exprimantur: ſed ſufficit generalis mentio. ſtilus ve-
rò attendendus eſt. de crimine fal. c. quàm graui. maximè
ne fruſtrētur,& decipiantur tales gratias obtinentes. de do-
na.c.per tuas.remittit etiam ad ſummam.e.titu.§.fi.vbi ple-
nius per eum.





# De ſeruis ordinandis, vel non ordinandis.

VIſo de impedimento originis, videndum
eſt de impedimento conditionis ſeruilis.
Seruilis vilitas honorem clericalem non ca
pit.54.diſt.c.admittuntur. & in illa diſt. de
materia.ꝑ to.& 12.q.2. c. liberti. vſq; ad c.
aurū. & plura iura conueniunt huic rubri-
cæ, vt in nouella.

*S V M M AE.*

1 *Seruus, niſi prius manumittatur, ordinari non debet.*

INſtruendi. Seruus ante plenam manu-
miſsionē,ordinari nō debet.
Et tria facit. Primò ponit dictum. Secundò eius appro
bationem.Tertiò ex ea dat inſtructionem. ¶ No.primò, ꝙ
1 ſeruus,† niſi prius manumittatur, non debet ordinari. nam
Deo ſeruiens gaudere debet plena corporis libertate. de cle
ri.coniuga.c.diuerſis. ¶ Sed contra hoc op.de c. ad decorē.
ĩ.de inſti.& de præben.c.venerabi.in quibus dicitur, ꝙ non
eſt curandum,niſi ꝙ non ſit ſeruus.de nobilitate verò ſangui
nis non curamus,vt in contrario: ſed de conuerſationis noti
ficatione,& approbatione curamus.de cleri. peregri.per to-
tum.& de iud.c.cum deputati. ¶ Secundò no. ꝙ Papæ vitu-
perium præcaueri debet.eſſet enim vituperium,cum ordina
tus deduceretur in ſeruitutem.54.di.c.frequens. & c. ex an-
tiquis.& c. quicunq;. & tangit hoc vituperium totum colle-
gium clericale,cui renunciari non poteſt. de foro compe. c.
ſi diligenti.melius ergo eſt ante tempus occurrere &c.C. qñ
li.ſe ſine iudi.vin.l.1.

DE ſeruorum. Seruus ſine licentia
domini ordinatus
deponitur, & dño reſtituitur. h. d. & duo facit.
Primò ponit ſtatutum.Secundò contra factum irritat.Secun
da,ibi[& ſi dñs.] ¶No.primò,ꝙ ante ordinationem debēt
ſerui à dñis manumitti:vtrū autem dñs, qui eſt minor,poſsit
manumittere ſeruum ſuum.dic,vt C.qui ma.non poſ.l.ſi mi-
nor. ¶Secundò no.de ſeruo fugitiuo promoto ad ſacros or-
a dines,dum eſt in fuga.quis autem dicatur fugitiuus, a dic vt
ff.de ædi.edic.l.qđ ſit ſugitiuus.& quæ ſit rō,quare ſeruus or
dinatus reſtituitur dño,& non alia res conſecrata,no.ĩ.de re
lig.domi.ca.ad hæc. cum ſi.ſuis remiſ. ¶ Quærit glo. 2. ſub
quo iudice ſit hæc quæſtio cognoſcenda,ſit ſeruus fugitiuus,
necne.Hanc tñ.q.alia præcedat, an per fugam dñs priuetur
poſſeſsione ſerui.videtur,ꝙ ſic:ſicut aliarum rerum, & maxi
mè animatarum,perditur, cum fugiunt cōſpectum noſtrum.
vt ff.de acquir.poſ.l.3. §. Nerua filius.dic contra. & aliud in
ſeruis, quàm in cæteris rebus: in quibus non reperitur ani-
mus doloſus: ſed in ſeruo ſic, vt l. ſi quis vi.§. differentia.ff.
de acqui.poſſ.& d.§.ſi ſeruus.quando ergo dñs priuetur poſ
ſeſsione ſerui,plenè proſequitur hic Inno.nam quandoq; ſer
uus moratur in poſſeſsione libertatis, & gerit ſe pro libero
bona fide:& ſtatim amittitur eius poſſeſsio, & incūbit onus
probandi dño hunc eſſe ſeruum ſuum.vt ff.de libe.cauſa.l.3.
l.liberis.in fi.& l.igitur.§.poteſt. hæc autem probatio incum
beret ſeruo,ſcilicet probandi ſe liberum,ſi eſſet in poſſeſsio-
ne ſeruitutis.Inſti.de interdic.§.retinendæ. Aut ſeruus eſt in
poſſeſsione libertatis malæ fidei:& tunc aut dñs deſijt habe-
re animum poſsidendi: aut non deſijt: aut de hoc dubitatur,
deſierit habere animum poſsidendi,vel non.Primo caſu ſta-
tim amittitur eius poſſeſsio,ſicut & aliarum rerum, vt d. l. ſi
quis vi.§.differentia.tñ hoc caſu ipſi ſeruo(quamquàm ſit in
poſſeſsione libertatis) incumbit onus probandi ſe liberum,
probata mala fide ſuæ poſſeſsionis.facit l. vis eius.C.de pro-
ba.aūt dñs non deſijt habere cauſam poſsidendi; puta quia
non omiſit cuſtodiam ſerui.& tunc ſi per centum annos fue-
rit in poſſeſsione libertatis,dñs non amittit poſſeſsionē: nec
ipſe poteſt ſuam poſſeſsionem interuertere. Nam ita eſt in
poſſeſsione cuiuſlibet rei mobilis, quā ſemper retineo,ſi ab
alio non apprehendatur:ſecus ſi ab alio apprehendatur, vel
neſcio,vbi ſit ſeruus, qui fugit. hoc enim caſu poſſeſsionem
perdo. vt l.ſi rem mobilem.ff.de acqui. poſ. ſubdit circa hoc
Inno.ꝙ ſi ſeruus meus ſtaret in vna arce inexpugnabili,& ſe
ibi defenderet,nō amitto poſſeſsionem.quod no.Si verò du-
bitatur,deſierit habere dñs animum poſsidendi,vel nō:tunc
diſtinguit,ſteterit ſeruus in poſſeſsione libertatis decennio,
necne:vt ſi ſteterit,præſumatur dñs habere animum amittē-
di poſſeſsionem: aliàs non.Ita dicit Io.And.Cy. dicit, ꝙ hoc
eſt arbitrio iudicis relinquendum, cum non ſit determinatū
in l.1.C.vbi cauſa ſtatus. vbi plenè examinat materiam, hic
verò de hoc tractatur per Doct.per plures quæſtiones. Pri-
ma eſt,quanto tēpore ſeruus fugitiuus à dño,vel alius homo
cōditionatus (puta clericus,monachus,libertus,aſcriptitius,
originarius,officialis) priuet dñm,vel eum, qui habet ius in
eo poſſeſſorio.de ſeruo dixi.ſ̃.de alijs idem dicit Io. An.poſt
Inno.¶ Secunda quæſtio principalis Cy.eſt,quanto tempo-
re priuetur dñs petitorio.Tertia eſt, q̄bus remedijs ius amiſ
ſum recuperetur. Quarta eſt in quibus locis dicta remedia
ventilentur.ad hanc facit c.ſi iudex laicus.de ſenten.excom.
lib.6.Quinta eſt,cui onus probandi incumbat. De alijs quæ
ſtionibus,& alijs incidentibus circa hoc ibi pleniſsimè vide.
vnum tñ dictum Inno.hic no.quia prædicta procedunt, cum
quæritur, quanto tpe perdatur poſſeſsio ſeruitutis, vel ſubie
ctionis,ſeu poſſeſ.Econuerſo q̄ro,quanto tempore acquira-
tur poſſeſsio ſeruitutis, vel alterius ſubiectionis in aliquo ho
mine.dicit Io.An.ꝙ nullo tempore, ſi quis cœpit dolo malo
poſſeſsionem tenere.ff.de proba.l.ſi quis. ſimiliter non acq-
ritur poſſeſsio libertatis, ſi dolo malo cœpit.ff. de libe.cā.l.
igitur.§.2.ſecus ſi agatur de poſſeſsione alicuius rei corpora
lis,vel etiam de iure aliquo, quod poſsidere cœpit. nam ibi
bene quæritur poſſeſsio: licet dolo cœperit tenere, vel poſsi
dere,vt no.de poſtu.c.bonæ.2.& hoc verū eſt, cum quæritur
de acquiſitione poſſeſsionis in libero homine. ſecus ſi in ſer
uo alterius.nam quæritur,ſicut in alijs rebus,ſecundùm Inn.
¶Vlterius quæritur. dicitur in tex. ꝙ iſte fugitiuus ordina-
tus debet deponi, & dño reſtitui: an iſte ſic depoſitus gau-
deat in aliquo priuilegio clericali.dicit Innocē.ꝙ ſic quò ad
can.ſi quis ſuadente.nam dominus non poterit in eum ma-
nus inijcere.Item tenebitur continere,nec iudicabitur à do-
mino ſuo: ſed ab epiſcopo.46.diſtin.c.ſi Imperator. in alijs
autem priuilegio non gaudebit.ĩ.de cle.coniu.c.Ioannes.&
hoc vide etiam in nouella.

ADDITIO.

a ¶ Fugitiuus.vide no.Alb.de Roſa.in rub.C.de ſer.fugit.& quæ ibidem
dixi.

*S V M M AE.*

1 *Seruus ab eccleſia manumiſſus ordinari poteſt.*
2 *Eccleſiæ in ſeruis, quos manumittunt, reſeruant ſibi ius patronatus in ſucceſſione.*
3 *Eccleſia patrona ſuccedit liberto in omnibus bonis ſuis.*
4 *Libertus eccleſiæ contra eccleſiam teſtificari non poteſt.*
5 *Collegium accuſari poteſt.*
6 *Libertus accuſans patronum reuocatur in ſeruitutem.*
7 *Libertus ingratus ab eccleſia manumiſſus degradatur.*

1 DE famulis. Seruus † ab eccleſia ma-
numiſſus ordinari pōt.&
quod acquirit, poſt ſuum obitum erit eccleſiæ
manumittentis.quam ſi accuſat, vel contra eam teſtificatur,
libertate priuatur,& ordine. Et ex hac ſummatione patet,ꝙ

ſint tria dicta.& ſic ſunt tres partes. Secunda ibi [aliquid.]
Tertia ibi [quibus.]¶Not. 1. famulos eccleſiæ poſt liberta-
tem poſſe ordinari, & per parochias promoueri. & intellige
parochias ſubditas eccleſiæ, cui ſeruiuit. & idem in alijs pa-
rochijs,vbi neceſsitas magna ſubeſt.quia non reperiebantur
idonei.21.q.1.c.1.in fi.& de re.iur.c.quod non eſt. & expo-
ne,famulis.i.ſeruis: vt non includat illos, qui ſimpliciter fa-
mulantur,qui à ſeruis differunt,iuxta no.j̃.de reſti. ſpo.c.ex
parte.in gl.magna.ver. dicebat. & ſiñ Inn.¶Secūdò no.ꝙ ec
2 cleſiæ † in ſeruis,quos manumittunt,reſeruant ſibi ius patro
natus in ſucceſsione,& reuocatione in ſeruitutem ob ingrati
tudinem,vt ſequitur:aliud in libertis priuatorum, in quibus
ſi manumiſſores aliquid iuris retinent, ordinari non debent.
3 54.diſt.c.quicunq;. ¶Tertiò no.ꝙ eccleſia patrona† ſucce-
dit liberto ſuo in omnibus bonis ſuis.de quo in glo.1.& j̃.tā
4 gam poſt glo.¶Quartò no.ꝙ libertus † eccleſiæ non poteſt
contra eccleſiam teſtificari:nec eſt hoc ſpeciale in liberto ec
cleſiæ.quia idem eſt etiam in libertis priuatorum,qui in me-
moriam priſtini dominij non interrogantur cōtra eos.ff. de
quæſtio.l.vnius.§.ſeruus.& C.eo. ti.l.ſeruos. vtrùm autem ꝓ
eccleſia debeant admitti.videtur,ꝙ ſic.j̃. de teſti. c. inſuper.
5 Contrarium ſentit hic Ho. ¶Quintò no.ꝙ collegium † po-
teſt accuſari.de quo.j̃.de ſimo. c. dilectus. & quod not.in c.
6 grauē.de ſen.exco.¶Sextò no.ꝙ libertus † accuſans patro-
num,vel teſtimonium ferens contra eum, reuocatur in ſerui
tutem.facit l.qui cum natu maior.§.ſi libertus.ff.de bo.lib.&
12.q.2.c.octaua.& C.de lib.& eor.lib.l.ſi manumiſſus. pro
pter obſequium autem impoſitum, & non præſtitum non re
digitur libertus in ſeruitutem.C.de lib.cau.l.ſolo.:& ſpeciale
eſt hic in libertis eccleſiæ,qui propter obſequium impoſitū,
& non præſtitum rediguntur in ſeruitutem.12.q.2.c. diaco-
ni.& aliud ſpeciale in libertis eccleſiæ: quia filij eorum aſtri-
cti ſunt eccleſiæ,vt ſemper ſint liberti.12.qō.2.c.de libertis.
In filijs verò libertorū priuatis dic, vt C. de liber.& eo.lib.l.
1.vbi glo.quærit quid iuris,ſi quis eſt libertus plurium: an ꝓ
pter offenſam irrogatam vni ex dominis poſsit reuocari in
7 ſeruitutem,alijs inuitis.dic vt ibi.¶Septimò no.†ꝙ degrada
tur ingratus libertus ab eccleſia manumiſſus. concor.12.q.
2.c.epūs qui mancipium.& c.octaua.¶ Oppo.dicitur hic,ꝙ
libertus,quod acquiſiuit,non poteſt relinquere:ſed debet ec
cleſiæ remanere.12.q.3.c.1.& 2.Sol.vt in glo. quæ ſoluit plu
ribus modis,& glo.tenet,ꝙ hoc eſt ideo, quia hac conditio-
ne manumiſsi fuerunt. Inno.intelligit hunc tex.inqnantū di-
cit,ꝙ eccleſia ſuccedit, quando libertus non habet filios le-
gitimos.Illi enim ſuccederent ſeruata diſtinctione,quam hic
poſuit,& habetur in §.ſed noſtra.Inſti.de ſucceſ. libe. liberis
autem deficientibus,eccleſia patrona ſuccedet.Hoſt. remit-
tit ad ſummam eod.titu.§.qualiter ſeruus poſsit.ver.licèt.&
ſe.& hæc quæſtio procedit in liberis eccleſiæ, qualiter ipſis
decedentibus eccleſia ſuccedit. in liberis autem priuatorum
quando patronus ſuccedit, & quando non. & quod ius ha-
beat in eius bonis. dic vt in l.1.C. ſi in frau. patro. vbi ple-
nè per Cy.vbi etiam tractat,qua actione patronus poſsit re-
uocare alienata per libertum, vel filius alienata per patrem:
vel econtra.dic vt ibi plenè.

*S V M M AE.*

1 *Dominus in manumiſsione, & ante ordinationem poteſt retinere ope
ras ſpeciales in ſeruo manumiſſo.*

NVllus. In ſeruo, quem quis manumittit,
poteſt ſpirituales operas retinere.
h.d.ad euidentiam huius.c.& totius materiæ eſ-
ſet hic tractandum,quid ſit opera.& dic,ꝙ opera eſt diurnū
officium.ff.de ope.li.l.1.Secundò eſſet quærendum, qualiter
opera diuidatur.glo. dicunt, ꝙ in tres ſpecies. quædam ſunt
obſequiales,quædam artificiales.ſed Ia. de Ra. dicit, ꝙ non
ſunt niſi duę ſpecies.nam quædam ſunt officiales,quæ conſi-
ſtunt in officio, quod habetur ſine induſtria,& doctrina. q̄-
dam conſiſtunt in artificio,& ſunt artificiales:quod habetur
per induſtriam,& doctrinā,vt ff.de leg.3.l.ſeruis legatis.§.ſi
ex officio.& hæ operæ in quibus cōueniant,& in quibus dif-
ferāt.& an tranſmittātur ad hæredes,& quos hæredes, ſuos,
vel extraneos.dic plenè per Cy.in l.liberi,libertæq;. ¶ Not.
1 primò,ꝙ dñs † in manumiſsione, & ante ordinationem pōt
retinere operas ſpirituales in ſeruo manumiſſo: poſt ordina
tionem verò non poſſet. quia in ſacro non conſtituitur ſerui
tus.ff.cōia prædio.l.caueri.Hoſ. tñ dicit,ꝙ hæc conditio pōt
apponi in ordinatione, ſicut & in beneficij conceſsione. de
præben.c.ſignificatum.& in manumiſsione [quia in traditio
ne rei ſuæ] &c.ff.de pac.l.traditionibus.de quo.44.diſt. c.q-
cunq;. priuatus autem in manumiſsione ſerui, ante, vel poſt
an poſsit imponere operas, & qua actione ipſas petere. dic
plenè per Cy.in l.1.C.de ope. lib.¶ Oppo.& vr̄,ꝙ dominus
non poſsit retinere operas ſpirituales,vt d.c.quicunq;. So.vt
in glo.1.& in d.c.quicunq;. ¶Secundò op.de c. ex antiquis.
54.diſt. vbi dicitur, ꝙ factus ſacerdos ramanet liber. So. vt
in glo.magna, quę ſoluit multis modis. & inter alias recitat
opi. Bellendi, qui dixit, quòd ideò hic reuocatur in ſerui-
tutem: quia ſic deuenit in conuentionem.& idem Phi.& glo.
Goff.tñ dixit, ꝙ ſine aliqua impoſitione debet hoc ſeruitiū
dño: ſed in ſeruitutem non redigetur.& de hoc no.54.diſt.c.
2.& adde quod not.in l. cum proponas.C. de dolo. & j̃. de
condi.appo.c. 2. vbi de condi. & pactis appoſitis manumiſ-
ſioni.& quid iuris,ſi non ſeruentur.

COnſuluit. Spurij ordinari, vel pro-
moueri non debent. h. d.
de modico dubitauit iſte; & ideò increpandus.ſi
cut quilibet,qui proponit q.non dubiam, vt ff. ex quib.cau.
ma.l.ſi quis Titio. & l.Domitius. de teſta. dubium tñ facit l.
ſpurij.de decur.Sed ibi loquitur in dignitatibus ſecularibus:
ſecus in eccleſiaſticis,ſecundū Vin.¶Secundò no.de quibus
inſtruitur conſecrandus,vt nullum ſeruilis conditionis, biga,
mos,aut carnales ad ordines promoueat. ¶ Ex quo colligit
Hoſt.duo,primū,ꝙ liber pontificalis ſit authenticus; ex quo
hic allegatur. ſic de arbore ſolet probari per canonem.25.
q.5.c.ad ſedem.Secundum notabile eſt,ꝙ ſufficit habere mē
tem verborum: & ſi non habeantur formaliter verba.1.q.1.
c.Marchio.& de iureiuran.§. poſt quæ.in Cle.

EOlibentius. Manumiſſus ab eccle-
ſia, vt fiat clericus, &
vt ipſi eccleſiæ perpetuò ſeruiat in diuinis,ad aliā
eccleſiam ſe transferre non pōt. ſecus ſi purè fuerit manu-
miſſus,vt ſeruiat.& ſunt duæ partes. Secunda ibi[in quo.]
Primò no.ꝙ clericalis ordo nobilitat,vt hic.ad idē.j̃.tit.2.c.
3.& 4.diſt.c. deniq;. ſic & aduocatum nobilitat officiū ſuū.
C.de aduo.diuer.iudi.l.aduocati.Sed ille eſt miles Imperato
ris,iſte Chriſti;& ideo præponēdus.40.diſt.c. ante omnia. &
11.q.4.c.Iulianus. ¶Secūdò no. ꝙ in manumiſsione ſufficit
cōniuentia dñorū. concor.54.diſt.c.ſi ſeruus.& intellige do-
minos ſerui eccleſiæ epm,& Capitulū, vel ipſam eccleſiam,
vel clericos illius eccleſiæ, cui parentes teneantur aſtricti.
¶Tertiò no.ꝙ aliud eſt paciſci de ſeruiēdo,dū vixerit: aliud
de ſeruiendo ſimpliciter.quia primo caſu tenetur,dum viuit.
ſecundo non.:& ex hoc collige, ꝙ indefinita æquipollet vni-
verſali.de quo in c.vt curam.de elec.lib.6. Collige etiam ex
hoc ar.ꝙ pōt quis ſe obligare ad operas ſuas in perpetuum.
& hoc tenet glo.in l.3.§.ne tñ.ff.de vſufruc. ¶ Opp. dicitur
hic,ꝙ pro libertate conſequenda quis ſe poteſt obligare ad
operas ſpirituales.Sed contra de c.quàm pio.1.q.2.So. vt in
glo.Inno.dicit,ꝙ in manumiſsione poteſt dñs tenere operas
ſpirituales.s̃.e.c.nullus.

Mira-



MIramur. Miratur hic Papa, ꝙ ſeruus
ignorante domino factus ſub
diaconus ſe nolebat redimere ad inſtar diaco-
ni:& tñ dño reſtitutus fuit.quod fieri non debuit: quia idem
erit de ipſo,quod de diacono ſentiendum.nam hi duo ordi-
nes,exceptis prohibitis,in onere, & priuilegio ambulant pa
ri paſſu.vterq; enim tenetur ad horas: vterq; tenetur conti-
nere: vterq; ab aduocationis officio abſtinere: vterq; eligit:
a & vterq; redimitur,vt in nouella. a

ADDITIO.

a ¶ In nouella. vide c.iſtud ſi.lectum per Zab.hic.

# De obliga. ad ratiocinia ordinandis, vel non.

*S V M M AE.*

1 *Dubitabilia in conſilijs prouincialibus ſunt proponenda.*
2 *Obligati ad ratiocinia non debent ordinari,non reddita ratione.*

MAGNVS. Epiſcopus obligatus ratiocinijs,
depoſito onere,& reddita ratione ordina-
ri pōt:prius verò non. & ſunt tres partes.ſ.
qō qōnis,rñſio,& rñſionis approbatio.Se-
cunda ibi [gradus.] Tertia ibi [vniuerſi.]
¶No.primò modū condendi legem.vnus
enim proponit,quod eſt æquum ſtatui, & vniuerſi rñdent.ſi.
Inſti. de iure natu. gen. & ciui. & ff. ad leg. fal. l. 1.in prin.
¶Secūdò no.ꝙ pluribus nominibus appellantur illi,qui alie
na negocia adminiſtrant.Aliqui procur.vt j̃.de procur. ꝑ to
tum.Alij negociorum geſtores,vt illi,qui ſine mandato.ff.&
C.de neg. geſt. Alij tutores,vt qui bona,& perſonam pupilli
tuētur.l.1.& per totum.C.& ff.de tutel.Alij curatores, puta
pupillorum,adultorum, abſentium,prodigorum,debilium
vt furioſorum,vt in ti.de cu.fu.& ff.de cu.bo.dā. Alij actores
ciuitatis,& municipum,ſiue ſindici.Alij orphanotrophi,& ſi
miles,de quibus in Cle.1.de relig.do.Alij œconomi,vt qbus
res eccleſiaſtica gubernanda mandatur,vt l.iubemus.§.œco
nomus.de epi.& cle.& 1.q.2.c.ſaluator. Alij aduocati,vt C.
de aduo.di.iudi. huius tñ nominis narratio in diſpoſitiōe nō
vitiat de iure canonico.j̃.de procura.c.peccato.Iſta aūt offi
cia præſertim tutelæ,& curæ an clericis ſint permiſſa,vide in
Spec.de tut.§.generaliter.ver.item opus.& ver.ſeq.j̃. ne cle.
vel mo.per totū.& 21.q.3.c.1.& 2.¶Tertiò no.ꝙ dubitabi-
1 lia † ſunt in conſilijs prouincialibus proponenda,& ſtatuen-
da.j̃.de accu.c.ſicut.& in Authen.de ſanc. epiſ. §. vt aūt om-
2 nis ſtatus.colla.9.¶Quartò no.ꝙ obligati † ad rōcinia non
debent ordinari,nō reddita rōne.per hoc tñ nō intelligas ꝓ
hibitū,ꝙ clerici obligati ad aliquā adminiſtrationē redden
dā,nō poſsint eligi: nā poſſunt.ratio differentiæ eſt.quia his,
quorū negocia gerunt, in primo caſu generatur p̄iudiciū ex
mutatione fori. In ſecundo non. & intellige tex.vt iacet de
obligatis ad ratiocinia: ſed obligatus ex cauſa mutui,vel ſi-
mili ab ordinibus non arcetur,vt j̃. dicam. ¶ Quintò no. ꝙ
poſt redditam rationem poſſunt ordinari. Idem poſt datos
fideiuſſores idoneos.ff.de mu.& ho. l. prætor.§. debitor. an
ergo tempore ordinationis quilibet poſsit opponere con-
tra eos iſtam excep.& hoc verum, ſi adminiſtrauerunt bona
pupillorum,vel abſentium:ſed ſi præſentium,non admitten-
tur alii,præter ipſos, quorum adminiſtratores ſunt, nec ipſi
niſi infra tempus.c.1.de elec.lib.6.& fortè non ſolū impedi-
tur ordinum collatio propter rationem non redditam:ſed ēt
impediretur iſta de cauſa executio ſententiæ corporalis, vt
no.Bar.in l.ſeruus vni.ff.de leg.1. & l. ſeruus legatus.§. ſer-
uo.e.ti.& in l.ſi.§.1.de publi.per Bar.¶Sextò no.ꝙ iſti admi
niſtratores poſt redditam rationem debent poſtulari: ergo
non eligi.61.diſt.c.Oſius.de quo.s̃.de poſtu.c.vlti. & intelli-
ge,ꝙ debent poſtulari à iudice,ſub quo debent reddere rō-
nem.C.de epi.& cle.l.officialis.vocatis his, quorum negocia
geſſerunt,& quia ex promotione illorum lædi poſſunt, ar.ff.
de adopt.l.nam ita diuus.& de offi.archi.c.ad hoc.§. fi. & ſo
lus conſenſus illorum, quorum negocia geſta ſunt, videtur
ſufficere.64.di.c.quicūq;.gl.magna latius exordiendo mate
riam diſtinguendo proſequitur, qñ ratiocinijs obligati poſ-
ſint promoueri,vel non.& quia glo.proſequitur de obligatis
ad ratiocinia tm̄, quærit Io. An. quid de obligatis aliter,quā
ad rationem reddendam.pone enim, ꝙ aliquis eſt obligatus
cum iuramento ad aliquod ſeruitium,puta ad librum ſcribē
dum,an poſsit religionem ingredi,no.51.diſt.c.præterea. &
in ſpec.de ſta.mo.ver.29.Inn.ſuper hac rubrica dicit, ꝙ obli
gatus ſeruire, ſcribere, vel ciuitatem regere:ſi non in frau-
dem obligationis, ſed ſola Dei charitate religionem ingre-
ditur,valet ingreſſus: quia qui ſpiritu Dei ducitur &c. de re-
gu.cap.licèt. hoc autē caſu quomodo ſatisfiet creditoribus,
quibus ſcribere,vel ſeruire tenentur? dicit ipſe, ꝙ ſatisfit de
bonis,quæ habebant tempore ingreſſus, vel poſtea obuene-
runt.19.q.3.c.ſi qua.& de epiſ.& cle.l.Deo nobis.§.1. & ca
ſu quo tenentur ad factum (vt ſcribere, vel aliud opus face-
re)ſalua regula,& officio non neglecto,ſatisfaciet de illo, ar.
91.diſt.c.clericus. an autem de operis ſuis debeat deducere
primò expenſas,ne ſit monaſterio oneroſus. tenet Hoſtiē. ꝙ
non, ſaluo eo,quod no.in ſumma.& vide quod no. 50.diſt.
c.legem.& dicto c.quicunq;. ¶De obligatis autem cauſa pi
gnoris,& de filijs vſurariorum, & de eo,qui iurauit ad tem-
pus ſoluere,vel facere: an ordinari poſsit, vel profiteri, not.
Hoſt.in ſumma e.c.§.peuul.& vlti. ¶Vltimò Ioan.And. hic
plenè diſputat quæſtionem vulgarem de laico, qui poſt con
uentionem coram ſeculari iudice efficitur clericus: an iu-
dex ſecularis, non obſtante clericatu ſuperueniente, poſsit
contra eum procedere. ſuper hoc recitat multorum opi. &
primam Goff. quam ponit.s̃.de reſcrip.c.eam te. qui arguit
primò ex multis iuribus, ꝙ ſtatus mutatio non liberet iſtū,
quo minus poſsit conueniri corā iudice ſeculari, poſtquàm
obligatio erat contracta.ff.de iuriſ.om.iudi.l. cum quędam.
54.diſt.c.ex antiquis. & c.frequens. & c. ſi ſeruus. & de di-
uor.c.gaudemus.in fi.In contrariū allegat.c. ſi quis iam tran
ſlatus.21.q.2.50.diſt.c.ferrū.& l.non diſtinguemus.§.ſacer-
dotio.de arbi.de vaca.mu.l. penul.§. vlt.cum ſimi.& in ſum-
ma huius ti.tenet idē Gof. ꝙ coram primo iudice conueniri
poſsit.Idem Vin.dicens, ꝙ etiā iudex laicus exequetur ſen-
tentiam. ita no.in c.at ſi clerici.j̃.de iudi. per l. ſi quis poſtq̃.
ff.de iudi.& de foro comp.c.propoſuiſti.vbi idem tenet Ho.
Idem determinauit Bar. Brix. 3.q.c.venerabili.Et pro iſto-
rum opi.facit l.2.in prin.de excu.tu.ff.de adul.l.diem.§.1.&
de epiſ.& cle.l.officiales.¶Secūda fuit opi.Io.de Deo.diſtin
guentis in rub. de priui. cle.in fi. vbi dicit, ꝙ prædictorum
opi.eſt vera in ciuili. ſecus in criminali.6. q.1.c. de perſona.
cum ſimi.¶Tertia eſt opi. quorundā tenentium totum con-
trariū indiſtinctè, ſcilicet ꝙ nullo modo factus clericus poſ-
ſit conueniri coram iudice laico ſuper delictis, vel obligatio
nibus primò contractis,per dictum §.ſacerdotio.& de re mi
li.l.qui cum §.reus.& de accu.§.hos accuſare.§. hoc benefi-
cio.& de excu.tu.l.idem Vlpianus.& l.ſpadonem.& l.iuriſpe
ritos.eo.ti.Item quia lite pendente deuenit ad caſum, à quo
non poterat inchoari,ergo &c.vt no.in reg.factum legitimè.
de reg.iur.lib.6. ¶Item ſi fugiens ad eccleſiam habet immu
nitatem,vt j̃.de immu. ec. c. inter. multò magis clericus fa-
ctus vocatus in ſortem Domini. Item declinatoria nouiter
orta poteſt opponi poſt litē conteſt.ſed iſte eſt de illis, ergo
&c.pro hac parte facit 14.quæſt.6.c.comperimus.& hoc te-
net Phi.infra de fo.compe. c. vlti. & ibi Fran. Vercel. & pro
hac parte bis fuit Bononiæ diſputatum, & determina-

tum.& placet idem Archi.11.q.1.c.1.propter ordinem impſ-
ſum,pcipuè vbi de pœna corporali agitur.¶ Quarta eſt opi.
aliorum dicentium,quòd proxima præcedens opinio eſt ve-
ra.ſ.ꝙ factus clericus conueniri non poſsit coram iudice lai-
co de delicto ante commiſſo,vbi bona fide cauſa reipublicæ
non poteſt accuſari:ſed ſi in fraudem bene poteſt.& hãc opi.
tenet Dy.in l.idem Vlpianus.ff.de excu. tu. præſumitur autẽ
fraus,ſi iam erat accuſatus,vel in crimine deprehenſus,ar.de
reb.eo.q mor.ſi.cõſci.in l.ſi.& de renũ.l.ſi.¶ Quinta eſt opi.
Gul.qui tenet partem primam,& ſecundam in Spe.tit.de re-
conuen.in prin.¶ Sexta eſt opinio Io.An.hic, ꝙ in ciuili, vel
criminali factus clericus non poſsit perſonaliter diſtringi
per iudicem ſecularem,vt capi, & in carceribus detineri : vt
ſic clericatus ſuperueniens exemerit perſonam quò ad om-
nem manus iniectionem,vel diſtrictionem.Sed realis execu-
tio fieri poterit per iudicem ſecularem,qui inchoauit: vel ſic
clericatus ſuperueniens non exemerit cãm à iuriſdictione iu
dicis laici quò ad ipſius proceſſum,& inſtantiam finiendam,
& realiter exequendam.& quæ dicta ſunt de clerico, hñt lo-
cum in profeſſo.ad hoc facit de pœni.di.1.c. his auctoritati
bus.& quæ dicta ſunt de perſona,, perſonali diſtrictione non
ſpectante ad iudicem ſecularem,non habent locũ, qñ in car
cere ſecularis iudicis exiſtens ibi profiteretur, vel ordinaret.
quia hic eſt præuenta cauſa, & perſona , & poſſet contingere
deluſio iuſtitiæ.ad hoc adducit Io.And.no.per eum.j.de cel.
miſ.c.ſanè.ſuper ver.apud oẽs.de iſta q. vide etiam plenè per
Bar.in l.1.ff.de pœnis.vbi dicit,ꝙ prædicta ſunt vera in veris
clericis,& religioſis.ſecus in militibus Gaudentibus, vel Be-
chetis.quia iſti propriè non ſunt perſonæ eccleſiaſticæ,& ha
bent accidentia ſine ſubiecto.& eſt potius quædam apparẽ-
tia in habitu,quàm exiſtentia , & realitas in effectu. ita dicit
Bal.in l.officiales.C.de epi.& cle.pro quo dicto facit c.quan
to.de conſue.& vide in d.l.officiales.plenè per eum,qui ſen-
tit idem,quod Ioan. An. in ſubſtantia: licèt clarius per Old.
conſ. quarto.

## De corpore vitiatis.

VIſo de impedimento obligationis ad ra
tiocinia,de impedimento corporis videa
mus.habetur.55. diſt. per totum. & diſt.
49.huic rubricæ conuenit de cle.ægro.&
c.inter cañ. de ele. vbi de eo , qui laborat
morbo epileutico non confirmando.

*SVMMAE.*

1 *Amiſſio partis digiti non impedit ordinandum.*
2 *Duellum cenſetur graue delictum.*

DE presbytero. Presbyter, qui in duello digiti
partem amiſit,ex diſpenſatione ſui epiſcopi põt
in ſuo ordine miniſtrare.ponit factum,de quo reſpondet, il-
lud aggrauans, ibi[reſpondemus.] ¶ No.primò de duello,
quod eſt hodie reprobatũ , & omnis purgatio vulgaris.2.q.
5.c.conſuluiſti.& c.ſc.& de purga.vulg.per totum.¶ Secun-
1 dò no.ꝙ amiſsio † partis digiti non impedit ordinandũ. &
non intelligas de pollice, vel de indice,ſecundũ Hoſt.j.eo.c.
ſi.& intellige,ꝙ non poteſt celebrare ſolemniter ſine ſcanda
lo. In priuato ergo poſſet eũ permittere celebrare.j. de cle·
pe.c.tuæ.Item an ſit futurum ſcãdalum,necne,recurritur ad
2 arbitrium epiſcopi.j.c.proxi.¶ Tertiò no.ꝙ duellum †repu
tatur graue delictum,& tñ poteſt eps̃ diſpenſare.50. di.c.nõ
confidat.& j.e.c.ſignificauit.ſuper vlt.glo.per Io.An.cũ cor-
pore aũt vitiatis non poſſet eps̃ diſpenſare , vt d. c.ſignifica-
uit.& in c.non confidat.prælleg. ¶ Opponit glo. de can. ſi
poſt acceptum.51.diſt.So.vt in ea.Hoſt.hic dicit,ꝙ ſi quis ſe
defendendo,vel ſociũ, gladium ſumpſerit, dũmodo homici-
dium,vel membri truncatio non interuenerit,tutus eſt.quic-
quid dicatur per decret. dilecto.j.de ſent.excom.lib.6. tunc
enim probabiliter videtur poſſe homicidium excuſari.de ho
micidio.c.2.& in cle.ſi furioſus.

*SVMMAE.*

1 *Filius canonici promoueri non debet.*
2 *Oculum maiorem habens,quàm alius ſit,an impediatur ordinari.*

CVm de tua. Habens in oculo ma-
culã,quæ inducit ma-
gnam deformitatem, etiam ad epiſcopatum po-
terit promoueri. Et primò ponit duos obiectus contra ele-
ctũ.Secunda ibi[verum] circa vtrãque prouidet. ¶ No.pri-
1 mò,ꝙ filius † canonici promoueri non debet.& aduerte, q̃a
canonicus poteſt eſſe maior ſeptẽnio. & ſic in minoribus , vt
in c.ex eo.j.de ele.li.6. ergo patet, ꝙ filius canonici eſt illegi
timus:vñ nõ legitimat̃ per ſequens mr̃imonium cũ cõcubina
cõtractũ.cuius contrariũ diſputauit Io.An.vt patet in reg.ſi-
ne culpa.Sed aliter Ry.Ma. ¶ Secundò no.an macula impe-
diat promouendum,cõmittitur iudicis arbitrio.dicit Ia.Bal.
ꝙ ſi macula ſine ſubtili inſpectione ſe offert viſui , facit irre-
gularitatem:aliàs non. ¶ Tertiò no. ꝙ ſuper obiectione de-
fectus in iudicium deducta poteſt ſuperior diſpenſare lite
pendente.de quo dic, vt no. s̃. de elec.c.dudum.& intellige,
ꝙ cum electo in epiſcopum ſolus Papa diſpenſat, ſecundùm
Inno.& Hoſt.de fil.presby.c.ſi.& facit quod no.Io.de æta.&
qua.c.à multis.& vide quod no.Hoſt.in ſumma de ſi.presby.
§.ſi.ver.vel dic,ꝙ nimia.&·ſe. ¶ Quærit glo. quid ſi quis ha-
2 bet maiorem † vnum oculum,q̃ alium, vel ambos eminẽtes.
dicit, ꝙ non impedit ordinandum , vt l. qui clauum. §. 1. de
ædi.edic.Io.An.dicit hoc relinquẽdum arbitrio iudicis.poſ-
ſet enim eſſe tanta eminentia,ꝙ impediret.idem Vin.j. eo.c.
ſi.facit quod no.Io.55.diſt.c.ſi quis infirmitate.Idem dicas,
ſi haberet ſex digitos in manu.de ædi.edic.l.Offilius.& hoc
verum,ſecundùm Vin. ſi non incommodatur vſus manus p
pter eos:aliàs erunt in redhibitione.ff.de ædi.edic.l. ſi bouẽ.
§.1.quid in lingua.diſtingue an perfectè loquatur,an non.ff.
eo l.ſi cui lingua. dicit Hoſt.ꝙ quicquid dicant leges,quæ cõ
ſiderant ſolum impedimentum vſus membri,vel augmentũ,
nos conſideramus diminutionem,deformitatem,& ſcanda-
lum.nam lex vetus tales repellebat , quæ moraliter exponi-
tur.49.diſt.c.1.

*SVMMAE.*

1 *Monachus dicitur Deo militare.*
2 *Iura aliquando fauent.*

EXparte. Sectus in cunabilis licitè promo
uetur.Et ſunt duę partes. primò
ponitur monachi petitio.Secunda ibi[ſanè]rñde-
tur,arguẽdo primò à prohibitis.Secũdò à permiſsis. ¶ No.
hic Io.An.ꝙ procœmio huius Decre.ſemper vtit̃ curia [ ſanè
petitio ]&c.& Hoſti.reprehendit nimiã ſolẽnitatem, quæ ſer
uatur in illa, vt quaſi videatur renouatus titu.C.de formu. &
auaritia illas formantium hoc inducit, cum deberet ſuffice-
re ſimplex facti narratio.de iudi.c.dilecti. ¶ Secundò not.ꝙ
1 monachus † ſicut clericus,dicitur militare Deo.s̃.tit.2.c.li-
2 bentius. ¶ Tertiò no. ꝙ quandoq; iura † magis ſubueniunt
in neceſsitate poſitis,quàm affectantibus, ſeu ſpõte ad actũ
proſilientibus.facit l.ſi fideiuſſor.§. ſi neceſſaria.ff. qui ſatiſ.
cog. & aliud in tribus tutelis coactè ſuſceptis , aliud affecta-
tis, vt ff.de exc.tu.circa hoc quærit Ioan. And. quid de beato
Marco,& quid de Origene, qui amputauerũt ſibi pollicem,
vt indigni eſſent ſacerdotio , vt in prologo Marci. dic illa
non



non trahenda ad cõſequentiã,vt no.55.di.c.ſi quis. ¶ Quar
tò collige, ꝙ exiſtens in cunabilis non dicitur habere iudi-
ciũ animi,& eſt ar.contra teſtimonium adulti,qui dicit ſe ali
quid vidiſſe in minori ætate:ſed ſi tũc erat doli capax , valet
eius teſtimonium,ſm̃ Lau.& Io.37.di.c.relatum.niſi eſſet ta
le factum,in quo à principio requireretur ætas perfecta,ſm̃
Ac.qui hoc no.ff.de teſti.l.3.§.lege.& ff.de teſt.j l.ad teſtiũ.
§.1.& in Spec.de teſte,§.1.ver.ſed nunquid pubes. ¶ Quin-
tò no.Ioan.An. quòd iſtos ſectos appellat l.ſpadones, quaſi
ſpata amputentur virilia.ita natum vocat caſtratũ,quaſi ca-
ſtè natum,& eſt differẽtia inter iſtos, vt patet.ff.de li. & poſt
hu.l.6.§.1.& de verb.ſign.l. ſpadonem. & re mili.l.qui cum
vno.vbi natus cum vno teſticulo,militare poteſt. ſed clerica
lis militia nec ſpadonem reſpuit , nec caſtratum: imò optat
Hoſti. & ego cum ipſo,ꝙ omnes clerici tales eſſent.ita dicit
Io.An.¶ Quęrit glo.quæ eſt ratio, quare iſti , qui ſe ſponte
abſcindunt, perhibeantur ordinari.dicit quòd multiplex.
Prima quia ſui homicida.Secunda,quia nimis crudelis præ-
ſumitur.Tertia quia alienum inuadit: cum non ſit dominus
membrorum ſuorum.Quarta,quia ille ſolus eunuchus pla-
cet Deo,quem facit non neceſſitas,ſed voluntas. 33.q.5.c.
tunc ſaluabitur.Quinta quia videtur Deum redarguere, ꝙ
plus in eo creauit,quàm ſit opus.35.di.c.ab exordio . Item
ꝙ ſi ſibi nõ parcit,mihi, vel tibi quomodo parcet? Et aliquę
ex prædictis rationibus inferunt , ꝙ ſi quis ex indignatione
traxit ſibi dentẽ,vel ſe grauiter vulnerauit,cẽſetur irregula-
ris.& idẽ ſi non mẽbrũ:ſed tm̃ partẽ amiſerit. 55.di.c.q par
tẽ.& hoc verũ,ſi amiſſio illius partis deformitatẽ gñret , vel
ſcandalum,vel reddat ipſum inhabilem ad officium exequẽ
dum.Inno.& Hoſti.circa iſtos, qui in ſe ſæuiunt vulnerãdo,
vel partem membri mutilando:ꝙ ſi de hoc eſt orta infamia,
non poſſint promoueri ſine diſpenſatione , ſi ſit notorium:
aliàs poſſint ſine diſpenſatione , ſi hoc occultum. no. etiam
Ioan.And.ꝙ ſi quis eſt abſciſſus , non habet neceſſe carnem
illam,vel puluerem reſeruare, vt dicunt vulgares.no.3.quæſ.
8.c.tria.

SIgnificauit. Sacerdos,qui ſine cauſa viri
lia fecit ſibi abſcindi,credẽs
inde mereri,de diſpenſatione epiſcopi ſuum officium
præter altaris miniſterium poterit exercere. Et in prima fa
ctum,& in ſecunda conditionale mandatum . Secunda ibi
[quo circa.] ¶ No.primò,ꝙ iſte credidit inde placere Deo,
vnde diſplicuit. hinc dicitur.

*Diſplicet imprudens, vnde placere ſtudet.*

¶ Secundò no.ꝙ iſte,qui ſe fecit abſcindi,non poteſt exerce
re altaris miniſterium,nec tãquã diaconus,nec tanq̃ ſubdia
conus.de cõſecra.di. 2.c.tribus.¶ Tertiò no. ꝙ põt eps̃ diſ-
penſare cum tali in officio ſacerdotali,præterq̃ in altaris mi
niſterio.ꝙ aũt aliud ſit ſacerdotis officiũ,q̃ altaris.dicit gl.ꝙ
eſt multiplex.ſ.baptizare,pœnitẽtiã dare.&c.ſuper hoc ad-
de quod no.50.di.c.qui ſub gradu.& 1.q.1.c.ex his.§.ex his
verbis.in gl.ſed cũ eps̃. ¶ Quærit vl.gl.an eps̃ poſſit cum iſto
diſpenſare propria auctoritate.videtur,ꝙ non,p hunc text.
qui dicit[auctoritate noſtra,& tua.]gl.tenet,ꝙ poſſit in alijs
officijs ſacerdotalibus,non in Miſſa . & hoc videtur placere
Hoſtien.quidam dicunt,quòd in caſu huius.c. poſſit eps̃ di-
ſpenſare:quia motus propter Deũ,licèt ſtultè. ſed Inn. plus
placet,ꝙ ſiue faciat ſibi abſcindi propter licitam cauſam,ſi
ue illicitam , ſemper ſit irregularis : ſed facilius diſpenſetur
cum eo,qui propter ſimplicitatem hoc fecit,& diſpẽſatur p
Papam,non per epm̃.50.di.c.nõ cõfidat.& hoc placet Gul.
Na.ſolus ergo Papa diſpenſat cum corpore vitiatis, vt no.In
no.in c.cum æterni.j.de re iudi.li.6.Hoſti. remittit ad ſum-
mam.eo.ti.

*SVMMAE.*

1 *Abſciſsio membri cauſa neceſſitatis non meretur pœnam.*

EX parte. Sacerdos , qui ex iuſta cã viri-
lia ſibi fecit abſcindi,poteſt, vt
prius,ſacerdotale officium exercere.¶ No. 1.ꝙ ab-
1 ſciſsio †ex cauſa neceſſitatis,non meretur pœnam. quia ne-
ceſſitas non arctatur lege.de reg.iur.in 6.c.neceſſitas. & fa-
cit ad.q.ſtatuti,ꝙ qui extraxerit ſanguinem in palatio , pu-
niatur maiori pęna : quòd barbitonſor , qui fleubotomauit
aliquem in palatio infirmum non puniatur:licèt ſtatutum in
diſtinctè loquatur.ad hoc facit l.penul.ff. ad exhiben. & ibi
de hoc per Doc.licèt enim nullus poſſit ſibi membra abſcin
dere,cum non ſit dominus membrorum ſuorum , vt l.liber
homo.ff.ad leg.Aqui.tamẽ propter ſanitatem corporis hoc
poteſt, vt hic.nam reſecandæ ſunt putridę carnes &c. Et no.
hic Inn.ꝙ non poteſt leproſus agere,niſi conſtituat procur.
ad hoc de iudi.c.intelleximus.

EXpoſuiſti. Mutilatus manu , ſi pro-
motus fuerit in abbatẽ,
ab abbatia deponetur.communis diuiſio.Secũda ibi
[nos igitur.] ¶ No. primò,ꝙ mutilatus manu non poteſt or
dinari. Idem ſi parte manus , ita ꝙ impediretur executio
officij,ſecundùm glo.aliàs ſecus.& idem dicit Hoſt. in par-
te linguæ,quæ non obſtat , vbi non impediat organum , vel
loquelam.nam balbus,vel blezus,& qui tardius loquitur,ſa-
nus eſt. vt ff.de ędi.edic.l.Offilius.§.ſi.& intellige hunc tex.ꝙ
eps̃ promouit iſtum in abbatem confirmãdo.de æta.& qua.
c.tuam.non autem ordinando :aliàs bene feciſſet eps̃ : ſecus
ſi perpendiſſet de carentia manus in benedictione manuũ.
ſed Ho.dicit,quòd per foramen cappæ traxit vnam manũ,
& eandem per idem foramen traxit reuolutam. & ſic dece-
pit epm̃.ex quo colligit Hoſt.ꝙ eps̃ debet diligenter videre,
& palpare ſingula membra ordinandi,memor prouerb.26.
Diligenter attende vultum pecoris tui. & quia quidam ha-
bent pedes ligneos,conſulit , ꝙ illum faciat diſcalciari, per
quæ caueat,cui talia cõmittat.24.di.c.qm̃.¶ Opponit gl. &
videtur,ꝙ quantuncunque iſte fuerit mutilatus,poſſit eẽ ab
bas,qui non remouetur ab abbatia,propter irregularitatẽ.
s̃.de æta.& qua.c. tuam.& 16.q.1.c.legi. Sol. vt in glo. quæ
tenet,ꝙ irregularis non poſſit eſſe abbas.Non obſtat c.legi.
quia non loquitur de abbate,ſed de monacho , inquantum
dicit,ꝙ non requiretur perſonæ regularis integritas.Ioan.&
Inn.dicũt,ꝙ non,propter irregularitatẽ, pp quã nõ remoue
tur abbas,ſecundùm eum:ſed remouetur propter peccatum
taciturnitatis , propter quod non habet executionem ordi-
nis ſic ſuſcepti.s̃.de renũ.c.niſi.§.perſonæ.tenetur enim pro
mouendus confiteri crimina , de quibus confeſſus eſt , vel
conuictus,vel aliàs ſunt notoria.50.diſtin.cap.ſi ille. ad alia
non tenetur:ſed ſecurius eſt, ꝙ confiteatur , & diſpenſetur,
vt vlterius accuſari non poſſit.nam aliàs poſſet. 24. diſtin.c.
ſi.Item ſm̃ Hoſtien.tenetur prodere illa, quæ poſt pœniten-
tiam impediunt ordinis executionem , quæ alle. in prælle.
cap.niſi.

THomas. Carens vngula pollicis, dummo
do ſit fortis in pollice,ad ſacer-
dotium licitè promouetur. hoc dicit . primò ponit
monachi caſum.Secundò conditionale mandatum,ibi[quo
circa.] ¶ No.primò,ꝙ textus iſte loquitur de pollice. qui ẽ
digitus groſſus,ſic dictus , quia inter ceteros pollet virtute,
& poteſtate.¶ Glo. magna aggreditur hic materiam tituli,
quando corpore vitiati poſſint ordinari, vel nõ.& diſtingue,
aut ſponte,aut iuſta cauſa interueniente timore lepræ, vel a-
lia.& ſi ob iuſtam cauſam , aut eſt ſequuta deformitas , aut
non, vt in glo.& nouella.

Sequitur Arbor Bigamiæ.








# De Bigamis.

QVIA inter cæteras irregularitates bigamia reputatur, ideo &c. & quæ ſit ratio, quare bigamia reputetur irregularitas, no. quatuor rationes. 26. di. in ſumma. repetitur hæc rub. in 6. & conueniunt multa iura huius voluminis. &c.

VT Bigami. No. primò, ꝙ pœnitentes non poſſunt ad ſacerdotium promoueri. ſimiliter nec mariti repudiatarum, hoc eſt, dimiſſarum ob cãm fornicationis. 50. diſt. c. ſi quis viduam. Pe. dicit, ꝙ repudiata dicitur, quæ propter conſanguinitatem, vel aliam iuſtam cãm iam cognita dimittit. & de maritis ancillarum no. 34. diſt. c. ſi quis viduam. & quæ ſit ratio, ibi vide, & no.

*SVMMAE.*

1 *Ordinantes bigamos priuantur poteſtate, & officio ordinandi.*
2 *Pœna bigami ordinati.*
3 *Superior cum ordinatore bigamum diſpenſare poteſt.*

SVper eo. Cum bigamo, qui ordinatus eſt ad ſacros, non diſpenſatur. & ordinator priuabitur poteſtate ordinandi, niſi cum eo
1 fuerit diſpenſatum. ¶ No. primò, † ꝙ qui ordinant bigamos, priuantur poteſtate, & officio ordinandi: non ergo poterunt
2 epiſcopalia exercere. de ordi. ab epiſcopo. c. 1. ¶ † Secundò no. pœnam bigami ordinati: quia ordine ſunt priuandi. quod expone, & executione ordinum. recipiunt enim bigami caracterem, vt dicit glo. ¶ Tertiò no. ꝙ cum ordinatore facilius diſpenſatur, quàm cum ordinato. quia in ordinatore fuit culpa: ſed in ordinato eſt culpa, & irregularitas. & ſic ſoluitur contra de c. 2. ad fi. de tranſla. ¶ Quartò no. ꝙ contra Capitulum diſpenſare non licet. prohibet enim Apoſtolus bigamos ordinari. ad Thymo. 1. & primæ ad Thy. 2. c. vtrùm autem habeat hoc locum in Papa: vt contra Apoſtolum diſpenſare non poſsit, tenet glo. magna in fi. ꝙ poſsit: ſed non epiſcopus. de quo no. 39. diſt. c. lector. Et caſus, in quibus Papa diſpenſare non poſsit, no. Spec. in titu. de lega. in tractatu diſpenſationum. §. nunc. ver. vlti. epiſcopus verò cum verè bigamo non diſpenſat in ordinibus, etiam in minoribus, per c. 1. ꝟ. eo. lib. 6. & ibi per Fran. Vercel. & vide per Hoſt. in ſumma huius titu. §. fina. & hic tenet, ꝙ poſsit Papa cum bigamo diſpenſare. quia irregularitas, quæ prouenit ex bigamia, non procedit de iure naturali, ſed poſitiuo. quod patet; quia verum ordinem recipit, vt prædixi. quod non eſſet, ſi id eſſet de ipſius eſſentia. circa illa verò, quæ ſunt iuris poſitiui Papa multum poteſt, vt no. Io. And. ꝟ. qui fi. ſint legi. c. per venerabilem. ſuper glo. 2. Nico. tñ Turioſus dixit, & malè, ꝙ non plus recipiebat ordinem, quàm aſinus. quod non placet, vt dixi. ¶ Quintò no. ꝙ cum ordinatore bigami poteſt ſupe-
3 rior † diſpenſare. & pro ſuperiore intellige Papam, maximè ſi crimen eſt notorium, ſecundùm Hoſtien. qui hic dat pro regula, ꝙ in omni caſu, in quo meretur epiſcopus depoſitionem, ad ſolum Papam ſpectat diſpenſatio, ad quem ſpectat depoſitio. 3. q. 6. c. quamuis. & c. multum. & c. dudum. eius. n. eſt ſoluere, cuius eſt ligare. de ma. & obe. c. cum inferior. de tranſla. c. 2. & ſic non obſtat, ꝙ poſſet obijci, Papã id ſibi nõ reſeruaſſe. de ſenten. excõ. c. nuper. pro Hoſt. facit de temp. ordi. c. literas. & c. dilectus. ¶ Quærit gl. quæ incipit. no. quot modis dicatur bigamus. dic, vt in ea. & 32. diſtin. c. nemo. & Goff. in ſumma huius titu. §. item pone. & per Hoſt. in ſum. eo. titu. §. 2. & 3.

DE bigamis. Bigamus vxore viuente, vel mortua, non ordinatur. hoc dicit.

*SVMMAE.*

1 *Papa in dubia quæſtione arguit ad vtrãq; partem.*
2 *Bigamus aliquando quis non eſt: & tamen cenſetur tanquàm bigamus.*

SVper. Qui mortua vxore promotus ad ſacros cum ſecunda de facto contraxit, & eam cognouit, bigamiæ pœnam incurrit, licèt bigamus nõ ſit. hoc dicit. Et primò ad caſum propoſitum allegat pro vna parte. ſecundò pro contraria. tertiò ſoluit. ſecunda ibi [licèt
1 obuiet.] tertia, ibi [licèt autem.] No. ꝙ Papa † in dubia quæſtione arguit ad vtrãq; partem, quia ſuper dubitabili debet lex fundari, & in dubio intelligi. vt l. quod Labeo. ff. ad Carbo. & l. 1. in fi. ff. ad mu. ¶ Secundò no. quandoq; non attenditur iuris effectus, ſed intentio, vt in caſu noſtro: vbi punitur conatus, etiam non ſecuto effectu. Item ſi mulier contrahit infra tempora luctus, notatur infamia de iure ciuili: licèt matrimonium non teneat, vt l. quid ergo. §. 2. ff. de his, q no. infa. Idem in eo, qui curauit corrumpere ſeruum, licèt non corruperit, vt l. ſi quis ſeruo. C. de fur. punitur ergo affectus, licèt non ſequatur effectus, vt ibi. & per Cy. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epi. & cle. In contrarium tamen faciunt multa iura, quibus cauetur, ꝙ non ſufficit fieri de facto, vt l. 1. §. fi. ff. quod quiſq; iur. ibi [quid enim obfuit conatus, cũ iniuria nullũ habuit effectum.] ad idem l. hæc conditio. ff. de cõdi. & demon. vbi conditio, ſi nupſerit, intelligitur de iuſtis nuptijs, non iniuſtis, vel immaturis. Et hæc materia, an ſufficiat, ſi fiat de facto. põt intelligi multis modis. aut. n. q̃ris quò ad delicti punitionẽ. & loquit̃ hic, & d. l. ſi quis ſeruo. aut quò ad pœnæ deſcendentis ex contractu cõmiſsionem. & dic ꝑ Cy. in l. ea quidem. C. ſi man. ita fu. alie. & l. quidam cum filium. de ver. obli. aut quò ad pœnæ euitationẽ. & dic, vt l. mulier. de condi. inſti. & l. continuus. §. cum quis. ff. de verb. obli. per Bar. & tangit Bal. in l. vbi pactũ. C. de tranſac. Secundò ꝙ cũ ex vna p̃te verſat̃ veritas, ex alia opinio, eſt veritas p̃ferenda. & ſic opinio veritati p̃fertur. de quo multa iura pro & cõtra. in gl. cui adde aliã. ꝟ. de do. inter virũ & vxo. c. plerũq;. vbi diſputat, an ſi manente matrimonio putatiuo mulier retenta in figura matrimonij fornicetur, perdat dotem: ſicut ſi fuiſſet verum matrimonium. veritate. n. conſiderata, videtur ꝙ nõ; quia nõ eſt matrimonium: ſed attenta opinione vr̃, ꝙ ſic propter effectum cum opere ſubſecuto. Et hãc partem tenet ibi glo. ꝓ qua optimè l. 3. §. 1. ff. de dona. inter vi. & vxo. vbi donatio prohibita inter virum, & vxorẽ, intelligitur etiã prohibita in matrimonio reprobato à iure: ne ſit melior eorum cõditio, qui deliquerunt. & faciunt hęc ad q. ſi quis interficit nõ legitimè exbannitũ: an puniatur, vel ſit tutus vigore ſtatũti ꝑmittentis exbannitũ occidi. de qua per Bar. in l. ſi. ff. de adul. facit etiam. ad q. an teſtis, cuius dictum nõ valeat (quia fortè non iurauit, vel parte non citata) poſsit ſi falſum depoſuit, accuſari de falſo, de qua per Bar. in l. ſi quis legatum. ff. de fal. & eadem eſt q̃õ in notario, qui fecit falſum inſtrumentũ carens ſolemnitate, tangam. ꝟ. ¶ Tertiò no. rationẽ deciſionis. nam quãtũ in ipſis fuit, matrimoniũ contraxerunt: licèt matrimoniũ fuerit nullum. & intellige, ꝙ fuit nullum, propter conſanguinitatem, votum, affinitatem, vel aliã ſimilem cãm. omni. n. caſu contractum de facto, carnali copula ſubſecuta, inducit bigamiã: vnde ſi habens vxorẽ legitimam, illa mortua contrahit cũ ſcd̃a: ſi non tenet iſtud ſcd̃m m̃rimoniũ, nihilominus bigamus eſt cẽſendus. ſed nunquid eſt hoc verũ, ſiue iſte bona fide, ſiue mala cõtrahat cũ iſta ſcd̃a. Archi. tenet, ꝙ ſi ignorabat defectũ, nõ incurrit bigamiã. & intelligit hũc tex. in illo, qui fuit in culpa. & ita no. 34. diſt. c. cognoſcimus.

mus.& eo.tit.c.vno.lib.6.Io.An.tenet hic contrarium. & dicit, ꝙ ſatis eſt, ꝙ habuerit affectum coniugij. & iſte affectus conſideratur cum opere ſubſecuto. pro hoc facit, quia publica honeſtas inducitur ex matrimonio: quod non licet, dummodo teneat ex conſenſu. j̃.de ſpon.c.vno.lib.6. ergo idem in iſto matrimonio carnali copula conſummato. nam bigamia etiam ex actu meritorio qn̄q; contrahitur. j̃. de ſpon.c.
2 inter opera.¶ Quartò no. † ꝙ qn̄q; quis non eſt bigamus, & tanquàm bigamus eſt cenſendus. ſic quandoq; quis non eſt fur, tenetur actione furti, vt not. in l. ſerui, & filij de fur. & C.eo.ti.l.ſi quis ſeruo.licèt enim non ſit bigamus ſecundū iuris regulas: tn̄ eſt bigamus fictione iuris, & ex mente: vnde pœna legis tales amplectitur.ff.de adul.l. hæc verba.cum ſi. glo.tertia tractat, vtrū puniatur affectus, ſi non ſequitur effectus.de qua materia plenè per Cy.C.de epiſco.& cle.alia gl. magna, quæ incipit hic collige. tractat materiam, an opinio præferatur veritati: vel veritas opinioni, allegat iura pro, & contra.& dic, vt l.is, qui putat.ff.de acqui.hære.& aptat iſtud generale ad materiam vltimarum voluntatum, puta ſi inſtituo quem credo liberum, cum ſit ſeruus: vel ecōtra ſeruum, cum ſit liber, cui acquirat, an vt teſtator putauit: an verò, vt veritas ſe habebit.de quo dic, vt l.cum proponas.C.de hære.inſti.& l.paterfa.ff.eo.tit.& l.cum quidam. de iure delibe. Io.And.ponit hic verſus, in quibus ſcilicet opinio præferatur veritati.

*Teſtamenti fauor, odium, ſententia, proles.*
*Ex iſtis cauſis præfertur opinio veris.*

facit l.Barbarius.de off.præ. In materia verò maliuolorum, an præferatur opinio veritati: vel veritas opinioni. diſputat de hoc Io.An.queſt.de illo, qui interfecit clericum bānitum à iudice ſeculari, qui laicus putabatur, an occidens excuſet à pœna. hanc quæſtionem ponit in reg.quod quis.de regu.iur. lib.6.& dicta l.ſi.ff.de adulte.& procedit iſta quæſtio, quando non putauit delinquere. quid ergo ſi putabat minus delinquere, quàm fecerit, puta vulnerare, & occidit: vel vulnerare laicum, cum eſſet clericus: vel inferre iniuriam patrifamil. cum eſſet in alterius poteſtate: vel comburere vnam domum, & combuſsit plures: an, vt cogitauit, an verò ſecundùm euentum, & rei veritatem debeat condemnari. dic per Bar.in l.diuus.ff.de ſic.vbi pulchrè diſtinguit.

DEbitum. Qui cōtraxit cum virgine, licèt prius ab alio fuerit deſponſata, bigamus non cenſetur. Et primò ponit rationes: vltimò reſpondet, ibi [vnde is.] ¶ No. ꝙ in matrimonio repræſentatur ſpiritualitas tam in conſenſu, quàm in carnali copula, quæ ſubſequit̄. quæ copula, vt deſignet vnionem, debet eſſe cum virgine: quia Chriſtus ad hanc vnionem faciendam elegit ſibi virginem. & ideò vxor ordinandi debuit eſſe virgo. ¶ Secundò no. ꝙ deſponſata, copula non ſecuta, non poteſt propriè dici vxor. quod facit ad quæſt. no. j̃. de iureiuran.c.quemadmodum. reliqua, quæ poſt glo.ponit hic Ioan. And. vide per te. ſunt enim magis theologica, quàm legalia.

*S V M M AE.*

1 *Matrimonium vbi non eſt non cadit bigamia.*
2 *Concubinarius promoueri non prohibetur.*

QVia circa. Qui plures habuit concubinas, ex eo bigamus nō eſt. cōmunis diuiſio. ſecūda ibi [ad quod.] ¶ No.
1 ꝙ vbi non eſt matrimonium, † ſed concubinatus, ibi non cadit bigamia. fornicatio enim eſt res execrabilis. non ergo poteſt vllam ſignificationem inducere alicuius rei ſacræ. vn̄ ibi per iterationem non deficit ſacramentū, quod reſpicit huius tit. prohibitio, ſecundū Hoſt. ¶ Secundò collige, ꝙ crimino-
2 ſus, vt eſt concubinarius, † non prohibetur promoueri: cuius contrarium dixit Hug.& malè. quod dic, vt s̃.de tempo.ord. c.ſi. ¶ Tertiò no. ꝙ cum concubina contrahitur ſimplex fornicatio. quod eſt verū cum laico ſoluto, & etiam cū conſtituto in minoribus. in diacono, & ſubdiacono duplex. in presbytero triplex. vnde dicit Abbas, ꝙ licèt coniugatus fortè plus peccet extra coitum vxoris, quàm clericus in maioribus. ad qđ. j̃. de vita & ho. cleri.c.clerici.ad ſi. in conſtituto in ſacris hoc non credit. ¶ Oppo. dicitur hic, ꝙ cum concubinis non contrahitur bigamia. contra. nō debet plus habere luxuria, quàm caſtitas. & non debent eſſe melioris conditionis ſtulti, quàm periti, vt in iuribus alleg. in glo.& j̃.de præben.c.eū qui.lib.6. Sed hoc modo plus punitur quis ſecundas nuptias contrahendo, quàm plures concubinas ſucceſsiuè illicitè retinēdo. So. vt in gl.& in c.fraternitatis.34. diſt. & patet ratio s̃. in primo no. ¶ Secundò oppo.& videtur, ꝙ vbi non eſt matrimonium, contrahatur bigamia. s̃.eod.c.nuper. So. licèt ibi non ſit matrimonium, eſt tn̄ figura matrimonij. in concubinatu non eſt matrimonium, nec figura. probatur optimè iſta ſolu.ff.de do.inter virum, & vxo.l.3.§.1. ¶ Tertiò op. dicitur hic, ꝙ cum iſto concubinario poterit diſpenſari.& ſic innuit, ꝙ ſit neceſſaria diſpenſatio. ſed contra. s̃.de tempo.ordi.c.ſi. Sol. ſecundū Hoſt. & Ab. ibi in occulto peccatore, cuius occulta irregularitas per ſolam pœnitentiam aboletur. hic verò loquitur de publico, notorio, & famoſo. Idem no. Io. An. j̃.de cle.coniu. c. ſanè. & debet ſibi cauere iſte notorius, ne ſic ſuſpenſus celebret, per illa, quæ no. Io. An. j̃. de coha.cleri.& mulie.in c.nr̄a. & de cle.excom.mi.c.ſi. cōclude ergo, ꝙ occultus concubinarius per ſolam pœnitentiam, vel eius partem reſtituitur priſtino ſtatui: ſed notorius poſt pœnitentiā, & diſpenſationem, niſi prius irregularitatē incurrerit. & collige ex hoc tex. coniuncto ſupraſcripto, ꝙ legatus poteſt diſpenſare cum talibus. ¶ Quęrit Io. An. ſi ep̄s in retinendo cōcubinas publicè deliquerit, an poterit diſpenſare metropolitanus, vel ſolus Papa. videtur, ꝙ nō poſsit alius, q̃ Papa: cum hoc crimen inducat depoſitionē. 25.di.c.primū. aliàs ad hoc facit quod no. Ioan. An. s̃.c.2. Alij dicunt, ꝙ metropolitanus poterit diſpenſare, vt hic. & j̃. de iudi.c.at ſi clerici. Et hoc vr̄ tenere Hoſti.& remittit ad no. de elec.c.cum in cunctis.

A Nobis. Subdiaconus, qui cum vidua contraxit, & eam cognouit, bigamiæ pœnam incurrit: licèt bigamus non ſit. h.d. Cadunt hic illa, quæ dixi s̃.c.nuper. & eſt diuerſitas in facto, ibi enim non tenuit matrimonium cum ſecunda: q̄a erat ligatus primæ. hic verò non tenuit: quia erat prorſus inhabilis ad matrimonium contrahendum. ¶ Quærit Ioan. An. quid ſi conſtitutus in minoribus contrahit cum vidua: an ſit exemptus omni priuilegio clericali. videtur, ꝙ ſic, per c.quicquid.84.diſtin.& ita determinatur hodie in c.1.j̃.eod.lib.6. In caſu tamen huius cap. in quo non tenuit matrimonium, omne priuilegium retinebit.81.diſtin.c.dictum.& 50.diſtin. c.ſtudeat. aliàs contra. de vita & ho.cleri.c.ſi. ¶ Secundò quærit, vtrùm cum iſto bigamo poſsit epiſcopus diſpenſare. tenet ꝙ non, ſed ſolum Papa, & Innocen. quartus cum quodam monacho diſpenſauit. quid ſi maritus virginis non ſeruauit ei fidem. Itē quid ſi poſtquàm cognouit vxorem adulteram, fecit ſe ordinari. & quid, ſi quis contraxit cum corrupta, credens contrahere cum virgine. & quid ſi quis contraxit cum corrupta, & ante carnalem copulam duxit virginem, quam cognoſcit. Item quid ſi pendente lite ſuper accuſatione adulterij, ad mandatum eccleſiæ ipſam cognouerit. Remittit Hoſtien. ad ſummam eod.tit.§.pen. ver. ſecundò quęritur.





# De clericis peregrinis.

QVia inter eos, qui ab ordinibus prohibentur, arcentur & peregrini. Ideo &c. habetur de materia.71.diſ.72.& 73.per totum.98. diſt.per totum.9.q.2. cōgruit rubri.de cle. non reſi.c.fraternitati. Qui dicantur hic peregrini. & quare non admittantur indiſtinctè. & quæ ſit differentia inter hunc ti.& titu.de peregrinantibus. j̃.remittit Hoſti. ad ſummam eo.titu.

*S V M M AE.*

1 *Ignoto cum literis venienti, an ſit fides adhibenda.*
2 *Literis ſigillatis cum quinque ſigillis, an ſit fides adhibenda.*
3 *Clerici ignoti non debent ſtatim recipi ad diuina.*

TVa nos. Vltramarini, & alij valde remoti ordinationem ſuam probare debent per quinq; epiſcoporum ſigilla. & ſunt duæ
1 partes, conſultatio, & rn̄ſio. ¶ No. primò † an ſit credendū ignoto cum literis venienti. nam ſi habetur notitia de veritate literarum, præſumitur qui defert eſſe ille, qui in literis reperitur ſcriptus, ſi ſe aſſerit ipſum eſſe. ad hoc.l. ſi qua per calum.C.de epi.& cle.l.ſi procura.abſen.ff.de procu. non eſſet ergo efficax exceptio contra eum. tu non es ille, de quo ſit mentio in literis. ¶ Secundò no. cum eſt incertum de literis, & perſona quid iuris. oportet enim tunc probari p̄ quinque ſigilla. quid ſi inſtrumentum notarij producitur de longinqua regione, & negetur, ꝙ ille ſit notarius, qui ſcripſit. dic in Spec.de inſtru.edi.§.reſtat.in ſi. primæ colum. ver. quid ſi producitur. & per Azo.in ſumma Authen. de fide inſtru. & per Cy.de fide inſtru.c.comparationes.ad ſi.& per Io. An.in c.1.j̃.de fide inſtru. vbi prædictę remiſsiones. ¶ Tertiò no.
2 † ꝙ ſtatur literis ſigillatis cum quinque ſigillis. licèt ſigilla ſint incognita. & iſtud eſt ideo, quia tractatur de modico p̄iudicio: aliàs non crederetur literis, niſi per collationem ſigillorum, vel aliàs legitimè probaretur in Authen. de inſtru. cau.col.6. Idem in ſigillis teſtamenti dicimus: quia debent legitimè recognoſci: aliàs non daretur fides teſtamento, vt ff. quemad. teſta. ape. l. ſed ſi quis ex ſignatoribus. & l.2. §. ſi dubitetur.eo.titu. ¶ Quartò no. de iſtis literis commendatitijs, quorum quot ſint ſpecies, no. Inno.& Ho. Io. An. remittit ad no. per eum in c.fraternitati. j̃.de cler.non reſi. & quis iſtas literas commendatitias dare poſsit, dic vt j̃.de temp.or
relig. do.c. conſtitutus. vel ex ſententia arbitri, vel conuentione pſcriptione firmata.de pſcrip.c.cũ olim.& c.veniẽs. Et ſecundùm hoc ſine calum. poſſet intelligi de inſtitutione auctorizabili. de inſtitu. c. cum veniſſent. aliàs conſuetudo nõ prodeſt, iuxta no. ſ. eod. c. cum ſatis.Quædam ſunt ſimplicis iuriſdictionis, ſicut viſitare, corrigere, coercere, minor. cauſas audire, terminare, & quædam alia. Et in his dicit Hoſtien. archidia. quò ad parochiales eccleſias, & minores titulos de iure communi eſſe vicarium epiſcopi.ſ.eo.c.ad hæc. & in iuribus ibi allegatis: vbi Papa ſuper iuriſdictione archidiaconi interrogatus, & conſultus de iure reſpondit, vt ibi.Iſta tamẽ vicaria,& iuriſdictio archidiaco. nõ extẽditur ad cauſas grauiores, niſi quò ad relationem, vt ibi. Item nõ extenditur ad maiorem titulum, vt abbatias,& conuentuales eccleſias, niſi per conſuetudinem hoc acquiratur, vt hic & ar. de offi. archidia. c. ſi. & de maior. & obedientia. c. cũ inferior. Caueat ergo epiſcopus archid. quandoque prohibere, cum ſit eius vicarius, vt ſ. c. 2. per Ioan. And. Quædã verò ſunt certi officij, quæ & quò ad abbates, & alios de iure communi ad archidia. pertinent. de quibus ſ. eod. c. ad hæc. verſi. in quadam. de ceteris remittit ad ſummam, dicens etiam ibi per hæc ſupplendum. ¶ Quartò oppo. dicitur hic in ver. Petijt inſuper. ꝙ archidia. petijt, ne aliquẽ conuenirent coram officiali archiepiſcopi. & ſic coram eius maiore: ſed videtur, quòd talis petitio fuerit iniuſta: quia epiſcopus poteſt audire cauſas ſpectantes ad iuriſdictionem ſubditi, eo inuito. de offi.ordi. c. cum ab eccleſiarum prælatis. Item priuati poſſunt conuenire in iudicem non ſuum per viam prorogationis, l. ſi conuenerit. de iuriſ.om.iudi.& ſufficit, vt valeat iudicium inter laicos, ne excipiantur.ff.de iudi. l. 1. & 2. & 3. q. 6. c. pulſatis. Sol.quidam fatentur contrarium. dicunt quòd ideo. j. non reſpondetur ad illam petitionem: quia fuit iniuſta. Alij dicunt,quòd fuerit iniuſta petitio propter ſpecialem archid. conſuetudinem, maximè ad remouendam fraudem, ne ſcilicet paulatim ius ſuum ad archid. ſubtrahat. arg. ff. de dolo.l. cùm quis. vel dic, vt dicit Inno. in ſua addi. quòd quandoque in iuriſdi. quam minor exercet, ſuperior habet maius imperium, vt quando agitur in defectu ſuperioris, vt l. cum ſpeciale. C. de iudi. & C. de fa. li. l.ſi quis. quo caſu inferiorem cognoſcere volentem poteſt ſuperior prohibere: & idem quando minores ſunt officiales,vel vicarij maiorũ.quia cum archid.& archipresbyteri vicarij ſint epiſcoporum, vt ſ. tit.1. c.1. & vlt. poterunt per epiſcopos prohiberi: non tamen ipſorum iuriſdi. in totum reuocare, ſecundùm Inno. Quidam ſunt minores officiales, quorum iuriſdictio non dependet à ſuperiore, nec ſubrogatur in defectu ſuperioris. & in iſtius exercitio non poteſt ſuperior,(vt archiepiſcopus,epiſcopus,vel legatus,) inferiorem prohibere. & ſic loquitur auctoritate Auth. de defen. ciui.§. interim. in ſi. fatetur tamen Inno. ꝙ legati poſſunt adiri per querelam. j.de offi. leg. c. 1. & hoc dicit Io.And. ſuper ver. conueniri. facit quod not. Inn. ſ. de reſcrip. c. ſuper literis. & in l.1. ff. ſi quis ius dicen. non obtẽ. ¶ Quintò oppo.dicitur hic,ꝙ archid. agebat, ne aliquem conuenirent,eo prætermiſſo in curia Cenoñ.& ſic agebat de iure archiepiſcopi, & ſibi præiudiciali:ergo debuit vocari ad iudicium: & nõ eo prætermiſſo hæc cauſa agitari.cuius contrarium hic factum fuit: vnde videtur ob.de maiori.& obedien.c.inter quatuor. Solu. dic, vt ibi not. ¶ Sextò oppo. hic innuitur, quòd ad hoc vt moñ. condemnetur, ſufficit, quòd archid. ſit vſurus iſtis iuribus in alijs abbatiis. contra ſi moñ. ille fuit diligeus, nec permiſit contra ſe hanc conſuetudinem indiuci (imò viriliter reſtitit) non debet ei præiudicare aliorum negligentia. quia res inter alios acta &c. j. de re iudic.c.pe. Sol. hoc contingit, ne vna & eadem res diuerſo iure cenſeatur. 12. q. 2. c. cognouimus. Item hoc ideo eccleſia: quia iſta præſcriptio modicum præiudicium affert moñ. nam & ſi archidia. hæc iura non exerceat: epiſcopus tamẽ ipſa per ſe, vel per eundem archid. vel alium exercebit, vt patet. ſ. c. 1. epiſcopo tamen ſemper patienti, & non reſiſtenti archi. videtur pіudicare. ar. ſ. de conſue. c. 2. videtur enim epiſcopus per talem patientiam conceſsiſſe archi. hæc iura in illo mona. poſtquam in omnibus aliis paſſus fuit. nam & hoc ei expreſſè committere potuiſſet. concludit ergo,ꝙ patientia,& taciturnitas epiſcopi tribuit iuſtum titulum archi. & hoc no. ad materiã.l.cum de in rem verſo.ff.de vſur.quã l.dicunt quidã habere locum in faciente, non in patiente. Na ſcđm prædicta habet locum etiã in patiente:vbi tractãt de modico præindicio:ſecus ſi de magno,vt in præſcriptione,vt ibi per Bar. ¶ Septimò oppo. ad idẽ,& videtur,ꝙ licèt epiſcopus paſſus fuerit hæc iura præſcribi in aliis mona.nõ tñ in illo: qa nõ debet ad illud extendi conſuetudo, vel pſcriptio aliorum. nã iura, quæ per præſcriptionẽ quæruntur,nõ debẽt extendi ad alia,q̃ præſcripta ſint,vt l.1.§.ſi quis.ff.de itine. actuque priua.& l.ſi poſt.de aqua pl.ar.& de deci.c.tua.& c.cũ cõtingat. & de præſcrip.c.auditis.& de capel.mo.c.2.& 12.di.c.oĩa. & 11.di.c.catholica.Hic autem dicit, ꝙ ad aliud mona.extenditur, quare malè. Sol.ex gl.magna Inn.plures ſolu.poſſunt colligi: prima circa mediũ, quæ eſt, ꝙ aliud in præſcriptione, aliud in cõſuetudine.pſcriptio eñ tãquam odioſa eſt reſtringenda, non extẽdenda.de præſcrip.c.vigilanti.cõſuetudo verò tanq̃ fauorabilis eſt dilatanda. nã & in ea inducẽda nõ requirit titulus:ſicut in pſcriptione requiritur, de pſcrip. c.cum olim.ad ſi.p Inno.ad hoc facit qđ no. Cy.in l.2.in.4. col.C.de conſue.vbi ponit differentiã inter ius vniuerſale cõſuetudinis,& ſingulare pſcriptionis. Et facit hoc ad q. pone, ꝙ quidã iudices p conſuetudinem iudicãdi inter Bonon. q̃ſiuerunt ſibi iuriſdictionẽ: nũqđ poterũt hãc iuriſdictionẽ in extraneos exercere.videt,quòd ſic. ff.de offi.preſi.l.2.ad hoc.l.ſi prius.ff.de aqua plu.arc.& l.venditor.§.ſi conſtat..ff. cõia pdio.In contrarium faciũt quæ dicta ſunt.ſ.videlicet ꝙ cõſuetudo extenditur ad alia loca,& perſonas, vt in illo tex. & hoc tenet Cy.quando iuriſdictio exercetur generaliter cõtra oẽs,quoties caſus incidit. qđ dic,vt l.1.C.de emancip.libe. Ad prædicta eſt vna ſol. ꝙ aliud in pſcriptione, aliud in conſuetudine. Vel aliter.nam aut eſt conſuetudo iuri cõtraria, vel eccleſiis oneroſa:& non extenditur nec ad alia iura, nec ad alias eccleſias,vel perſonas,vt in cõtrariis. Aut eſt laudabilis,& rationabilis, & ſuper re conceſsibili, qualis eſt illa, vt archid. iñ mona. iuriſdictionem habeat. quod epiſcopus debet archid. de facili concedere, vt ſuum faciliùs ferat onus. j.tit.1.c. ſi. & talis conſuetudo eſt extendenda ad alias eccleſias,non ad alia iura, vt hic,& ſ.de elec. c.cum eccleſia Vulterana.& 11.diſtinc.c.in his.& j.de cẽſi. c.ſopitæ. & hoc eſt verum, ſi maior pars eccleſiarum,vel perſonarum eiuſdem conditionis hanc ſeruet, vt ibi. nam hoc caſu non ſolùm eccleſiæ iam conſtructæ, ſed etiam conſtruendæ poſſunt cogi ad obſeruantiam huius conſuetudinis. j.de cenſib. c. eccleſijs. Hinc eſt, quòd in officijs eccleſiaſticis vnum modum ſeruare debent. 12. diſtinct.c. pe. & in ſi. vnam mẽſam communem habere. de cenſi.c.ex parte.prærogatiuam eiuſdem dignitatis ſeruare. ſ. de conſue. c.cum olim. & hoc eſt verum, niſi vna eccleſia, vel minor pars eccleſiarum habeat certam contrariam laudabilem conſuetudinem, & præſcriptam. de conſuetu. c. ſi. vel niſi alius hæc iura in hoc mona. exerceat. j. de præſcrip. c. cum officij. §. 1. vel niſi pro illa habeant aliam: puta vna eccleſia ieiunat die Sabbati, alia die Mercurij. 12.diſtinc.c.illa. hoc enim caſu minor pars non cogitur ſequi maiorem. & hæc eſt ſecunda ſolu.ſ. quòd aut conſuetudo eſt laudabilis,aut contra iura, vt dixi. Tertia eſt, quòd in is, quæ ſunt iuriſdictionis, vel ei annexa, ſit prorogatio de perſonis ad perſonas: dummodo maior pars populi vtatur conſuetudine, vt l. penul. ff. de iuſti. & iure.& l.quod maior.ad municipa.niſi conſuetudo ſit cõtra

tra rationem inducta, vt l. quod nō ratione. ff. de legi. In aliis
autem, quæ conſiſtunt in penſionibus, præſtationibus, & ſi-
milibus non eſt conſuetudo extendenda. niſi quò ad hoc, vt
vna res non cenſeatur diuerſo iure, vt d. l. venditor. §. ſi con
ſtet. & de cenſi. c. ſopitæ. & de deci. c. cum in tua. ¶ Item hæc
prima vera, niſi in epiſcopo. nā & ſi epiſcopus perit aliquid
nouum, vel inſolitum à iure: non tamen expreſsè reproba-
tum (puta cenſum, vel charitatiuum ſubſidium, & ſimilia) ex
quo probat, quòd id habet, & percipit in aliis conuicinis, cō
uincitur & is, à quo petitur, niſi aliud probet. Ad hoc faciūt
iura allegata in vltima gl. Item hoc eſt verum, niſi locus, in
quem prætenditur iſtud ius à nemine poſsideatur. vnde ſi ar
chi. vel epiſcopus in loco, de quo non conſtat, quòd ſit alte-
rius iuriſdictionis, hæc iura exercuerit: ipſe ibidem de cete-
ro exercebit. ȷ̃. de relig. c. 1. Et idem de his iuribus, de qui-
bus nihil certum eſt in iure ſtatutum. In illis enim ſatis ęquū
eſt, ꝙ conſuetudo prouinciæ, ſiue vicinarum eccleſiarum de
beat obſeruari. arg. 12. diſ. c. diuturni. & c. omnia. Item etiā,
quod dixi de iuriſdictione acquirēda, & extendenda ad alia
loca, habet locū niſi in loco, ſiue eccleſia, in qua iuriſdictio
vendicatur, alius iuriſdictionem exerceat ex priuilegio, vel
cō ſuetudine iam præſcripta. nam hoc caſu licèt in omnibus
aliis ex conſuetudine exerceat: non tamen vigore conſuetu-
dinis exercebit in illo: etiam ſi ille in hoc mona. non fuiſſet
vſus longo tempore hac iuriſdi. præſcriptionis, vel priuile-
gio acquiſita. & hoc probat iſte tex. dum dicit [in huiuſmo-
di abbatis.] &c. debet enim exponi huiuſmodi. i. ſimilibus:
ſed illa non eſt ſimilis: ex quo ponis, quòd ad alium hæc iu-
riſdictio pertinebat. & hoc verum, vt dixi, quando tertius
vſus eſt iſtis iuribus in hoc mona. Si autē ipſe abbas, an po-
terit hoc caſu archi. vendere hæc iura? dicit, ꝙ idem, ſi nomi
ne epiſcopi exercuit: ſecus ſi ſuo. ¶ Octauò opp. dicitur hic,
ꝙ conſuetudo aliorum mona. extenditur ad iſtam abbatiam
ſancti Petri. Sed contra ſi epiſcopus in omnibus abbatiis,
præterquam in iſta, conceſsiſſet archi. iſta iura, in tali conceſ
ſione non veniret illud monaſterium: ſine dubio ergo nō de
bet venire, vel includi vigore conſuetudinis aliorum. Sol. di-
cit Inn. aliud in conſuetudine, aliud in conceſsione: nam eo-
ipſo, quòd epiſcopus cōcedit in aliis, videtur prohibuiſſe in
illo. ar. 55. diſt. c. diſciplina. & de deci. c. ad audiētiam. & c. ex
parte. Sed in conſuetudine eoipſo, ꝙ in aliis tacitè epiſcopus
conſentit: videtur conſentire in iſto. plus ergo extenditur cō
ſenſus tacitus, quàm expreſſus illo caſu, ar. l. de quibus. ff. de
legi. ſed hoc ideo, quia cōſenſus expreſſus habet cauſam mo
mentaneam: ſed tacitus illo caſu habet cauſam ſucceſsiuam,
& diuturnitatem temporis: ideò maiorem producit effectū
propter continuam perſeuerantiam. ¶ Ex prædictis itaq; in
præcedenti opi. & ex illa, cum quæritur, an fiat extenſio exer
citij de perſonis ad perſonas, vel de iuribus ad iura, vel de lo
cis ad loca, poſſes diſtinguere. nā aut quæris de præſcriptio-
ne, aut de conceſsione, aut de conſuetudine: præſcriptio non
extenditur ad alia, quàm præſcripta: ſimiliter conceſsio ad
alia, quàm conceſſa: vt ex prædictis patet. Conſuetudo verò
an extendatur, diſtingue. nam aut conſuetudo inducitur cō-
tra iura, vel eſt eccleſiis oneroſa: & non extenditur. aut eſt
laudabilis: & tunc aut conſiſtit in iuriſdictione, aut in præ-
ſtatione. Et ſi in iuriſdictione: & tunc aut alius, quàm epiſco
pus, poſsidet illa iura in illo monaſterio: aut nullus alius. & ſi
in præſtatione, aut loquitur in epiſcopo, qui prætendit in il-
lo, ſicut in aliis: aut loqueris in aliis, quàm epiſcopo. & ſi in
alio: tunc aut locus ille, in quo præſtatio exigitur, à nemine
poſsidetur, aut ab aliquo. & ſi ab aliquo: & tunc aut nihil de
illo iure, quod petitur, eſt à iure ſtatutum: aut eſt aliquid ſta
tutum, vt ex prædicto apparet. doctor meus dominus Bald.
in quadam diſputatione, quæ incipit. Appollus. tractat de
iſta extenſione: an ſcilicet præſcriptio extendatur. Et aduer
te, quia vtitur verbo, præſcriptione. quod verbum aſſumpſit
pro conſuetudine: aliàs eſſet contra dicta Innocē. hic, quòd
præſcriptio non extenditur. ad propoſitum ergo, dicit ipſe,
vtrùm præſcriptio extendatur. Cōſidera, quòd quatuor ſunt
ſpecies † prorogationis: de re ad rem: de perſona ad pſonā:
6 de tempore ad tempus. De perſona ad perſonam, vt not. in
c. P. & G. infra de offi. deleg. c. 1. & l. 1. C. de iuriſ. om. iu. An
ergo in iſtis omnibus fiat extenſio, vel non, ibi plenè per eū
in penul. & vlti. col. vbi in fine ponit quæſt. vtilem ad prædi-
cta. An ex pſcriptione inducatur priuatio alterius. & diſtin-
gue. nam aut quis præſcribit tanquam ſub alio: aut tanquā
ſupra alium: aut tanquam ſecus ab alio. Primo caſu non pri-
uat alium: ſed ordinem, quem præſcripſit, illum tenet: à quo
non poteſt vetari per ſuperiorem. 9. q. 1. c. de perſonis. per
Archi. quia inferiora ſuperioribus non derogant: tamen ſu-
periora non debent inferiora opprimere. C. de offi. præfec.
vrb. l. 1. & C. de pala. l. 1. lib. 12. Secundo caſu non priuat eū
eſſe, ſed gradu eſſe. quia cum eum ſibi ſupponit, minorem ſe
facit, qui ſe ſubiicit. ff. de iuriſ. om. iudi. l. eſt receptum. Ter-
tio caſu puto præſcriptionem in totum ſibi ius vēdicare, quo
ipſe ſolus eſt vſus. ff. de diuer. præſcrip. l. quiſquam. & ideò vi
detur, quòd ſi plebanus in plebanatu ſuo præſcripſerit inſti
tutionem, quòd epiſcopus nullo modo ſe intromittere de-
beat. quod eſt verum, ſi habuit poteſtatem per excluſionem
epiſcopi: ſecus ſi per patiētiam ſolum, quia iura negatiua nō
præſcribuntur, niſi contra prohibitos patientes, non contra
patientes, vt C. de ſerui. & aqua. l. 2. per Pet. & Cy. Hoc ergo
caſu licèt plebanus habeat pro ſe conſuetudinem: non tamē
propterea epiſcopus eſt exul à iure communi: ſed cumulata
eſt poteſtas, nō abſorpta. Et ita Floreñ. practicatur per epm
Floren. & plebanum. Hæc ſunt verba Bal. in dicta diſputatio
ne. ad fi. Aduerte quia hæc vltima deciſio videtur contra id,
quod hic dicit Inn. Dicit. n. ꝙ ſi archid. vtitur hoc iure in oī-
bus abbatiis ſciente epo: ita demum per conſuetudinem acq
rit hoc ius, ſi eps nō vtatur: alioquin. ſ. ſi vtatur infra tempus
præſcriptionis, eſſet interrupta præſcriptio. ȷ̃. de præſcri. c.
cum ex officij. & apparet, qñ eps vtitur, ꝙ non habet animū
perdendi, ſiue perdere velle. pro hoc facit quia præſcriptio
aduocat ius creatum, non nouum creat. not. in c. ſi diligenti.
ȷ̃. de præſcrip. & circa hanc quæſtionem omnino vide quod
no. Io. An. poſt Inn. ȷ̃. de præſcrip. c. auditis. vbi tangit hanc
ſubtilitatem. ¶ Vltimò quæro. pone, ꝙ archidia. per conſue-
tudinem acquiſiuit viſitationem: ſtetit poſtea longo tempo-
re, quo nō viſitauit. & ſic amiſit: nunquid per epm, qui p cen
tum fortè annos non viſitauit, reuertatur ius viſitandi. tenet
Io. An. ꝙ ſic. declarat tñ, an viſitatio epalis ſit præſcriptibi-
lis, vel non: tenet, quòd non ſine titulo, vt hic vide per
eum.

# De officio archipresbyteri.

QVIA poſt archidiaconum archipresbyter facit
gradum: ideo &c. De hoc. 25. di. c. perlectis. verſi.
archipresbyter.

*SVMMAE.*

1 *Archipresbyter ſubeſt archidiacono.*
2 *Archipresbyter in eccleſia aſsiduè ſtare debet.*
3 *Archipresbyter in abſentia epiſcopi ſupplet vices eius in officio Miſſæ.*

VT archipresbyter. Iſtud. c. cum tri
bus ſequentibus hic intendit, quòd archipres-
byter Ciuitaten. ſubeſt archidia. & principaliter præeſt
presbyteris, & presbyteralibus officiis. ¶ Not. primò,
1 quòd archipresbyter ſubeſt archidiaco. † & ſic maior or-
dine ſubeſt minori, vt in glo. & intellige, ꝙ ſubeſt, ſi ita eſt
conſuetudo, & in his, quæ ſpectant ad officium archi. de iure
2 vel de cōſuetudine. ¶ Secundò no. † ꝙ debet aſsiduè in eccle
ſia ſtare. & intellige aſsiduè. i. horis competentibus. de cōſe.
diſt. 5. c. nunquàm. & ff. de condi. & demon. l. ſi quis ita lega-
uerit. & ff. ſolu. ma. l. 1. per Bar. de dictione, ſemper. ¶ Tertiò
3 no. ꝙ in abſentia epi archipreſbyter † ſupplet vices eius in
officio Miſſæ. & loquitur iſte tex. de Miſſa ſolēni, quæ dicitur
in certis feſtiuitatibus: quilibet. n. eps (niſi cauſa impediat.)
dēt in cathedrali eccleſia tūc præſens eſſe. de cōſe. di. 3. c. epi
ſcopus. ¶ Quærit Hoſt. quid ſi archid. eſt presbyter, qđ eſſe
poteſt: nec per hoc amittit archid. de renun. c. ad ſupplicatio
nem. tunc archipresbyter debet ei cedere, cū ſit par in ordi-
ne, & maior in adminiſtratione. dicit tñ, ꝙ eccleſiarum con-
ſuetudines ſunt ſeruādæ. ¶ Quærit etiā quid eſt dictū, colle-
ctā, dicit, ꝙ pōt intelligi de Miſſa feriali, vel matutinali, ideò
ſic dicta: quia in illa multæ orationes dicunt, & multa ca. cū
tñ in ſolemni Miſſa non dicatur niſi vna, ſecundùm Io. And.

*SVMMAE.*

1 *Clerici pigritiam euitare debent.*
2 *Archipresbyter pœnitentem reconciliare poteſt.*

MInisterium. No. de officio archi-
presbyteri, qa eſt ſu-
pra oēs quò ad cōionem corporis, & ſanguinis
Chriſti, & quò ad horas canonicas, q̃ ſunt ſeptē, excepta Miſ
ſa. ȷ̃. de cel. Miſ. c. 1. & no. ꝙ per oēs horas debēt perſeuera-
re: non ergo hoc debitū omnium horarum poſſent ſtatim ſol
uere in tpe præueniendo: cū hæc dilatio, & tpis diuiſio nō ſit
inducta in fauorē ſuum, ſed Dei (vt horis ſingulis honorifice
tur) in ſolutione pueniri non pōt, vt l. eū qui ita. aliàs Iabol. ff.
1 de an. leg. ¶ Secundò no. in ver. proinde. † ꝙ euitanda eſt cle
ricis ſcurrilitas. i. ruſticitas, & pigritia, vel diſcurſus. 46. di. c.
clericū. à ſcurrá, qđ eſt vagus. quod maximè religioſus caue-
re dēt. de offi. or. c. quātò. ¶ Tertiò no. ꝙ exceptis prohibitis
ad cūcta dēt aduertere, q̃ ſequunt in tex. & q̃ ſint prohibita,
no. de tranſla. c. 2. & no. ꝙ omnia illa, q̃ ſequunt [fontes bñdi
cere, infirmū vngere.] &c. poſſunt expediri ſine altaris mini-
ſterio: p quod pōt explicari. de cor. vic. c. ſignificauit. ſm Ho.
¶ Quartò no. de iſtis Cardinalibus ſacerdotibus, & quare di
cant Cardinales. vide in glo. & arguit Hoſt. ꝙ ſicut nullus eſt
Cardinalis, q non ſit ſaltē diaconus: ita nullus deberet eſſe ca
nonicus, qn eſſet ſaltē in ſacris. ar. de æta. & qua. c. quæris. vñ
prouiſum eſt hodie p Cle. vt hi q. de æta. & quali. ¶ Quintò
2 no. ꝙ pœnitētē pōt archipſbr̃ † recōciliare: cōſulto tñ epo.
Et de iſtis pœnitētibus hic in gl. cui addit Io. An. nunquid ta
les pœnitentes ſint infames. dicit Hoſt. ꝙ ſic. vñ nec ordinari
pñt. 50. di. c. pœnitentes. 6. q. 1. c. infames. Sed hoc non acci-
dit rōne pœnitentię, ſed criminis publicati p pnīam: aliàs ſi
crimē ſit occultū, & pnīa ſit occulta, nō infamat, ſed reno-
uat, & emēdat. 50. di. c. ferrū. Infamat ergo talis, tū qa publi-
cè verberat, qñq; nudus incedēs: tū qa crimē ſuū p ſnīam pœ
nitentiæ publicat. 3. q. 7. c. infames. §. porro. aliàs ſi ſnīa nō p
cedat, ſolus ictus fuſtiū nō infamat. ff. de pœ. l. in ſeruorū. in
fi. & l. ictus fuſtiū. ff. de infa. ¶ Quid ſi ſine delicto, ſed ex de-
uotione, aſſumunt aliq publicā pnīam, an ſint infames: dicit,
ꝙ nō, vt probat in l. 1. §. beſtias. ff. de poſtu. & q dixerūt con
trariū, dānant Dauid ſe humiliātē. 2. Reg. 6. dānāt ēt Io. Ba-
ptiſtā. Mat. 1. & 3. ¶ Sextò no. ꝙ archipſbr̃ gerēs abſēte epo
vices eius, pōt hoc alij cōmittere cōtra totū tit. ȷ̃. de offi. vic.
dicit Io. An. ꝙ vicarius vicariū dare pōt in voluntaria iuriſdi
ctione: ſed nō in cōtētioſa. vel dic, vt no. Io. An. ȷ̃. in c. pxi. vbi
loquitur de confeſ. an poſsit ſacerdos, q non ſufficit multitu
dini, alij committere. dicit, ꝙ ſic. ff. de of. eius, cui mā. eſt iu-
riſ. l. 1. qa neceſsitas ſubiacet legi. de obſer. ieiu. c. conſiliū. &
de pœn. & remiſ. c. omnis. ſuper glo. execu. cū ſua remiſsio.

OFficium. No. primò, ꝙ cauere debēt
curati, ne infirmi ſine pœni
tentia moriantur, & cōfeſ. de quo in glo. ſi culpa.
¶ Vltimò no. gl. an qlibet de epatu poſsit recipere eccleſiaſti
ca ſacra in eccleſia maiori: tenet, ꝙ ſic, & arguit in contrariū
de c. placuit. & c. nullus. & ſol. vt in ea. & opi. glo. eſt, ꝙ qlibet
poſsit recurrere ad archipresbyterū maioris eccleſiæ. & hoc
vr̃ intelligere Inn. & Ab. de grauiter peccātibus, alleg. pall. c.
in capite. 26. q. 6. c. vl. ſi intellexerunt de caſibus epo reſerua
tis, nō placet Ho. qui dicit, ꝙ ſine ſpeciali cōmiſsione epi ar-
chipſbr̃ in illis nō abſoluit. qđ verū credit Io. An. ȷ̃. de pœn.
c. ſi eps. lib. 6. & ſic no. ſm Ho. quēlibet habere tres, q pſunt:
dicit Papam cū ſuis vicarijs, epm cum Ciuitatēſ. archipro in
hoc eius vicario, & curatū ſuū. de pœni. & remiſ. c. oīs. ¶ Ter
tiò no. de pſbyterali bñdictione. 21. diſt. c. denique. remittit,
Ho. ad ſummam eo. titu. §. ſi. verſi. ſexto.

*SVMMAE.*

1 *Archipresbyter ſolicitam curam gerere debet.*
2 *Præſumere de ſeipſo nullus debet.*
3 *Archipresbyter debet cuncta correctione digna epiſcopo referre.*
4 *Archipresbyter contra decretum epiſcopi venire non poteſt.*

VT ſingulæ. Archipresbyter ruralis
presbyterorū, & laico-
rum plebanatus curā gerit. contra decretū tñ epi
1 nihil ordinare poteſt. ¶ No. primò, ꝙ archipresbyter † de-
bet ſolicitam curā agere. nā ſicut præfectus vigilū habet ſub
ſe. 7. cohortes. vt l. 3. ff. de offi. pfec. vigi. ſic multi deſcenſiuè
ſub ſummo Pontifice cōſtituti ſunt pp timorē ſpiritualis in-
cendij, vt gerant curā ſolicitam & aſsiduā: ſcilicet legati, pri
mates, epiſcopi, archidiacōi, archipresbyteri Papales, viſita
tores Capituli, pinciales. de qbus. ȷ̃. de ſtatu monacho. c. in
ſingulis. Vigilent ergo, & non dormiant. 81. diſt. c. oportet.
& de homici. c. pro humani. ibi [excuſſo negligētiæ ſomno.]
¶ Secundò no. ꝙ plebanus, ſiue archipresbyter debet de in
ferioribus titulis ſolicitam curam gerere. & ideò dicit [infe-
rioris ti.] vt excludat eccleſias cōuētuales. de quibus. ſ. tit. 1.
2 c. ſi. ¶ Tertiò no. † ꝙ nullus debet arbitrari, & præſumere de
ſeipſo, ꝙ omnibus curis ſufficiat, & per hoc alios conſue-
tos ad aliquod officium remouere, quia ipſe ſufficiat. con-
tra tales arguit Auguſti. vbi dixiſti, ſufficit: ibi defeciſti. Ex
quo arguit Hoſti. an eps de cōſenſu Capituli ſui poſsit ad tē
pus retinere fructus beneficij vacātis. qđ dic, vt. ȷ̃. vt ec. bñ. c.
vno. & ſuper vl. gl. p Io. An. ¶ Quartò no. ꝙ archipresbyter
3 † debet cuncta referre epo, q̃ correctione ſunt digna. & pro
hoc refert Io. An. tenuiſſe Ia. Boñ. ꝙ archipſbyter ruralis, q
citauit clericū tituli ſibi ſubiecti ad reſidēriā: ꝙ ſi nō veniat,
illum priuare nō poterit. nā, cum agat in figura iudicij, ſolus
eps eſt iudex clerici. de hoc. 11. q. 1. c. de pſona. facit ȷ̃. de hæ
re. c. cū ex iniuncto. in fi. & hoc verū, niſi ad ipſum ex ſpeciali
iure ſpectet deſtitutio. vide qđ dicit Io. An. ȷ̃. de cleri. nō reſi.
c. relatū. & de elec. c. licèt canon. lib. 6. in gl. pe. ¶ Quintò, &
4 vltimò no. tex. in fi. ꝙ archipſbyter † nō pōt venire cōtra de
cretū epi. ex quo arguit Ho. ꝙ legatus nō pōt facere ſtatutū
contra ius cōe. inferior. n. ſuperiorem &c. ȷ̃. de ma. & obe. c.
cū inferior. ar. cōtra. ȷ̃. de offi. leg. c. ſi. de conſang. & affi. c. ꝙ
dilectio. de ver. ſig. c. ex parte. in 1. rñ. Sol. dicit Io. An. in his,
q̃ ſedes apoſtolica ſibi reſeruauit, nō pōt ſine ſpāli mandato.
de hoc de of. leg. c. quò ad tranſlationē. nec cōtra ſolēnia cō
ſilia, & quæ cōmuniter obſeruant, nec aliquo modo ius cōe
in totū tollere: conſtitutiones tñ iuris cōis declarare poſſet,
& remouere. & vbi pœna deficit in iure, poſſent epi, & legati
p pœnale ſtatutū exaggerare, nouā imponēdo, vel veterē au
gēdo. de loca. c. 1. poſſent ēt ſtatuere, ꝙ qs non habeat vocē
in Capitulo: niſi ſit in ſacris. de æta. & qua. c. q̃ris. ad hoc 96.
diſt. c. ſatis euidenter. hoc enim nō eſt cōſtitutiones pœnales

ſubuertere: ſed eis deſeruire, & illas ſupplere : quod eſt ad-
mittendũ.de priuile.c.2.poſſunt ad correctionem morum fa
cere præcepta prohibitoria, atque pœnalia [ quia ſiue ple-
ctendo] &c.23.q.5.c.prodeſt.ſecundùm Hoſtié.qui hoc no.
hic.& vide quod no.Ioan. An.j̃. de offi. leg.c.1.in prin. & j̃.
de appel.c.fi.lib.6.ſuper vlt.glo.

# De officio primicerij.

EST primus in choro,vel primus in cantu:cũ
ipſe eſt abſens, eius officium ſupplebit qui
ei lege,aut conditione proximus eſt.25.di
ſtin.c.perlectis.ver.ad primiceriũ.in fi.ſimi
le dicimus in ſucceſsione, vt deficiente pri-
mo gradu, ſuccedat ſequens proximus. &
ſic deinceps.concor.de legi.hære.l.fin.ff.de vſufruc. accreſ.l.
1.§.interdum.l. Inde Nera.&l. interdum. & in Anthen. de
hære.quæ ab inteſta.colla.9.Hoſtié.in ſeq.c.& ſeq. titu.nihil
a boni præter tex. & glo. a

ADDITIO.

a ¶ Titulum de officio ſacriſtæ vide tractatum per Card.Zaba.hic.

# De officio cuſtodis.

SVMMAE.

1 *Diſcretio eſt mater virtutum.*
2 *Negligens eſt ab officio remouendus.*
3 *Miniſter malus eſt contrarius laudi Dei.*
4 *Campana vnde dicatur.*

CVSTOS. No.primò, ꝙ cuſtos omnia vtẽ-
ſilia eccleſiæ cuſtodire debet. quod intelli-
ge,exceptis vaſis aureis,& argenteis,& ve-
ſtimentis pretioſis : quorũ cuſtodia perti-
net ad ſacriſtam.s̃.tit.1.c.1.¶Secundò no.
ꝙ debet eſſe peruigil circa curam lãpadũ.
ſimiliter & p̃fectus vigilũ tota nocte vigilare dẽt pp incen-
diũ.ff.de offi.p̃fec.vigi.l.penul.& vlti.cõcor.j̃.de depo.c. bo-
na fides.¶ Tertiò no. ꝙ mediocritas eſt tenenda. & nedũ in
magnis,ſed ẽt in minimis,vitanda eſt ꝓdigalitas, & auaritia
fugiẽda:& cũcta agenda cũ tẽperamento,vt hic,& j̃. de do-
na.c.apoſtolicæ.44.diſt.c.ſit rector.45.di. c. diſciplina. & c.
omnis.& c.ſunt nãq;.aliqñ aũt inſpicimus quod eſt plus: ali-
qñ,quod eſt minus.quod dic,vt in reg.in obſcuris.& l.gñali-
1 ter.de leg.1.¶ Quintò no.† ꝙ diſcretio a eſt mr̃ virtutũ,& iõ
a cõtraria eſt auaritiæ,& prodigalitati.de qbus de p̃bẽ.c.aua-
ritiæ.& eſt diſcretio ꝓuidere futura,ſterilitates,& caſus, qui
pñt cõtingere,Geñ.41.de ſer.non ordi.c.1.¶Sextò no.ꝙ ar
chidiaconus non dẽt remouere,ſed nunciare epõ:q tñ nõ de
bet ſibi ſtatim credere, ſi denunciatus inficiat̃: ſed tũc ex in-
tegro cognoſcet̃.ff.de cuſto.reo.l.diuus.¶Septimò no.ꝙ ne
2 gligens † eſt ab officio remouẽdus,& alius ab epõ ſubrogã-
dus,de cõſenſu tñ archidiaconi.de offi.archi.c.ad hæc.§. fin.
& ſi diſſentiant,recurrat̃ ad archiep̃m.de tẽp. ord.c.nec ep̃i.
de iure pa.c.nullus.¶Octauò no.in fi.Io.An. ꝙ malus mini-
3 ſter † eſt cõtrarius laudi Dei:ſed bonus illã promouet,& ex
4 altat.¶Vltimò no.ſup glo.vñ dicat̃ cãpana, † & cuius rei ſit
ſignũ.qñq;.n.eſt ſignũ congregandi Capitulũ : qñq; horarũ:
qñq; ſignũ exeundi ad bellũ: qñq; ſignũ actionis gratiarum:
qñq; ſignũ factæ electionis : qñq; ſignũ ſubſtractionis alicu-
ius ab hac vita:qñq; ſignũ excõicationis : qñq; gaudij : qñq;
ignẽ extinguẽdi:qñq; lectum intrandi : qñq; ad parlamentũ
populi conuocandũ: quandoq; ad corpus Chriſti orandũ:&
generaliter eſt ſignum multorum aliorum, ſecũdùm varios
mores,& conſuetudines ciuitatum:

ADDITIO.

a ¶ Diſcretio.Adde glo.in c.expoſuiſti.de præben.in ver. diſcretione.tex
in Cle.paſtoralis.in §.verùm.de re iudi.

CVſtos. No.hic Io.And.ꝙ ſanctiores ſunt
præferendi,& plus iudæi, & anti-
qui & morales verboſis. & ſecũdũ Sene. Laudãdi
ſunt non qui magna celeritate verba præcipitant:ſed qui vi-
tam docẽt:& cũ dixerint,qd faciendũ ſit,faciendo probant.
Hiero.ad Nepotianũ dicit.Ex duobus imperfectis melius eſt
ruſticitatem ſanctã habere, quàm eloquentiam peccatricẽ.

# De officio vicarij.

DICTVM eſt s̃.de his, qui deſeruiunt eccle-
ſijs nomine proprio: ſequit̃ videre de his,q
deſeruiunt nomine alieno . Et præmitte, ꝙ
quãtùm ad materiam, in qua ſumus , vica-
rius accipitur duobus modis. Primò de il-
lo,qui deſeruit eccleſiæ nomine alieno : qđ
an poſsit,tractatur quaſi per totũ iſtum titu. vt in Cle. in ec-
cleſijs.e.tit.Et alius eſt vicarius in exercitio iuriſdictionis. &
de iſto tractatur.j̃.c.pe.& j̃.de offi.vica.c.1.& 2.& per totũ.
lib.6.habet̃ de materia.16.q.7.c.in noua.93.diſt.c.fi. de vi-
carijs habetur.s̃.de reſcrip.c.poſtulaſti.de filiis presby.c. cõ
ſtitutus.& c.Michael.de præben.c.extirpandæ. de exceſ.præ
la.c.illud.de ſimo.c.ad noſtram.de pœ.c.licèt.de elec.c.cum
eo.§.porro.de reg.iur.c.beneficium.lib.6. de tempo. ordi.c.
nullus.§.1.& 2.de offi.deleg.c.ſi contra vnũ.§. vlt. & de vica
rijs ep̃orũ, & archiep̃orũ ſatis de offi.ord.c.Romana.de iud.
c.fi.lib.6.& in Clem. ſi principales. de reſcrip. vbi de vicario
principali ep̃i,& foraneo.j̃.de reg.c.1.§.ad prioratus. vbi q
non poteſt habere officium,nec ipſius vicarium.

SVMMAE.

1 *Monachi in eccleſijs, quæ ad eos ſpectant,pleno iure inſtituunt vi-
carios.*

AD audientiam. Vicarius ſi be
neficium cura
tũ poſtea ſit adeptus,vicaria priuabitur. & duo
1 facit.Primò narrat factum.Secunda ibi[quia igitur]dat iudi
cem.¶No.primò,ꝙ monachi † in eccleſijs, quæ ad eos ſpe-
ctant pleno iure,inſtituunt vicarios.de quo dic,vt.j̃. de præ-
ben.c.de monachis.¶Secundò no.ꝙ ſicut per adeptionẽ ſe-
cundæ eccleſiæ vacat prima:ita etiam vicaria.de quo in gl.&
in c.de multa.per Io.An.& in extrauagan.execrabilis.¶Ter
tiò no. ꝙ hic monachi poſsidebant eccleſiam, de qua erat
quæſtio: & nihilominus impetrant literas. Ex quo colligit
Io.An. ꝙ reus poteſt impetrare literas contra actorem. de
quo s̃.de reſcrip.c.vlti. Sed non bene intelligit. quia hic licèt
monachi poſsiderent: tamen agebatur interdicto vti poſsi.
petentes iſtum priorem à ſua moleſtatione compeſci. actor
ergo cenſetur.ff.vti poſ.l.1.¶ Quartò no. ꝙ licèt regulariter
nullus cogatur agere:cogitur tamen ab iniqua,& iniuſta pe-
titione deſiſtere etiam ex poſtfacto,ſi fuerat ab initio repel-
lenda.de iudi.c. examinata.vbi de hoc in vlt. glo. licèt ergo
iure nouiſsimo Authen. ſit prouiſum contra differentes pro
ſequi litem motam, vt in Authen.qui ſemel.C.quomodo &
quando iudex.tamen quando iudici conſtat de iniquitate pe
titionis,non debet differre diffinitionem,vt ibi dicitur:ſed in
continenti iniquè agẽtes à deſiſtẽdo cõpellere.qđ no. ¶ Vl-
timò



timò ſcias,ꝙ hic eſt no.glo. Inno. quã ſæpe audiui allegari à
præceptore meo.D.Bal.ꝙ non ſolum iudex debet ex officio
repellere libellum ex ipſa impetratione ineptũ per c.exami-
nata.& l.1.de offi.aſſeſ.Sed etiam,ſi non apparet ineptitudo
ex ſerie libelli, ( ſed aliàs, eſt notoria ) lacerandus eſt.hr̃e.n.
plures eccleſias nõ põt nõ eſſe notorium.s̃. de transla.c.quã
tò.& maximè hoc verum in beneficialibus, in quibus iudex
põt ſupplere de facto.vt s̃.de ele.c.cum nobis olim.Imò plus
quia quantuncũq; ſit libellus ineptè formatus: ſi iudici con-
ſtat alterũ,vel ambos litigantes non habere ius in beneficio,
põt vtriq; ex officio ſilentium imponere. Ad hoc.s̃.de filijs
presby.c.2.& 3.de pac. c. cum clerici. ſm̃ Hoſt. qui remittit
ad no.per eum.j̃.de offi.delega.c.cum contingat. & vide qđ
dixi de hac materia in d.c.examinata. ¶Vltimò no.an ad ti
tulum perpetuæ vicariæ poſsit quis ordinari. dic vt s̃. de re-
ſcrip.c.poſtulaſti.& j̃.de fide inſtru.c.G.perpetuus.

SVMMAE.

1 *Vicarij eccleſijs,& perſonis deſeruire debent.*
2 *Vicarias plures habere non licet.*

PRouideas. Plures vicarias quis habe
re nõ poteſt. Et primò po
nitur dictum. Secundò ipſius rõ,ibi [quia tamen.]
1 ¶No.primò,ꝙ vicarij † debent deſeruire eccleſijs, & perſo
nis.& expone perſonis.i.rectoribus eccleſiarũ, qui vocantur
perſonæ in Anglia reſpectu vicariorum. & tales licèt dican-
tur habere perſonatum iuxta vulgarem modũ loquendi : nõ
tñ dignitatem.j̃.de præben.c.quia nonnulli.& intellige etiã,
ꝙ debent ſeruire qñq, per iuramentũ. quo caſu, ſi ſe contra
prælatos erexerint,puniuntur.j̃.de exceſ.præla.c.illud.ſecun
2 dũ Hoſt. ¶Secundò no. † ꝙ non eſt licitum habere,niſi vnã
vicariã.quod eſt verum de vicario perpetuo.aliqñ.n.admitti
tur vicarius temporalis.j̃.de ap.c.peruenit.cum ſuis concor.
ſaluo eo,quod habes.j̃.de ele.c.nemo deinceps.& dic,ꝙ iſtæ
vicariæ hñt locum, vbi quis habet plures eccleſias ex diſpen
ſatiõe:vel qñ eſt abſens ex diſpẽſatione:vel in caſibus,qbus
licitum eſt habere plures eccleſias, cũ perſona ibi perpetuã
reſidentiam facere teneat̃.de æta.& quali.c.eam te.de p̃ben.
c.extirpandæ.& ibi vide duodecim caſus,in quibus locũ ha-
bent vicarij.& eadem no.Hoſt.in ſumma.

AD hæc. Perpetuus vicarius per epiſco
pum inſtitutus per rectorem
remoueri,vel portione ſua fraudari non põt.Et
primò ponit duplex dictum. Secundò excipit,licèt non ꝓ
priè.ibi[niſi.] ¶No.primò,ꝙ rector eccleſiæ inſtituit ibi ꝑ-
petuum vicarium.& exponit Io.An.ver.inſtituit,diuerſis mo
dis.contra.c.ad hæc.de offi.archid.& c.cum ſatis. vbi inſtitu
tio ſemper ſpectat ad ep̃m,& præſertim cum agitur de vica-
ria de nouo conſtituenda. & per conſequens de certa portio
ne redditũum aſsignanda.de præben.c. extirpandæ. expone
ergo inſtituit.i.inſtitutionẽ auctorizabilem de mandato epi-
ſcopi fecit:ſicut all.j̃.de re iudi.c. cum Bertoldus.¶ Secũdò
no.ꝙ mortuo rectore,non expirat officium vicarij perpetui.
quod eſt verum, ſi acceſsit conſenſus epiſcopi. aliàs mortuo
prælato,vicaria expiraret : quia non eſſet cuius officio funge
retur.ſimile quod dicitur de tranſac.j̃.de tranſac.c. veniens.
& ex hoc ſequitur, ꝙ dicitur in tex. ꝙ non poteſt minui eius
portio; nec ſine cauſa remoueri, ſecundũ Hoſt.Item etiã re-
quiritur conſenſus ſui Capituli ad hoc vt epiſcopus poſsit ꝑ-
petuare hunc ti. maximè vbi præbendæ, & canoniæ per Ca-
pitulum ſolũ: vel p Capitulũ, & ep̃m conferuntur. de his, q̃
ſi.à p̃la.c.ea noſcitur.Item etiam requiritur conſenſus patro
ni:aliàs prouiſio non duraret poſt mortẽ perſonæ,ſm̃ Ala.&
Inno.qui remittit de fil.p̃sby.c.propoſuit.vt ergo habeat lo-
cũ quod hic dr̃ de vicaria,ꝙ duret mortuo rectore, tria req-
runtur,vt dixi:ſed ꝙ vicarius poſsit in eccleſia inſtitui, nõ re
quiritur conſenſus patroni,vt dicit glo.quam tenent Gof. &
Tan.¶ Tertiò no.ꝙ nõ põt ſucceſſor vicariũ perpetuum ex-
pellere,vel aſsignatã minuere portionẽ. & hoc verũ in vica-
rio perpetuo.temporalis verò,ſi moritur rector,an poſsit pe
tere ſalarium totius tẽporis.dicit Io.An.ꝙ ſic:niſi medio tẽ-
pore alteri operas locaſſet,vt l.diẽ functo.ff.de offi.aſſeſ.hæc
tñ materia longa eſt,quæ ventilatur in omnibus, qui locant
operas ſuas ad tp̃s:vt rector terrarũ,collaterales, & alij offi-
ciales,doctores ad lecturam aſſumpti,ruſtici ad rurale opus:
an his omnibus ( ſi non præſtant operas per caſum, vel ali-
ter) penſio debeatur. quod dic vt plenè per Bart. in l.1.ff. de
var.& extraor.cog. ¶ Quartò no. ꝙ propter delictũ,vel aliã
iuſtam cãm debet vicarius amoueri p iudicem. quis aũt erit
iſte iudex.dicit Io. An.ꝙ epiſcopus,non ille rector. nam quã
uis ſibi ſubſit quò ad ſeruitium: non tñ quò ad iuriſdictionẽ.
nam ſolus epiſcopus totius diœceſis iudex eſt,vt no. de offi.
archi.c.fi. ¶ Sed hic quæritur,an in amotione,quam facit epi
ſcopus de illo vicario,requiratur conſenſus ipſius rectoris p̃
ſentantis.vr̃,ꝙ non poſsit,arg.s̃.de offi.archi.c.ad hæc.§.fin.
Contrariũ tenet Io.An.ſ.ꝙ poſsit: aliàs ſequeretur,ꝙ ep̃s in
cognoſcendo haberet iudicẽ,& collegã,& eſſent in vno cor-
pore duo capita,quaſi monſtrum, contra id de offi.ordin.c.
quoniam. Debet tñ rector ad hoc citari, vt & ipſum defen-
dat,ſi velit. Ad hoc d. c. ad hæc. in fi. & ſic per vtrũq; cõiter
perſona citatur, & certificatur, & cognoſcet̃, iudice.i.ep̃o
examinante cãm,& iudicante. & eodẽ modo intellige quod
ibi dicitur de archidiacono requirendo,ſecũdũ Hoſt.Et ad-
uerte ad hunc tex. dum dicit,ꝙ durat ille vicarius mortuo re
ctore. Nam debet intelligi de vicario,qui habet ius in re, vt
dicit gl. Vicarij aũt epiſcoporum, an exerceant officiũ,mor-
tuis ep̃is:vel expiret eorũ iuriſdictio.dic vt in c.1.de offi. vi-
ca.lib.6.& qđ no.Bar.in l.quod principi.& l. ſi Auguſtæ.ff.đ
leg.2.de procuratoribus,ſindicis, & alijs nomine alieno ne-
gocia gerentibus, an per mortẽ dñorũ expiret eorũ poteſtas
adminiſtrandi,ſiue mandatum.dic vt in c.dilecta. de foro cõ
pe.per Inno.& Doct.& Clem.procurator.de procura.

CLericos. Habet duos intellectus. ſm̃
primũ.h.d. Prælatus non põt
ſubſtituere ſibi vicariũ. & ſecũdùm hunc intelle-
ctũ debet eſſe in tex. vicarios. & probatur iſte intellectus in
c.extirpandæ.§.qui verò.j̃. de præben. & ordina literã illam
hoc modo legendo,vt dicit glo.& intellige, ꝙ rector nõ põt
conſtituere vicarium, qui ſit perpetuus.hoc.n. non põt ſine
conſenſu ep̃i:ſed de eius conſenſu(dicit Io.An.)non eſſet ab-
ſonũ,ſed conſentaneũ iuri ſcripto dicere,ꝙ ſic.& ſic non cõ-
tradicit:ſed concor.de cleri.peregri.c.fi.& qđ no.in Cle.1.e.
tit.in glo.in hoc.& hoc eſt fauor eccleſiæ:vt.ſ.ſi p̃latus,ſiue re
ctor qñq; nõ poſſet Miſſarũ ſolẽnia perficere, ipſe ſuppleat.
7.q.1.c.illud.talis tñ vicarius hoc caſu non excuſaret recto-
rẽ à perſonali reſidentia.& ſic non eſt contra. de p̃ben.c.ex-
tirpandæ.§. ſi verò. nec p iſtam conſtitutionẽ vicarij ꝑpetui
minuitur (imò auget̃) cultus diuinorũ. qđ ſemp fieri debet.
de conſti.c.ex parte.§.1.& c. cũ M.§.fi. & iſte eſt vnus intel-
lectus, ꝙ rector non põt conſtituere vicarium. qđ intellige,
vt dixi.Alius intellectus eſt,ꝙ vicarius non põt dare vicariũ.
& hoc verum eſſe firmat glo.fi. nã ſicut delegatus ab alio, q̃
à principe,non ſubdelegat,vt l.à iudice.C.de iudic. & c.cum
cãm.de ap.ita vicarius vicarium non conſtituit.Non obſt.C.
de procu.l.nec tutores. nã aliud in procuratore, qui per lit.
conteſt.fit dñs,vt ibi : aliud in vicario, qui nunquàm fit dñs.
Item tutoris,& procuratoris nõ videtur electa induſtria,ſed
vicarij. ſic propter certum miniſterium ſibi mandatum.s̃.ti.
1.c.fi.& ff.de ſolu.l.inter artifices. poteſt etiam dici ſpeciale
in vicario,quòd alium non ſubſtituit propter infinitatem vi-
tandam.de reſcrip. c. cum in multis. lib. 6. Aduerte tamen,

quòd licèt vicarius vicarium ſubſtituere non poſsit: tamen
ad tempus modicum, & ex magna cauſa non nimis frequen
ter poterit alium relinquere loco ſui: ſicut fit tota die. ff.de
offi.eius cui man.eſt iuriſ.l.1.primo reſpon.& de ap.c.perue
nit.& iſti vicarij habēt locum in aliis caſibus, quàm in §.hoc
verò. videlicet vbi prælati ex diſpenſatione non promouen-
tur, vel abſunt: vel cum conſuetudo excuſat non reſidentem.
pone exemplũ.infra de elec.c.cũ ex eo.& de reg. iur.c.bene
ficium.lib.6.& per Hoſt.in d.c.extirpandæ. vbi ponit duode
cim caſus.

*S V M M AE.*

1 *Vicarius habet iuriſdictionem ordinariam.*
2 *Vicarius an conferat beneficia in vrbe ſpectantia ad collationem Papæ.*
3 *Mortuo eo, qui vicariatum dedit, an expiret iuriſdictio.*

TVa nobis. Vicarius Papæ in vrbe iuriſ-
dictionem non habet extra
vrbem.h.d.Et primò ponit dictum, & ipſius ratio-
nẽ, quam fortificat, ibi [præſertim.] Secũdò decidit, ibi [mã
damus.] Et aduerte, quia ſola iſta Decre. in hoc ti.tractat de
vicario iuriſdictionali.¶ No.primò, quòd hic fuerunt impe
tratæ literæ ad hunc vicarium Papæ in vrbe. & intellige, ꝙ
fuerunt literę de ſimplici iuſtitia, vel ſuper beneficio, vel alio
ſimili impetratæ, ſecundùm Inno. qui dicit planum eſſe, ꝙ
officialis non confert beneficia ſine ſpeciali mandato, vt.j̃.
eo.c.fi.lib.6.glo.fi.videtur intelligere hunc tex.de literis, ex
quibus iuriſdictio confertur, vt ad lites. Sed iſte non videtur
bonus intellectus: quia tales literæ (quãquam per ſurreptio-
nem obtentæ) non reddunt proceſſum ipſo iure nullum, vt
vult iſta Decre.arg.notatorum.s̃.de reſcrip.c. ad audientiã.
poteſt dici, quòd in caſu huius. c. ideo ſunt ipſo iure nullæ:
qa ſic non valet delegatio Papæ ipſo iure facta extra diœce.
niſi in caſibus.c. ſtatutum. de reſcrip.lib.6. vt patet in fi. di-
cti c.ſtatutum. ita non valet delegatio cauſæ facta in vicariũ
iudicis ordinarii vltra terminos ſuæ iuriſdictionis. quod in-
telligo verum, niſi aliter conſtaret de intentione Papæ.pone
enim, quòd commiſit vicario vrbis cauſam vertentem inter
P.& G.diœce.Señ.ſatis enim apparet de intentione delegan
tis, vt cognoſcere de cauſa extra vrbem, eoipſo quòd inter
habitantes extra vrbem commiſit. arg. eius, quod not.in c.
ſtatutum.poſt prin.habet ergo locum iſtud c.qñ Papa com-
miſit cauſam vicario vrbis inter ſuos, non ſubditos: vel ſuper
re ſuæ iuriſdictioni non ſuppoſita, de hoc mentione non fa-
cta.& ita intelligo c.iſtud. ¶ Secundò no. hic Inno. & Hoſt.
1 quòd vicarius† habet iuriſdictionem ordinariam, arguendo
per modum, qui no.25.di.c.perlectis.de quo.j̃.e. c.2. lib. 6.
in glo.2.& Hoſ.remittit ad ſummam.eo.tit.Et circa materiã
huius c.ſ.de iuriſdictione vicarii vrbis quærit Inno.& Doct.
de quibuſdam quæſtionibus, de quibus conſueuit ſæpe du-
bitari.¶ Primò quæritur, an excommunicatus pro manuum
iniectione ſubditos, vel aliunde venientes poſsit abſoluere
de facto.dicit ipſe, videmus ꝙ abſoluit: ſed de iure non poteſt
ſine ſpeciali commiſsione. Nam ſicut vicarii aliorum epiſco
porum hoc non poſſunt. Ita iſte, qui eſt vicarius Papæ reprę
2 ſentantis in vrbe perſonam epi, vel patriarchæ. ¶† Secundò
quæritur, an conferat beneficia in vrbe ſpectantia ad colla-
tionem Papæ, vel inferiorum, ſicut poſſet ipſe Papa. dicit ꝙ
non, ſine ſpeciali mãdato, ratione, de qua.s̃.de offi. vic.c.fi.
lib.6.& ex hoc etiam ſequitur, ꝙ non poterit ordinare, nec
commendatitias ad hoc dare.quod dic, vt j̃.de tempo. ordi.
c.cum nullus.li.6.¶ Tertiò quæritur, vtrùm iſte vicarius poſ
ſit audire cauſas in vrbe illorum, qui ſunt de titulo Cardina
lium, ipſi.n.Cardinales in ipſis titulis habẽt ius epale, vt no.
Io.An.de ma.& obe.c.is qui.ſuper vl.glo.& arguit Io.An.ꝙ
poſsit, per iſtam Decre. quæ ſolum excludit iuriſdictionem
extra vrbem: ergo in vrbe habet illam iuriſdictionem, quam
Papa: cum ſit idem adiutorium.de conſue.c.2.& de appel.c.
Romana.lib.6. Item conſtat, ꝙ legatus Papæ aditur per q̃-
relam.j̃.de offi.iudi.c.1. ergo & vicarius vrbis. Itẽ nec dẽt
minus poſſe vicarius Papæ in vrbe, q̃ vicarius epi, qui cogno
ſcit de cauſis ſubditorum.j̃.de offi. iudi.c. paſtoralis.in pri-
3 ma gl.ſolue vt hic in nouella &c. ¶† Quartò quærit, vtrùm
mortuo epiſcopo, vel eo, qui vicariũ dedit, ceſſet iuriſdictio
vicarii.no.Ho.ꝙ ſic, de offi.lega.c.quoniã abbas.ad fi. alle-
gat.j̃.eo.c.Romana.li.6.& per not. ne ſede vacan.c.illa.& c.
fi.& ſic dicit de conſuetudine ſeruari. plerunq; tñ Capitula
ſede vacante prædictos vicarios remouent, vel confirmant.
j̃.de maio.& obe.c.cum olim. remittit ad c. ad abolendam.
de hære. Epiſcopus tñ ſine conſenſu Capituli vicarium talẽ
conſtituit, & remouet, vt no.Ho.in ſumma.eod.ti.§. & quib.
ver.ſed nunquid.& hoc approbat conſuetudo in talibus ſer-
uanda.de his, quæ fiunt à præla.c.ea noſcitur. Aduerte tñ, ꝙ
epiſcopus, vel alius iuriſdictionem habens, pōt iuriſdictio-
nem vicarii limitare, & reſtringere ad certum locum, in quo
tantùm vices gerat, vt hic. & in Cle. & ſi principalis. de re-
ſcrip. & ſicut pōt reſtringere quò ad locum: ita quò ad tem-
pus, & ante finitum tempus reuocari. vnde refert Io.An.Pa-
duæ ſe conſuluiſſe vicarium per Capitulum datum ad tem-
pus vacante ſede ante tempus reuocari poſſe.ff. de iudi.l.iu
dicium ſoluitur. ¶ Circa hoc ſextò quæritur, ſi conſtituen-
tes ad certum tp̄s iurauerunt, vel ſub pœna promiſerunt nõ
reuocare ante tempus: an ſi prius reuocent, teneat reuoca-
tio.& dato, ꝙ teneat, an ſint periuri, & inciderint in pœnam?
tenet breuiter, ꝙ teneat reuocatio: ſed incident in pœnã, &
ſunt periuri, ſi ſine cauſa hoc faciunt: aliàs ſecus. remittit.ad
no.j̃.de præben.c.dilecto.ſuper ver.iuramẽto. & in q̃one de
teſte iurato ſuper reg.quod ſemel.de reg.iur.lib.6.

*S V M M AE.*

1 *Vicarij tenentur ad perpetuam reſidentiam.*
2 *Qui non laborat, non manducet.*

EX parte. Per ſubtractionem prouentuũ,
& vicariarum compelluntur vi
carij ordinarij in eccleſiis deſeruire. Et in prima
decila conſultatio. In ſecunda reſponſio. ibi [mandamus.]
1 ¶ No.primò, ꝙ vicarij †tenentur ad perpetuam reſidentiã,
nec alios vicarios poſſunt ſibi ſubſtituere. s̃.eo.c.clericos.&
per hoc patet vicarium perpetuum curatum.ad hoc.j̃.de p̃-
ben.c.ſuper eo. lib.6. & ideò Cle.quæ de eccleſiis. eod.ti.&
Decre.de multa.de præben.& c.cum in cunctis.de elec.& c.
licèt caſus.eo.ti. li.6. ita locum habent in perpetuis curatis,
ſicut in rectoribus. ¶ Secundò not.ꝙ non reſidentibus, vel
differentibus promotionem in caſu, quo promoueri tenean
tur, ſubtrahũtur fructus beneficii: quos tñ ep̄s non debet im
burſare, ſed alteri, qui ſeruiat eccleſiæ, aſsignare, vel in vti-
litatem eccleſiæ conuertere.j̃.de cleri.nõ reſi.c.pe.& eſt hoc
contra multos iudices (ne dicam epiſcopos) qui alienũ deli-
ctum, vel negligentiam reputant ſuam prædam. de quo.j̃.de
offi.ordi.c.irrefragabili. ad fi.¶ Vltimò no. ꝙ quis cõpellit
ordinari metu pœnæ ſubtractionis prouentuum ad tempus,
vel priuationis.& eſt hoc in arbitrio epiſcopi, à qua pœna in
cipiat: honeſtum eſt tñ ordinem huius tex.ſeruare, ſecũdùm
Ho.& de iſta compulſione pœnæ dic plenè. vt j̃.de electio.c.
2 licèt canon.in gl.antepenulti.¶ Vltimò not.hic Io. And.† ꝙ
a qui non laborat, a non manducet.2.ad Coloſſen.3.c.& not.
in l.quamuis.ff.de ope.no.nun.

ADDITIO.

a ¶ Qui non laborat. Adde tex.in c.fi.1.q.2.& tex.in c.ſi impius. de pœni.
di.4.& in l.ſi ex duobus.ff.de noxali actio.





# De officio, & poteſtate iudicis delegati.

ISTA rubrica continuatur ad præcedentia
in hunc modum. dictum eſt.s̃. de his, qui
gerunt vices alicuius in diuinis officijs, vel
in iuriſdictione voluntaria. videndum eſt
de his, qui gerunt vices alienas in iudicijs,
vel iuriſdictione contentioſa. Ita cõtinuat
Goff.& Hoſt. de materia non habetur in Decretis ſpecialis
rub.ſed tangitur.18.diſt.c.quia ſunt.& 93.diſt.c.1.vbi p Ar-
chi.& 25.q.2.c.igitur.& c.ſeq.repetitur hæc rub.in Sexto. &
Cle.& tangitur de offi.dele.c.ſtuduiſti.& c.vl.de offi.or. c.ſi-
gnificauit.& j̃.e.c.paſtoralis.1.& 2.rñ.de reſti.in integ.c.pe.
de arbi.c.per tuas.de mu.pet.c.1.de teſti.c.dilecto. de re iu-
di.c.fi.de ap.c.ſuper eo.in fi.& c.cum cauſam.de reſcrip.c.ſta
tutum.§.1.& §.in nullo, & per totum c. de p̄cu. c. is qui. de
iudi.c.1.lib.6.de hære. c. ne aliqui. ¶ Super hac rub. quærit
Io. And. de tribus quæſt.Prima quæſtio eſt, quid ſit delega-
tus.dicunt Tan.& Gof.ꝙ delegatus eſt is, cui à ſummo Pon
tifice, ordinario, vel delegato principis committitur cauſa.
Hoſt.dicit, ꝙ is, cui cauſa committitur terminanda, vel exe-
quenda, vices delegantis repræſentans, & in iuriſdictione ni-
hil proprium habẽs.ff.de offi.eius, cui man.eſt iuriſ.l.1. Gul.
in ſpec.ti.1.dicit, ꝙ delegatus eſt is, qui ex alterius commiſ-
ſione recipit alicuius cauſæ iudicialem cognitionẽ: quælibet
diffinitio ſuſtineri poteſt, ſecundùm Inn. ¶ Secundò quęro,
quare tractatus delegatorum præcedit tractatum legato-
rum, & ordinariorum. Reſpon. quia præcedit tanquàm di-
gnior. quia ſemper digniora ſunt præmittenda, vt ff. de alb.
ſcri.l.1.& j̃.de maio.& obe.c.ſtatuimus.delegati enim in cau
ſa eis cõmiſſa maiores ſunt alijs, vt d.c. ſtuduiſti. facit quod
not.s̃.de reſcrip.c.fina.& Cy.in Authen.qua in prouincia.C.
vbi de cri.agi opor.& hac ratione Spec.in prin.ſui operis de
iudi.tractaturus præmittit de delegato. ¶ Tertiò quæro.di-
citur in hac rub. de offi. & poteſta. &c. quare ponitur iſtud
verbum [& poteſtate] cum in rubricis ſequentibus dicatur
tantũ de offi.deleg.& de offi. ordi.& de offi. iudi. & idem in
ff.vbi tantũ dicitur de offi.præto.de offi.præfe. pręto. de of-
ficio præfec.vrb.de officio proconſul.& lega. Et idem in C.
vt patet in lib.1.vbi de officijs explicatur.rñdet Ioã. And.ꝙ
iſtud eſt de voluntarijs, quæ dependent à voluntate compi-
latoris, de quibus nulla ratio reddi poteſt, vt l. non omniũ.ff.
de legi.& c.ſi quando.de reſcrip.vel aliter ſecundũ eum.Po-
teſtas, & officium differunt, ſicut no.ſuper rub.de re iudi.lib.
6.officium enim reſpicit, quod principaliter delegatur. pote
ſtas verò reſpicit id, quod propter delegationem de iure po-
teſt delegatus. ¶ Circa ergo quæſtionẽ principalem verſat
eius officiũ, non ſuper alijs, vt s̃.de reſcrip.c.cum dilecta. ſed
quia quædam poteſt delegatus, quæ veniunt ex interpreta-
tione iuris, vt hic.ſcilicet an poſsit ſubdelegare: an turbantes
ſuam iuriſdictionem punire: an vnus ſine alio procedere, ſi
ſunt plures: ideò additur hoc verbũ [& poteſtate.] Specu.ta-
men titu.illo omnia iſta tria commiſcet, de officio, & poteſta
te, & iuriſdictione vidi iam dubitari. hic Senis viget ſtatutũ,
ꝙ ille, qui habuerit aliquod officium à communi, non poſsit
aſſumi ad aliud vſque ad certũ tẽpus. modò quidã fuit ele-
ctus ad cuſtodiam cuiuſdam arcis, ſiue rochę. dubitatur, an
illud ſit officium: ita ꝙ non poſsit ad aliud aſſumi.& videtur,
ꝙ ſit officium. nam quoddam eſt officium cum iuriſdictio-
ne: quoddam ſine iuriſdictione, vt patet hic per Ioan.And.in
contumacibus.& p̄batur in titulis præcedentibus, in quibus
tractatur de officijs abſque iuriſdictionne, vt de offic. cuſto.
de offi.archi.de offi.vica. cum ſi.ad idem facit quod no. in l.
legatis §.ſi ex officio.de leg.3.vbi glo.dicit, ꝙ appellatio of-
ficij generalis eſt.Et eſt ibi differentia inter officium, & ar-
tificium.vulgares tamen appellant officium, quod eſt cũ iu-
riſdictione coniunctum.& ita ſumitur hoc nomen, officium.
Cod.& Digeſt.in oĩbus titulis.& hinc dicũtur officiales.ſ.ab
officio cum iuriſdictione, vt l.officiales.C.de epiſ. & cle. nec
propriè doctor deputatus ad lecturam, vel magiſter gram-
maticæ, vel deputatus à priuato ad gubernationem familiæ
diceretur habere officium, vel officialis. & ſecundùm com-
munem vſum loquendi ſunt verba ſumenda ſecundùm pro-
priam ſignificationem, vt l.Labeo.§.idem Tubero.ff. de ſup.
leg.& de fun.inſtruc.l.cum delanionis.§.aſinam.Cogita.

*S V M M AE.*

1 *Agentes & conſentientes pari pœna puniuntur.*
2 *Iuriſdictio delegati extenditur ad perſonas non expreſſas in reſcriptis.*
3 *Conſenſus dicitur eſſe quadruplex.*
4 *Conſilium præbens an puniatur ſicut faciens.*

QVia quæſitum. Delegatus Pa-
pę poteſtatem
recipit nõ ſolũ in partes, ſed ẽt in alios qui ſuam
iuriſdictionem impediunt.h.d. Cõis diuiſio.Secunda ibi [ſit
tibi.] ¶ Nota primò, ꝙ quandoque actor minis, & terrori-
bus compeſcitur, ne ſuam iuſtitiam proſequatur. & contra
talem impedientem, & minas inferentem prouidet hoc c.&
etiam contra fautores eorũ, vt l.illicitas.§. ne potentiores.ff.
de offi.præſi. opprimi nãque aliquem propter aduerſarij ſui
potentiam non oportet. hoc enim etiam ad inuidiam eius, q
præeſt prouinciæ ſpectat, vt l.nec quicquàm.§.ſed & ſi quis.
ff.de offi. proconſul. & leg. & aduerte quia tex. iſte loquitur
de poteſtatibus, quæ impediunt. & ſumitur hic poteſtas pro
habente dignitatem: aliàs eſſet maſculini generis. j̃. de homi
cid..c.tua.§.1.latius ergo loquitur lex, dum dicit, potentio-

CVm olim. a Per procuratorem nõ habentem ad hoc mandatũ, non prorogatur de re ad rem iuriſdictio delegati. h. d. Vel aliter. Excommunicatio poſt appellationem legitimam latam non tenet. h. d. Communis diuiſio. Secunda ibi [quia verò.] Prima facit ſex. ponit cauſæ commiſsionem. Secundò iudicum proceſſum, ibi [per quorum] exceptionem Comitis, ibi [tandem.] interlocutionem iudicũ, ibi [iudices.] Comitis appellationem, ibi [quo.] & ipſius executionem, ibi [vnde.] ¶ Nota primò, quòd hic Comes erat reus, & laicus: & tamen conuentus per litteras apoſtolicas contra c. licèt ex ſuſcepto. j̃. de fo. compet. & fortè hoc ideò, quia agebatur de violentia turbatiua illata in re eccleſiaſtica. ideò poteſt laicus conueniri coram iudice eccleſiaſtico. vt in c. conſtitutus. & c. cum ſit generale. de foro compe. ¶ Secundò no. quòd in terra mona. iſte Comes cõſtruere nitebatur. & ſic conſtructio, ſiue ædificium cedebat ſolo, & ædificans poterat prohibere. Inſti. de rerum diui. §. ex diuerſo. & §. planè. quæ autem actio competat contra iſtum Comitem conſtruentem in ſolo alieno. dic de operis noui nunciatione, vel quod vi aut clam. vt patet. ff. de ope. noui nunc. & quod vi aut clam. & j̃. de oper. nou. nun. c. 1. ¶ Tertiò no. quòd iſti iudices retulerunt Papæ ſeriem ipſorum proceſſus, quam Papa ſequitur. & ſic creditur iudicib. de his, quæ coram eo geruntur. quod dic, vt j̃. de proba. c. quærimus. & de exceſ. præla. c. inter. §. præterea. & collige ex illa relatione iudicum partem ordinis iudiciarij. de quo plenius in d. c. quoniam contra. ¶ Quartò no. quòd ſi in iudicio tempore diſputationis apparet vltra deductum, quàm iuriſdictio ſe extendat, debet excipi. & ſic eſt caſus, in quo exceptio declinatoria fori opponitur tempore diſputationis. & hoc ideò, quia tunc de ipſa conſtat. j̃. eo. c. inſinuante. & hoc verum, quando res, quæ deducitur nouiter, eſt diuerſa à prima: ſi autem eſſet eadem res aucta, vel minuta vltra iuriſdictionem iudici conceſſam, poſſet nihilominus cognoſcere. C. de ap. l. ampliorem. in fin. ¶ Quintò no. quòd iudices ſuper exce. declinatoria fori contra ipſos oppoſita pronunciant. de quo. j̃. de or. cog. c. 1. ¶ Quid autem mouerit iſtos iudices ad pronunciandum ſe iudices competentes, Doct. non dicunt. Ego autem dico, quòd illa damna fuerũt data in nemoribus illius terræ, in qua Comes conſtruere nitebatur: erat dubium, quòd commiſſa cã ſuper principali, videbatur commiſſa ſuper acceſſorijs, vt j̃. dicam. ¶ Sextò no. quòd poſt appell. iſti iudices iterum citauerunt iſtum Comitem, & poſtea excomunicatur: fortè quò ad excommunicationem fuit expediens noua citatio. vt l. 1. §. qui ad diem. ff. de re iudi. non autem quò ad proceſſum in cauſa principali. in qua ſine alia citatione procedere potuiſſent, vt j̃. de dolo & contu. c. 2. lib. 6. & eo. tit. c. 1. in Cle. vbi ille, qui recedit appellans fruſtratoriè, non poteſt poſtea appellare à diffinitiua. ¶ Septimò no. in ver. quia verò. quòd iſta damna, de quibus erat quæſtio, præceſſerunt litem. ergo à contrario ſi ſecuta fuiſſent, potuiſſent iudices cognoſcere. & ſic oportet te intelligere tex. de damnis datis in terra, ĩ qua iſte Comes cõſtruere nitebatᷣ, q̃ ſi poſtea accidiſſent, venirẽt in eodẽ iudicio, vt l. ædiles. §. item ſciendum. de ædil. edic. ¶ Octauò no. ꝙ ꝓcurator litigãdo ſup reb. nõ com-

comprehenſis ſub iuriſdictione iudicis delegati. non p̃iudicat domino. & hoc ideò: qa non poterat prorogare iuriſdictionẽ, vt dicit tex. Si ergo dominus litigaſſet ſup rebus non deductis in reſcrip. videret tacitè ꝓrogaſſe iuriſdictõẽ d̃ re ad rẽ taciturnitas ergo partium habet vim prorogationis iudicis, ſi omiſſa exceptiõe incompetẽtiæ coram eo procedũt. facit quòd not. Inno. s. eod. c. prudentiam. & j. de teſti. c. cũ cauſam. vbi vide. ¶ Nonò no. in ver. & poſtquàm. quòd ſi ꝓcurator egreditur fines mandati, domino ſciente, & non cõtradicente, præiudicat domino. de quo in glo. facit quod no. Inno. s. de reſcript. c. ex parte decani. ¶ Decimò not. quòd excommunicatio lata poſt app. legitimam declaratur nulla. & hæc eſt vna cauſa nullitatis dictæ excõmunicationis. ſ. appellatio, quæ præceſsit. j. eo. c. cum contingat. Alia cã eſt, qa excõmunicatio fuit lata per delegatũ ex cauſis non commiſſis ſibi. ſ. dãnorum. quo caſu excõmunicatio delegati eſt nulla. & ita ſentit gl. fi. ad qd̃. j. de præben. c. fi. & de cle. excommu. mi. c. illud. ſuper ver. ordinarius. dicit tamẽ Inn. hoc non probari hic: quia appellatio legitima præceſſerat, & ſuper ipſa hic Papa ſe fundat, dum dicit [ac ſæpe dictũ] &c. ¶ Op. dicitur hic, quòd abbas agebat, ne Comes cõſtrueret in futurum, ſiue ceſſaret à conſtructione: & ſic ſuper futura obligatione. Sed contra. ff. de vſur. l. 1. §. 1. & l. non quemadmodum. de iudi. & præſertim quia reſcripta non dantur ad futuras lites. s. de reſcrip. c. fi. Sol. ibi agebatur negatoria. ſcilicet ius Comiti non eſſe ſic ædificare. & in his incorporalibus bene agitur ad futura, vt l. harum. & l. egi. ff. ſi ſer. ven. & l. ſicuti. & l. et ideò. eod. tit. vel hic agebatur interdicto vt poſ. vt ceſſaret à vi turbatiua, in quo interdicto fit condemnatio, vt ceſſet à moleſtia in futurum, vt c. licèt cauſam. ad fi. j. de proba. vel agebatur (vt dixi) interdicto de oper. nou. nunc. quod competit, cum ſe parat ad ædificandum: quod non placet Inno. vt hic per eum. ¶ Secundò opp. dicitur hic, quòd iſti iudices non potuerunt cognoſcere de damnis. & tamen, vt dixi in præcedenti not. iſta dãna fuerunt data in terra, in qua Comes conſtruere nitebatur. Sed contra imò videtur, quòd ſine expreſſione alia peti p̃nt damna: quia tacitè veniunt ex natura actionis principaliter intentatæ. ff. de vi, & vi ar. l. 1. §. qui deiectus. probat̃ etiam hoc: quia ſi de contractu fiat mentio in reſcripto, poterit peti intereſſe: ſicut poſſet deduci in ſententia, etiam ſi non petit. quod dic, vt not. Bart. in l. ſtipulationes non diui. ad fi. ff. de verb. obl. Item ſi dixiſſet in reſcripto, quòd ſuper nemoribus iniuriabatur, poſſet agi de damnis datis de poſ. & proprie. ff. de iudi. l. ſolemus. & l. ſi quis intentione. & de cauſa poſ. c. cum eccleſia. ergo hic videtur, ꝙ poterunt peti damna: cuius cõtrarium hic dicitur, quare malè. Sol. bene fatetur, quòd illa, quæ tacitè veniunt ex natura principalis actionis, poſſunt peti: licèt non ſint deducta in reſcripto, vt probãt exempla prædicta: ſed actio, quæ oritur ex prohibitione, (vt deſiſtat quis ab ædificãdo) non includit dãna præterita: ſed tantummodo veniet in hoc iudicio, ne ædificet, & condictio damnorum, & iſtam credo bonam. Eſſet tamen dubium, ſi impetro reſcriptum ſuper fundo cõtra malæ fidei poſſeſſorem, non facta mentione fructuum perceptorum: an poſsim ipſos petere coram iudice delegato. ſi dicamus eãdem actionem ad ipſos competere, quæ ad fundum, peti poſſent: ſicuti dixi in interd. vnde vi. In contrarium facit iſte tex. & etiam ratio. ſicut enim non veniunt in eodem iudicio, niſi petantur in libello, vt not. in c. grauis. j. de reſti. ſpol. ita non debent venire in reſcripto: cum quodam modo ſit libellus. s. de reſcrip. c. ſuper literis. per Inno. ¶ Tertiò oppo. innuit iſte tex. quòd ſi dominus non contradixiſſet, ꝓtinus facto procuratoris fuiſſet ſibi præiudicium generatum. cõtra, iudicium enim procuratoris ſuper damnis datis fuit irritum ipſo iure, tanquàm factum coram iudice incompetẽti, vt C. ſi à non compe. iudi. per totum. ergo dominus non videtur, quòd poſsit per ſuam taciturnitatem approbare iudicium, quod eſt nullum propter iuriſdictionis defectum. Sol. Ioan. And. fatetur contrarium iſto caſu. ſcilicet quando iudicium non tenuit ex carentia iuriſdictionis. Si autem coram ordinario, vel delegato procura. domino ſciente excederet formã mandati, domino præiudicat. & ita intelligatur. gl. qd̃ ergo dicitur, quòd taciturnitas non habetur pro conſenſu, cum tractatur de obligatione tacentis, vt l. ſi filius. §. inuitus. ff. de procur. eſt verum, niſi negocium contrahatur ſuper re, ſiue iure tacentis, & ipſius nomine: quo caſu taciturnitas inducit mandatum, vt in hac glo. & Inno. s. de reſcrip. in c. ex
1 parte decani. ¶ † Quærit glo. vtrùm procura. poſsit prorogare iuriſdi. de tempore ad tempus. videtur, quòd non: quia ſi non poteſt de re ad rem, vt in tex. ita videtur, quòd nec de tempore ad tempus, arg. l. miles ita heredem. §. & quia diximus. de mi. teſt. glo. tenet, quòd poſsit. Idem Vinc. Phi. & Pe. Sed Gof. contra, niſi procura. habeat liberam, & generalem. & hoc maximè ſecũdùm eum, quando id non expedit domino. hoc magis placet Inno. & Egi. s. eo. c. de cauſis. Hoſt. dicit, quòd iſto caſu præiudicat domino, niſi quàm citò ſciuerit, contradicat. Sed hic incidenter quæritur. licèt procurator non poſsit prorogare, an poterit exceptionibus domino competentibus renunciare? Inno. dicit, quòd bene poterit omittere, non expreſsè renunciare, niſi habeat liberam, & generalem adminiſtrationem. Alij dicunt, quòd remittere, & renunciare poteſt. & imputet ſibi, qui malum elegerit. dixi plene. j. vt li. non cõte. c. 1. & circa hoc omnino vide. Idẽ not. Bart. in l. ſi fraudator. ff. de his, quæ in frau. cre. vbi plenè, an procurator in contractibus poſsit renunciare except. domino competenti: puta procura. conſtitutus ad fideiubẽdum renunciat beneficio epiſtolæ, vel ordinis, vel exceptioni declaratoriæ fori. dic vt ibi. ¶ Vltimò quæro. ſi dicatur in reſcripto, quòd talis iniuriatur tali ſuper tali fundo. nunquid poſsit agere rei ven. ad fundum, vel condi. ſine cauſa ad fructus perceptos ex fundo ante lit. coteſta. & tenet, quòd ſic, propter verba generalia: non autem poſſet prætextu talis generalitatis agere lege Iulia de vi pub. ſi fuiſſet expulſus. arg. de reſcrip. c. ſedes. & vide de hoc latius per Egi. qui etiam q̃rit, an procurator datus ad cauſam matrimonij ſit ſufficiens ad tractandum cauſã dotis. allegat, quòd ſic. de dona. inter vi. & vxo. c. 3. tenet contrarium: quia ſunt diuerſæ ſpecies. C. de procu. l. ſi procurator. Non obſt. c. 3. quia iuriſdictio extenditur ad cauſam dotis propter connexitatem. ſed in procuratore ſimpliciter inſpicitur conſtitutionis forma, vt hic. quod nota.

*S V M M Æ.*

1. *Nuncius in re propria quis eſſe poteſt.*
2. *Pœna aperientis ltieras ſuperiori tranſmiſſas.*

CVm olim. Qui acta clauſa relationis iudicum delegatorum aperuit, ipſorum violando ſigillla, contra illa acta non debet audiri & prima pars ponit deciſè factum primæ. Secunda ibi [verùm] narrat culpam iſtius. B. Tertia ib [ꝙ poſtmodũ.] ponit ipſius cõfeſsionẽ, & excuſationẽ. Quarta ibi [ſanè.] excuſationis reprobationem. Quinta ibi [ſed vt] culpæ punitionem. ¶ Not. primò, quòd hic fuit permutatio dignitatum, quæ non tenuit: quia auctoritas ſuperioris defecit: ideò vtraque priuatus fuit, vt patet. j. de re. permu. c. cum olim. quæ eſt pars huius. ¶ Secundò not. quòd iſte. B. offendit delegatum, ipſius violando ſigillum, & delegantem, cum ſibi ſigillata debuerit litera præſentari. & glo. 2. dicit hic, quòd iniuria iſta illata delegato, dicitur concernere delegantem, cuius vice delegatus fungitur. arg. contra. s. eod. c. ex literis. vbi dicit tex. quòd debet ſatisfieri de iniuria ſubdelegato. 21. diſtinct. c. in nouo. de litera violata cuius ſit perſecutio iniuriæ, mittentis, an eius, ad quem deſtinatur: videtur, quòd eius, ad quem deſtinatur. quod patet; quia ipſe de hoc cognoſcit, & punit, vt hic ad hoc l. ſi pupilli. §. ſi quis pecuniam. ff. de nego. geſt. ſi autem alia res, quàm epiſtola, tranſmittatur, an præſumatur in dubio mittentis, vel eius, cui mittitur. argu. quòd mittentis. C. ne vxor pro marito. l. ob maritorum. & l. abſenti. ff. de do. & facit ad quæſt. de pecunia, quæ mittebatur, in itinere deprædata, cui competat actio contra raptorem. ad quod o-
1 ptimè facit l. eum qui. §. ſi epiſtolam. ff. de furtis. ¶ † Tertiò not. quòd poteſt quis eſſe nuncius in cã propria, vt erat iſte B. ad idem d. §. ſi epiſtola. & facit ad quæſt. quòd iudex poſsit committere parti, pro qua eſt lata ſententia, ipſius executionem. de quo per Bart. in l. iuſtè. de acquiren. poſſ. & l. 3. C. de pign. in repe. per eum. ¶ Quartò not. quòd iſte fuit confeſſus delictum iſtud præſente parte. vtrùm autẽ partis præſentia fuerit neceſſaria. dic in cõfeſsione extraiudiciali. j. de fide inſtru. c. ſi cautio. vbi glo. quæ loquitur in ciuili. In criminali dic vt l. capite quinto. de adul. & l. quæro. de ædi. edi. & c. quàm ſit graue. de exceſ. præla. In iudiciali confeſsione an exigat præſentiam partis, videtur hic tex. quòd ſic. In contrarium facit; quia iudex ſupplet abſentiam aduerſarij. C. de iudi. l. properandum. §. ſi autem. & abſenti quæritur per iudicẽ in iudicio, vt l. eum pro quo. ff. de in ius voc. & Aut. generaliter. C. de epiſ. & cler. & ꝙ non requiratur partis præſentia, facit l. poſtquam lit. & qd̃ ibi not. C. de pac. & in Auth. ſacramentũ. C. ſi aduer. vend. vbi vide omnino Cy. ¶ Quintò not. in ver. ſanè. reprehenſionem iſtius B. qui vel debuit literas præuenire, vel non recipere, & iudicem recuſare. quõ autem potuiſſet nõ recipere, hic
2 tangit gl. 3. ¶ † Sextò no. pœnã aperientis literas ſuperiori tranſmiſſas; qa ſibi non creditur: & actis diſsigillatis in ſui p̃iudicium adhibetur plena fides. non põt ergo cõtra ipſa opponere: ſicut alij ſunt caſus, in quibus nõ licet venire contra publicũ inſtrumẽtum, l. fi. C. arbi. tu. & idem qñ quis produceret, non poſſet poſtea impugnare. qd̃ dic, vt no. Inno. j. de exce. c. cum venerabilis. & Auth. cõtra qui propriã. C. de nõ nu. pecu. ſi aũt non violaſſet ſigilla, poſſet obijcere: ſicut poſſet qs obijcere contra teſtẽ, quẽ ipſe produxit, vt no. in c. in noſtra. j. de teſt. & 4. q. 3. c. ſi quis teſtibus. 2. q. 6. c. biduum. & collige, ꝙ relatio, quã facit iudex ſuperiori, debet eſſe ſigillata. & hoc adde ad l. 2. C. de rela. & c. intimaſti. de app. & hoc eſt vtile, vt tollatur falſitas, & ipſius ſuſpicio. C. de teſta. l. iubemus. j. rñ. & quẽadmodũ teſta. ape. l. 2. §. ſi dubitetur. ¶ Septimò not. Hoſt. ꝙ ex quò euidenter probatur aliquid cõtra aliquem, ex quo reddit̃ notabilis, de facili in alijs p̃ſumitur contra ipſum, vt hic, & ff. de eden. l. ſi quis. ſi in proceſſu cauſæ deprehenditur deliquiſſe, & ſine nouo proceſſu. ad hoc. j. de dolo, & cõtu. c. veritatis. & de iureiuran. c. fi. lib. 6. Idẽ in teſte. C. de teſti. l. nullum. & quod no. Inn. j. de accu. c. qualiter & qñ. ¶ Op. dicitur hic, ꝙ punitur in hoc, quòd nõ põt opponere cõtra acta. cõtra imò videt̃, ꝙ puniat̃, in hoc ꝙ nõ põt opponere cõtra acta cõtra imo videt̃ ꝙ puniat̃, vt vt falſarius, & in cõmiſsione cauſæ. s. de reſc. c. olim. Sol. gl. 3 fatet̃ op. Inn. dicit. ꝙ minus peccauit, q̃ ſi falſauiſſet. j. de cri. fal. c. audientiam. vel raſuram feciſſet, vt d. c. olim. & ideò non eſt puniendus pœna falſi: ſed arbitraria. s. eod. c. de cauſis. ¶ Secundò. opp. dicitur hic, quòd iſte poterat recuſare illum iudicem delegatum Papæ. contra de. c. nouit. j. de ap. & l. 1. de offi. præfec. præto. Sol. c. nouit. loquitur in executore, qui nihil de nouo facit. in l. 1. eſt ſpeciale propter prærogatiuam dignitatis. tene ergo, quòd delegatus Papæ recuſari poteſt. de quo per Ioan. And. in Specu. de recuſa. §. 2. ſuper 2. ver. Non obſt. quod glo. obijcit de tutore dato per inquiſitionem, qui non ſatiſdet. nam licèt non ſatiſdat, tamen remouetur, ſi malè adminiſtrat. de quo in Specu. de cura. §. ſi autem. ver. horum aũt accuſattorum.



*S V M M Æ.*

1. *Verba in dubio ſunt referenda ad caſum, qui ſæpius accidit.*

COram. Delegatus ſubdelegatum collegæ impediti non tenetur admittere, ſi in reſcripto eſt clauſula. quòd ſi ambo. vel ſic. Delegatus nõ tenetur admittere collegam ſibi adiunctum per literas ſubreptitias: nec ipſius ſubdelegatum. Et ſunt qnque partes. In prima petitio, & allegatio appellati. In ſecunda, ibi [nuncij] petitio & reſponſio appellantis. In tertia, ibi [ſed econtra] replicatio appellati. In quarta, ibi [idem igitur.] pronunciatio auditoris. In quinta, ibi [nos igitur] pronunciationis confirmatio. ¶ Not. primò, quòd hic erat coram iſto Cardinali deuoluta cognitio duarum ſentẽtiarum. Prima fuit abbatis, & prioris. Secunda ep̃i [Ferrarieñ.] Decre. autem iſta nõ declarat, ſuper quo iſti litigarent. Sed dic, quòd capellanus ſanctæ Mariæ agendo dicebat eccleſiã ſanctæ Agathæ in ſua parochia conſtructam in ſui præiudiciũ. 16. q. 1. c. eccleſia. & c. quicunq;. de op. no. nun. c. 1. ver. ſed quia nulla. ideo petebat, ꝙ vel demoliretur, vel quòd ſui parochiani non reciperentur ad diuina, vel eccleſiaſtica ſacramenta: vel quòd ei tanquàm capella ſubeſſet. j. de eccl. ædi. c. 2. & 3. ¶ Secundò not. ꝙ iſte nuncius detulit inſtrumenta eccleſiæ, ſed non mandatum: & tamen admittitur cum cautione de rato. quomodo autem hoc procedat, dicam ſtatim. ¶ Tertiò not. quòd epiſcopus Ferrarieñ. fuit adiunctus diu poſt lit. conteſt. canonicus Boñ. non expreſſo de lit. penden. & iſta eſt cauſa, quare epiſcopus non admiſit ſubdelegatum huius collegæ adiuncti, ſecundùm glo. pe. quod tenet Ioan. ¶ Quartò not. formam huius adiunctionis cum clau. quòd ſi ambo, &c. tu ep̃e &c. ſic in prædicta clauſula epiſcopus eſt priuilegiatus. claudicabat ergo iſtorum delegatorum poteſtas ex forma clauſulæ, maiorem prærogatiuam epiſcopo tribuendo: vt. ſ. ſi collega non poſſet procedere, ipſe ſolus. & hæc prærogatiua fortè operatur, vt ſubdelegatum collegæ admitteret: ſecus ſi dicta clauſ. quòd ſi ambo. cõcernit vtrũque pariter. quod videtur tenere Ioan. And. ad fi. vt dicam. ¶ Quintò not. quòd epiſcopus iſte tulit ſententiam poſt appellationem iſtius clerici ſanctæ Agathæ, qui appellauit, ex eo quòd noluit epiſcopus ſubdelegatũ admittere: ſed qa appellatio non tenuit, epiſcopi ſententia confirmatur. iniuſta ergo appellatio non impedit proceſſum iudicis à quo, vt in c. non ſolum. de app. lib. 6. cum ſi. ¶ Sextò not. in verſi. ſed
1 fuit econtra. quòd verba † in dubio ſunt referenda ad caſũ, qui ſæpius accidit: non ad illum, qui nunquàm, vel raro accidit. ſimiliter verba l. vt l. nam ad ea. ff. de legi. & quod not. in l. ex facto. §. fi. ff. ad Treb. ¶ Septimò not. quòd iſte Cardinalis confirmauit ſententiam epiſcopi, & impoſuit perpetuum ſilentium huic clerico, interuenienti nomine eccleſiæ ſanctæ Agathæ. Et aduerte, quia hic appellauit iſte clericus, & tamẽ pro eccleſia ſanctæ Mariæ lata ſententia confirmatur. quod quidam verũ intelligunt, ſi fuerit petitum. Ioan. And. dicit, quòd ſiue petitum fuerit, ſiue non, poteſt iudex appel. confirmare ſentẽtiã primam, & etiam infirmare, vt patet in c. oblata. coniuncto prin. cum ſi. j. de app. & dicam. j. c. cum contingat. & j. de reſti. ſpo. c. ex conqueſtione. ¶ Vltimò no. quòd Papa confirmat hic ſententiam Cardinalis. Sed dices. cum à ſentẽtia Cardi. quæ fuit tertia, non potuerit tertiò ꝓuocari, vt C. ne in vna, eademque cau. l. vna. ad quid prodeſt hæc confirmatio Papæ? dic quòd multum, quando ex certa ſcientia. j. de cõfir. vti. vel inuti. c. 1. & 2. p Inn. ex qua aut ſẽtentia oriat̃ actio, cum prima ſñia confirmat̃ à iudice ap. dic vt in gl. fi. & no. in l. eos. C. de ap. & dixi. s. in c. paſtoralis. ¶ Venio ad oppoſitiões. & capio gl. j. Op. dicit̃ hic, ꝙ iſte clericus fuit admiſſus ſine mãdato cũ cautõe de rato. Sed cõtra. qñ certũ eſt quem nõ habere mandatum, non debet admitti nomi-

nomine alieno, vt l. 1. vbi plenè. C. de procura. Sol. duobus
modis in glo. Primò, quòd hic admittitur; quia eſt de coniū
ctis perſonis; quia clericus eccleſiæ: ergo admittitur cum p̄-
dicta cautione, vt l. ſed & hæ. ff. de procura. Et de hoc quali-
ter vnus de eccleſia in cauſa eccleſiæ admittatur ſine man-
dato. dic vt ǰ. de reſti. ſpo. c. cum olim. in prin. & ſuper glo. 2.
per Io. An. Secundò ſoluit, ꝙ hic dubitabatur de mandato:
ideò fuit admiſſus cū prædicta cautione: & poteſt colligi du
bietas mandati ex inſtrumētis eccleſiæ, quæ habebat penes
ſe, arg. in l. ſi. C. da pac. conuen. quæ eſt ad hoc not. ¶ Secun-
dò ad hoc op. & videtur, ꝙ cautio de rato non ſufficiat: nec
interpretanda ſit in caſu noſtro. Dicta enim cautio commit
titur ad intereſſe, ſi dominus non habuerit ratum, vt ff. de ꝓ
cur. l. non ſolum. & rem ra. ha. l. procurator. ſed hic non pōt
committi ad intereſſe: quia agebatur de ſtatu eccleſiæ. & ſic
de re inæſtimabili, in qua non cadit intereſſe, vt l. libertas.
ff. de reg. iur. ergo fruſtra præſtatur contra. l. ſtipulatio. §. di
uus. ff. vt leg. nom. ca. & l. nō cogendū. §. Sabinus. de procur.
Sol. dicit gl. ꝙ cōmittitur ad expen. litis: vel committitur ad
intereſſe, quantum ſcilicet intereſt eccleſię ſanctæ Mariæ ra
tum fuiſſe iudicium. Io. An. dicit, ꝙ quando res, de qua agi-
tur, non recipit æſtimationem, in cautione rati debet expri-
mi certa pœna, quæ ſuccedat loco intereſſe. & vide in Spe. de
excu. ver. ſed pone ꝙ agi poteſt ad pœnam promiſſam. dicit
etiam in curia, quando ille, qui interuenit nomine alieno, nō
producit mandatum, vel minus ſolemne, admittitur ſemper
cum pęnali cautione ſoluenda, ſi infra certum tempus domi
nus non habebit ratum. & hæc cautio pœnalis, vt dixi, eſt ne
ceſſaria in his, quæ æſtimationem non recipiunt, vt l. ſi. ff. de
præto. ſtip. facit l. prætor. ff. de ope. noui nunc. in prin. Iſta au
tem cautio, cui ſit præſtāda, iudici, an parti. quidam, ꝙ par-
ti. alij, ꝙ iudici. Ego credo, ꝙ parti, vel iudici pro parte reci-
piēti, vt l. cum pro quo. ff. de in ius voc. & Auth. generaliter.
de epiſ. & cle. facit l. non ſolùm. §. ſi ſtatus. cum ſeq. ff. de pro
cur. & ǰ. de arbi. c. per tuas. quod c. eſt bonum ad iſta. ¶ Ter
tiò op. & videtur, ꝙ iſte ſine cautione rati debuerit audiri,
poſtquam habebat inſtrumenta eccleſiæ, vt l. qui chirogra-
phum. de leg. 3. Sol. dicit glo. ibi conſtabat de legato inſtru-
mentorum. & ſic de domini voluntate, cum inſtrumenta nō
admittant recitantem, ſibi non proſunt, vt l. ad probationē.
C. de proba. imò poſſet præſumi, ꝙ illa furatus fuerit: ſicut
præſumitur contra ſeruum ex ea cauſa. C. de lati. lib. tol. l. 1.
§. ſi. vide tamē quod de hoc not. in ſimili. in l. poſtquam. ff. de
pac. & c. pe. ǰ. vt lit. pen. ¶ Quartò opp. dicitur hic, ꝙ iſte cle
ricus præſtitit cautionem fideiuſſoriam. cōtra, imò videtur,
ꝙ præſtet ſub hypotheca rerum ſuarū, in Auth. de ſanc. epiſ.
§. ſi quis autem pro pecuniaria cauſa. So. ibi, cum agit nomi
ne ſuo. hic verò, cū agit nomine alieno, de iſtis cautionibus.
an debeant eſſe cū fideiuſſ. vel ſimplices, & an pœnales. dic,
vt no. in l. 2. § ſi. ff. de iudi. & l. ſancimus. C. de verb. ſigni. & l.
fin. de præto. ſtipul. cum ſim. & hic in iſta gl. ¶ Quærit, & du-
bitat glo. magna, quando plures ſunt delegati cum clauſ. ꝙ
ſi ambo. &c. an impeditus poſsit cōmittere vices ſuas, & de-
legati ſubdelegatum admittere. arguit multis iuribus, & ra-
tionibus, quòd ſic: ſecundò arguit in contrarium, & deinde
ſoluit, præmittens primò, quòd quædam eſt impotentia iu-
ris (vt quòd delegatus ſit ſeruus, infamis, excommunicatus,
vel ſuſpectus.) quædā eſt impotentia facti, & hoc dupliciter.
nam quædam eſt perpetua: vt mors, & furor perpetuus. quę
dam eſt temporalis, vt pro negociis ſuis. ad propoſitum er-
go dicit, quòd aut eſt iuris: & non tenetur collega admittere
ſubdelegatum taliter impediti impedimento iuris. Aut eſt
impedimentum facti perpetuum, & idem. aut temporalis &
hic dubium. quidam ꝙ licèt impeditus ad tempus poſsit cō-
mittere: non tamen collegæ recipere cogētur. quod patet in
illo c. in quo fuit ſententia epiſcopi confirmata: qui tamē nō
receperat ſubdelegatum collegæ. gl. tamē poſtea diſtinguit,
ꝙ aut à principio dati ſunt cū clauſ. ꝙ ſi ambo: aut poſt cō-
miſsionem factam vni alius eſt adiūctus. & hoc caſu aut de
iure tenuit adiunctio, aut non: & ſi tenuit, aut fuit adiunctus
re integra, aut non integra &c. vt in glo. de cuius materia vi-
de plenè in Spe. ti. 1. §. ſequitur vtrùm cum cauſam. & ibi po
nit de hoc Vin. opi. quas poſtea diſtinguēdo concor. Io. An.
hic reaſſumit in effectu illam glo. dicens ita. ſi clauſ. ꝙ ſi am
bo. eſt in literis. aut alter eſt perpetuò impeditus: & tūc de-
legatus non tenetur ſubdelegatū collegæ admittere. aut tp̄a
liter: & tunc ſi impedimentum eſt ineuitabile. & idem, quod
s̃. de perpetuo. ſi euitabile: tunc collega tenetur ſubdelegatū
admittere, ſi ſubdelegans iuriſdictionem habebat: aliàs nō.
Gui. in hoc vltimo caſu temporalis, & euitabilis impedimē
ti tenet opi. Lau. de qua. s̃. proxi. gl. per Io. An. qui hic ſubdit
circa hoc, quando eſt impedimentum temporale, & euitabi
le. aut clauſula præelegit perſonam: & tunc præelect. nō te-
netur ſubdelegatum collegæ admittere: ſed non ſic econuer
ſo. aut clauſula non præelegit illum: & tunc aut in reſcripto
eſt clauſ. appellatione remota. & non tenetur admittere. aut
non eſt: & tenetur admittere. ita dicit ipſe hic.

*SVMMAE.*

1 *Canonicus non poteſt eſſe iudex in cauſa concanonici ſui.*
2 *Iudice remoto propter ſuſpicionem, ſubdelegatur alius.*

CVm. R canonicus. Locus, ad quē
reus non poteſt ſecurè accedere, & canonicus in
cauſa concanonici poterit recuſari. h. d. Et primò ponit pro
uiſionis, & mandati cauſam. Secundò mandatum, ibi [man-
damus.] ¶ No. primò, ꝙ ad locum non poteſt quis trahi per
literas apoſtolicas, ēt cū literis de ſaluo conductu. ǰ. vt lit. nō
conteſta. c. accedens. & no. ſecundùm Abb. ꝙ non ſolū pro-
pter proprias inimicitias: ſed etiam propter communes ciui
tatis, vel loci recuſari locum. ad hoc optimè Cle. paſtoralis.
§. Piſana. de re iudi. ¶ Secundò not. ꝙ ſi locus, in quo cauſa
delegatur, non eſt tutus, delegatus nō poteſt cognoſcere in
alio loco: ſed alteri cauſa delegatur. & loquitur iſte text. qñ
locus eſt ſuſpectus parti. ſi autem ipſi iudici delegato, an poſ
ſit in alio cognoſcere: dic vt ǰ. eo. c. ſtatuimus. li. 6. In ordina
rio verò, qui non poteſt cognoſcere in ſua. diœce. (quia for-
tè expulſus) an cognoſcat in alia. dic vt in Cle. 1. de fo. com
1 pe. ¶ Tertiò no. ꝙ canonicus † non poteſt eſſe iudex in cā cō
canonici ſui. de quo. 14. q. 2. c. ſuper pendentia. nam ſocie-
tas inter eos habet inſtar fraternitatis, vt l. verum. ff. pro ſo-
a cio. & per hunc tex. dicunt quidam, ꝙ ſcholaris a non poteſt
eſſe iudex in cauſa ſcholaris, qui moratur ſecum in eadē do
mo. & ſic ſunt ſocij. ar. s̃. eo. c. inſinuante. diſſoluta aūt ſocie-
tate, poſſet, niſi nimia affectio remanſiſſet ex præcedenti ſo-
cietate, ſm̃ Io. An. De magiſtro aūt an recuſetur in cauſa ſui
ſcholaris, Pe. & Abb. ꝙ ſic: niſi alter eſſet etiam ipſius ſchola
ris. de quo in Spe. tit. 1. § ſupereſt. verſi. quid de magiſtro. &
verſi. p̄cedēti. ¶ Quartò no. ꝙ cū actor, & reus ſunt de eadē
diœceſi: & eadem eſt cā committenda, ꝓut actor elegerit. de
quo hodiè expreſsius in c. ſtatut. §. 1. de reſcri. li. 6. & aduer-
te, qa iſte ciuis non propoſuit querelā ſuſpicionis corā iſto
iudice delegato: ſed corā Papa. & in hoc cōtinet gratiā. ſem-
per. n. exceptio ſuſpicionis eſt corā iudice ꝓponēda, ēt ſi cō
cernat pſonam ſuā: licèt tunc corā alio ꝓbanda. vt s̃. eo. c. cū
2 ſup. facit qđ no. in c. 2. de dila. ꝑ Inn. ¶ † Quintò no. ꝙ remo-
to iudice ꝓpter ſuſpicionē, ſubrogatur alius, quē actor ele-
gerit. ſ. iſte. R. de quo in glo. & 11. q. 1. c. iudices. vbi de hoc
& ǰ. de fo. compe. c. 1. & de iudi. l. obſeruandum. vbi de hoc.
¶ Sextò no. ꝙ Papa mandat delegato ſuo, vt alter, quē actor
elegerit, deleget ap. remota. vtrū aūt iſte cēſeatur delegatus
ipſius cogentis, an Papæ: credo, ꝙ Papæ. qđ patet, qa dicit
[auctoritate nr̃a.] &c. delegatus verò Papæ p̄cipit iure ſuo.
quia



quia hoc habet à l. C. de iudi. l. à iudice. Item iſte procedit ap.
remota. quod non poſſet, ſi reciperet iuriſdictionem à colle-
ga, vt no. s̃. e. c. paſtoralis. in vlt. glo. Iudex ergo optandus ꝓ-
cedet auctoritate huius ſecundi reſcripti, non primi, ſecun-
dū Gof. delegato enim Papæ non conceditur iſto caſu facul-
tas alteri delegandi: ſed tantūmodo cogēdi illum, quē actor
elegit. & ſic præbet nudum facti miniſterium, ar. l. vnum ex
fa. de leg. 2. & l. ſi ſeruo fideicommiſ. de hære. inſti. qñ autem
eſſet ſuſpectus delegatus, & non locus (vt hic erat) an tunc de
legatus poſsit delegare. dic vt in c. iudex. ǰ. eo. lib. 6. & ǰ. de
foro compe. c. ſi quis contra clericum. ¶ Op. Papa hic conce
dit literas contra laicum. contra de c. licèt. de foro compe. &
c. ſi duobus. de ap. ſol. vt in glo. 1. Goff. dicit, ꝙ laicus conue-
nerat clericum in foro eccleſiæ, & canonicus condemnatus
appellauit. & ſuper appellatione literas impetrauit. ¶ Secun
dò op. & videtur, ꝙ canonicus poſsit eſſe iudex in cauſa con
canonici: quia poſſet eſſe teſtis. So. aliud in teſte, aliud in iudi
ce. quæ ſit rō. dic vt in glo. & 22. q. 1. c. his auctoritatibus. vbi
de hoc. & per Vin. ǰ. de cle. excom. mi. c. ſi celebrat. ¶ Tertiò
op. hic Papa mandat dari iudicem, quem actor elegerit. con
tra. 11. q. 1. c. iudices. cum alijs alleg. in glo. ſi. ſol. vt in ea.

ADDITIO.

a ¶ Quod ſcholaris. Adde Doct. in c. literas. de præſump.

*SVMMAE.*

1 *Epiſcopus ſententiam ſuam defendere poteſt.*
2 *Tertius aliquando ſe opponit, ne excommunicatus abſoluatur.*
3 *Excommunicationem iniuſtam aſſerens, ſtatim eſt abſoluendus.*

CVm contingat. Delegatus, cui
mandatur, ꝙ
abſoluat illum, qui dicit ſe excōicatum iniuſtè: an
tequam partium probationes recipiat, illum abſoluet. Si ve-
rò mandat ei, ꝙ denunciet ſententiam eſſe nullam, prius ſu-
per eo partium probationes recipiat. Cōis diuiſio. Secunda
ibi [ad quod.] quæ ſubdiſtinguit, & membra patent. Præmit-
te ad euidentiam, ꝙ qñq; ſententia excōicationis eſt nulla:
quandoque iniuſta. Item qñq; continet intolerabilem erro-
rem, quandoque non. quod dic, vt ǰ. de ſen. excō. c. venerabi
libus. lib. 6. & vtroq; caſu poteſt adiri ſuperior, & querelam
1 proponere de excōicatore. ¶ † No. primò, ꝙ ep̃s poteſt ſe
opponere, ne abſoluatur excommunicatus ab eo: & ſic po-
teſt defendere ſententiam ſuam. & eſt ad hoc citandus, quan
do tractaretur de pœna ſibi infligenda. quod dic, vt d. c. veñ.
2 & c. in noſtra. ǰ. de procura. ¶ † Secundò no. ꝙ tertius ſe op-
ponit, ne excōicatus abſoluatur. & ſic impeditur quis à ter-
tio in proſecutione iuris ſui, & quandoque in executione. fa
cit l. Titia. ff. ſol. ma. ¶ Tertiò not. ꝙ hic inter epiſcopum, &
excommunicatum ab eo erat quæſtio de prioritate, & poſte
rioritate appellationis. quia excommunicatus prætendebat
ap. præceſsiſſe, vt ex hoc excōicatio redderetur nulla. ep̃s p̄-
tendebat ap. ſecutā fuiſſe, vt ex hoc redderetur aliqua. Super
hoc ergo vtriuſque ꝓbationes recipiuntur. Et ex hoc collige,
ꝙ qñ eſt quæſtio de prioritate, & poſterioritate act. debet
tempus limitatè probari: vt per hoc fundetur intentio rei,
vel actoris ex prioritate, vel poſterioritate citantis: de quo
ſubtiliter per Bar. in l. non ſolū. §. ſed vt probari. ff. de oper.
no. nun. facit quod no. in c. venerabilis. de ſen. excō. lib. 6. &
Cle. literas. de reſcrip. & ǰ. dicam. ¶ Quartò no. rationem,
quare in caſu, quo eſt quæſtio de nullitate, vel iniuſtitia app.
vtriuſq; probationes ſunt recipiendæ añ abſolutionē. nam ſi
eſt nulla (quia appellatio p̄ceſsit) nō indiget abſolutione, ſed
declarari dēt nō ligatus: alio caſu indiget abſolui. rōne ergo
incertitudinis nō pōt iudex ferre certā ſnīam. 11. q. 1. c. gra-
3 ue. ¶ † Quintò no. ꝙ qñ quis aſſerit excōicationem iniuſtā,
debet ſtatim abſolui iuxta formam Eccleſiæ, nec excōicator,
vel alius impedire pōt abſolutionem, etiā ſi paratus ſit pro-
bare eam iuſtam: rō patet in ver. cum & ſi pro certo. Ex quo
collige. 6. ꝙ non debet quis admitti ad probandū, quod ꝓ-
batum non prodeſt. concor. C. de proba. l. ad probationem.
¶ Sextò no. ꝙ plus excōicatus abſoluitur, & demum cogno-
ſcitur, ſit excommunicatus iuſtè, vel non: ad quem aūt effe-
ctum cognoſcatur, hic in glo. ſi. ¶ Oppo. dicitur hic, ꝙ proba
tiones ep̃i recipiuntur cōtra excōicatum probare volentem
app. præceſsiſſe. contra negatiua ep̃i. ſ. ꝙ appellatio non præ
ceſſerit, non eſt probabilis: nec teſti aſtruenti iſtam negatiuā
eſſet credendum, vt ǰ. de cauſa poſ. & proprie. c. cum eccle-
ſia. & s̃. de elec. c. bonæ. Iſte autem tex. admittit hic epiſcopū
ad probandum, ꝙ appellatio non præceſsit excōicat. qua-
re malè. So. dicit Goff. licèt verba ep̃i concipiantur negatiuè:
tamen habent vim huius affirmatiuæ. ſ. ſe prius excōicaſſe,
& illum poſtea appellauiſſe. Hoc aūt caſu qñ negatiua habet
implicitam affirmatiuam, ſemper eſt probabilis, vt no. de re
nun. c. ſuper hoc. & l. nec codicillos. C. de codi. ¶ Secundò
op. iſte impetrauit literas, dicendo ſententiam excōicationis
poſt ap. latam, vel aliàs iniuſtam: ſed videtur, ꝙ iſte libellus
non teneat rōne obſcuritatis, & contrarietatis dicendo nul-
lam, vel iniuſtam alternatiuè. Solu. iſta non ſunt verba reſcri-
pti, ſed iuris conditoris: vel poſſunt eſſe verba reſcripti, quā
do excommunicatio poſſet probabiliter eſſe nulla, vel iniu-
ſta propter defectum iudicis, qui noluit ſibi dare copiā ſen-
tentiæ: quo caſu qñ incertitudo cauſatur à iudice, vel à par-
te, admittitur libellus incertus, vt l. 1. §. quod autem. ff. quo-
rū legato. & c. conſtitutus. ǰ. de reſti. in inte. per Inno. aduer-
te tñ hoc caſu: quia non debet petere ſententiā declarari nul
lam, & pronunciari iniuſtam: ſed alternatiuè, vt petat ſenten
tiam nullā pronunciari, vtpotè latam poſt appellationē: vel
ſi forſitan in probatione ap. defecerit, petit ipſam pronun-
ciari iniuſtam, proteſtans, ꝙ per alterum ex his (ex quo de
facto certificatus fuerit in proceſſu) intendit ſententiam pro
ſe dari. ¶ Tertiò op. ego dixi in prima op. epiſcopum admit-
tendum ſuper eo, ꝙ appellatio non præceſſerit: quia habet
incluſam affirmatiuam. Contra hoc op. & videtur, ꝙ alia ra-
tione non ſit admittendus: quia non debet admitti ad probā
dum, quod probatum non prodeſt, vt hic, & d. l. ad probatio
nem. Sed poſito, ꝙ ep̃s probet per ſuos teſtes appellationem
ſecutam fuiſſe. & ſi excōicatus probet per ſuos, ꝙ præceſſe-
rit, pronunciabitur contra eum, tanquàm fuerit poſsibile p̄-
ceſsiſſe, & ſecutam fuiſſe ap. & iſta interpretatio eſt fienda: tū
quia teſtes ſunt ad cōcordiam reducendi. ǰ. de teſti. c. cum tu
fili. tum quia actus eſt iterabilis. quæ reiteratio præſumenda
eſt, ſi teſtes diuerſa deponūt, vt no. in l. is qui reus. ff. de pub.
iudi. per Bar. So. dicit hic gl. notabiliter, & etiā Inno. ꝙ dicta
reductio ad concordiā eſt fienda, qñ teſtes ſunt numero pa-
res. & ita intelligitur c. cum tu fili. quando verò ſunt numero
diſpares, non eſt fienda. & ita loquitur hic. alibi dicit Ia. Bu.
ꝙ dicta reductio eſt fienda ad hoc, vt teſtes non notentur de
periurio, non autem quantùm ad hoc, vt probent, vt no. in l.
ſed ſi poſſeſſori. ff. de iureiur. & no. iſta ad id, quod dixi de
reiteratione præſumenda. dico ſuper hoc aliter prouidendū,
vt fecit Papa in c. cum Ioannes. de fide inſtru. ad ſi. vbi inter-
rogauit, fuerit vna appellatio, vel plures. & ſi dixerint, ꝙ
vna, neceſſe eſt teſtes alterius eſſe falſos. hoc etiam poterit ꝓ
bari ex multis alijs, ꝙ vna fuerit appellatio, & non plures. vt
practicus & expertus aduocatus nouit. & tangit Bart. in d. l.
is qui reus. ¶ Quartò op. Papa hic non vult recipi probatio-
nes epiſcopi ad probandum, ꝙ appellatio ſit iniuſta. contra
imò videtur, ꝙ debeat admitti: vnde op. de cōi obſeruantia,
& conſuetudine, qua paſsim admittuntur poſitiones, & pro-
bationes ſuper eis, ſaluo iure impertinentium, & non admit
tendorum. Sol. dicit glo. 3. ꝙ iudices malè faciunt ſic paſsim
admittere, & partes ſuperfluis probationibus honorare, vt
in c. exhibita. ǰ. de iudi. & ff. vt in poſ. leg. l. ſi is à quo. & pro-

pter hoc dicit Io.An. ꝙ ſi iudex monet reum, vt reſpondeat
poſitioni:ipſe autem hoc recuſat; quia eſt impertinens. pri-
mò debet iudex hoc diſcutere, quàm partem ad reſponden
dum cogere: aliàs poſſet appellare. & per hoc idem dicit de
exceptione, vt de ea prius diſcutiatur, quàm ad vlteriora pro
cedatur, etiam ſi iudex talem exceptionem reſeruaret par-
ti, vt d.c.exhibita. vbi caſus. & hoc eſt verum, niſi probatio
excep. haberet locum tractu temporis. quia tunc dicta exce
ptione reſeruata, poſſet iudex ad vlteriora procedere: puta
ſi dubitetur de mandato producto de longinquo. poteſt.n.
iudex ipſum admittere ſub conditione, ſi ſe procurator. pro
bauerit poſtea, vt no. in c.coram.s̃.eo. & l.prætor.ff.de ope.
no.nun. Alij diſtinguũt, an ſit exceptio ꝑiudicialis, vel talis, q̃
ſi non recipiatur, iuris ordo peruertitur:& tũc oportet, ꝙ ex
pediatur prius, quàm ad alia procedatur, vt d.c.exhibita. &
j̃.eo.c ſuſpicionis. Aut non eſt multum præiudicialis, vel nõ
peruertẽs iuris ordinem: puta dilatoria ſolutionis. vel vtrùm
reſpondendum ſit poſitioni, vel interrogationi, vel vtrùm te
ſtis produci debeat, & ſimilia, quæ pendent ex mero iudicis
officio:& in talibus poteſt iudex dicere [procedatis ſaluo iu
re noſtro.] quod no. Io An. j̃.de teſti.c.ex parte. eſſet etiam
diſtinguendum, an excipiens offerat probationes incontinẽ
ti paratas, vel non. vt j̃.de reſtit. ſpolia.c.literas.§. præterea.
¶ Quintò op. dicitur hic, ꝙ debet abſolui, & poſtea diſcuti,
ſit iuſtè, vel iniuſtè excommunicatus. ſed contra. poſtquam
eſt abſolutus, fruſtra amodo diſputatur, ſit excõmunicatus
iuſtè, vel iniuſtè: cum per iſtam cognitionem non poſsit ex-
communicatio extincta reuiuiſcere, vt l.qui res.§.aream.ff.
de ſo.Sol. vt in glo.fi. quæ dicit, ꝙ ideò cognoſcitur. quia ſi ꝓ
nunciabitur excommunicatio iniuſta, mandabitur, vt ſatisfa
ciat. iſto ergo medio tẽpore, poſtquam vult obedire, debet
abſolui:& deinde debito plenè diſcuti. Idem ſi propter con-
tumaciam paſſus eſt miſ.ipſam enim recuperat, præſtita cau
tione de ſtando iuri:& poſtea cognoſcitur de cauſa principa
li, vt in Auth.ei.C. de bo. aucto.iudi.poſ. ¶ Sextò op. dicitur
hic in prin.c. ꝙ excommunicatus dicebat ſententiam nullã,
quia appellatio præceſsit: epiſcopus dicebat eã valere: quia
appel. non præceſsit. & ſubdit, ꝙ vtriuſq; probationes ſunt
recipiẽdæ: vt per hoc ſciatur, an abſolutione indigeat, vel de
nunciandus ſit non ligatus: ex quo tex. innuitur, ꝙ ſi quis di
cit ſentẽtiam excommunicationis nullam, & iudex reperiat
iniuſtã, poterit abſoluere: quia indiget abſolutione, vt dicit
litera. Sed contra hoc op. quia hæc non eſt petitio, ergo &c.
vt c.licèt Heli. Sol. Inno. fatetur cõtrariũ, & dicit, ꝙ ſi iudex,
coram quo actum eſt de nullitate ſententiæ excommunica-
tionis, reperit eam iniuſtam, non debet ſuper hoc pronuncia
re:ſed tantummodo reum abſoluere ab obſeruatione iudi-
cij, & actorem condemnare in expen. j̃.de proba.c.ex lite-
ris. poterit tamen poſtea petere, ꝙ pronuncietur iniuſta co-
ram iudice, non corã iſto delegato tantummodo ſuper nul-
litate. & probationes factæ de iniuſtitia excõicationis in pri
mo iudicio non proderunt, vel nocebunt in iſto, vt j̃.de te-
a ſti.c.veniens. a

ADDITIO.

a ¶ Veniens. Reliquas oppoſitiones, & quæſtiones huius c. vide per Zaba. hic, & quæ ibidem dixi cum duobus ſequen. ca. quæ ibi per dominum Pet. non leguntur.

*SVMMAE.*

1 *Libellus recuſationis debet offerri coram iudice recuſato. Cauſa in recuſatione eſt inferenda.*

2 *Index delegatus recuſatus cogit arbitros, ſi fuerunt diſcordes, vt cõcordent.*

SVſpicionis cauſa. Arbitri electi ad cauſam recuſationis aſsignant recuſanti terminum ad proban-
dum. Delegatus tamen, qui recuſatur, cogit arbitros cauſam
diffinire. h.d. Cõmunis diuiſio. Secunda ibi [ab ipſo quoq;.]
1 ¶ No. † primò, quòd libellus recuſationis debet offerri corã
iudice recuſato: ſicut libellus app. coram iudice, qui graua-
uit, vt infra de ap.c.ſi iuſtus metus. & poterit in dicto libello
iſte, qui recuſat, nominare ſuũ arbitrum, ſicut in appellatio-
ne nominandus eſt iudex ad quem, vt no. Archi. j̃.de ap.c.le
gitima.li.6. Bal. dicit, quòd iſta nominatio arbitri in libello
eſt voluntaria, non neceſſaria: quia poſt recuſationem poteſt
fieri infra triduum, vt l.cum ſpecialis. C.de iudi. Item nec in
appellatione eſt neceſſe, quòd exprimatur iudex ad quem:
quia ſufficit dicere, appello, vt ff.de app.l.1.in fi. cum l.ſeq.
Item ſufficit dicere per verba generalia, appello ad quemli
bet iudicem competentem, vt l.qui Romæ.§.Seia.ff.de ver-
bo.ob. & l.cum proponas. C.de bo.aucto.iudi.poſ. ¶ Secun-
2 dò no. † quòd in recuſatione eſt cauſa inferenda, & hoc de
iure canonico. ſed de iure ciuili non eſt inferẽda: tenet tñ
iurare de calumnia, & per iuramentum ſuum probabitur ſu
ſpicio, ſecũdùm glo. in l.apertiſsimi. C.de iudic. vbi dicit tex.
[ſuſpectum putat.] nam ſuſpicio probabitur per iuramentũ,
vt innuit illa glo. quam no. Sed Ia. de Are. dicit ibi, quòd ver.
putat, debet intelligi de iuſta ſuſpicione, non de fatua. ¶ Ter
tiò no. quòd iſte tex. loquitur in iudice delegato, qui recuſa-
tur. de ordinario an poſsit recuſari, dic, quòd ſic, de iure ca-
nonico, vt j̃.de ap.c.cum ſpeciali. ſed de iure ciuili non recu
ſatur: ſed adiungitur ſibi epiſcopus, ſi cauſa patitur: vt quia
non ſit cauſa ſanguinis, vt in Auth. vt dif. iudi. §.ſi verò conti
gerit. poſita. C.de iudi. ¶ Quartò no. quòd de excep. per quã
veriſimiliter iudex ad iracundiã prouocatur, non cognoſcit
ipſe, ſed arbitri. & propter hoc dixi, quòd de excep. ſeruitu-
tis, infamiæ, excommunicationis, & ſimilis oppoſi. contra iu
dicem non debet iudex ipſe cognoſcere, vt dixi s̃.eo.c.cum
ſuper. ¶ Quintò. not. ꝙ illi, cui committitur certus articulus
cauſæ, videntur commiſſa omnia, quæ ad illum articulũ ſpe
ctare noſcuntur. concor. s̃.e. c.ex literis. Iſti ergo arbitri an
habeant iuriſdictionem, & quam, dicam. j̃. Et aduerte quia
(vt dixi. s̃.) iſte tex. loquitur in delegato Papæ, qui recuſatur.
Delegatus autẽ, ordinarius, vel vicarius eius (ſi recuſentur)
cognoſcet epiſcopus. quia ſuſpicio, quæ afficit perſonam de
legati, vel officialis, nõ tangit epiſcopum: ſecus ſi impedimẽ
tum delegationis, & commiſsionis concernéret epiſcopum:
vt excommunicatio, vel ſuſpenſio, vel carentia iuriſdictionis
in committendo. de his enim contra vicarium, vel delegatũ
epiſcopi oppoſitis non cognoſcet ipſe. facit c. Romana. de
offi.vic.lib.6. & c.ſi à ſubdelegato. & c. ſi contra vnũ. j̃.eod.
vbi de recuſatione oppoſita contra vnum ex delegatis Pa-
3 pæ. ¶ Sextò no. quòd iudex delegatus † recuſatus cogit arbi
tros, ſi diſcordes fuerint, vt cõcordent, vel tertium aduocẽt.
& intelligunt, vt Vin. & Hoſt. ſi diſcordes fuerint in ſententia
proferenda, nõ in iam lata: quia recurretur ad ſuperiorem,
vt l.duo iudices.ff.de re iudi. Gui. dicit, quòd huic Decre. eſt
locus, etiam ſi diſcordes fuerint in ſententia iam lata, vt not.
in Spe. de recuſa.§.vlti.ver. quid ſi arbitri diuerſas. & ver. ſed
nunquid. tex. tamen iſte facit pro Vin. ꝙ loquatur in ſenten-
tia nondum lata per arbitros, dum dicit. cum quo duo, vel al
ter eorum id facere ſunt cogendi: ſi enim iam feciſſent (hoc
eſt arbitrati fuiſſent) quid facere cogentur, non video. ¶ Vlti
mò no. quòd iſti arbitri coguntur ad ſententiandum. & ad-
uerte, quia textus iſte non dicit, ꝙ cogantur illud arbitrium
ſuſcipere: ſed poſtquã ſuſceperunt, coguntur terminare. tex.
tamen in l.cum ſpeciali. C.de iudi. dicit, quòd coguntur ſuſci
pere, & in hoc differunt à natura arbitrorum, qui ſuſcipere
non coguntur, vt l.2.ff.de arbi. & dic, ꝙ iſti coguntur per cẽ
ſuram eccleſiaſticam. j̃.de verbo.ſigni.c.quærenti. vel mul-
cta indicta.ff.ſi quis ius dic. non obtẽp.l.1. vel captis pigno-
ribus. Inſti. de excu.tu.i.rñ. ¶ Op. & videtur, quod cauſa ſu-
ſpicionis eſt probanda coram iudice recuſato. quia ad iudi-
cem



cem ſpectat cognoſcere, ſit competens, necne, vt l.ſi qs
ex aliena.ff.de iudi. & s̃.de reſcrip.c.ſuper literis. So. aliud in
ſuſpicione: aliud in alia incompetẽtia allegata contra iudicẽ.
tunc eñ non afficitur perſona, ſed iuriſdictio: hic verò per-
ſona. vnde qua ratione ſuſpectus eſſet in cã principali: eadẽ
ratione & in illo ſuſpicionis articulo. facit quod not in l. ex
quacunq;.ff.ſi quis in ius voca. non ier. & l.de iure. ff.ad mu
nicip. ¶ Secundò opp. & videtur, ꝙ iudex non debeat ſe re-
putare offenſum, ſi recuſatur. quia nemini facit iniuriam qui
vtitur iure ſuo, vt c.cum eccleſia Vulterana. cum ſimi. Sol. Di
cit glo. verum eſt, & non debet negari: tamen non põt dici, ꝙ
ſibi iniuria aliqualis, nõ inferat, ſi ab eo receditur: licèt nõ
poſsit ex hoc agi iniuriarum. C. de ap.l. & in maioribus. &
C.de ſum.Tri.l.3. in prin. & de arbi l. litigator. & l.obſeruã-
dum ff. de iudi. & l.omnem honorem. C.quando prouo. non
eſt neceſ. ¶ Tertiò op. dicit hic, ꝙ iſti iudices recuſati cogũt
arbitros. contra, ſicut appel. pen. nihil debet innouari, vt j̃.
nil no. appel. pend. per totum. ita recuſatione pen. quod pa-
tet, quia quod agerent, eſſet nullum, vt dixi. j̃. de app. c cum
ſpãli. & recuſatio, & appellatio paria ſunt. j̃.de ap. c. poſtre-
mo. Præterea ex euentu pendet, habituri ſint iuriſd. iſti dele-
gati qui recuſantur, ergo dilatione pendente, iudicis officiũ
conquieſcit, vt c.ſignificante. j̃ de appel. & l. ſiue pars. C. de
dila. Sol. vt in glo. fi. ſuper qua dicit Ioan. And. ꝙ aliud in ap-
pel. aliud in recuſatione. In appellatione eñ aditur ſuperior,
in cuius reuerentiam ſilet inferior: quia nec ipſum habet cor
rigere. de maior. & obe.c. cum inferior. quę ratio ceſſat in
recuſatione, in qua itur ad arbitros: maximè quia is, qui ap-
pellatur, cõmuniter vnus eſt: arbitri verò plures. In iſtis er-
go timetur diſcordia, non in illo, ſecundùm Hoſtien. facit qđ
no. j̃.e.c.ſi cõtra vnum. in fi. lib.6. & per iſtud, quod dicit gl.
ꝙ hac cognitione præcedente, iudicis officium conquieſcit.
Dicit Innocẽ. quòd aliquando reus recuſans ſit contumax in
certo actu, vel articulo, coram arbitris non comparens, non
propter hoc delegatus reaſſumet iuriſdictionem, niſi totus
labatur terminus per eũ arbitris aſsignatus. alleg. Decre.
cum ſpeciali. j̃.de app. & hoc tenet Gui. in ſpec. de recu.§.ſi.
verſi. ſed pone, quòd partes &c. ¶ Quæro primò, vtrùm iſti
arbitri poſsint cogi ad ſuſcipiendum arbitrium. gl.pe. tenet,
ꝙ ſic. & ſic non poſſunt dici propriè arbitri. quia tunc non
cogerentur, vt ff.de arbi.l.3.§.1. Item iſtis paretur vt iudici-
bus. & ita quod agunt meretur executionem, vt d.l. cũ ſpecia
li. ſed arbitris paretur metu pœnæ, vt hic in glo. Item à veris
arbitris nõ appellatur: quia ſiue æqua, ſiue iniqua &c. vt l.diẽ
proferre.§.ſtari.ff.de arbi. ab iſtis autem appellatur, & appel
labitur non ad delegatum recuſatum: ſed ad delegantem pri
mum, vt in c.ab arbitris. j̃.eod.lib.6. & hic not. in glo. & qđ
no. j̃.de fo.compet.c.ſi quis contra clericum. & c.iudex. j̃. e.
lib.6. vbi plenè, an iudex recuſatus ſubdelegare poſsit, vel nõ
de quo in d. c. ſi quis cõtra clericũ. ¶ Secundò circa ꝑdicta
quæro, vtrũ iſti arbitri ſint iudices. & ſi ſint, vtrũ delegati, vel
ordinarij, vel ſit tertia ſpecies de ꝑ ſe, vt dicantur arbitri ne-
ceſſarij, redacti ad inſtar iudiciorum. gl.pe. titubando loqt.
dicit eñ, ꝙ iſtorũ iuriſdictio eſt quaſi ordinaria. ꝑceptor me
us dicit, ꝙ quidam tenẽt, ꝙ ſunt ordinarij: quia habent iuriſ-
dictionẽ à lege. Alij dicunt, ꝙ ſunt delegati: qa ſubrogantur
loco recuſati. ar. de condi. & demon.l.filiæ. §.1. Item qa non
habent adminiſtrationẽ cum territorio: ergo nõ ſunt ordina
rij. Poſſet tñ dici, ſecundùm eũ, ꝙ eſt ſpecies de per ſe: qđ pa
tet, qa ſub tali nomine deſcribuntur per ius canonicũ, & ciui
le: participant tñ plus de natura iudicũ, q̃ arbitrorum, vt ex ꝑ
dictis apparet. Ex quibus infero, ꝙ licèt ex ſententia arbitri
non cõmittatur euictio, vt l.ſi dictũ.§.ſi compromiſero.ff.de
euict. ſecus tñ eſt ex ſententia arbitri neceſſarij, quẽ elegit,
& cogit ad ſuſcipiẽdum arbitriũ conſtitutio, vel ſtatutũ. vn-
de dicit Bar. ꝙ iſti arbitri, q eligunt ex forma ſtatutorũ, ma-
gis habẽt vicem iud.cũ, quàm arbitrorũ. quod eſt vtile pro-
pter differentias inter arbitros, & iudices delegatos. ita not.
Bar. in d.l.cum ſpeciali. ¶ Tertiò q̃ro. ſi iſti arbitri reperiũt,
& ꝓnunciant recuſationis cãm eſſe veram: an debeãt ipſi co
gnoſcere de cauſa principali. videt, ꝙ ſic: ſicut iudex app. co
gnoſcit de tota cã, ſi pronunciat legitimè appellatũ. vt j̃. de
ap.c.vt debitus. & hoc tenet Hoſt. ꝑ l.apertiſsimi. C.de iudi.
& j̃.de ap.c.cũ ſpeciali.ver.ſciant. & ſecundũ iſtam op. opor
ter iſtos arbitros ẽẽ cãonicos eccleſiæ. cathedralis in ꝑſona
tu, vel dignitate, ꝑ c.ſtatuti. j̃. de reſc.li.6. & remittit Ho. ad
ſummã e.ti.§.& qualiter finiat.ſub. §. nec illud. ver. quid ſit
effectus. & ver. qđ ſi cauſã. Hæc opi. Ho. quæ fuit Damaſ. nõ
placet Ioan. And. vt hic ꝑ eũ ſup gl. pen. añ recuſationẽ, vel
poſt, an poſsit delegatus ſubdelegare. dic, vt j̃.e.c.iudex.li.6.

ADDITIO.

a ¶ P. & G. Adde ad iſtud vnũ dictũ notabile, ꝙ in libello, vel reſcripto ſufficit, ſi opponatur prima litera nominis proprij, vt in ca.G. ꝑpetuus. de ſi.inſtr. & in c.cum.P. de accu. & in c.cũ P. de exceſ. prælato. And. Barb. in c.cum M.Ferrarienſis. de conſtitu.

*SVMMAE.*

1 *Iuriſdictio delegata non poteſt prorogari ad alias perſonas, quàm expreſſas iure ſcripto.*

2 *Prorogationis ſunt tres ſpecies.*

3 *Iuriſdictio cuiuſcunq; iudicis an poterit ad omnes cauſas prorogari.*

4 *Cauſarum ſunt quatuor genera.*

5 *Prorogatio ad hoc vt valeat, quot requirantur.*

PEt. G. a Delegata iuriſdictio ad ꝑſonas non expreſſas in reſcripto, etiam de ipſarũ cõſenſu, ꝓrogari nõ põt. Cõmunis diuiſio.
Scda ibi [quas huiuſmodi.] ¶ Not. primò, ꝙ fuerunt hic li-
teræ impetratæ à laicis cõtra epm Lauduñ. [quia pecuniam
mutuatã.] &c. Poteſt ergo eps, & quilibet clericus conueni-
ri, ſi ſe obligauit: licèt fortè eorum eccleſia non teneat: niſi ſo
lemnitas interceſſerit; de qua in c.qđ quibuſdã. j̃.de fideiuſſ.
¶ Scdò not. ꝙ iſti impetrauerunt literas: quia iſte debito lo-
co, & tempore nõ perſoluit: & ſic elapſo tempore ſolutioni
præfixo, & fortè in alio loco, vel in loco, in quo erat ſolutio
deſtinata: de quo põt eſſe dubium, ſi alibi, q̃ in ſuo domici-
lio, deſtinata fuit. de quo. j̃.de fo.com.c.dilecti. ¶ Tertiò no.
ꝙ iſte. I. laicus ꝓrogauit iudicio pẽdente. & iõ qa tunc habe-
bat iuriſdic. videbat prorogatio tenere. ff.de iud l.de qua re.
Sed illud verũ inter ipſos, q ſua iuriſdictiõe prĩcipaliter arcta
bantur, nõ quò ad alios. ¶ Quartò not. quòd fuit hic ſenten
tia cenſuræ. ſ.excõicationis, & interdicti deducta in pactum:
qa voluit poſſe excõicari, niſi ſolueret infra tempus, qđ an
potuerit, dicam. j̃. ¶ Quintò not. quòd ille, qui ꝑeſt iuriſdi-
ctioni, ſi delegatur à Papa in certa cã, cenſendus eſt delega-
tus in cã illa. quod eſt verum, ſi illa cauſa nõ ſpectabat ad eũ
iure ordinario: aliàs noua cõmiſsio cauſæ ſub ordinaria iu-
riſdictione incluſa, eſſet potius cẽſenda excitatio iuriſdictio
nis ordinariæ, q̃ noua delegatio, vt dicã. j̃. vt in c. licèt. & c.ſi.
de of.ordi. ¶ Sextò no. ꝙ proceſſus factus vigore proroga-
tæ iuriſdictionis, quæ non potuit prorogari, non valet vigo-
re ordinarię, quæ prorogari forſitã potuiſſet. & ſic error
in ſpe iuriſdi. vitiat iudicium: & quòd non tenet eo mo-
do, quo poteſt. de quo. j̃.de præſcrip. per Inno. in c.cum ex
officij. & tetigi. s̃.eo.c.cum ſuper. ¶ Septimò not. quòd iuriſ-
1 dictio † delegata non põt prorogari ad alias perſonas, q̃ ex
preſſas in reſcripto. de qua prorogatione hic plenè per. G. &
P. Inno. s̃.eo.c.de cauſis. ¶ Opp. dr̃ hic, ꝙ iſte. I. laicus per pa
ctum obligauit ſe ad pœnam excõicationis: & innuit tex. ꝙ
obligatio valuiſſet, ſi de ꝑſona ad ꝑſonã potuiſſet delegata iu
riſdictio ꝓrogari. Sed contra hoc oppo. & videtur, quòd ex
communicatio non poſsit deduci in pactum: vt.ſ. ſine cogni
tione, & cõtumacia proferatur. hæc enim duo requirũtur ad
eius efficaciam, vt in c. cum medicinalis. j̃. de ſent. excom-
mu.

mu.lib.6.& c.ſacro.& 11.q.3.c.nemo epiſcoporum.So.Inn.
fatetur contrarium.& ꝙ excõicatio non poſſit deduci in pa-
ctũ ratione prædicta:quia tpe ſolutionis fiendæ vigore pacti
ceſſat contumacia.quia fortè ſoluere non poteſt.j̃.de iureiu.
c.breui.& c.Odoardus.de ſol.vel miſit pecuniam per nũciũ,
qui infideliter egit.j̃.de pign.cap. ſignificante. ergo his caſi-
bus, & ſimilibus non poteſt dici contumax.ergo nec excom
municandus, per iura prædicta.Sed contra hoc op.ſi ante fi-
nem termini potuit ſoluere,& non ſoluit:videtur in culpa. er
go videtur poſſe excommunicari:licèt in termino ceſſet poſ
ſibilitas,vt dicimus in commodato. ff. commo. l. ſi vt certo.
§. ſed interdum. & ff. de locat. & conductio. l. videamus.
§. ſi hoc in locatione. nam quamuis prædictæ actiones den
tur contra culpabilẽ,vt ibi:non tamen excõicationis ſenten-
tia,quæ non fertur,niſi contra contumacẽ,vt dictũ eſt,& ꝓ-
batur in d.c.ſacro.culpa.n.concernit offenſam partis; ſed cõ
tumacia iudicis,& contemnit claues. ¶Sed tertiò cõtra præ
dicta op.dictũ eſt,ꝙ ideò non põt excõicatio deduci in pa-
ctũ:quia fortè in termino aſſignato nõ poterit ſoluere: & ob
hoc ceſſat contumacia:ideò non ligãdus.Sed contra de.c.ꝑ-
terea.j̃.de ap.nã ſñia excõicationis tenet,ſi lata fuerit ſub cõ
ditione,niſi ſoluerit infra certũ tempus.& tñ poteſt ibi ſubeſ
ſe difficultas ſoluendi in termino:puta quia res,quam ſolue-
re tenebatur,perijt ſinẽ ſua culpa.ff.quod metus cã. l. ſi cum
exc.§ quod ſi homo.& ff.de rei vẽ.l.vtiq;. & l.præcedenti. &
tñ ſententia ſortitur ſuum effectũ : licèt medio tpe ceſſauerit
poſſe ſoluere,lapſus fortè facultatibus.ff.de admi.tu.l. quo-
ties.§.nec quiſquã.ex quo patet, ꝙ ẽt nõ contumax hac ſñia
ligatur:cuius contrariũ tu dixiſti.ſ.ꝙ non ligatur,ſi ſuperue-
niat difficultas in termino. timore huius contrarij illi,qui te
nent quod dixi, rñdent, ꝙ hac ſententia excõicationis nõ li-
gabitur qui non poteſt ſoluere in termino:ſed tm̃ ille,qui po
teſt ſoluere:vel culpa ſua factus eſt nõ ſoluendo. de rap. c.2.
& probant: quia illud quod non poſſet iudex expreſsè, non
videtur in ſententia deduxiſſe tacitè.ar.l.qui ad certũ.ff. lo-
ca.Sed,ſi dixiſſet[excõico te,niſi ſolueris tali die:& etiã ſi nõ
poteris,ſis excõicatus.]talis ſñia nõ valeret tanquã continẽs
expreſſum iuris errorẽ.ergo non videtur ſenſiſſe tacitè,quod
expreſsè non poterat.tenent ergo iſti præcisè,ꝙ difficultas,
quæ adeſt in fine termini,impediat commiſſionẽ excõicatio
nis:ſicut comiſſionẽ alterius pœnæ.vt no.Bar.in l.continuus.
§.illud.ff.de verb.oblig.Non obſt.iura, ꝙ qñ quis eſt in mo-
ra,teneatur de interitu contingente,etiã non ſua culpa, vt l.
quod te.ſi cer.peta.& l.ſi ex legati cauſa.de verbo. oblig. nã
ſecus eſt in ſententia excõicationis, in qua(quãtũcunq; quis
fuerit malæ fidei,vel in culpa)non ligatur, ſi in termino non
poteſt ſatisfacere:ratio quia de interitu ſemper tenetur,poſt
quã quis fuit in culpa, vel malæ fidei.quia venit interitus ex
natura contractus, vel obligationis : ſed non ita excõicatio,
ſm̃ ipſos.Alij dicunt,ꝙ iſte erit excõicatus in fine termini, ſi
non ſoluerit,etiam ſi ſine culpa factus ſit non ſoluendo.Non
ob.tacitus intellectus abſurdus, qui expreſſus vitiaret ſentẽ
tiam.vt dixi.s̃.nam licèt poſſit cadere in errorem, & error
inde ſequi.tamen ſi in ſententia non exprimitur,tenet ſentẽ-
tia.2.q.6.c.ſi ſententia.& j̃.de re iud.c.1.Iudex tamen, qui
hoc cognouerit,debet ipſam relaxare ſine difficultate : ergo
aliud in ſententia, quæ bene ligat adueniente termino:aliud
in pacto. De ſententia.n. excõicationis ferenda per iudicem
non põt paciſci:nec corã ordinario,nec coram delegato.qđ
eſt verũ ſine cauſæ cognitione, 2.q.1.c.nemo.nam aliàs ſi ſit
ordinarius aliorũ non litigantium,poſſunt prorogare iuriſdi
ctionem ſuam hoc modo.poſsis me excõicare, ſi fuerit iuſtũ:
vel ſi probata fuerit cã excõicationis,vt d.c.nemo. aliæ autẽ
ſententiæ,vt pro libito partiũ proferantur, an poſſit paciſci
inter partes.dic vt l.ſi conuenerit.ff.de re iu.¶Secundò opp.
dicitur hic,ꝙ iſte I.laicus non potuit in illum iudicem cõſen
tire.contra de l.ſi conuenerit.ff.de iuriſ.om.iud.So.ibi loqui
tur,cum quis conſentit in iudicem,qui habet aliàs iuriſdictio
nem,& ordinariã:hic in eo,qui habet delegatam.de quo dic
vt j̃.de iudi.c.1.¶Tertiò oppo.dicitur hic, ꝙ non potuit iſta
iuriſdictio prorogari.contra de.c.de cauſis.s̃.eo.& c.cum o-
lim abbas.So.illa loquuntur de prorogatione, quæ fit de tpe
ad tempus,vel de re ad rẽ.hic verò de prorogatione, quæ fit
de perſona ad perſonã,quæ eſt prohibita in delegato:ſed cõ
ceſſa ordinario,vt dixi.& ita dicit glo.magna.¶Quartò con
tra hoc op.& videtur,ꝙ iuriſdictio delegata poſſit prorogari
de perſona ad perſonam,vt j̃.de ali.iudi.mu.cã fac.c.1.ſo.vt
ibi in glo.pe.¶Quintò op.de.c.j.s̃.eo.So.ibi non eſt ꝓroga-
tio alterius quæſtionis, vel litis:ſed eiuſdẽ extenſio ad perſo-
nas alias turbantes proceſſum cauſæ delegatæ,ad quas ratio
ne dictæ turbationis extenditur.conclude ex gloſſ. tres ſpe-
2 cies†prorogationis.de tpe ad tẽpus:de re ad rem (& proce-
dunt etiam in delegato:) de perſona ad perſonã:& non proce
dit regulariter.fallit, vt s̃. eſt & quarta ſpecies extra glo.ſ.de
loco ad locũ, hæc quæſtio in delegato Papæ dicit glo. ꝙ non
procedit:cum totus orbis(ſicut & Papæ,cuius vice fungitur:)
ſit eius territorium.9.q.3.c.cuncta per mundũ.& c.per pr in
cipalẽ.tñ ſi delegati iuriſdictio eſt coarctata ad certũ locum,
vt.j̃.diœce.ſi partes prorogarent ad aliũ,non eſſet propriè ꝓ
rogatio,ſm̃ Ioan.An.an autẽ partes poſſint,dic vt no.Io.An.
in c.ſtatutũ.§.in nullo.de reſcrip.li.6.In ordinario autem,an
poſſit eius iuriſdictio prorogari de loco ad locũ: puta cõſen
tiunt duo Florentini, vt eps̃ Florentinus cognoſcat hic Senis:
an ille poterit cognoſcere.Io.An.tenet hic,ꝙ ſic:ſi eps̃ iudici
venienti in ſua diœce. hoc cõcedit, vt ibi ſedeat,& inter ſuos
ſubditos iudicet:aliàs fieri nõ poſſet.j̃.de cõſti.c.2.li.6.& l.ſi.
ff.de iuriſ.om.iudi.fallit in Cle.1.j̃.de fo. cõpe,vbi ſine con-
ſenſu eps̃ expulſus à propria ſede reddit ius inter ſubditos
ſuos,& ibi no.glo.ꝙ iſto caſu ſeruabit ſuas conſtitutiones, &
nõ diœce.vbi reddit ius.quod no. & de iſta prorogatione de
loco ad locum no.Doc.j̃.de offi.lega.in c.nouit.& Cy. in l.ſi
quis ex conſenſu.de epiſ.audi.vbi reuocat in dubium,an iſte
conſenſus iudicis,in cuius territorio ius redditur, exigatur.
& ibi refert opi.Inno.& Ho. Eſt ſecundũ quoſdam & quinta
prorogatio de caſu ad caſum:puta in caſu impedimenti pro
cedere põt vnus ex duobus delegatis:vt in caſu,quo pronun
ciatur bene appellatum,iudex à quo hẽt iuriſdictionẽ in cau
ſa principali,vt c.cordi.de ap.li.6. iſta prorogatio an ſit per
miſſa,no.s̃.eo.c.prudentiam.ꝑ Inno.& s̃.eo. c. de cauſis. ibi
dicit,ꝙ iſta eſt potius omiſſio exceptionis,quã iuriſdictionis
prorogatio,vt ibi per eum.collige ergo ex prædictis quinq;
genera prorogationum.de re ad rem: de tempore ad tẽpus:
de perſona ad perſonã:de loco ad locũ:& de caſu ad caſum.
de quo vltimo tetigi.s̃.de offi.archi.c.ſi. ¶Quæro.viſis gene
ribus prorogationum.qui poſſint iuriſdictionem prorogare.
dicit Ho.ꝙ duo sũt genera Chriſtianorũ.ſ. clericorum,& lai
corum.12.q.2.c.duo ſunt.de clericis dic, ꝙ regulariter iuriſ-
dictionem prorogare non poſſunt expreſsè,& in non ſuũ iu-
dicẽ conſentire.j̃.de foro cõpe.c.ſignificaſti.tacitè autẽ poſ-
ſunt,puta in aliena diœce.contrahendo, vel delinquendo. vt
eo.ti.c.dilecti.de vi.& ho.cle.c.ſi.& c.in audientia.de ſen.ex-
cõ.laici aũt an poſsint indiſtinctè iuriſdictionem non ſui iudi
cis prorogare,inuito ſuo iudice,not.Cy.ꝙ ſic in dicta l.ſi qs
ex cõſenſu.in 5.q.& Bar.in l.1.§.& poſt operis.ff.de ope. no.
3 nun.vbi omnino vide.¶Secundò quæro,an† iuriſdictio cu-
iuſcunque iudicis poterit ad oẽs cauſas prorogari. rñ, ꝙ eſt
iuriſdictio delegata,& ordinaria.de delegata iam dixi.de or
dinaria an poſſit ad omnes cauſas prorogari,no. hic Docto.
4 †ꝙ quatuor ſunt genera cauſarum,quædam ſunt ſpirituales:
quædam pœnitẽtiales:quædam criminales: quædam ciuiles.
facit quod no.j̃.de iura.cal.c.literas.& in l. placet. C. de pe-
da.iudi.Quò ad ſpirituales non videtur iſta prorogatio con
ceſſa ſine conſenſu proprij iudicis.j̃.de paro.c.2.& de conſe.
di.5.c.non oportet.Tacitè verò hoc poteſt,domicilium om-
nino



nino transferendo.de paro.c.ſi.Inno.verò.s̃.e.c. de cauſis.re
fert plures opi. Quidam dicunt prorogationem locum habe
re in cauſis criminalibus,& ſpiritualibus, etiam quò ad pœ
nas ſanguinis,excommunicationis,& depoſitionis : dummo
iudices ſint tales,qui habeant merũ imperium, & habeant
poteſtatẽ talia exercendi,& puniendi,licèt non iſtos,qui ꝓ-
rogant.ar.ad hoc.quia licet prorogare per reconuentionẽ:er
go per conſenſum.de mu.pe.c.1.Secunda eſt opi.ꝙ in pænis
ſpiritualibus(quarum iuriſdictio, & poteſtas à nullo venit,
niſi à Deo,vel eius vicario,vt no.Io.An.j̃.de reſt.ſpo.c.olim.
3.) non habet locũ prorogatio: ſed in alia iuriſdi.qua proue
nit appellatio in principẽ,vt Inſt.de iure na.§.ſed quod prin
cipi.habet locum prorogatio,vt dixi.de foro pœnitentiali cer
tum eſt,ꝙ prorogari non poteſt expreſsè ſine conſenſu pro-
prij ſacerdotis.j̃.de pœni.& re.c.omnis. ſimiliter nec tacitè:
puta in aliena diœce.delinquendo.non enim ab illo, vbi deli
quit,ſed à proprio tenetur recipere pœnitentiam, vt no. 16.
q.1.c.1.Tertia eſt opi.& fortè melior iuriſdi.ſpiritualium,&
criminalium prorogari poſſe per ſolum partiũ conſenſum:
dummodo iudices tales ſint, qui de hoc poſſint cognoſcere:
ſed poteſtas excõicandi,vel abſoluendi non. & hoc hic pla-
cet Hoſt.ſiue de ſpirituali forma pœnitentialis,ſiue forma iu
dicialis quæramus.alleg.prædictam Decr. omnis.& de foro
compe.c.ſignificaſti.& de iudi.l.1.& 2.Abb.autem tenet hic
laicum in poteſtate excommunicandi ſe non poſſe ſubmitte
re non ſuo iudici.& bene no.ex prædictis,ꝙ oportet,ꝙ iuriſ
dictio principalis ſit ſimilis iuriſdictioni prorogatæ:vnde co
ram iudice cauſarum ciuilium non poſſet prorogari crimi-
nalis cauſa,nec econtra,vt no.in l.1.C.de iuriſ.om.iudi.& no.
in l.teſtamenta omnia. C.de teſtamen.& l.j.& 2.ff.de iudi.
5 ¶Tertiò quæro,quot requirantur, vt valeat prorogatio.†Ex
glo.collige,ꝙ requiruntur quatuor.ſ. conſenſus actoris, itẽ
rei,iudicis,& ꝙ ex certa ſcientia,non per errorem. Cy.dicit
ꝙ ſex ſunt illa,quæ prorogationem impediunt.compulſio,er
ror, pœnitẽtia,inhabilitas perſonarum,inhabilitas cauſæ, &
inhabilitas iudicis.Primum de compul.probatur.ff. de iudi.
in l.2.circa prin.Secundum eſt error,quod probatur e.ti.l.2.
& ff.de iuriſ.om.iu.l.ſi per errorem. dic vt ibi. Tertium eſt
pœnitentia,quę poteſt interuenire vſq; ad lit.conteſta. vt ibi
per eum in 2.q.Quartum eſt inhabilitas perſonarum,vt ſunt
furioſi,pupilli,& ſimiles.Quintum eſt inhabilitas cauſarum,
vt ſi ſint meri,vel mixti imperij,ſecundùm eum in l.1. C. de
iuriſ.om.iudi.aliter dixi.s̃.Sextum eſt inhabilitas iudicis, vt
l.priuatorum.e.ti.Ad illud autem,quod dixi de errore.quid
iuris,ſi partes procedunt coram iudice ſuper cauſa,quæ non
ſpectat ad eius iuriſdictionem.an taliter procedendo videan
tur eius iuriſd.tacitè prorogaſſe?dic vt no.Inno.s̃.e.c.prudẽ-
tiam.poſt prin.& ibi per Io.An.ſuper gl.2.ſuper ver. non po
teſt.& verſi.ſed neuter.¶Quartò quæro.dictum eſt s̃. ꝙ iu-
riſdictio delegata poteſt prorogari de re ad rem,& de tem-
pore ad tempus.quæro ergo, cuiuſmodi erat iſta iuriſdictio
prorogata.dicit glo.ꝙ erit eiuſdem ſpeciei cum prima,& il-
lius naturæ. vnde ſi non poteſt in prima appellari, ſimiliter
nec in illa.& hoc tenet Cy.in d.l.ſi qui ex conſenſu.idem e-
nim iudicium eſt habendum de augmento dotis,quod de ip
ſa dote.ff.de pac.do.l. inter ſocerum. §. cum inter. & ex hoc
colligitur determinatio quęſtionum, vtrùm à iudice, cuius
eſt prorogata iuriſdictio,non poterat appellari : an idem in
iuriſdictione prorogata,vel econuerſo.& tenet hic gl.ꝙ idẽ.
Item reuocata iuriſdictione principali per translationem,
vel per dele.reuocatur iuriſdictio prorogata.de quo in Spe.
in ti.de le.§.nunc dicamus.ver.ſi.& de compe. iudi. adi.§.1.
verſi.quid ſi duo Piſani.dic,vt in d.l.ſi qui.per Cyn.in fin. &
poſſet hic dubitari.an ſicut delegãs cognoſcet de principali
reuocata:ita & de ꝓrogata.Itẽ ſicut poteſt punire turbantes
iuriſdictionem ſuam in principali.ita & in iſta cauſa proro-
gata. dicit hic Innoc.quòd ordinaria prorogata licèt poſſet
ſuos ſubditos excommunicare : non tamen alios. ſed poteſt
omnes iudicare,non aliàs punire. Alij contradicunt ſecun-
dùm eum.hic non ſunt alia &c.

*S V M M Æ.*

1 *Aetas certa requiritur in iudice delegato.*
2 *Princeps poteſt delegare cauſam etiam minor 18.annorum.*

CVm viceſimum. Sunt tria di-
cta. Primũ,
ꝙ maior 20.annis poteſt à quocunq; dari delega-
tus.Secundò ꝙ maior 18.annis etiam à quocunq; datur de
conſenſu partium.Tertium,ꝙ princeps in quacunque ætate
1 delegat.¶No.primò,†ꝙ in iudice delegato requiritur cer-
ta ætas,& quędam alia,de quibus per Io.An.s̃.eo. c.pro de-
bilitate.& intellige,ꝙ exiſtens in 20.anno poteſt delegari in
uitis partibus,& inuitus,ſi eſt 25.an.ſecundùm Hoſt.qui ſic
dicit intelligendam.C.de aduo.diuer.iudi.l.ſancimus.in fin.
& facit quod no.in c.ſtatut.in prin. lib.6.in glo. dignitas.il-
lud enim,quod ibi ſimpliciter dicitur de cauſis delegandis
conſtitutis in dignitate,perſonatu, & canonicatu,intelligi-
tur cum limitatione huius.c.vt ſit.ſ.ætatis,de qua hic: vt ſic
limitetur conſtitutio poſterior per priorem,vt l.ſed et poſte
riores.ff.de leg.¶Secundò no. ꝙ minor. 20. annis maior tñ
18.poteſt eſſe delegatus de partium voluntate,quæ præſumi
tur adeſſe, cum ſciunt ætatem ipſius delegati,vt not.Azo in
ſumma de iudi.§.2.in fi.& intellige, ꝙ debet conſentire etiã
ille,qui datur,ex quo minor eſt 25.annis.¶Tertiò no.quòd
2 princeps†poteſt delegare cauſam etiam minori.18. annorũ.
nam & talem poteſt facere ordinarium, quod eſt plus,vt l.q
dam conſulebant.in fin.ff.de re iudi. Sacrilegij enim inſtar
obtinet dubitare de eo,quem princeps elegit.C.de cri.ſacri.
l.diſputari.in Auth.vt iud.ſi.quoquo ſuf.§.eos aũt. ibi [quos
enim]&c.colla.2.Item princeps eligendo inhabilem, vide-
tur diſpenſare ſuper illa inhabilitate,vt d.l.quidam.& de fil.
presby.c.veniens. per Innoc. & c. diuerſis fallacijs. de cler.
coniug.¶Vltimò no.ꝙ annus 20.debet eſſe completus. con
tra quod glo.1.op.& ſol.& de iſta materia,an dies,annus,vel
mẽſis cœptus habeatur pro completo.dic,vt l.ſi quæramus.
ff.de teſta.& l.3.§.morem.ff.de mino.cum ſi.¶Secundò op.
dicitur hic,ꝙ de conſenſu partium poteſt eſſe iudex, qui eſt
in 18.contra de l.cum lege.ff.de arbi.vbi requiritur, ꝙ ha-
beat.20.So.aliud in arbitro, aliud in iudice. rationem diffe-
rentiæ dic.vt in glo.¶Tertiò op.de l.1.§.pueritiam.ff.de po
ſtu.vbi in 17.anno poteſt quis eſſe aduocatus.So.aliud in ad
uocato,quem pro libito quilibet ſibi eligit : aliud in iudice,
cum quo agitur de alieno præiudicio, & de publica honeſta
te.& ideò non mirum,ſi in iudice requiritur maior ætas,quã
in aduocato:ſicut requiritur maior in procuratore ad iudi-
cia,quã in procuratore ad negocia.facit c.non iniuſtè.de ꝓ-
cura.& l.ſi minor.ff.de procura.& aduertendum cum ſcrip-
tum ſit in toto ti.de mino.de reſti.mi.ſi lædantur.quid erit,ſi
per imperitiam iudicauerint:cum teneantur iudices ex quaſi
maleficio, & faciant litem ſuã,vt Inſt.de ob. quæ ex quaſi de
lic. in princi. An ſi minores ſint iudices, & per imperitiam
(non dico per dolum,)pronunciant,poſſint reſtitui, dubito.
Quòd enim poſſint,facit.quia non eſt verum delictũ,in quo
reſtitutio non competeret,vt l.auxilium. §. in delictis. ff. de
mino.& l.1.& 2.C.ſi aduer.delic.quæ facit, ꝙ delicto negli-
gentiæ excuſatur minor.In contrarium facit:quia cum alte-
rius præiudicio non videtur iſta facultas iudicandi à iure cõ
ceſſa.& quia videtur aſſerere ſe peritum, ſi ſuſcipit delega-
tionem : ideò teneatur, vt no.in l.2.ff.quod quiſque iur.Co-
gita,& vide quod not. in d. l. ſi minor. de procur. conclude
ergo ex prædictis, quod aut loquimur in arbitris : & re-
quirĩt,ꝙ habeat 20.annum.aut ĩ aduocato:& dic,vt.§.pueri
tiã.aut ĩ ꝓcuratore:& dic vt c. nõ iniuſtè. aut ĩ iudice ordina
rio

rio:& dic vt l.quidam conſulebāt.aut in delegato:& tūc aut
in delagato à principe:& tunc omnis ætas ſufficit, ſi ſcienter
dedit:aut in delegato alterius:& tunc aut delegāt inuitis par
tibus:& debet eſſe 20.ann.aut conſentientibus:& debet eſſe
18.vt hic probatur in iſto.c. In alijs autē promouēdis ad or
dines, beneficia, vel dignitates dic vt in c.cum in cunctis. de
electio.

*S V M M Æ.*

1 *Arbitri & delegati aliquando conueniunt, & aliquando differunt.*
2 *Caſus, in quo expirat iuriſdictio delegata.*
3 *Arbitramentum an tranſeat in heredem.*

VNo delegatorū. Poteſtas plurium delega
torum, vel arbitrorum ſimpliciter data expirat p
mortem vnius h.d.Et prima pars ponit dictū. Secunda ex-
ceptionē à dicto, ibi [niſi.] ¶ Not.primò, ꝙ impedito vno
ex pluribus habētibus officium cōe,impediuntur & reliqui.
concor.quod not.de præben.c.ſi cui.lib. 6.in 6. glo. ¶ Scdò
1 not. ꝙ conueniunt delegati †,& arbitri: interdū differunt, vt
not.ſ.c.proxi.& de arbi.c.2.lib.6.in fi.¶ Tertiò not.caſum,
2 in quo expirat iuriſdictio † delegata.ſ.eod. c. in literis.
¶ Quartò no.ꝙ verba multum operātur. durat enim iuriſdi
ctio cum clauſula, quæ aliàs expiraret.ad idem de priuile.c.
ſi Papa.§.1.in fi.lib.6.Iſta ſunt not.Ioā.And. ¶ Quintò not.
ꝙ in onere, vt officio iudicandi, vel arbitrandi cōi pluribus
nō habet locum ius accreſcendi, vt portio oneris alij accreſ
cat. poterat enim dici contrariū,cum iuriſdictio delegata ſit
inſolidum penes omnes : licèt nō exercitium. vt not.ſ.eod.
c.prudentiam. in prin. Sed dic, quòd cū iſta iuriſdictio(ſicut
& arbitraria)ſit ſtricti iuris,vt ſ.eo.c.P.& G. & l.non diſtin-
guemus.§.de officio.ff.de arbi.non habet locum ius accre-
ſcendi in talibus, vt l.ſi mihi & tibi.ff.de verb.obl. ¶ Oppo.
& videtur,ꝙ ſi vnus ex pluribus moriatur, poſsint ſuperſti-
tes expedire,vt no.j.de procu.c.ſi duo. §.fi.li.6. & de teſt.c.
fi.eod.lib.Sol.illa iura loquuntur in diuerſis caſibus.ſ.in pro
curatore cauſarum ſpiritualium, & in executoribus vltimæ
voluntatis.& idem in iudicibus ordinarijs,vt not.j. de arbi.
c.2.ſuper.6.glo.vbi plenè.& aduerte quia iſtud. c. & prędi-
cta iura loquuntur, cum competit aliquid pluribus æquo iu
re. Si autem vni competeret principaliter: alteri vt conſilia-
rio, vel vt præſentiā exhibenti,ſiue conſenſum. dic, facilius
cōſolidāt poteſtas in illū,qui debet principaliter, actū gere
re ſi debens pbere præſentiā,conſiliū,vel conſenſū rebus ſit
humanis exemptus,vt in c.2.ne ſede vacan. ¶ Quærit glo. q̄
eſt ratio huius iuris,ꝙ vno mortuo expirauit officiū quò ad
omnes. reſpondet glo.ꝙ neuter illorū erat iudex inſolidum:
cum omnes iudicare iuſsi ſint: meritò per mortem vnius ex
pirat poteſtas omnium.vt ar.l.peculium.§.quadrigæ.de leg.
2.& quod not.ſ.eod.c.prudentiā. & per iſtū tex.reprobatur
opi. Vber.de Bo.qui tenebat, ꝙ vno ex tribus arbitris dece
dente,alij duo poterant terminare,per l. quod maior. ff. ad
munici.ad l. ſi in tres. & ad alia iura allegata in glo. magna
reſpondebat,ꝙ loquuntur in abſente. qui debebat expecta-
re, cū alios poſſet trahere in ſuam ſentētiam, vt ibi:ſecus in
mortuo,contra quem facit l.ſi quis arbitratu. ff.de verb.ob,
Sed reſpondet ipſe, ꝙ loquitur, cum in vnum tātùm erat cō
promiſſum.cuius opi. reprobatur per hunc rex. De hoc ple-
nè in ſumma de arbi.§.qualiter cōſtituāt.ſub.§. cōſtituitur.
ver.ſinautem in duos.& ſe.& ita dicit hic Io. An. ex cuius di
cto collige,ꝙ illud,quod hic dicitur in arbitro ad litem, ha-
bet locum in arbitratoribus aſſumptis ſuper contractibus,
vt aliquid arbitrentur:vt.ſ.per alterius mortem expiret arbi
trium: an autem recurratur ad alium.dic, vt l. 1.ff.de leg. 2.
& l.ſi.ff.de contrahen.emp. ¶ Secundò q̄ro. hic loquitur de
impedimento mortis : quid de alio impedimēto perpetuo :
dicit glo.ꝙ idem:puta ſi efficiatur furioſus, infamis, vel ali-
ter inhabilis: ſecus ſi impedimentū eſt temporale. quia tunc
debet expectari, ne expiret delegatio per impotentiam tem
poralem vnius.& idem credit Inno.de excommunicatione,
quæ habeat ſuſpendere, non extinguere delegationem, vel
arbitrium, vt ſ.eod.c.prudentiam. §. ſexta. & aduerte, quia
iſte tex.dum dicit, ꝙ extinguitur delegatorum poteſtas per
mortem unius, debet intelligi, niſi fuiſſet ſcriptū dignitati:
vel niſi commiſiſſet collegis vices ſuas, & ante mortem incę
piſſent procedere:vel niſi eſſet in reſcripto clauſ.ꝙ ſi non om
nes.] vel clauſ. [ nos vel alter ] vt hic per ordinem probant
ſ.eod.c.quoniam abbas.& c.licet.& c.prudentiam. & j. eo.
c.cum plures.li.6. ¶ Tertiò quæro, vtrùm illud, quod hic
dicitur, quòd expirat iuriſdictio delegata per mortem : vel
arbitrium per mortem vnius delegatorum, vel arbitrorum
habeat locum, ſi moritur vnus ex litigatoribus. Ad-
uerte quia in hoc differentia eſt inter arbitros, & iudi-
ces.quia poteſtas arbitrorum mortuo vno ex litigatoribus,
omnino expirat.vt ff.de arbi.l.diem proferre.§,j.poteſtas ve
rò delegati durat cōtra hæredem realiter poſt litem inchoa
tam,& qn̄q; ante,vt no.plenè Io.An.in c.is qui in ius.de reg.
iur.lib.6.in mercuri.Inſtantia ergo iudicij tranſit contra hæ-
redem,non inſtantia arbitri.vt l.ſi eum hominem.ff. de fide-
iuſ.vbi plenè per Barto.& dixi de iudi.c.quia.V.pro ratione
differentiæ cogita. Ad hæredem autem iudicis, vel arbitri
nunquam tranſit poteſtas pronunciandi : quia nec ali-
quod officium,vt l.cuius bonis.ff.de cura.furio.& l.tutela.ff.
de tut.vbi nec officium commiſſariæ ad hæredem tranſit.
3 ¶ † Quid de arbitramento,an tranſeat in hæredem:ita quòd
arbitratores poſsint contra hæredem pronunciare. Specu.
quòd ſic.quia arbitramentum eſt quædam tranſactio, vt in
Auth.vt diffe.iudic.poſt princ.vnde,ſicut contractus puri, &
conditionales, tranſeunt ad hæredem, & contra hæredem,
vt. C. vt act.ab her.& contra her.l. 1. ita & arbitramentum
quod not.

*S V M M Æ.*

1 *Poteſtas ſubdelegandi delegato principis non tollitur ſub quacunq; forma fuerit delegatus, ſiue de conſenſu partium, ſiue ex officio iudicis.*
2 *Iudices quandoque delegantur ex officio, quandoque pro communi conſenſu.*
3 *Cum, dictio eſt copulatiua, ſicut & dictio, & : et qualiter coniungat.*
4 *Papa quando committit negocium perſonaliter exequendum, an poſſit ſubdelegare.*
5 *Subdelegatio non habet locum, vbi eligitur induſtria perſonæ.*
6 *Legatus ſedis apoſtolicæ poteſt alijs ſubdelegare quæcunque negocia ei committantur.*
7 *Simplex miniſterium quid dicatur.*
*Et quid ſi eſt commiſſum alicui, an reintegra mortuo mandatore, expiret poteſtas iſta.* 8.
9 *Media iudicij ſi committuntur ſeparatim, an videatur commiſſa iuriſdictio, vel ſimplex miniſterium.*

QVoniam. Subdelegare poteſt delegatus
Papæ:licèt datus ſit ex officio,
vel de partium conſenſu,vel cum clauſula[ quòd ſi
non omnes,tu cum altero]&c. Idem poteſt conſentientibus
partibus is, cui committitur negocium perſonaliter exe-
quendum.fallit in duobus caſibus:ſecus ſi commiſſum ſit ſi-
bi nudum miniſterium.Partes patēt.Secūda ibi[ idē quoq;.]
Tertia ibi[ is autē.]Quarta ibi[ ceterū.]¶ No.primò,ꝙ po-
teſtas ſubdelegandi delegato principis non tollitur,ſub qua
cunque forma fuerit delegatus,ſiue de conſenſu partium,ſi
ue ex officio iudicis,vel quomodocunque. variatio ergo mo
di, & formæ non mutat naturam rei, vt l. ordo.ff.de publi.
iudi.



iudi. videbatur contrarium, videlicet, quòd papalis pro-
uiſio, ſiue forma præfixa mutaret naturam iuriſdictionis
à lege inductam, vt l.ſi cū dotis.in prin.& ibi materia.ff.ſol.
ma.Sed contra.eſt verum,vt hic. quia verba cuiuslibet diſpo
ſitionis ſunt intelligenda ſm̄ naturam ſubiectam, de qua loq
mur,vt l.ſi ſtipula.ff. de vſur. & l. ſi vno. ff. loca. facit quod
no.in c.cum aliquibus.de reſcrip.lib.6.& c.hi,qui auctorita
2 te.de præben.lib.6.¶ Secundò no. ꝙ quandoq; iudices dele
gantur ex officio. qn̄q; pro communi conſenſu. & ita ſe hēt
cōſuetudo curiæ, videlicet ꝙ vna pars eligit vnum:alia aliū.
& ſi non fuerunt cōcordes,dat curia ex officio, & bene.arg.
l.iuſiurandum.§.ſi de qualitate.ff.de iureiuran.videbatur er
go propter conſenſum partium, vel adhibitum iudicis offi-
cium non poſſe iudices ſic electos poſſe aliis ſubdelegare.
ſed poſſunt ratione,de qua ſ.in primo notabi.ſi tamen vnus
ſubdelegare voluerit, non poterit compellere renitentem:
cum ſolus nequeat procedere in cauſa,vt ſupra c.prudentiā.
ſi enim non poteſt cogere partem, ergo nec extraneum. &
hoc tenet Egi.ſupra eo.c.paſtoralis.& aduerte quia licèt hic
dicatur, ꝙ poſsit ſubdelegare his caſibus : tamen poterit &
recuſatio locum habere. quia per hanc poteſtatem ſubdele-
gandi non videtur ſublatum beneficium recuſandi:de quo p
Hoſtien. in ſumma e.ti.§.quod ſit eius officium.ver. ſalua re
uerentia.& ſeq.vbi inuenies de tertio, qui committit electo
ab vna parte,vel cum electus ab vna committit electo ab al
tera.¶ Tertiò no. in ver.idem quoq;. ꝙ non eſt differentia,
delegetur cū pluribus copulatiuè, vel per iſtam dictionem,
3 cum.†iſta enim dictio,cū, ita eſt copulatiua, ſicut & dictio,
&.quandoq; tamen non coniungit principaliter, ſed acceſ-
ſoriè,vt l.ſi cui.ff.de fundo inſtru.quod vt cognoſcas, diſtin
gue.nam quandoq; ponitur inter res, quarum natura eſt,vt
vna accedat alteri:tunc dictio,cum,coniungit acceſſoriè:ſed
dictio,&,coniungit principaliter,vt d.l.ſi cui.qn̄q; non eſt ta
lis natura rerum, ꝙ vna accedat alteri:tunc dictio,cum,con
iungit ita principaliter:ſicut dictio,&.ſi autem ponitur inter
perſonas,ſemper coniungit principaliter, vt ff.de vſufru.ac-
cre.l.ſi quis Titio.& l.ſi mulieri.& dic vt not.Cy. in l.fi.C.de
impu.& aliis ſubſti.l.fi.& hoc not.Bal. in l.Titiæ textores.§.
nihil diſtat.de leg. 1. ¶ Quartò not. in verſi.is autem. quòd
4 †interdum Papa committit negocium perſonaliter exequē
dum:quo caſu non poteſt ſubdelegare,niſi de conſenſu par-
tium.de conſenſu tamen poteſt, vbi inquiſitio, vel prouiſio
eccleſiæ demandetur:conſenſus ergo partium præter inten-
tionem principis operatur. facit quod not. in c.cum ab ex-
communicato.ſ. de reſcrip. vtrùm.ſ.ante conditionis euen-
tum,ſub qua negocium demandatur, poſsit de conſenſu par
tium procedere delegatus ad hoc.dic vt no.ſ.eod.c.pruden-
5 tiam.in prin.¶ Quintò not. ꝙ †vbi eligitur induſtria perſo-
næ,non habet locum ſubdelegatio:& tunc videtur eligi, cum
magna committuntur. Quæ autem dicantur magna, vel par
ua,iudicis arbitrio relinquuntur,ſecundùm Inn. Hoſt. dicit
tunc videri electam induſtriam,cum id committit,quod cō-
cernit fauorem publicum,vt inquirere, vel de miniſtris ec-
cleſiæ prouidere. Cum aūt concernit fauorem priuatorum,
non vr̄ electa induſtria:ideò de cōſenſu partium poteſt ſub-
delegari, etiam ſi dictū fuerit, ꝙ perſonaliter exequatur,vt
hic.Et aduertendum, qa non ſolùm in iſta materia delega-
torum dubitatur,an habeat locum ſubdelegatio : ſed etiā in
materia procuratorum,tutorum, & aliorum adminiſtrato-
rū:an poſsint per alios gerere,& adminiſtrare. facit Cle.reli
gioſus.de procura.& l.neq; tutores.C.de procura.& l.ita au
tem.§.geſsiſſe.de admi.tu. facit l.vnum ex familia.ff.de leg.
2.eadem eſt dubitatio de doctore,& aduocato,an poſsint le
gere, & aduocare per ſubſtitutum.de qua per Bar. in l.ne-
mo eſt qui neſciat.ff.de duo. reis.& C.de cadu. tol. l.1.§.ne
autem.Item de illo,qui tenetur dare,vel facere, an poſsit da
re,& facere per aliū,de quo in l.ſuus.ff.de hæ.inſti.& l.Are-
6 tuſa.ff.de ſta.ho.¶ Sextò no. †ꝙ quæcunq; negocia commit
tantur legato apoſtolicæ ſedis,poteſt aliis ſubdelegare : cir-
ca enim curam totius prouinciæ occupati non poſſunt com
modè ſingulorum negociis intereſſe. ideò vbi cura reipubli
cæ imminet gubernanda,iſta omnia poſſunt aliis demanda-
ri,vt dicit alibi Imperator in l.præcipimus.in prin.C.de ap-
pel.ad hoc in Auth.de defen.ciui.§.deinde.& §.audiant quo
que.coll.3.¶ Septimò no.ꝙ ille,cui cōmittitur ſimplex mi-
7 niſterium,non poteſt aliis demandare.†& dr̄ ſimplex mini
ſterium,qn̄ committitur ſine iuriſdictione,vt hic. ¶ Octauò
& vltimo ex prędictis colligit Hoſtien.talem diſtinctionem,
ꝙ aut committitur certum,& nudum miniſterium.ſ.ſine ali
qua iuriſdictione:& hoc non poteſt ſubdelegari,niſi à lega-
to,vt hic.aut veſtitum:& tamen poteſt alii demandari,vt re-
belles coercere.ſ.eo.c. ex literis. Aut cōmittitur iuriſdictio:
& tunc aut dicitur in commiſsione, ꝙ perſonaliter exequāt,
aut ſimpliciter ſcribitur. Primo caſu aut quod committitur
concernit priuatam vtilitatem : & de conſenſu partium pōt
alii demandari.aut concernit publicam:& non poteſt,etiam
de conſenſu, vt hic.¶ Venio ad oppo.dr̄ hic, ꝙ ſi committi-
tur inquiſitioni,non poteſt alii delegari contra.ſ.c. venera-
bili.Sol. hic dictum fuit, ꝙ inquiſitionem perſonalem exe-
quantur,ibi nō. Vel dic, ꝙ ibi erat mandata inquiſitio de ſu
ſpecto, non ad hoc vt prælatus remoueretur:quia tunc non
poſſet delegari: ſic & alibi, ꝙ tutoris datio demandari non
poteſt,vt ff. de tu.& cu.da.ab his.l.nec mandante.& tamē co
gnitio de ſuſpecto tut.ſimpliciter demandari poteſt.ff.de of.
eius,cui manda.eſt iuriſ.l.cognitio.¶ Secundò oppo,hic di-
citur, ꝙ quando mandatur, vt prouideat eccleſiæ de mini-
ſtris,non poteſt ſubdelegare.contra.j.eo.c.is cui. lib.6.Sol.
hic fuit facta commiſsio perſonis non expreſsis:ibi ſecus.de
bet enim tales inquirere de vita, & moribus miniſtrorum.
quod dic,vt in Cle.1.eo.ti. vbi regulariter quando poſsit cō
mittere vices ſuas ille,cui teſtium receptio, vel alicuius pro-
uiſio demandatur.¶ Tertiò oppo.dicitur hic, ꝙ habens po-
teſtatem prouidendi non poteſt alij delegare. contra ſupra
de elec.c.cauſam quæ.& c.quia propter.verſi.vel ſaltem.So.
dicit Ho.quòd aut poteſtas prouidendi competit de iure cō
muni.& tunc poteſt committere, vt in contrarijs. Aut iure
commiſsionis factæ ab homine, & tunc non poteſt commit
ti,vt hic.ratio diuerſitatis eſt : quia quando habet legis be-
neficio,dicitur ius ſuum proprium:ideò in alium facilior eſt
trāslatio,quàm quando habet beneficio alieno. vt l.& quia.
& l.more maiorum.ff. de iuriſdi.omnium iudi. & l. 1.§.fina.
ff.de officio eius, cui man. eſt iuriſdi. & idem eſt dicendum
de iuriſdictione,quam quis habet à lege,vt alij delegare poſ
ſit:ſecus ſi habet ab homine, vt l.à iudice. C.de iudi. quod
eſt verum,niſi in delegato principis, qui etiam à lege habet
ſubdelegandi poteſtatem, vt d.l. à iudice. facit quod not.in
dicta Clemen.iudices. ¶ Quartò oppo.de cap. fina.infra de
offi.ord. vbi dicitur, quòd ille, cui committitur abſolutio,
poteſt ipſam alij delegare. Solu.ibi loquitur, cum compe-
tit & ex officio,& per priuilegium,& ſic iure ſuo: ſecus ſi iu-
re delegationis, & ſic beneficio alieno, vt dixi ſupra proxi.
oppo. ¶ Quintò oppo. dicitur hic in fin. quòd quando cer-
tum miniſterium ſine iuriſdictione committitur, non poteſt
alij delegare. contra de reg. qui per alium facit. Solu. dicit
Innocen.illud habet locum in temporalibus miniſterijs: ſe-
cus in ſpiritualibus, vt eſt caſus hic. Si enim quis tenetur
aliquid facere,non liberatur per alium faciendo. quia aliud
eſt factum vnius : aliud alterius. ideò in obligationibus fa-
cti non accedit regulariter fideiuſſor,niſi iuxta no.in d.l.ne-
mo eſt qui neſciat.& l.cum filius.§.2.ff.de verbo. obligatio.
¶ Sextò oppo. dicitur, quòd illi, cui committitur excom-
municare, abſoluere, diſpenſare : videtur commiſſum mi-
niſterium ſine iuriſdictione. contra. iſta habent cauſæ co-
gnitionem admixtam,& iuriſdictionem,& ſimiliter inquiſi-

tio.j̃.de accu.c.qualiter.2.Iſte autẽ tex.dicit, ꝙ ideo nõ ſub
delegantur:quia ſimplex miniſterium eſt commiſſum,quare
malè.Solu.dicit Inno.ad id, quod obijcitur de inquiſitione,
reſpondetur,ꝙ ibi eſt electa induſtria perſonæ. ſed illud de
excommunicatione,& abſolutione intelligitur,quando præ
ciſè,& ſine cauſæ cognitione demandatur: tunc enim ſubde
legari non poſſunt,niſi à legato ſedis apoſtolicæ: & exponit
Innocen.excommunicare,ideſt denunciare.nam ſi Papa cõ-
mitteret alicui,quòd excommunicaret: non tamen dẽt hoc
facere ſine cauſæ cognitione,& monitione præmiſſa. de ſen.
excom.c.ſacro.2.q.1.c.nemo.vel intellige ergo tex.illum,ꝙ
Papa cauſam examinauit vſq; ad ſententiam, & mandauit
ſententiam ferri, & rebellem excõmunicari. & ſic intellige
hunc tex.& ſimiliter dic in diſpenſatio.quam plena cauſæ co
8 gnitio ante commiſſionem præceſſit.¶Quæro.†quãdo ſim-
plex miniſterium eſt alicui commiſſum, an re integra mor-
tuo mandatore expiret poteſtas iſta.Io.An. remittit ad not.
s̃.c.licèt.& ego ad no.plenius in c.quoniam abbas.s̃.e. & ad
no.per Bar.in l.fundi.ff.de acqui.poſſeſ.vbi vide.¶Secundò
q̃ro.q̃d ſi alicui,proprio noĩe non exp̃ſſo, ſed dignitatis,ali-
quod miniſterium eſt commiſſum,& ipſo inexpleto moria-
tur:an ſucceſſor perficere poterit?Dicunt quidam, conſide-
randam eſſe naturam,& negocij qualitatem.Aut enim illud,
quod commiſſum fuit, per alium expleri poteſt,& conſue-
uit(vt recipere teſtes,excommunicare,& abſoluere.)& tunc
tranſit ad ſucceſſorem.argu. in Authẽ. vt nulli iudic. §. hoc
verò iubemus.colla.9.Aut eſt tale quid,quod non conſueuit
per alium explicari(vt prædicare,diſpenſare, & pœnitentias
iniungere.)& tunc tranſit ad ſimilem,non diſſimilem ſucceſ
ſorem.C.de cadu.tol.l.1.§.ſinautem talis. & de ſolu. l. inter
artifices.Alij dicunt,ꝙ quodcunque miniſterium demanda-
tur,nunquam tranſit ad ſucceſſorem. & hoc tenet Innocen.
Hoſtien.tenet prædictam diſtinctionem.nam poſtquam di-
gnitati ſcribitur,potius videtur eſſe electa dignitas,quã per-
ſona,vt patet in eo, quod no.s̃.eo.c.cum olim magiſter.Non
enim refert,per quem expediantur,dummodo bene fiat, ſe-
cundùm intentionem mandantis, vt patet in eo, quod legi-
tur,& not.s̃.de reſcrip.cap.eam te.vbi omnino vide,quando
mandatum vni directum teneatur alius adimplere.¶Tertiò
quæro.†quid ſi media iudicij ſeparatim committuntur, an
9 videatur commiſſa iuriſdictio, vel ſimplex miniſteriũ?Inno.
proſequitur de illo,cui committitur,vt citet.dicit Hoſt. quòd
poterit citare per epiſtolam:quia & arbiter id poteſt, vt l.ſed
ſi interpellatur.ff.de arbi.De receptione teſtium dicit,quòd
poterit teſtes cogere. Item ſi coram eo falſum depoſuerint,
punire. illud eſt verum, ſecundùm Hoſti.ſi talis coerctio iſti
ſpecialiter eſt commiſſa,& non aliàs,vt.s̃.eo.c.ſuper quæſtio
num.§.1.& §. porro. vbi ergo iſtis eſt commiſſa iuriſdictio
ſuper illo articulo,poterit alij delegare:aliàs non, vt ſupra.e.
c.ex literis.& vide in Specu.de iuriſ.omnium iudi.ver. & no.

# De officio legati.

QVIA officium legati eſt ſimile officio dele-
gati,quamuis ſit latius; ideo &c. Repetitur
in Sexto multũ vtiliter.facit ad materiã.ſup.
de conſuetu.c.cum venerabili. vbi patet le-
gatos de latere dare inferioribus prælatis li
centiam tranſeundi, & exemptorum ele-
ctiones confirmare.de offi.lega. c.vlti. ad finem.vbi ponitur
prærogatiua legatorum Papæ: quibus etiam ob prærogati-
uam meritorum ſolet committi legatio.de præſump.c.man-
data.Item facit de præben.c.ſi eum.& c.hi qui.& c.ſi apoſto
licæ.eo.libro.

*S V M M AE.*

1 *Iuriſdictio legati non poteſt à ſubditis probabiliter ignorari.*
2 *Metropolitanus quòd non poſſit cognoſcere de cauſis ſuffraganeorũ,*
*niſi deuoluantur ad eum per appel.quomodo intelligitur.*
3 *Legatus Papæ poteſt adiri per ſimplicem querelam: ſicut & Papa.*
*Et eius vice fungitur.4.Et an poſſit epiſcopum deponere. 5.*

CVm non. Delegatus Papæ per ſimpli-
cem querelam aditur.hoc d.
præmittit cauſam in genere,ex qua poſtea cõclu-
1 dit,ibi[ſanè.]¶Not.primò,†ꝙ iuriſdictio legati non poteſt
à ſubditis probabiliter ignorari:quia non poteſt eſſe nõ no-
toria in illis partibus.de poſtu.c.1.de transla.c.quantò. ver.
ne autem.¶Secundò no.ꝙ gerit quis quandoq; duplicẽ per
ſonam. ſ. vt legati, & vt metropolitani. & põt ex vna ſpecie,
quod non poteſt ex alia.facit c.cum inter vniuerſas.de ele.fa
cit ad no.in c.cum ex officij.j̃.de præſcrip.per Inn.¶Tertiò
2 no.†ꝙ metropolitanus non poteſt cognoſcere de cauſis ſuf
fraganeorum,niſi deuoluãtur ad eum per ap.& intellige hoc
verũ de cauſis ſubditorum ipſorum ſuffraganeorum. cãs ve
rò epatuũ, & epõrũ ſuæ prouinciæ bene audit,ſi eps eſt reus
11.q.1.c.ſi clericus.de ſen.excõ.c.venerabilibus.§.2.lib.6.
3 ¶Quartò no.†ꝙ legatus Papæ poteſt adiri per ſimplicẽ que
relam,ſicut & Papa,cuius vices gerit.& ſic omiſſo ordinario
aditur epiſcopus,ſicut Papa.& hoc no.Ioã.2.q.6.c.3.& 9.q.
3.c.conqueſtus.& 25.q.2.c.3.De iure verò ciuili ẽt Impera
tor non poteſt adiri,omiſſis medijs,nec principaliter, nec p
viam appellationis,vt l.Imperatores.ff.de ap.& in Auth. de
man.prin.§.fi.¶Quintò no.ꝙ officium legationis quandoq;
conceditur dignitati,& officio,non perſonæ. In dubio verò
cum committitur legatio alicui conſtituto in dignitate, an
videatur facta commiſſio dignitati, vel perſonæ. dic vt in c.
mandata.j̃. de præſump.& quod no.in c.cum veniſſent.j̃.de
4 inſti.& de do.præleg.l.pater filio.per Bar.¶Sextò no.†ꝙ le-
gatus fungitur vice Papę.ſicut ergo ipſe,ita & eius legatus eſt
honorandus.s̃.ti.1.c.cum olim.facit l.ſed ſi hac.§.fi.¶Opp.
& videtur,ꝙ legatus non poſſit adiri per querelam.11.q.1.
c.peruenit.So.ſpeciale eſt hic,quia ſi non poſſet adiri p que-
relam,inutile eſſet officium legationis, cum via ordinaria vt
ſuperior potuiſſet adiri,vt j̃.e.c.paſtoralis.Inutile ergo eſſet
illud officium,& verba debent aliquid operari,vt l.ſi quan-
do.de leg.1.& vide in ti.de leg.§.ſupereſt in prin.¶Quærit
5 gl.† vtrũ legatus poſſit epiſcopum deponere. tenet ꝙ nõ:qa
ea,quę ſunt ſpecialiter reſeruata,non tranſeunt per genera-
le mandatum.ff.de offi.eius,cui manda.eſt iuriſdi.l.1.Ioa.tñ.
2.q.6.§.ſi quidem.tenet,ꝙ metropolitanus poteſt ſententia
re epiſcopum deponendũ:licèt deponere nõ poſſit: pro quo
facit quod no.in l.iubere cauere.ff.de iuriſ.om.iud. dicit ta-
men glo.ꝙ legatus poteſt deponere presbyterum,adiunctis
ſibi alijs epiſcopis,& certo caſu etiam ſine epiſcopis,vt.j̃.de
hære.c.1.lib.6.

*S V M M AE.*

1 *Delegatus Papæ in cauſa ſibi commiſſa non poteſt impediri per le-*
*gatum.*
2 *Speciale mandatum derogat generali.*
3 *Legatus de latere non poteſt infirmare ſententiam delegati papæ.Po*
*teſt tamen confirmare,& executioni mandare.*

STuduiſti. Legatus Papæ de cauſa alteri ſim
pliciter delegata per Papam non
intromittere ſe poteſt.Communis diuiſio.Secunda, ibi
1 [reſpondemus.] ¶Nota primò, † quòd delegatus Pa-
pæ in cauſa ſibi commiſſa non poteſt impediri per lega-
tum: videtur ergo exempta à generali iuriſdictione lega-
ti, cauſa commiſſa alteri ſpecialiter. quod eſt verum,
ſi op-



ſi opponatur exceptio:aliàs crederẽ,ꝙ teneret proceſſus le
gati ſuper cã alteri ſpecialiter delegata. arg. c.ſi duobus.de
app.& quod no.in c.cũ.M.Ferrariẽ.s̃. de conſti.per Inno.
2 ¶Scdò † no.ꝙ ſpeciale mandatum derogat generali: & hoc
verum in reſcriptis,vt s̃.de reſcrip.c.1.in vltimis voluntati-
bus,vt l.coheredi.§.cum filiæ.de vulg.& pupil. in contracti-
bus,vt l.doli clauſula.de verbo. obl. in materia delictorum,
vt l.ſanctio.legum.de pœñ.de quo plenè in reg.generi. de re
gul.iur.lib.6.facit quod not.Cy.in l.cum quæſtio. de leg.
¶Tertiò not.quòd cauſa ſpecialiter delegata videtur exem
pta à iuriſdictione ordinaria. & hoc verum de ſpeciali cauſa
cõmiſſa. Quid ergo ſi Papa dat ſpecialem viſitatorẽ fratri-
bus Humiliatis:an amodo poterit epiſcopus viſitare? videt
ꝙ non,vt hic.arg.cõtra.de offi.p̃ſec.vrb.l.1.vbi creatio noui
officialis non derogat veteri officiali,nec eius iuriſdictioni.
ad hoc facit l.quoties.ff.de ac.& obli.& qđ not.Cy.in l.q ſe-
pul.vi.C.de ſep.vio.facit l.p̃cepit.C.de cañ. larg.li.10.qđ no.
Doc.de of.p̃ſec.vrb.in l.ſtudentibus.facit qđ no.25.q.2.c.in
Galliarũ.& Bar.in ſimili in l.4.§.fi.ff.de dã.infec. vbi quid iu
ris,ſi in terra ſuperuenit maior officialis,an minor poſſit ſuã
iuriſdictionẽ exercere.& vide ad prædicta c.p hoc.de hære-
ti.lib.6.vbi per ſpeciale officium inq̃ſitoris nõ videtur detra
ctum generali legato,vel ordinario,q cum inquiſitore con-
3 currunt,vt ibi.¶Quartò no.† ꝙ ſñiam delegati Papæ nõ po
teſt legatus de latere infirmare,vel de eius iuribus cognoſce
re: ipſum aũt delegatũ, q dicitur deliq̃ſſe in cã ſibi cõmiſſa,
vel ipſam negligit terminare, an de his poſſit legatus cogno
ſcere,& ipſum cogere,& punire. arg. ꝙ ſic. C. vbi de cri. agi
oportet.Auth. qua in ꝓuincia. & qđ ibi p Cy. & quod plenè
4 no.Io.An.s̃.de reſcri.c.ſi. ¶Quintò no.†ꝙ delegatus poteſt
cõfirmare,& executioni mãdare ſentẽtiã delegati:nõ aũt in
firmare.& ſic colligit Abb. ꝙ contrariorũ nõ eſt eadẽ diſci-
plina. & ꝙ poteſt prodeſſe, q non poteſt obeſſe. ad quid aũt
ꝓſit confirmatio,qñ ſententia eſt de ſe valida.vide no.p Inn.
j̃.de cõfir.vti.vel inuti.c.2.facit l.pe. C.vbi ſena.vel cla.
¶Sextò no.ꝙ legatus exequitur ſentẽtiam delegati:quod in
telligo infra annum,& etiã poſt annum. dic vt dixi.s̃.ti.1.c.
paſtoralis.¶Oppo.glo.magna.dicitur hic,ꝙ legatus poterit
confirmare:ergo videtur, ꝙ poſſit de ipſius iuribus cogno-
ſcere.cuius contrariũ innuit tex. Sol.vt in gl.quę quærit, an
delegatus poterit hũc legatum cogere ad ſuam ſentẽtiã exe-
quendam:tenet,ꝙ ſic.idem Hoſt.vide in Spe. de leg.§.fi.ver.
item is cui cauſa.

*S V M M AE.*

1 *Iudex intuitu amicitiæ poteſt remittere pœnam. Et an poſſit pre-*
*tio. 4.*
2 *Legatus de latere ligatur ſacris canonibus.*
3 *Iudex debet temperare animi ſui motum.*

NIſi ſpecialis. Legatus etiã de late-
re ex generali legatio
ne transferre non põt epiſcopos: vel vnã eccleſiã
cathedralem alteri ſubijcere,& alteri ius primatiæ concede-
re:vel duos epiſcopatus vnire, vel vnũ diuidere.excõmuni-
catos tamẽ p manuum iniectionẽ in clericos põt abſoluere.
1 h.d,cũ ſe.¶No.primò,ꝙ † iudex intuitu amicitiæ poteſt re
mittere pœnã:inter cauſas ergo iuſtas diſpenſandi in pœnis
videtur amicitia. Aliæ enumerãtur in l.qd ergo.§.pœna gra
uior.ff.de his,qui no.inſa. non credo tamen verũ, niſi in Pa-
pa quod de amicitia hic dicitur. Alij verò iudices non viden
tur poſſe pœnã remittere intuitu amicitiæ: ſed bene dilatio-
nẽ augere,vel contumacem expectare,iuxta no.s̃.ti.1.c.cõ-
2 ſuluit.¶Scdò no. † ꝙ legatus de latere ligatur ſacris cano-
nibus: nec videtur, ꝙ poſſit cõtra ipſos diſpenſare. vñ nec
cõmittere poſſet cãm, ap. remota:vel ꝙ in ea ꝓcedatur ſine
ſtrepitu,& figura.vt no.j̃.de hæreti.c.fi.li. 6. & ſicut lega tus
teneť ad legis obſeruãtiã:ita & ad generalem ꝓuinciæ cõſue
tudinẽ,quã trãſgredi nõ licet.8.diſtinc.c.cõſuetudo.vñ dicit
tex.[Magni eñ faciũt ꝓuinciales, ſeruari ſibi à ꝓconſule cõ
ſuetudinẽ iſtã.] vt l.obſeruare.de of.procõſul.& lega.¶Ter
3 tiò no. † ꝙ iudex debet temperare animi ſui motũ,& nõ ſo-
lum iniuſtũ,ſed etiam iuſtum:nec debet oſtẽdere qđ acturus
eſt.id eñ nõ eſt conſtantis,& recti iudicis,cum animi ſui mo
tum alteri detegit,vt l.obſeruandũ.de of.ꝓconſul. ¶Quartò
no.ꝙ tranſlatio epiſcoporũ non ꝑtinet ad legatũ:ſed ad ſolũ
Papã.& eſt hoc verum non ſolũ in epõ conſecrato:ſed etiam
in cõfirmato.s̃.de tranſla.c.1.& 2. tale eñ vinculũ ſolus Pa-
4 pa diſſoluit,vt d.c.2.¶Quærit glo.† vtrũ iudex poſſit remit
tere pœnã precio.dicit gl.prima, ꝙ licèt poſſit gratis, non
tñ precio.Dicit Io.An.ꝙ gratis põt, qñ eſt pœna, quam poſ
ſet imburſare, vel cum ex arbitrio ſuo pẽdet ſine graui detri
mẽto aduerſarij.ad hoc s̃.tit.1.c. conſuluit. ſecũdùm Hoſti.
vnde dicit Inn.ꝙ ſi qs aliquo a gẽte,condẽnatus eſt,pœna re
mitti nõ poterat,ſi peculiariter eius intererat.vel ſecũdùm e
um,ex quò lata eſt ſñia, non põt à maiore pœna remitti.2.
q.3.§.notãdũ.dicit etiã Inn.quoſdã dicere, inter quos Tho.
ſcđa ſecundæ.q.60.arti.vlt.iudicẽ pœnam remittere,nõ poſ
ſe,vbi agens ꝓſequitur ſuam iniuriam. ſed alij cõtra, ſecun-
dùm eũ.remittit Hoſ.de re iud.c.cũ ęterni.lib.6.Ego credo,
ꝙ poſt ſñiam iudex nõ poſſit vllo modo pœnã remittere,ap
plicandam ꝑti.Ad hoc adduco qđ no. in l.venia. C. de in ius
voc.& l.iuriſgẽtiũ.§. ſi paciſcar. ff. de pac.ius eñ mihi q̃ſitũ
per ſñiam nõ videť p iudicẽ tolli poſſe: ante verò in caſibus,
in qbus põt ex iuſta cauſa diſpenſare,fortè poſſet diſpenſa-
re, etiam in præiudicium partis, in minus condemnando, q̃
aduerſario debeať. Sicut eñ poſſet per iniuſtam ſñiam ipſũ
lædere in toto:ita& in parte,ſubſiſtente legitima cã diſpẽſan
di. vt d.§.pœna grauior.& quod not.Inn.s̃.de coſti.c.1.

*S V M M AE.*

1 *Caſus ſpecialiter reſeruati non veniunt in generali legationis man-*
*dato. Et qui ſint caſus ſpecialiter reſeruati Papæ. 5*
2 *Legatus de latere poteſt abſoluere illos, qui pro manuum iniectione*
*inciderunt in canonem latæ ſententiæ. Et propriè talis abſolutio*
*pertinet ad Papam.4*
3 *Vnire,& diuidere epiſcopatus pertinet ad Papam.*

QVod trãslationẽ. Continua
hoc modo
cum præcedenti cap.legatus eñ,de quo.s̃.c.proxi.
recepta illa litera ſe excuſabat,dicẽs,ꝙ credebat id poſſe,eo
ꝙ vices Papæ gerebat:ſicut & abſoluere poterat excõmuni-
catos,quorũ abſolutio ſpectabat ad Papam.¶Et no.primò,
ꝙ dirigitur hęc Decr. in Sicilia,quæ eſt de patrimonio beati
1 Petri.j̃.de præſump.c.mandata.¶No.primò,†ꝙ caſus ſpe-
cialiter reſeruati non veniunt in generali legationis manda-
to.Concor.de of.eius,cui man. eſt iuř.l.1. facit quod not.s̃.
eod.c.1.& c.2.j̃.de offi.vica.¶Secundò no.ꝙ ſi quædam ex
his,q̃ ſpeciale mandatum exigunt, cõmittantur, non videnť
alia commiſſa, q̃ ſunt eiuſdem naturæ. & hoc verum, quan-
do non ſubſequitur clauſula generalis: aliàs expreſſis qui-
buſdam mandatum exigentibus ſpeciale,videnť & alia com
miſſa.qđ dic,vt in c.qui ad agẽdum.de ꝓcu.li.6.& quod no.
in l.ſed & ſi quis.§.q̃ſitũ.ff.ſi quis cau.¶Tertiò not. † ꝙ lega
tus de latere põt abſoluere illos, qui ꝓ manuum iniectione
inciderunt in canonẽ latæ ſententiæ. quod dic, vt j̃.eo.c.ex-
cõmunicat.&ideò eis licet;qa tolerãtia Papæ habetur in hoc
ꝓ iure.ff.de legi.l.de quibus.& l.eſt receptũ. ff. de iuriſ.om.
iudi.¶Quartò not.hic Inno. quòd legatus habet iuriſdictio
nem ordinariam.quod patet.j̃.c.1.lib.6.per quod dicit,om
nes cauſas ciuiles,& criminales ſuæ prouinciæ ad ipſum de-
ferri.s̃.eod.c.1.¶Quintò not.nouum modum ſoluendi du-
bia.ſ. reſpondere interrogatiuè. Scæuola ſæpe ſimile fa-
cit,dicendo cur? nunquid? & ſi. vt in legibus ſuis pater.

3 ¶Sextò no.† ꝙ vnire,& diuidere epiſcopatus ſpectat ad Pa
pam.& de tali vnione, & eius natura dic, vt ĵ.ne ſe.vac.c.1.
de vnione autem aliarum eccleſiarum,per quem fieri poſsit.
dic vt ĵ.de exce. p̄la. c. ſicut vnire.& de prębē. c.expoſuiſti.
4 ¶Septimò no.ꝙ† abſoluere excõicatos propter manuũ in-
iectionē in clericos pertinet principaliter ad Papã iure ſpe
ciali: & ſic eſt de caſibus reſeruatis. Alij aũt enumerãtur in
5 gl.vnde ſumpta occaſione.¶†Quæro qui ſint caſus ſp̄aliter
reſeruati Papæ.glo. enumerat hic quoſdam, & de ipſis aliq.
12.di.in c.pręceptis.Spec.enumerat.89.in ſpe.eod.tit.§.nũc
oſtendendum. vbi Io. An. addit duos alios de iure antiquo.
& 20.iuris noui.6.lib.& Cle. vlti.abſolutiones excõminica-
torum reſeruatas.not.de ſen.excõ.c.eos qui.lib.6. & Cle.1.
eod tit.& Hoſtiē.61.eod.tit.§.quid pertinet.in prin.& Spe.
eod.tit.§.ſupereſt.ver.ſed nunquid legatus poteſt ſuum of-
ficium exercere in iſtis locis. vide de excep.an in eos poſsit
legatus iuriſdictionem ſuam exercere. dominus meus ponit
de iſtis caſibus reſeruatis Papæ, & Imperatori in l. vniuerſa.
de preci.Impera.offe.C.

*S V M M AE.*

1 *Examinatio debet præcedere electionem:aliàs non valet.*
2 *Legatus poteſt confirmare electiones. Et an amittat iuriſdictionem, cauſam alij referendo. & quid delegando.*
4 *Proceſſus factus à non ſuo iudice non tenet ipſo iure.*

LIcèt. Ex quo legatus retulit cauſam ad Papã,
illius cauſæ deſinit eſſet iudex. & primò
recitat factum electionis, & proceſſum legati. Secun
do ſuper proceſſu diffinit. ¶Not.primò,ꝙ canonici diſſen-
ſerunt à principio:ſed poſtea conſenſerunt.poſſunt ergo va-
riare. quod eſt verum ante publicatum ſcrutinium, ſed non
poſt.vt ŝ.de elec.c.publicato. ¶Secundò no.ꝙ legatus com
1 miſit examinationē huius electionis, † quæ quidem exami-
natio ſemper debet electionem præcedere:aliàs non valeret
hodie confirmatio.ĵ.de elec.c.ſi. de multis autem debet ille
inquirere,ad quem pertinet cõfirmare. ŝ.de ele. c.innotuit.
2 & c.cum nobis olim. ¶Tertiò no.† ꝙ legatus poteſt confir
mare electiones.quod eſt verum, etiam exemptorum, vt ĵ.
de elec.c.ſi abbatem.lib.6.¶Quartò no.caſum, quo ordina
rius iuriſdictionem amittit.ſ. ſuperiori negocium referēdo.
Iſta eñ relatio habet vim appellationis, qua pendēte iudex
à quo intromittere ſe nõ põt.vt ĵ.de ap.c.cum appel.& c.nõ
ſolũ. Aduerte tamē,ꝙ ſola pollicitatio relationē, vel etiã re-
latio iam trãſmiſſa nõ præcludit hãc viam re integra:ſed de-
mum poſtq̃ fuerit præſentata.arg.ŝ.de poſtu.c.bonæ.in ver-
ſi.nec nocebat. põt ergo ante p̄ſentat.ſuperiori factã ipſam
reuocare:ſicut & quodlibet mandatum.ŝ.de reſc.c. ex parte
decani.de hoc in Spec. de rela.in fi. & quod not.in Cle.1 de
renunci.vbi oĩno vide. tex.tamen iſte innuit,ꝙ nuncijs iã di-
rectis ceſſet officium iudicis referētis,ibi [nunciis iam dire-
ctis] &c. Hoſt.tamē tenet,vt dixi, ꝙ dicatur res integra an-
te præſentationē elect. ſuperiori.vt dicto.§. nec nocebat.
3 ¶Quintò not.† ꝙ legatus amittit iuriſdictionē, cãm alij re-
ferēdo,nõ autem delegando.vt ff.de iudi. l. iudicium ſoluit.
Fortior ergo eſt relatio,& magis præiudicialis iudici referē-
ti,q̃ delegatio ſimplex:nec mirum,qa relatio ſuperiorē:dele
gatio inferiorē cõcernit.Poteſt ergo legatus, & quilibet or-
dinarius à ſe in totum vnã cauſam eximere, non autem iugũ
iuriſd.excutere,vt l.ſolet.ff.de iuriſd. om. iudi. ¶Sextò not.
4 † ꝙ proceſſus factus à nõ ſuo iudice non tenet ipſo iure, vt
4 quæro, quia tactum eſt. s̃. de vniuerſitatis collegijs, & † corporibus: an omnibus ſit licitum ipſa conſtruere. hic Io. An. poſt Inno. proſequitur, & primò de ciuitate, vel caſtro: nunquid. ſ. quælibet ciuitas, vel caſtrum poſſit ſibi conſtituere ius vniuerſitatis. dicit Inno. ꝙ non, ſine auctoritate ſuperioris tacita, vel expreſſa: vnde ſecūdùm eū, ſi tot eſſent homines, quot ſunt Romæ, ſimul collecti, non poſſent conſtituere, ꝙ eēt vniuerſitas, niſi haberent conſenſum ſuperioris tacitum, vel expreſſum. & ſufficit, ꝙ ille, cuius ſunt homines ſic congregati, conſentiant locum, in quo habitant, eſſe ciuitatis caſtrū, burgum, vel villam, ar. de conſue. c. cum dilectus. & de iuriſ. om. iudi. l. priuatorum conſenſus. Bar. alibi videtur dicere, ꝙ in hoc non requiritur auctoritas ſuperioris, cum à iure gētium ſit permiſſum, vt not. Bar. in l. ſodales. de colle. illi. ¶ Tertiò quæro: an ſit licitum conſtituere corpus, vel collegiū. dicas, ꝙ de iure communi quædam ſunt approbata, quæ enumerantur in l. 1. ff. quod cuiuſq; vniuer. no. & dicit Inn. ꝙ in iſtis collegijs conſtituendis requiritur iuſta cauſa, puta pro religione, vel inter ipſos, qui ſunt de eadem arte, vel profeſſione, iuſtitia conſeruanda. ſine cauſa verò, & inter homines qui non habent agere multum ſimul (vt barones, & comites diuerſorum locorum) non videtur, ꝙ poſſint conſtituere vnū corpus,



corpus, ſe inuicem colligando, vt no. Innoc. ĩ. de exceſ. prælа. c. dilecta. iſtæ enim colligationes hominū, qui non habent agere multum ſimul, non videntur licitæ, nec ad bonum finē, & ſunt cenſendæ conſpirationes, ar. no. per Inn. ĩ. de ſciſma. c. 1. vbi in populis liberis, vt l. non dubito. ff. de cap. quæ eſt ad hoc no. & pro tanto videtur bona opi. eorum, qui tenent, ꝙ in conſtitutione iſtorum corporum requiratur auctoritas ſuperioris, vt no. Inno. in dicto c. dilecta. facit l. 1. ff. de coll. illi. vbi omnia ſunt cenſenda illicita, quæ non habent cōfirmationem à principe, vel à iure. ¶ Quartò quæro: an plures eiuſdem artis, & eiuſdem ciuitatis poſſint ſe diuidere, & facere plura corpora, vel collegia. vel nunquid de diuerſis ciuitatibus, caſtris, vel villis poſſint piſtores, cerdones, & alij de eadem arte conuenire, ſiue coire, vt faciant vnum collegium, ſiue corpus. dicit Inn. fortè non malè dici, ꝙ non attēdatur in collegijs iſtorum piſtorum, cerdonum, & huiuſmodi, ꝙ ſint de vna prouincia, vel diuerſis: vel ꝙ omnes de vna ciuitate ſint de vno collegio, vel pluribus: ſed tantū attenditur, ꝙ ſint tres, vel plures, qui conueniant, vel vniuerſitatem faciant pro iuſtitia cuique ſeruanda. ad hoc enim, quòd ſit collegium, requiritur, quòd ſint ad minus tres ſimul tanquam collegium cōgregati, vt patet in eo, quod no. s̃. de ele. c. 1. ¶ Quin
5 tò quæro † vtrùm rectores iſtorum collegiorum, vel corporum habeant iuriſdi. & ſuper quibus. & an poſſint facere ſtatuta. & an collegiati poſſint coram ſuperiore domino conuenire, tangit hic Inn. dicam latius in d. c. dilecta. & Bart. plenè ponit in d. l. ſodales. cuius dicta ibi ſuccinctè referā, quia pulchra. facit l. fi. C. de iuriſ. om. iudi. & l. fi. C. de conſti. pec.
6 ¶ Sextò quæro. dicitur hic, † ꝙ epiſcopus non debet ſententiam excommunicationis, vel interdicti ſine plebani cōſciētia relaxare. pone ergo, ꝙ relaxauit, an teneat abſolutio, vel relaxatio? gl. vlti. hic tenet, ꝙ ſic, cū epiſcopus ſit ordinarius ſuæ diœc. 11. q. 2. c. de perſona. idem tenent Tan. Vinc. Goff. Phi. pro quibus optimè de ſen. excō. c. venerabilibus. §. vbi autem. lib. 6. & 16. q. 6. §. 1. ad idem in Auth. de defen. ciui. in prin. col. 3. vbi dicitur, ꝙ non prohibetur defenſor ciuitatis, qui comparatur epiſcopo, cognoſcere de cauſis inferiorum, prætermiſſis magiſtratibus municipalibus. Idem tenēt Inno. & Hoſt. niſi conſuetudo eſſet in contrarium. hoc idem no. Hoſt. ĩ. de ſimo. c. ſicut tuum. Sed Hug. in c. nullus. 9. q. 3. & Gui. Naſo. hic tenent contrarium: quia hic prohibetur, & alibi conceſſum non inuenitur, & hoc placet Archi. de conſti. c. 2. & in c. 1. de ma. & obe. li. 6. Io. An. retinet opi. primorum per d. §. vbi aūt. cum enim hic concurrat iuriſdictio mediata, & immediata, valet abſolutio, ſicut valeret excommunicatio. & hac de cauſa cognoſcit legatus de omnibus cauſis prouinciæ ſuæ. s̃. ti. 1. c. 1. nec iuriſdictio maioris eſt abſorpta per conſtitutionem minoris officialis, nec econtra, vt. s̃. ti. 1. c. volētes. vbi dixi. & c. ſi duobus. de ap. ꝙ maior, ſi concurrant ambo, præfertur. & idem, ſi præuenit citando. & hoc verum, vbi habent cauſas communes: aliàs ſecus. vnde monachus plus obediet abbati, q̃ epiſcopo. & clericus plus ſuo epiſcopo, quàm metropolitano. de quo. ĩ. eod. c. paſtoralis. & c. quantò. & quod no. Io. An. s̃. eod. c. conquerente. in glo. per hoc.

*S V M M AE.*

1 *Epiſcopus cognoſcit de idoneitate præſentati.*
*Et ponit œconomum in eccleſia vacante, dum pendet quæſtio ſuper eius ordinatione. 2.*
3 *Vacante eccleſia, quis debet poni ad eam gubernandam.*
4 *Patronus præſentans ſcienter indignum, an ſit priuatus iure præſentandi.*

CVm vos. Si ordinatio vacantis eccleſiæ differtur ex cauſa, œconomus in ea per epiſcopum eſt ponendus. h. d. communis diuiſio. Secunda ibi [fraternitati.] ¶ No. primò, ꝙ lite pendēte inter patronū, & epiſcopū, non pōt eccleſia ordinari. quia lite pendente nihil debet innouari, vt. ĩ. vt lite pen. per totū.
1 ¶ Secundò not. † ꝙ de idoneitate præſentati cognoſcit epiſcopus, ad quē ſpectat examinare cauſam electionis, & omnia, vt. c. cum nobis olim. de elec. facit c. paſtoralis. ĩ. de iure pat. ¶ Tertiò no. ꝙ eps de iure non debet inſtituere aliquem in eccleſijs, in quibus pendet quæſtio iuriſpatronatus inter
2 ipſum epiſcopum, & patronum. ¶ Quartò not. ꝙ † epiſcopus ponit œconomum in eccleſia vacante, dum pendet quæſtio ſuper eius ordinatione. ad epiſcopum enim ſpectat cura eccleſiarum vacantium, pro quibus etiam admittitur ad agendum. ĩ. de ſucceſ. ab inteſt. c. fi. ¶ Quintò no. de officio œconomi. quia debet fructus percipere. facit l. iubemus. §. œconomus. C. de epi. & cler. & quod dixi. ĩ. de iudi. c. examinata. & de ſequeſtr. poſſeſ. fruc. c. fi. ¶ Sextò no. quid fieri debeat de fructibus, durante vacatione perceptis: quia dēt vel in vtilitatē eccleſiæ cōuerti, vel futuro ſucceſſori aſſignari. facit c. præſenti. de offi. ordi. lib. 6. & c. quia ſæpe. de elec. e. li. ¶ Op.
3 dicitur hic, ꝙ mouetur quæſtio. † vacatione eccleſiæ pendente, debet poni œconomus. contra imò videtur aliter prouiſum. ſ. ꝙ epiſcopus debeat expectare infra. 6. vel 4. menſes, infra quos ſi quæſtio determinata non fuerit, eccleſiā debet ordinare. vt ĩ. de iure pat. c. quoniam. & c. cum propter. So. dicit hic Io. An. quandoque quæſtio vertitur inter illos, qui aſſerunt ſe patronos (quia vnus negat alium patronum, vel q libet vendicat ſibi ius patronatus:) & tunc habet locum contra. ꝙ expectat epiſcopus per 6. vel quatuor menſes, vt ibi: licèt etiam iſto termino pendente poſſit epiſcopus œconomū ponere, ſecundùm Hoſti. quandoque eſt quæſtio inter epiſcopum, & patronum ſuper idoneitate electi, quem patronus aſſerit dignum, epiſcopus autem indignum. & tunc poſt præſentationem factam de vno, vel pluribus (licèt longo tempore duret lis) epiſcopus non ordinabit eccleſiam, lite pendente, niſi de œconomo, vt hic. Non ob. c. quoniam. c. ſi verò. c. ea te. c. cum propter de iurep. quia loquuntur de quæſtione patronorum ſuper iure patronatus, non de qōne præſentatorum vnius, vel plurium. eſſet enim abſurdum, ꝙ curreret iſto caſu tempus 6. vel quatuor menſium, ſi facilè non poſſet infra dictum tempus quæſtio terminari: vel ſi obiectorem non habet. cum ſatis ſit patrono in fine termini præſentare, & epiſcopus habeat examinare, vt. s̃. de elect. c. nihil. & edictū ponere. de elec. c. vlti. lib. 6. erit dare, ꝙ negocium præſentationis non poterit eſſe infra terminum expeditum: vnde cū ex præſentatione ſit ius quæſitum, vt no. s̃. ti. 1. c. dilectus. nō debet præſentatus perdere ius quæſitum propter opponentis malitiam, vel lit. pendentiam. de re. iu. c. ſine culpa. lib. 6. præterea ſi epiſcopo in caſu, quo refert quæſtionem patronus de idoneitate electi, vel de alio poſt tempus concederetur ordinatio, ſequeretur, ꝙ ſemper moueret quæſtionem: vt ſic poſſet eccleſiam ordinare. argu. vi bo. rap. §. ſed nedum talia. & de diuor. c. quantò. ad fi. ¶ Secundò opp. ego dixi, ꝙ ſi eſt qō inter ipſos patronos de iure præſentandi, currit tempus lit. pend. contra. imò videtur, ꝙ non currat propter dictum impedimentum emergens: ſicut tempus eligendi non currit impeditis eligere. s̃. de elec. c. ne pro defectu. & ĩ. de cōceſ. præben. c. quia diuerſitatē. ſo. aliud, ſi eſt quæſtio de iure eligēdi: quia ea pendente ordinatio differtur. aliud, ſi eſt quæſtio de iure præſentandi: quia poſt tempus eccleſia ordinatur, ſaluo iure illius, qui victoriam obtinebit, ĩ. de iure patr. c. quoniā. per Io. An. ¶ Tertiò op. dicitur hic, ꝙ ſi lite pend. debet epiſcopus ponere œconomum contra lit. pen. &c. vt ĩ. vt lit. pē. in rub. & nigro. ſo. lit. penden. non impedit illud fieri. quod etiam ſine lite effici potuiſſet, vt eſt caſus no. in l. is cui §. Imperator. ff. vt le. nom. ca. ſed etiam, ſi nulla quæſtio fuiſſet mota, potuiſſet epiſcopus ponere œconomum in eccleſia vacante, vt patet in gl. ergo etiam pendente lite. ¶ Quartò op. dicitur hic,

hic,ꝙ ſi præſentantur perſonæ minus idoneæ,interim eſt de
4 œconomo prouidẽdum.& ſic videtur innuere,† ꝙ patronus
pñtans ſcienter indignũ, nõ ſit priuatus iure præſentandi:
ſed imò videtur priuatus,ſicut eligens ſcienter indignum.ſ.
de elec.c.cum in cunctis.ſo.aliud eſt in clericis,vel collegio,
qui priuantur,ſi prouident de indigno.aliud in patronis lai-
cis.iſtam opi.tenet Archi.de p̃ben.c.1.lib.6. refert tamẽ ibi
quoſdam dicere hoc verum ante ſñiam epiſcopi, qua decla-
rat pñtatum indignũ:ſed poſt illam locus erit opi. Hoſtiẽ.de
qua ſtatim dicam.Sed contra hoc facit iſta Decr.q̃ ſupponit
certitudinaliter perſonas minus idoneas.Alij dicunt,ꝙ ſi pa
tronus laicus præſentat indignum, deuoluit ad ſuperiorẽ ꝓ
uiſio eccleſiæ per. §.ſi quis oratorij. alle.in glo. & hanc opi.
tenet p̃ciſè Hoſt.& remittit ad ea,quæ no.de ſuppl.ne.p̃la.c.
2.Idem no.Inno.de fil.p̃ſb. c.propoſuit.licèt hic locutus fue
rit alternatiuè.Non obſt. ſecũdùm Hoſt.huic ſuæ opi.ꝙ lai-
co liceat variare: q̃a illud verum,quãdo priuatus non eſſet;
quia elegit dignũ, vel indignum ignoranter.& ſic dicit,ꝙ po
teſt intelligi Decr. iſta.ſ.cum ignoranter eſt præſentatus in-
dignus, vel cum ꝓpter ſcandalũ impediebatur ordinatio e-
piſcopi.Io.An.tenet primam opi.ſ. ꝙ patronus laicus nõ pri
uetur per p̃ſentationem indigni,etiam ſcienter factam. Nõ
obſt.§.ſi q̃s oratorij. quia non dicitur,ꝙ epiſcopus ordinet;
ſed,ꝙ ordinari procuret. quod poteſt intelligi ſollicitãdo pa
tronũ,ꝙ alium p̃ſentet. & videtur abſurdũ,ꝙ patronus p̃ſen
tando idoneum,poſſit variare,& præſentando indignum nõ
poſſet.cum tunc præcipuè variatio cõcedatur,cum actus nõ
tenet,vt not.in c.diuerſis fallacijs.de cler.cõiug. videtur em̃
mens iur. ꝙ patronus improuidè eligendo, alium dare poſ-
ſit.concludit ergo,ꝙ patronus præſentãs indignum, non eſt
priuatus vſq; ad quatuor menſes. ſed eis elapſis, ſi appareat
p̃ſentatus indignus,iterum præſentare non poterit.& ſic erit
differentia inter patronum laicũ p̃ſentãtem ſciẽter indignũ,
qui poſt reprobatam præſentationem habet reſiduum tem-
pus tantùm ad alium præſentandum.& clericũ eligẽtem, ſi-
ue p̃ſentantem indignum ignoranter,qui poſt caſſat.habeat
integrum tempus, vt ĩ.de elec.c.ſi electio.lib. 6.

*S V M M AE.*

1 *Ordinarius poteſt cogere excommunicatum oſtendere literas abſo-
lutionis.*
2 *Abſolutio ab excommunicatione facta ex falſa cauſa,an valeat.*
3 *Epiſcopus poteſt compellere ad purgationem excommunicatum, ſi
ſuſpectum habuerit,ne mendaciter fuerit abſolutus.*
4 *Excommunicatus ex pluribus cauſis, an poſſit abſolui ab vna, &
non ab alijs.*

EXparte. Si conſtat ordinario, ꝙ abſolu-
tus à Papa ſuppreſſit veram ex-
communicationis cauſam,remittit illum ad Papam:
ſi verò ſuſpicio tantùm de hoc eſt contra eum, coget illũ ſe
exinde purgare.h.d.cõmunis diuiſio. Secunda ibi [taliter re
ſpondemus] in qua diſtinguit, & vnum mẽbrum proſequit̃,
1 ibi [ſi verò.] ¶ Not, primò, † ꝙ ordinarius poteſt cogere
excommunicatum oſtendere literas abſolut. ſimiliter bene
ficiorum detentores poteſt cogere, vt oſtendant titulũ.ĩ.eo.
c.ordinarij.lib.6.& hoc q̃a præſumitur contra eos: ideò co-
guntur titulum oſtendere,vt c.ad decimas. de reſti, ſpo. & l.
ſine poſ.C.de proba. ¶Secundò no.ꝙ ordinarius cognoſcit
de viribus literarum Papæ,vtrùm.ſ.ſubreptitiè ſint obtentæ,
vel non.& hoc verum de vitijs patentibus ex aſpectu,vt ſi ex
falſa cauſa abſolutus apparet:ſed de vitijs latẽtibus non cre
do ordinarium poſſe cognoſcere. ĩ. de iudi.c.cum veniſſet.
2 facit l.ſi.C.de edi.di.Adri.tol. ¶Tertiò colligit hic glo.† ꝙ
abſolutio ab excommunicatione facti ex falſa cauſa nõ va-
let,etiam ſi falſa cauſa ſit facti,vt hic.no.in l.ſi is ad quem.ff.
de acqiren.heredi, idem & fortius, ſi eſt falſa cauſa iuris, vt
3 l.qui teſtõ.ff.de excuſ.tuto. ¶Quartò no. † ꝙ epiſcopus po
teſt cõpellere ad purgationem,ſi ſuſpectum habuerit,ne mẽ
daciter fuerit abſolutus.Sed poſſes hic inſtare,quomodo po
teſt ep̃s ſuſpicari, cũ ex literis apparere poſſit,vtrũ vera,vel
falſa cauſa ſit expreſſa? dic,ꝙ in litera ſimpliciter dicebatur
[talem parochianum tuũ ad te remittimus abſolutũ:]ſed ho
die de ſtilo curiæ ſemper in literis abſolutionis exprimitur
cauſa: q̃ ſi eſt falſa, non tenet abſolutio. Ideo Decr.iſta non
poſſet practicari,ſecũdùm Io.An.¶Op.iſte tex.innuit,ꝙ nõ
valet abſolutio ex falſa cauſa.contra. idem operatur ꝓpoſitũ
in ꝓpoſito,quod oppoſitum in oppoſito, vt Inſti.de his, qui
ſunt ſui,vel alie.iuris.in prin.& l.manumiſſiones.de iuſt.& iu
re.ſed excommunicatio ex falſa cauſa ligat.11.q.3.c.1.& 3.
ergo abſolutio ex falſa cauſa debet abſoluere,& multò ma-
gis per reg.Arriani.ff.de act.& ob.l.Arrianus.So.aliud in ex
cõmunicatione ex falſa cauſa, q̃ ligat, & aliud in abſolutiõe
ex falſa cauſa,quæ non tenet. Ita dicit glo.magna ad fi.& be
ne. Idem tenent Tan.Vin.Goff.& Phi. & Inno.quod not. de
excep.c.dilecta.in vlt.glo. Ideo enim ſtatutũ eſt in excõmu-
nicatione,vt liget ex falſa cauſa,vt meritum obedientiæ creſ
cat. & quia in dubio debet fieri interpretatio in benigniorẽ
partem. ĩ. de ſpon. c. iuuenis. Item ſicut expreſſio cauſæ in
ſententia reſtringit effectum ſententiæ ad cauſam deductã,
& ſe ad aliam non extẽdit,vt l.hereditas. C. de pe. here. & l.
Bebius.ff.de pac.dot.& c.fi.ĩ.de cau.poſ. & proprie. ita dicẽ
dum eſt in ſententia excommunicationis, vt abſolutio facta
ex vna non tollat vinculum contractum ex alia: quia à cauſa
non deducta abſoluere, non fuit intentio abſoluentis, quæ
eſt conſideranda,ſicut baptizantis. de conſe. di.4. c.ſoli.
4 ¶ Quærit glo. † vtrùm excommunicatus ex pluribus cauſis
poſſit abſolui ab vna,& non ab alijs, & indigeat tot abſolu-
tionibus,quot fuerunt excommunicationes.licèt poſſit: ta-
men non parit effectum,donec ab omnibus abſoluatur, à q-
bus omnibus eſt neceſſariò abſoluendus. de hoc plenius. ĩ.
de ſent.excõ.c.cum pro cauſa.& Bar.in l.de pupillo.§.ſi plu
ribus.de ope.no.nunci.vbi quid iuris de exbannito pluribus
bannimentis, an poſſit ab aliquo abſolui, alio remanente,
dic,vt ibi.

*S V M M AE.*

1 *Excommunicatus poteſt impetrare.*
2 *Inferior habet neceſſe obedire abſolutioni factæ per maiorem.*
3 *Iudex à quo, appel.pendente poteſt illa innouare,quæ iudex ad quẽ
facere tenebatur, & negligit.*

SIgnificauit. Propter periculum animæ
ſupplet ordinarius deſidi-
am,vel malitiam delegati Papæ.h.d.communis diuiſio.
Secunda ibi [ nos itaque. ] pone caſum per Decre.vlti.ĩ.de
mat. cõtrac. ¶No. primò, quòd ordinarius cogit per ſen-
tentiam cenſuræ minus legitimè copulatos ad ſeparationẽ.
hodie ſi ſcienter contrahunt, ſunt ipſo iure excommunicati
1 per Cle. eos.de conſan. & affi. ¶ Secũdò not. † quòd excõ
municatus poteſt impetrare. & eſt ſpeciale in iſto caſu, & in
cauſa appel.ĩ.de reſcrip.c.1.lib.6. ¶ Tertiò not. quòd iſte
impetrauit literas ad remotos iudices: vt ſic delegatus veri-
ſimiliter ignoraret delictum ſuum, vt c. quanto. ĩ. de præ-
ſump. & aduerte, quia dicit tex. [ ad remotiores. ] &c. in-
nuit enim ex hoc, quia reus impetrans non arctatur modifi-
cationi c.ſtatutum. §. 1. de reſcri.li.6.qđ fuit inductũ in e-
ius fauorẽ,cui videt̃ poſſe renũciari,vt l.qđ fauore.C.de leg.
& argu.huius literæ.cogita,an verum. ¶Quartò not. ꝙ iſte
impetrans abſolutus fuit per literas. quo modo autem hoc
factũ fuerit ſine cõſciẽtia excõmunicatoris,dic,vt ſ.de offi.
deleg.c.prudentiam.§.ſexta.& ſ.eo.c.cũ ab eccleſiarũ.decla
rat Inn.dicit em̃,ꝙ hæc Decr.intelligit̃, qñ iudex ꝓcedẽs ex
offi-



officio pro manifeſto cõtubernio excõmunicat parere nolẽ
tes mandatis ſuis. & excõicati ( ſuggerentes, ꝙ non ſerua
to ordine,& nulla cauſa cõtra eos ꝓbata, excõicati erãt)im
petrauerũt literas ſecũdùm formã c.ab excõicato.ſ. de reſ-
crip.& q̃a excõicator abſoluere noluit, delegati abſoluerũt:
ſed poſt abſolutionẽ non ꝓcedebant,quãuis excõicator pa-
ratus eſſet ꝓbare illicitam copulam.ideoq; non debuit im-
pediri officium excõicatoris ꝑ app.friuolam.de appel.c.per
uenit.& c.conſuluit.Hoſti. intelligit generaliter. & quomo-
docunq; fuerint abſoluti, ſemper eſt ſupplenda negligentia
delegatorum per ordinarium, vt hic.& idem intelligo ſecun
dùm Inno.Pe.& Abb. ſi pro quocunq; alio crimine fuerint
excõicati.quia eadem eſt ratio,ergo & idẽ ius. ſ.de reſcri.c.
inter ceteras.& dicit Inn.ꝙ per hoc non turbatur,imò iuua-
tur iuriſdictio delegati. q̃a citius procedetur in cã. ¶Quin-
tò no.in ver.fraternitati tuæ, &c.dum dicit [ea quæ prædixi
mus.] quòd iſte tex.videtur ponere caſum ſpecialẽ in cõiun
ctis illicitè,vbi locum habeat iſta ſuppletio,quaſi nõ in alijs.
Inno.intelligit idem in omnibus ſimilibus. & idem Hoſtien.
facit quod not.3.q.3.c.ei autem.in glo.hic habeo.in fi.quod
ergo dicimus,quòd hæc Decre.ponit caſum ſpecialem, non
intelligas quò ad terminos hic expreſſos. ſed quò ad ratio-
nem ipſorum,ſcilicet vbi vertitur animæ periculum.vnde di
cit Hoſtiẽ.ꝙ vbicunq; de euidenti peccato agitur,per quod
de exempli pernicie timeatur, & ex quo poſſit ſcandalum ſu
ſcitari,& periculum eſt in mora,locum habet iſta ſuppletio:
ſecus ſi ageretur de pecuniaria cauſa.tũc enim non videtur,
ꝙ ſi ſuperior, qui ad ſe cauſam reuocauit, vel ſi eius delega-
tus ſit negligens, deuoluatur iuriſdictio ad inferiorem, ſed
ad ſuperiorem,vt l.fi.§.fi.C.de temp.app.& no.in c.ex ratio-
ne.de app. negligentiam enim, vel delictum ſuperioris non
videtur,quòd poſſit inferior emendare. quod tamen hic po
2 teſt.quod eſt no. ¶Sextò not.† quòd inferior habet neceſſe
obedire abſolutioni factę per maiorem eius,etiam ſi iniuſtè,
vt hic videbatur.quia debebat remittere,vt ĩ.eod.c.ad repri
mendam.quid ergo ſi ſuperior nõ abſoluat: ſed mandat ex-
communicari, ꝙ illos amplius non moleſtet. dicit Hoſtiẽ.ꝙ
ſi eſt caſus, in quo poſſit ſuperior diſpenſare, videtur ei pa-
rendum: aliàs non parebit inferior contra Deum.de hoc de
tempo.or.c.ad aures. ſed etiam primo caſu quando.ſ.diſpẽ-
ſare poteſt,non videtur ei parendum,donec expreſſè diſpen
ſet.de ſciſma.c.2.¶Septimò.not. ꝙ quandoq; teſtes non ve
niunt,vt deponant. quid ergo tunc habeat facere delega.qñ
teſtes non ſunt in loco iudicii. & quid ſi committitur rece-
ptio tribus,qui non poſſunt conuenire.vide in Spec.c.1.§.1.
3 ver antepe.& pe. ¶ Octauò not.† ꝙ iudex à quo, app.pen-
dente poteſt illa innouare,quæ iudex ad quem facere tene-
batur,& negligit.hic enim per appel. fuit cauſa deuoluta ad
Papam:nec lite pendente debebant iſti remanere coniuncti.
vel ſi debebant (quia fortè erant in quaſi poſſeſſione matri-
monij)non debebant negligere proceſſum cauſæ.ex quo col
lige,ꝙ cogitur quis præciſè ad proſecu.cauſæ app.alibi aũt,
quàm in caſibus iſtis,vbi vertitur periculum, non compelli-
tur quis ad procedendum in cauſa: ſed ſufficit, vt permittat
labi inſtantiam,vt l.fi.§.fi.C.de temp.ap.& Auth.qui ſemel.
C.quomo.& quan.iud. Et aduerte, quia tex.iſte non decla-
rat,coram quo debet iſta cauſa habere progreſſum,vel corã
delegato,qui fuit negligẽs, vel coram ordinario,qui compel
lit ad proſecu.Hoſtiẽ.intelligit, ꝙ debet habere progreſſum
coram ordinario,qui auctoritate huius Decr.reaſſumit iuriſ
di.& delegatus doloſus,vel negligens illam perdit. glo.con-
tra, ꝙ coram delegato, quod placet Innocen. Pet. Abb. &
Ioan. And.

*S V M M AE.*

1 *Regulares vbi debeant iudicari.*
2 *Monachos recolligere pecunias de obedientijs, quomodo intel-
ligitur.*
3 *Pecunia per monachum acquiſita cui ſit reſignanda.*
4 *Monachus compellitur redire ad clauſtrum per ſuſpenſionem.*
5 *Correptio termini deuoluitur ad archiepiſcopum, ſi inferiores fue-
runt negligentes.*
6 *Correctio monachorum ad quem primo loco ſpectet.*
*Abbas ſi habet ſub ſe clericos ſeculares, & monachos in alijs mo-
naſteriis de quæſtionibus,quæ mouentur inter ipſos, ipſe cogno-*
7 *ſcet. Et in quo loco cognoſcere debeat abbas de cauſis ſubdi-
torum.* 8
8 *Prælati, qui per electionem aſſumũtur, an recipiant iuriſdictionem*
9 *Excommunicatio eſt mucro ſpiritualis.*

QVanto. Ordinarius ſupplet negligentiã
abbatis non reuocantis mona-
chum vagabundum.h.d.communis diuiſio. Secun-
da ibi [mandamus.] ¶Not.primò, ꝙ iſta Decre.locum ha-
bet in omnibus religioſis monachis, canonicis regularibus,
1 templarijs,& hoſpitalarijs.¶Secundò not.ꝙ † iſti regulares
debent morari in clauſtro,non per curias principum diſcur
rere.contra enim iſtos monachos diſcurrentes prouidit con
ciliũ Vieñ. de ſta. mona.c.ne in agro. §. quia verò. & qđ ibi
no.in gl.de officio contra apoſtatas fugitiuos,& eiectos ꝓ-
uiſum eſt ꝑ conſtitutionẽ Benedicti.Paſtor bonus.dicit Ho-
ſti.ꝙ licèt monachus ſcurrilitatis, vel vagationis cauſa in cu
rijs eſſe non debeat:de abbatis tñ licentia poteſt eſſe in obſe
quio principis,vel epiſcopi,vt quotidie fit. remittit ad Hoſt.
ad ſummam de ma.& obe.§. & ad quid.ver. ſi epiſcopus.&
2 ſeq.¶Tertiò no.† ꝙ monachi recolligunt pecunias de obe-
dientijs.quod expone.i.prioratibus,qui ad obedientiam p̃la
torum tenentur,nec ſunt perpetuò concedendi.ĩ.de ſta.mo.
c. 2. §. prioratus. & omnis pecunia ex ſucceſ.monacho de-
lata,vel aliter acquiſita,cedit monacho,vt C.de epiſ.& cl.l.
Deo nobis.§.hoc autem. & in Auth. de ſanc.epiſ.§. nullam.
3 & §.ſi monachis.coll.9. ¶Quartò not.† ꝙ pecunia per mo-
nachum acquiſita eſt abbati,ſiue prælatis reſignãda. & ideò
vtitur ver.prælatorum. quia non omnes religioſi habent ab
bates.de ſtatu mona.c. fi.& ideò eſt reſignatio facienda præ
latis monaſterij.quia alij prælati (vt epiſcopi)non habent cu
ſtodiam, vel adminiſtrationem pecuniæ monachalis. vnde
non eſt in ipſorum manibus reſignanda, ſecundùm Innocẽ.
licèt epiſcopis ſubſint monachi,& abbates,vt in gl.¶Quin-
tò collige arg. ꝙ quicquid quærit monachus fugitiuus,quæ-
rit monaſterio. & Py. diſputauit. ſi iſte fugitiuus recipitur in
alio monaſterio,cum laicus crederetur, an acquirat ſecundo
monaſterio,vel primo. ¶ Sextò not.ꝙ pecunia fuit exacta ꝑ
monachum de bonis alicuius prioratus de conſilio abbatis.
& ſic res vnius adminiſtrationis de abbatis conſenſu poteſt
alteri applicari.& facit ad q. ꝙ ſi duo regulares adminiſtrat.
habeant,vnus tranſlatus ad alium de conſenſu abbatis reci-
pit in ſe debita ſoluendi onus prioris adminiſtrationis. op-
ponitur ei, quòd incidit in pœnam conſtit.ſi quorundam.ĩ.
de ſolu.per hanc literam patet, quòd non incidit:cum pecu
nia congregata de obedientijs conuerti poſſit in vtilitatem
monaſterij de conſenſu abbatis. non enim abſurdum vide-
tur,quòd in corpus patrimonij retineatur,vt l.Imper. §. vlt.
cum.l.ſeque.ff.de l.g.2.¶Septimò not. ꝙ iſta conuerſio fien
da eſt abbatis conſilio.& ita dicit litera in antiqua: ſed vera
litera in regiſtro eſt [arbitrij tui conſilium.] & dicit Innocẽ.
quòd ex ſpeciali prouidentia, ſecundùm illam literam,hoc
conceſſum fuit archiepiſcopo propter negligentiam abba-
tis in requirendo monachos fugitiuos, & etiam vt deferatur
honori archiepiſcopi, & vt ipſius diligentia cõmendetur, &
puſillanimitati abbatis conſulat̃.q̃ fortè de facili concederet
monacho,vt ꝓpriũ retineret, & oĩs fraus excludat̃. ad hoc
ĩ.de immu.ec.c.aduerſus.& de ſẽ.exc.c. monachi. ¶ Octa-


uo no.

tuò no. ꝙ ad hoc, vt archiepiſcopus, cui dirigitur iſta Decre.
habeat iuriſdi. de qua in tex. loquitur. in ſupplendo requi-
ritur, ꝙ moneat prelatos talium monachorum. & pro præla
tis intelligit Io. An. epiſcopum, & abbatem, & erit in moni-
tione talis ordo tenendus. quia primò monebit abbatem, ſe
cundò epiſcopum, & tertiò ipſum monachum diſcurrentē.
vel ſi omniũ negligentia, & cõtẽptus eſt notorius, ꝙ ſub-
lato dicto circuitu, ſtatim poteſt archiep̃s corrigere, vt patet
j̃. de cen. c. Romana. §. notoria. li. 6. & decens eſt, ꝙ fiat mo
nitio ẽt in notoriis, vt j̃. c. proxi. & neceſſaria in occultis, vt
appareat de negligentia prælatorum: de qua apparebit per
lapſum termini aſsignati, vt s̃. c. proxi. & facit quod not. j̃. c.
4 graue. ¶ Nonò no. † ꝙ monachus cõpellitur redire ad clau-
ſtrum per ſuſpenſionem. quid autem operetur ſuſpenſio in
monacho, no hic Pe. & Io. And. j̃. de ſimo. c. dilectus. 2. dicit
Ho. ꝙ illa pœna reſpicit prælatos epiſcopos, qui ſuſpendun-
tur: qui tñ per alium, q̃ per Papam deponi non poſſunt. ſi. j̃.
de cle. non reſi. c. ex tuæ. Alij verò inferiores prælati creſcen
te, & exigente contumacia, poſſent etiam degradari. j̃. de iu-
di. c. cum non ab homine. vel detrudi in carcerem ad pœni-
5 tentiam peragendam. de ſimo. c. dilectus. ¶ Decimò no. † ꝙ
correptio termini deuoluitur ad archiepiſcopum, ſi inferio-
res fuerint negligentes. & eſt vnus de caſibus, in quibus ar-
chiepiſcopus habet iuriſdi. in diœceſibus ſuſtraganeorum,
6 de quibus. j̃. e. c. paſtoralis. ¶ Quærit glo. † ad quem primo
loco ſpectet correctio monachorum. Hug. dicit, ꝙ aut agit
in figura iudicij: aut ſecũdùm regulam clauſtralem. gl. tenet,
ꝙ abbas, cum iuriſd. habeat: qui tamen concludit, quòd cõ-
ſuetudo eſt attendenda, &c. vt in ea habes. de quo etiam no.
11. q. 1. c. de pſona. opi. G. hic tenẽt Lau. Io. Vin. Gof. & Phi.
Alij dicunt, ꝙ in minoribus criminibus corripiet ipſum ab-
bas, vel prior. In maioribus verò epiſcopus tantùm, ar. 90.
diſt. c. ſi quis monachus. de ſta. re. c. ea quæ. In his verò, quæ
ſunt regulæ, tenet Inn. quòd magis ſpectat correctio ad ab-
batem, q̃ ad epiſcopum. cũ in eis magis debeat obedire ab-
bati, quàm epiſcopo. facit quod no. 8. di. c. quæ cõtra. puniet
argo ipſum abbas, & demum expellet de monaſterio ſm̃ re-
gulam à ſuperiore comprobatam: cuius executio ſibi vr̃ eſ-
ſe commiſſa, vt j̃. de reg. c. 2. c. Ioannes. & c. ſi. cauſas autem
criminales audiet epiſcopus. & ſic intellige. 18. q. 2. c. mona
ſteria. vbi autem agitur de pecunia, vel alia ciuili querimo-
nia, qõ talis non cadit contra monachum. cum talia non ca-
dant in ipſum. 12. q. 1. c. nolo. & c. non dicatis. quod eſt verũ,
niſi contraxiſſet de cõſenſu abbatis, tacito, vel expreſſo: tũc
enim conuenietur ipſe abbas, & non monachus. vnde ſi de li
centia abbatis venit ad ſtudium, & pro ſua neceſsitate pecu-
niam recipit, tenebitur abbas. & hoc caſu nõ cognoſcet ab-
bas, ſed epiſcopus, vt C. ne quis in ſua cauſa. l. 1. facit. ff. de iu
di. l. ſi longius. & de poſtu. c. 2. diſtingue ergo, ꝙ aut in cã cri
minali, aut ciuili. & ſi in criminali, aut de expreſ. in regula,
aut extra regulam, & ſi extra, aut eſt crimen leue, aut graue.
ſi aũt eſt ciuilis. & tunc, aut contraxit ſine conſenſu, aut cum
conſenſu, vt ex prædictis apparet. ¶ Secundò quæro circa p̃-
7 dicta. pone, † ꝙ abbas habet ſub ſe clericos ſeculares, & mo
nachos in aliis monaſteriis: an de qõnibus, quæ mouẽtur cõ
tra ipſos, ipſe cognoſcet. dicit Io. An. ꝙ abbas poterit talium
cauſas audire, cum habeat iuriſdi. ordinariã, vt patet ex not.
s̃. e. c. cum ab eccleſiarum. non tamen cogitur actor conue-
nire ipſos monachos, vel priores coram abbate: ſed pote-
rit etiam coram ordinario. eſt enim in poteſtate actoris, co-
ram quo conueniat debitorem, qui habet plures iudices. fal
lit in ſcholaribus, vt in Aut. habita. C. ne fi. pro pa. & idem in
telligas de plebanis, & omnibus aliis iuriſdi. habentibus,
8 etiam ſi ab vniuerſitate eligantur, ſecundùm Inno. ¶ † Sed
hic incidenter quæritur. in caſu, quo quis adeat abbatem,
in quo loco cognoſcet abbas de cauſ. ſubditorum? dicit, ꝙ
in ſuis monaſte. in aliis autem locis, vel diœceſibus ipſas au-
dire non poſſunt: ſicut nec epiſcopus extra ſuam diœce. po-
teſt ius reddere, etiam inter ſuos ſubditos, vbi ille iudex lo-
ci conſentiat. & niſi de conſuetudine: quæ ſicut tribuit iuriſ-
di. in perſonas non ſubiectas, vt j̃. de fo. compe. c. cum dile-
cti. ita & in locis, & multò magis. 12. q. 2. c. præcipimus. &
de ædi. edi. l. iuſtiſsimè. dũmodo ex hoc limites nõ contingat
confundi. infra de pereg. cap. ſuper eo. & ita contingit Flo.
vbi epiſcopus Fæſulanus habet capellam, vbi ius reddit. &
Venetijs patriarcha. ſimiliter in diœce. Caſtellanen. & ibi. ſ.
Flo. patet, quòd vnus epiſcopus habet ſubditos in aliena
diœceſi: ſicut & abbas poteſt habere clericos in alia diœce.
quarum ratione clerici ipſarum eis ſubſunt. & multò fortius
epiſcopus: hæc tamen ſubiectio potius reſpicit temporalia,
quàm ſpiritualia: quanuis & vtrunq; reſpicere poſsit, vt pa-
tet. infra de priui. cap. cum & plantare. §. in eccleſiis. ſecun-
9 dùm Hoſtien. ¶ Tertiò quæro. † vtrùm iſti prælati, ſiue re-
ctores, qui per electionem aſſumuntur, recipiant iuriſdi. ex
electione. & ſic à collegio, vel vniuerſitate: vel ipſam reci-
piant à confirmatore. Innocen. dicit, quòd iuriſdi. recipit ab
vniuerſitate: ſed poteſtatem excommunicandi, & cenſuram
10 eccleſiaſticam exercendi recipit à confirmatore. † nam ex-
communicatio eſt mucro epiſcopalis. 24. q. 3. c. corripiãtur.
ab vniuerſitate verò non recipit poteſtatem aliquam, niſi iu
dicandi, & fortè paruam mulctam imponendi. facit quod
no. Innocen. ſupra de conſti. cap. cum ab eccleſiarum. Hoſt.
tenet, quòd iuriſdi. & omnem poteſtatem recipit à cõfirma-
tore. quod patet, quia ante nihil adminiſtrare poteſt, vt pa-
tet in eo, quod legi. & no. ſupra de elec. c. noſti. & c. tranſmiſ-
ſam. & ſupra eod. c. cum ab eccleſiarum. per quæ iura repro
bat Hoſt. opi. quorundam, dicentium, quòd tunc demum po
teſt coercere, cum recepit benedictionem, cum per illam ha
beat plenitudinem officij: nec prius poterit benedicere, nec
portare baculum paſtoralem, & 50. di. c. 1. & de æta. & qua.
c. cum contingat. hanc opi. reprobat Hoſtien. per dictum. c.
tranſmiſſam. Io. An. remittit ad not. per eum. s̃. de elec. c. ve-
nerabilem. in glo. ar. ꝙ ad fi.

*S V M M AE.*

1 *Pœnæ certæ ſunt in canonibus inſtitutæ: incertæ verò iudicis arbi-
trio reſeruantur.*
2 *Excommunicatus ab vno epiſcopo, debet ab alijs euitari.*
3 *Epiſcopus vnus tenetur exequi ſententias alterius.*
4 *Excommunicatio non ſuſpenditur per ap. obiectum.*
5 *Subditus conquerens de iniuſta excommunicatione ſui epiſcopi, po-
teſt adire archiepiſcopum.*
6 *Archiepiſcopus poteſt abſoluere, epiſcopo negligente.*
7 *Superior quando abſoluit excommunicatos per minorem latam, de-
bet recipere iuratoriam cautionem.*
8 *Abſolutus (quia mandatis obedire promiſit) ſi non obtemperat, redu
cendus eſt in priſtinam excommunicationis ſententiam.*
9 *Archiepiſcopus debet remittere excommunicatum abſoluendum ad
excommunicatorem.*
10 *Iura, quæ imponunt pœnam tranſgreſſoribus quæ ſint.*
11 *Conqueri an poſsit quis de iniuſta excommunicatione.*

AD reprimendam. ¶ Ab vno
epo excõi
catus, ab alio eſt vitandus. & archiep̃s per quere
lam aditus, non abſoluet, niſi primò remittat. h. d. Et duo fa
cit præmittit generale exordium, ex quo poſtea infert ſpãle
mandatum. ¶ No. primò cãm, quare pœnæ fuerint adinuẽ-
te, ad reprimendam &c. cõcor. 4. di. c. factæ. & hoc in prima
gl. & s̃. in prima cõſtitutione Grego. ¶ Scd̃ò no. ꝙ pœnæ cer
tæ ſunt in canonibus inſtitutæ: incertæ verò iudicis arbitrio
reſeruãt, vt patet in ti. de cri. ſtel. & c. de cauſis. s̃. de of. dele.
1 In q̃bus verò caſibus ſint pœnæ certæ, no gl. 2. ¶ Tertiò not.
† ꝙ excõicatus ab vno epõ, dẽt ab aliis euitari. 4. q. 5. c. q(qs.
& j̃. de iudi. c. 1. licet enim vniuerſalis Eccleſia ſit diſtincta
per



per diœc. tamẽ vna ſola cẽſetur. 24. q. 1. c. loquitur. ſimiliter
paterfa. diuidit agrum ſuum gratia melioris culturæ, vt l. Ga
ius. ff. de le. 2. facit l. inter tutorem. ff. de admi. tu. & l. Titiũ, &
3 Mæuiũ. eo. ti. & c. mandata. j̃. de præſum. ¶ Quartò not. † ꝙ
vnus epiſcopus tenetur exequi ſentẽtias alterius, & eas face
re obſeruari. & loquit̃ hic de ſe. excõ. de alijs etiã ſentẽtiis i-
dẽ eſt, vt j̃. de fo. cõp. c. poſtulaſti. & c. Romana. §. cõtrahẽ-
4 tes. de fo. cõp. li. 6. ¶ Quintò no. † ꝙ excõmunicatio nõ ſuſpẽ
ditur p ap. obiectũ. cõcor. j̃. de ap. c. paſtoralis. & l. hi qui ad
ciuilia. vbi de hoc. C. de ap. aliarũ autem ſententiarum effe-
ctus per ap. ſuſpenditur, vt l. furti. & quod ibi no. ff. de his, q
no. infa. cum ſi. quæ ſit ratio diuerſitatis, no. in d. c. paſtoralis.
5 ¶ Sextò not. † ꝙ archiepiſcopũ poteſt adire ſubditus epiſco
pi de ipſo epiſcopo conquerentis de iniuſta excõmunicatio-
ne. & eſt caſus, in quo epiſcopus põt audire cauſam ſubdito
rũ ſuſtraganei, ſeruato tñ ordine hic expreſſo. ¶ Septimò no.
6 † ꝙ epiſcopo negligẽte, põt archiepiſcopus abſoluere. & ſic
habet iuriſdictionẽ archiep̃s certo caſu, cum. ſ. epiſcopus eſt
negligens in abſoluendo: vtrùm aũt ſine negligentia valeret
abſolutio archiepiſcopi: videtur quòd ſic, ar. no. s̃. eo. c. cũ ab
eccleſiarum. In contrariũ faciunt not. s̃. de reſcri. c. ab excõ-
municato. vbi ſi iuriſdictio cõceditur limitato caſu. niſi ve-
nerit, non valet partium prorogatio. facit quod no. s̃. de offi.
dele. c. prudentiã. & qđ dixi in c. P. & G. e. ti. & ad ſciendum,
an epiſcopus velit abſoluere, necne, debebit archiep̃s ſibi ter
minũ ſtatuere. facit qđ no. s̃. c. ſignificauit. ſuper ver. reuoca-
7 re. ¶ Octauò not. in ver. qui ſi voluerit &c. † ꝙ cum ſuperior
abſoluit excõmunicatos per minorem latam, debet recipe-
re iuratoriam cautionem. & ſic cautio iuratoria ſufficit. qđ
eſt verum, ſi perſona, à qua recipitur, eſt idonea. ſecus ſi ſuſ-
pecta. de ſuſpec. tu. l. ſuſpectus. & de præſum. c. literas. ſecun-
dùm Vin. & Io. in dubio ergo ſufficit iuratoria ex natura ver
bi, cau. &c. vt l. ſcimus. C. de verb. ſigni. vtrùm autem iſta cau
tio ſit de ſubſtantia abſolu. videtur, quòd non. quia tex. dicit
[poteris.] Alij dicunt, ꝙ eſt de ſubſtantia, & exponunt [po-
teris] i. debebis. Hoſtien. remittit ad no. per eum. de ſen. ex-
com. c. cum deſideres. In hac etiam abſolutione ſunt vocan-
di omnes, quos negocium tangit, & eo plenè diſcuſſo, & non
aliter, ſecundùm Hoſtien. de appell. c. Romana. §. ſententias.
lib. 6. ¶ Nonò not. in verſ. ita tamen. quòd poſt abſolu. diſ-
cutiendum eſt de iuſtitia cauſæ principalis, & cognoſcet de
ipſa archiepiſcopus, ad quem deuoluta eſt querela iniuſtæ
excommunicationis. & ſi eum iuſtè excõmunicatum repere
rit, remittet eum ad mandatum executoris, an iniuſtè, & ſic
non remittit. quid ergo in delegato, cui cõmiſſa eſt cã iu-
ſtæ, vel iniuſtæ excõmunicationis: an cognoſcet de cauſa prĩ
cipali. dicit Ioan. And. ꝙ non, niſi ſit additum in reſcripto, ꝙ
audiat, & diffiniat, ſi quid reſiduum fuerit quæſtionis, ſecun-
dùm Inn. idem no. Io. An. s̃ de reſcri. c. ab excõicato. ſup ſi.
vltimæ glo. & eſt ratio: quia reſcripta ſunt ſtricti iuris. s̃. tit.
2. c. P. & G. licèt aũt de principali nõ cognoſcat, bene cogno
ſcit de notoria offenſa, ſi de illa excipiatur, de ſent. excom. c.
ſolet. dubito tamen, an hoc ſit verum, ſi per viam ap. iniuſtæ
cauſam deuolutam ſuperior cõmiſit. quo caſu regulare eſt,
vt iudex ad quem cognoſcat non ſolùm de articulo deuolu-
to, ſed de tota cauſa, ſi appellatio eſt iuſta, vt c. vt debitus.
8 de appel. & c. cordi. eod. tit. lib. 6. ¶ Decimò not. † quòd
abſolutus (quia mandatis obedire promiſit) ſi non obtem-
perat, reducendus eſt in priſtinam excommunicationis ſen
tentiam: non ergo contra nõ ſeruantem pacta reuiuiſcit pri
ma actio ipſo iure: ſed debet deponi, & in ſententia excom-
municationis eſt expreſſum. j̃. de ſenten. excommu. c. eos.
lib. 6. In alijs obligationibus extinctis, an reuiuiſcant ipſo
iure contra non ſeruantem pacta, dic vt l. cum mota. C. de
tranſac. & c. cum inter. R. de elect. & j̃. de cõdi. appo. c. 3. & l.
cum proponas. C. de dolo. ¶ Oppo. dicitur hic, quòd excom
municatus ab vno epiſcopo debet ab omnibus euitari. con-
tra imò videtur, quòd ſolùm in illa prouincia, vbi præeſt, vt
l. relegatorum. §. interdicere. ff. de inter. & rele. & l. cũ vnus.
§. ſi is qui. ff. de bo. auct. iud. poſ. ſo. quandoque ſententia affi
cit perſonam: & tũc perſonam ſequitur, quocunque vadat,
vt infamia, & excommunicatio, vt hic, & l. ex ea. ff. de poſtu.
quandoque afficit bona principaliter: & loquuntur contra-
ria. quandoque in conſequentiã perſonæ: vt ſi prodigo ſit in
terdictum bonis. vel quæritur de auctoritate præſtanda mi-
nori, vel monaſterio de rebus alibi ſitis: & tunc ſententia, &
auctoritas iudicis afficit perſonam quò ad bona vbicunque
ſita. & ita not. Bart. in d. §. interdicere. & l. magis puto. §. idẽ
quæri poteſt. ff. de re. eorum. & quod not. Innocẽ. in c. paſto
ralis. j̃. de priui. & Barto. in l. cunctos populos. C. de ſum.
Trini. in repe. & l. is, cui. de verb. oblig. ¶ Secundò opp. dici-
9 tur hic, quòd † debet archiepiſcopus excommunicatum re-
mittere abſoluendum ad excommunicatorem. contra, imò
videtur quòd, cum cauſa ſit ad eum deuoluta per app. ipſe
debebat abſoluere. j̃. de ſent. excommu. c. per tuas. & de ap-
pel. c. ſolicitudinem. Sol. dicunt quidam, quòd aut non fuit
app. ſed cauſa deuoluta per querelam ad ſuperiorem: & de-
bet remittere de neceſsitate: aliàs ſecus, vt in contrario. Dy.
dixit neutro caſu remittẽdum de neceſsitate. & hoc placuit
Goff. Hoſti. dicit, quòd quicquid alibi ſcripſerit, hoc videtur
de mẽte iuris, quòd regulariter ſine conſciẽtia illius, qui pro
tulit excommu. nullatenus abſoluatur. s̃. eo. c. cum ab eccle-
ſiarum. poteſt enim eſſe, quòd excommunicauit pro manife
ſta offenſa. de verb. ſigni. c. ex parte. Ideò debet ſemper fieri
remiſsio. fallit, vbi imminet periculũ ex mora. & vbi notoriũ
eſt iniuſtam eſſe ſententiam. de ſen. excom. c. ſacroſan. & de
ap. c. ſolicitudinem. Innocen. dicit, quòd ap. fuerit poſt ſentẽ
tiam, ſiue non, ſemper eſt remittendus ad excommunicato-
rem, qñ certum eſt ſententiã tenere, vel dubitatur, an ſit iu-
ſta, vt hic. & j̃. de ſen. excõ. c. per tuas. Si verò certũ ſit ſnĩam
eſſe iuſtam: tunc non eſt remittẽdus, ſiue fuerit ap. de app. c.
ſolicitudinem. ſiue non, vt d. c. per tuas. Io. An. putat iſta ſatis
10 expedita, p c. venerabilibus. de ſen. excõ. li. 6. ¶ † Quæro, q̃
ſint illa iura, quæ imponunt pœnã tranſgreſſoribus. gl. 2. enu
merat plura. quædã enim imponũt traditio. iudici ſeculari,
vt illi, qui per ſe falſant literas Papæ: quædam depoſi. tãtùm
11 &c. vt in glo. 2. ¶ † Secundò quæro, an de iniuſta excõmu-
nicatione poſsit quis conqueri poſt. 10. dies, qui dantur ad
appellandum. glo, quæ incipit, hoc ideò. tenet, quòd nõ poſ-
ſit per viam appel. ſed ſimplicis querelæ. Ioã. An. dicit, quòd
poſt. 10. dies non appellat. ſed ſi epiſcopus quandoq; requiſi
tus nollet abſoluere, iſtud eſſet grauamẽ, à quo bene poſſet
appellare. quod eſt bene not. ſecundùm Abb. nequeo modò
diſcernere, an in hoc ſit differentia inter ſententiam excom
municatiõis, & alias. de iniuſtitia enim excõmunicatiõis põt
quis conqueri poſt. 10. dies per viam querelæ: ſed de iniuſti
tia alterius ſententiæ nõn videtur; quia appellare debuiſti, ſi
tibi ſententia diſplicebat, vt l. 1. C. ſi ſæpius in inte. reſti. poſ.
ſed fortè ſi aliquo geſto eſſet licitum recedere à ſententia, &
non admitteret iudex volentes facere quod incumbit, lici-
tum eſſet etiam appellare, vt dictum eſt in ſententia excom
municationis. cogita pro exemplo. ¶ Tertiò quæro. dicitur
hic, quòd coram archiepiſcopo poteſt conqueri de iniuſta
excommunicatione epiſcopi: ſed pone econuerſo, quòd ar
chiepiſcopus petit per epiſcopum, ſubditum ſuum diſtringi
ad mandata ſua ſeruanda, vel puniri: contemnit excommu-
nicationem per eum latam. dicit Io. quòd archiepiſcopus
non erit in hoc iudex competens: ſed erunt eligendi arbi-
tri. 11. q. 1. c. ſi clericus aduerſus clericum. ſecũdùm Innocẽ.
& ratio eſt, ſecundùm Hoſtiẽ. quia de ſubditis ſuffraganeo-
rum ſe non intromittit, niſi per querelam, vel appel. adea-
tur. j̃. eod. c. paſtoralis. vel per relationem epiſcopi. 27.
diſtinc. c. multis. Sed nonne referre videtur, hoc ipſo, quòd
conquerit̃. dicit Hoſt. quòd ſic, quãdo defert cãm vertentem

inter ſubditos,ſi de ea poteſt probabiliter dubitare: ſecus ſi
malicioſè,vt l.3.C.de legi.vbi verò epiſcopus agit cõtra ſub
ditũ ciuiliter, nec expreſſè, nec tacitè poteſt inuito ſubdito
referre negocium,ne illudatur illi. c.ſi clericus aduerſus cle-
ricum.ſubdito tamẽ conſentiente, poſſet archiepiſcopus co
gnoſcere. quia metropolitanus iudex eſt epiſcopi, & ſubdi-
tus poteſt de conſenſu ſui epiſcopi in non ſuum iudicem cõ
ſentire.de fo.compe.c.ſignificaſti.& c.Romana.eod.tit.li.6.
aduerte tamen quia licèt epiſcopus conſentiente ſubdito
poſsit prorogare iuriſd.ſui metropolitani:non tamẽ alterius
metropolitani, vel epiſcopi. quia ſicut clericus ſine cõſenſu
epiſcopi prorogare non poteſt:ita nec epiſcopus ſine conſen.
ſu metropolitani.quod no.

*S V M M AE.*

1 *Iuriſdictio patriarchæ,& primatis fundatur ſuper iure ſcripto.*
2 *Subditi iudicis inferioris non coguntur reſpondere coram maiore.*
3 *Epiſcopus poteſt agere ordinaria, ne ſubiecti trahantur.*
4 *Papa poteſt per priuilegium detrahere vni eccleſiæ,& alij addere.*
5 *Antiqua conſuetudo tribuit iuriſdictionem.*

DVo ſimul. Patriarcha nõ cognoſcit de cauſis ſubditorum ar-
chiepiſcoporum, vel epiſcoporum ſuorũ, niſi de
priuilegio, vel conſuetudine præſcripta, vel appellationis re
medio.h.d. Et in prima deciſa conſultatio. In ſecũda reſpõ
ſio,ibi [conſultationi.] ¶ No. primò additionẽ,quam facit
Io.An.ſuper prin. duo ſimul.&c.dicit enim [duo ſimul par-
tialitate cõtraria in ciuitate Boñ.diu regnare nõ potuerũt. ]
& narrat de expulſione Romei. 1321.3. Auguſti. ¶Secun-
dò not.ordines dignitatum.aliqui patriarchæ:alij primates.
& inter iſtos eſt diuerſitas in nomine: ſed dignitas ead. vt
dicit glo.maior tamen eſt dignitas quatuor patriarchalium,
& plus honoris illis debetur.de priui.c.antiqua.ĵ.de præbẽ.
c.graue.in fi. ¶ Tertiò not.quòd patriarcha non habet præ
ceteris plus,niſi quandam &c. an autem ſine primate poſsit
metropolitanus facere prouinciale concilium,not. 18. diſti.
1 c. primo. ¶ Quartò not. † quòd iuriſdictio patriarchæ, &
primatis fundatur ſuper iure ſcripto, & præſcripta conſue-
tudine.quod ergo ibi non reperitur expreſſum,non eſt ab i-
pſis præſumendum in eo quòd præſumens cenſeretur
malæ fidei. & ſi ita eſt, quomodo conſuetudo potuit fundari
ſuper bona fide, quæ videtur exigi ad eſſentiam præſcrip-
tionis? dic,vt not.de hoc ſubtiliter glo.& Inno.ĵ. de iurepa.
c.cura. ¶Quintò not. quòd priuilegia eccleſiarum ſunt per
petuò obſeruanda.conſiſtit enim in hoc: quia epiſcopo om
nes ſuæ diœce.ſunt ſubiecti,& nulli alij niſi Papæ, & legato.
10 q. 1.c.regenda. ¶Sextò not.in verſi.præterquàm. quòd
quandoque priuilegium conceditur eccleſiæ, & quandoque
perſonæ.in dubio quid iuris.dic vt ĵ.de conſti. c. cum veniſ-
2 ſet.& l.pater filiæ.ff.de ſer.lega.per Bar. ¶Septimò not.† ꝙ
ſubditi iudicis inferioris non coguntur reſpondere corã ma
iore.nec coram eo poſſunt trahi inuiti, imò nec volentes: ni
ſi cum epiſcopus requiſitus iuſtitiam miniſtrare negligit.qđ
ergo tex.dicit[voluerint] intellige,maximè.vt dicit gl.vel ex
pone[voluerint] id eſt velle debuerint:nam,vt dixi, nec vo-
luntarij audiuerint, niſi conſenſus epiſcopi intercedat.ĵ. de
fo.cõp.c.ſignificaſti. ¶ Octauò no. ꝙ epiſcopus hic agebat,
3 quia ſui ſubditi trahebãt † & ſic poteſt agere ordinaria, ne
ſubiecti trahantur ad vetitum examẽ.quod dic vt ſ̃. de of.ar
chi.c.fi.& c.dilectis.ĵ.de app & l. de iure.ad minici. pro ec-
cleſijs etiam ſibi ſubiectis,ꝙ poſsit agere,no.ĵ. de ſucceſ. ab
inte.c.fi.¶Nonò no.ꝙ ad patriarcham cauſæ ſubditorũ ſuſ-
fraganei deuoluuntur per app. & ſic iſto caſu cenſetur iudex
4 cõpetens,& in alijs non.ĵ.eo.c.paſtoralis.¶Decimò no.† ꝙ
Papa põt detrahere ꝑ priuilegium vni eccleſiæ,& alij appli-
care:an aũt hoc poſsit epiſcopus,no.ĵ.eo.de rel.do. c.cõſti-
5 tutus.¶Op.gl.dicitur hic,† ꝙ antiqua conſuetudo tribuit iu
riſd.contra de.c.qa cognouimus. 10.q.2.& c. peruenit. ĵ.de
cen.cũ alijs all.in gl.ſolue,vt in ea.Iſta materia,quid inducat
ꝑſtatio longi tpis,eſt longa, & examinata in dictis contrari-
is.& per Cy.in l.ſi certis annis.C.de pac. & l.cum de in rem
verſo.ff.de vſur.per Bart. quò ad caſum noſtrum de iuriſdi-
ctione querenda conſuetudine habes hic,& C.de emã.li.l.1.
& c.cum contingat.ĵ.de fo. comp.& Bal. in diſputatione, q̃
incipit Appolus.

*S V M M AE.*

1 *Archiepiſcopus poteſt munus conſecrationis alteri delegare.*
2 *Conſecrandus debet recipere conſecrationem ab eo, cui cõmiſſa eſt.*
3 *Cogi non poteſt quis conſecrationem recipere à non catholico, vel ſe dis apoſtolicæ cõtumace.*
4 *Cauſæ quæ dicantur meri imperij: quæ mixti: & quæ ſimplicis iuriſdictionis.*

QVod ſedes. Archiepiſcopus impeditus conſecrationẽ ſuf
fraganei cõmittere poteſt.h.d. cõis diuiſio.Secun-
1 da ibi [conſultationi.] ¶ No.primò,† ꝙ archiepiſcopus po
teſt munus conſecrationis alteri delegare in caſu neceſsita-
tis.poſſunt ergo illa, quæ ſunt ordinis, delegari:ſicut illa, q̃
ſunt iuriſdictionis, vt in c.ſi pro debilitate.de offi. delega. &
hæc eſt differentia inter commiſſ.iuriſdi.& illorum, quæ sũt
ordinis:quia iſtorum non poteſt fieri commiſsio non haben
ti.ĵ.de conſe.ec.vel alta.c.aqua.ſed iuriſdic.ſic. Et aduerte,
quia iſta commiſsio videtur permiſſa in caſu neceſsitatis.
Hoſtien.dicit hoc verum de honeſtate. nam cum de iure cõ-
muni hoc ſibi competat,etiam non impedito poteſt cõmit-
tere.ad hoc.ſ̃.c.proxi.& de offi.deleg.c. paſtoralis. arguit ta
men, quòd ſine conſcientia ordinandi non impeditus alteri
delegare non poſsit: ſicut nec epiſcopus poteſt ab alio con-
ſecrationem recipere,inuito archiepiſcopo.de quo remittit.
ĵ.de for. compe. c. ſignificaſti. Iſta tamen æquiparatio non
eſt bona.quia iuri archiepiſcopi detrahitur,ſi ab alio,quàm
ab eo,munus conſecrationis recipiat:cui archiepiſcopus vi-
ces ſuas commiſit.ergo recipere cogitur,ſicut debitor ad pe
titionem creditoris alteri promittere, ſi nihil ſibi nocet, vt l.
2.§.nec cogitur.ff.ſolu.mat.& l.ſolu.vel iudicium.de ſolu.
¶ Secundò not. quòd quæſtio proponitur, an poſsit com-
mittere coepiſcopo,& reſpon.indiſtinctè dicit, quòd poteſt
committere, ex quo dicit Hoſtien. quod licèt honeſtum ſit
committere ſuffraganeo: poteſt tamen committere cuilibet
epiſcopo.ad hoc.ĵ.de conſe.eccle.vel alta.c.aqua.& de hoc.
2 ſ̃.de elec.c.ſuffraganeis.¶ Tertiò not.† quòd conſecrandus
debet recipere conſecrationem ab eo,cui commiſit. ita ꝙ ſi
non recipit, currunt ſibi tempora cũ ſuis pœnis.de elec. c. cũ
in cunctis.de tranſla.c.2.¶ Quartò not.quò licèt tres ſint e-
piſcopi in conſecratione, vnus eſt, qui principaliter conſe-
crat vice metropolitica. & hoc dicit tex. [ ab eo debet acci-
3 pere.] &c. ¶ Quintò not. † quòd non cogitur quis conſe-
cra.recipere à non catholico,vel ſedis apoſtolicæ contuma-
ce. & hoc verum, quia conſecrare nititur iure commiſsio-
nis.ad hoc.ſ̃.de reſcrip.c.ſciſcitatus. Si autem eſſet ordina-
rius, & minus catholicus, an recipere teneatur, ſicut publi-
cum,vel occultum.dic,vt in c.per tuas.ĵ.de ſimo.& quod no.
in c.dudum.ſ̃.de elect.& c. nihil. ¶ Oppo.dicitur hic,quòd
archiepiſcopus committit vices ſuas in conſecratione. con-
tra iſta eſt cauſa ordinis, & maioris diſcuſsionis.& ſic mixti
imperij, & per conſequens non poteſt alij delegari, vt l. 1.
ff. de offi. eius, cui man. eſt iuriſdict. Sol. dicit glo. magna
ad fi.quòd de iure canoni. delegari poſſunt cauſæ meri impe
rij,& de iure ciuili,cum delegans non poteſt adeſſe.ita dicit
4 glo. ¶ † Quæ autem cauſæ dicantur meri imperij: quæ
mixti: & quæ iuriſdic. ſimplicis, not. Specu. in tit. 1.de offi.
iud.



iud.§.1.ver.notandum quoq;.& ſe.Tu dic,ꝙ merum impe-
rium eſt poteſtas, ſeu iuriſdictio ſeuerioris vltionis exercen
dæ in perſonam vtilitate publica introducta. poteſtas, po
nitur in deſcriptione tanquam genus. ꝙ & de multis aliis po
teſtatibus dicitur.ff.de ver.ſigni.l.poteſtatis. ꝙ aũt dicit[ſe-
uerioris vltionis]&c.dicit, quia & ſi aliæ quædam ſnĩæ ſeue-
ræ ſint:hæc tñ(qa ex mero imperio procedit)ſeuerior eſt,vt
C.de pœnis.l.qui ſententiam.& l.& ſi ſeuerior.C.de his, qui
no.infa.ꝙ aũt ſubijcitur[in perſonam] dictum eſt ad diffe-
rentiam omnium cauſarum,quæ in perſonam pœnam nõ in
fligunt,quæ ponuntur in tex.ff.de var.& extraor. co.l.cogni
tionum genera.& per hoc apparet,ꝙ omnis capitalis cauſa,
quæ triplex eſt, vt not.de pu. iud.l.2.& l.edicto.§.1. de.bo.
poſ. eſt de mero imperio.ſicut no.ff.de iuriſ.om.iudi.l.impe
rium. & idem iure dicendum de cuiuslibet membri mutila.
in Auth.de colla.§.prohibemus.& no.C.de offi.eius,qui vi.
al.l.vlti.& præalle. l.imperium. in glo. ſi ergo.& de qualibet
coerctione. de pœn.l.in ſeruorum.§. vltimo. mixtum verò
imperium ſic cõſueuit deſcribi.Mixtum imperium eſt iuriſ-
dictio explicandi qõnes ciuiles,quæ ſui excellentia maiori-
bus iudicibus deputãtur,vt prouinciarum præſidibus, vt C.
de peda.iudi.l.2.quæ verò defenſoribus competunt, de ea-
rum numero non ſunt. & iſtæ hodie videntur eſſe cauſæ ciui
les vſq; ad.300.aureos, ĩ Aut.de defen.ciui.§. & iudicare.&
leuia crimina, ex quorum pœna de iure communi non cor-
rigĩt corpus:ſed modica pecuniaria pœna infligitĩ, in Auth.
de defen.ciui.§.audient.& ſic apparet, quæ cauſæ ſint meri,
& mixti imperij,& quæ remaneant ſub iuriſdictione ſimpli-
ci.enumerare actus maioribus iudicibus reſeruatos, ac per
hoc de mixto imperio exiſtentes, ſuperuacuum eſt. ſunt.n.
multi,vt tutoris datio.ff.de tuto.l.muto.§. tutoris datio. de-
creti interpoſitio ſup alimetis & hmõi.ff.de trãſac.l.cũ hi. ꝑ
totã.l.ſed ex ſuperioribus quæ ſub vno,& quæ ſub altero cõ
prehendanĩ,colligere licet. & per cõſequẽs q̃ cauſæ ſub iuri
riſd.ſimplici remaneant.iſta ſunt dicta Old. conſi. 10.latius
tñ de materia per Cy.in d.l.imperiũ.& de pe.iu.l.2.& 3.&c.

*S V M M AE.*

1 *Archiepiſcopus poteſt delegare cauſam per appellationem deuolutam ad ipſum. Et non habet iuriſdictionem contentioſam in ſubditos ſuffraganeorum ſuorum. 2.*
3 *Iuriſdictio archiepiſcopi maior eſt in ſuffraganeos, quàm in ſubditos ſuffraganeorum.*
4 *Archiepiſcopus an ſit iudex ordinarius in tota prouincia.*
5 *Caſus,in quibus archiepiſcopus habet iuriſdictionem in tota prouincia non ligatam.*

PAſtoralis. Archiepiſcopus cãm ad ſe ꝑ appellationẽ delatam ſubdi-
to ſuffraganei cõmittere poteſt: ſed illum ad ſuſci-
piendum compellere nequit.h.d.& ſunt duæ partes principa
1 les.Secunda ibi[ꝑterea]vbi eſt. §. ¶Not. primò ꝙ archieps
põt delegare cauſam per appellationẽ deuolutã ad ipſum:
cum enim iure ordinario ſpectet ad eum cognitio, poterit
delegare,arg.not.in l.& quia.ff.de iuriſ.om.iudi. ¶Secundò
2 no.†ꝙ archiepiſcopus non habet iuriſdictionem contentio-
ſam in ſubditos ſuffraganeorum ſuorum.voluntariè ergo po
terit:ex quo patet,ꝙ non erit deluſoria.dicit tñ Io.An. ꝙ po
terit archieps mandare epõ,vt compellat ſubditum ſuum ad
ſuſcipiendum delegationem.ꝙ ſi tps congruum ad hoc aſsi-
gnatum non fuerit, nec aliud iuſtum prætenderit,ipſe cogat
vtrunq;,ar.ſ̃.c.quantò.in fi.ad hoc facit ver.licet. qui ſtatim
ſequitur,ſecundùm Io.An.quod non credo verum, cum nõ
reperiam in caſibus non expreſ. archiepm habere iuriſdi.in
ſubditos. ergo per hunc modum indirectum quærere nõ po
terit:cum præceptum,quod faceret epõ de cogẽdo,non ſpe
ctet ad eius iuriſdictionem:ergo præceptum nullũ. ¶Tertiò
3 not. † ꝙ maior eſt iuriſdictio archiepi in ſuffraganeos, q̃ in
ſubditos ſuffraganeorum.ratio eſt; quia ei ſubditus epi me-
diatè ſubeſt:epiſcopus aũt immediatè. & hoc ideò, ne ordo
eccleſiaſticus confundatur. 11.q.1.c.peruenit.& vt vnicuiq;
eccleſiæ priuilegia ſua conſeruentur.ſ̃.c.duo. ¶Oppo.dici-
tur hic, ꝙ archiepiſcopus poteſt delegare cauſas deuolutas
ad eum per appel.contra in Auth.de fun.ſeu.fun.§.pe. colla.
6.vbi dicitur,ꝙ iudex app.non committit, ſed per ſe exami-
nat.So.dicit Ho.ſpeciale in archiepiſcopis, & aliis, qui ſub-
ſunt immediatè Papæ, ꝙ poſsit committere, ne grauentur
partes ex remotione locorum eũdo ad Papam,arg.in Auth.
de quæſto.colla. 6. cum enim à tali delegato valeat appella-
ri,non eſt ibi modus, qui per talem delegationem frauda-
ri poſsit.de hoc de offi. deleg.c.ſuper quæſtionum.§.inten-
tionis.in glo. 2.vbi videas.¶Quærit glo.vtrùm ſicut archie-
piſcopus caret iuriſd.exercitio in ſubditos ſuffraganeorum,
niſi in caſibus expreſsis:ita dicendum in epiſcopo reſpectu
ſubditorum alicuius ſui præpoſiti,vel plebani.arguit primò,
ꝙ epiſcopus habeat pinguius ius in ſubditos ſuffraganei. &
hoc tenent Hug.Tan.& Vinc.Io.contra.cuius opi.tenet glo.
Ioã. An. dicit, ꝙ ſaluo iure ſpeciali de iure cõmuni in iuriſ-
dic. epiſcopi, & prælati ſibi ſubiecti locus eſt præuentioni.
nec mirum, quia iuriſdictio Papæ præuenitur per inferiorẽ
ordinarium.de app.c.vt debitus.ergo & iuriſdictio epiſcopi
per ſuum inferiorem. qui ergo primò citauit,epiſcopus, vel
inferior, ille procedet. quia iuriſdictio præuenitur per cita-
tionem,vt ĵ.de fo. compe.c. pe.Si autem citant ambo ſimul
(ita ꝙ non appareat quis primò)coram ordinario tanquam
coram digniore debebit eſſe iudicium.ar.c. ſi à ſede.de præ
ben.lib.6.& prædicta procedunt, vbi de priuilegio ſpeciali,
vel conſuetudine ſpectaret ad inferiorem prælatum cauſa-
rum cognitio primo loco:tunc enim non poſſet per epiſco-
pum præueniri.probatur de offi.archi.c.fin.de fo.compe.c.
cum contingat.ĵ.eo.c.irrefragabili.§.exceſſus. & quod not.
ĵ.eo.c.pe.in gl.ad prædicta adde quod not.in d.c.cum eccle
ſiarum prælatis.vbi quæritur,an valeat abſolutio epiſcopi à
ſententia excommunica.lata à ſuo inferiori prælato. & not.
de his Hoſt.in ſumma.eo.ti.§.quid pertinet.ſub.§.ſunt autẽ
diſtinctæ.ver.quid de ſubditis. & ſe. & in Spec. de ordi.§.1.
4 ver.prætermiſ.¶Secundò quæro,†vtrùm archiepiſcopus ſit
iudex ordinarius in tota prouincia: ita ꝙ habeat iuriſdi. ſu-
per quemlibet.Lau.dicit,ꝙ ſic.ſed eam habet impeditam,&
ligatam,vt alibi contingit.ſ̃.de reſcrip.c paſtoralis.T.dicit,
quòd non habet, niſi in caſibus ſpecialibus, quos hic gl.enu
merat poſt eum.Innocen.dicit, quòd habet iuriſdi.archie-
piſcopalem in tota prouincia.ad hoc. 21. diſtin. cap.1.poſt
prin.& cle.2.de priuile.ſed epiſcopalem non. vnde viſitat to
tam prouinciam.quod dic, vt ĵ.de cen. c.1.& vlt. lib. 6.nec
ſequitur.ſi eſt iudex prouinciæ, ergo cuiuslibet de ꝓuincia,
vt dictum eſt. & hoc patet in epõ, qui eſt ordinarius diœce.
non tñ exemptorum.Item non habet in eum, qui eſt bonus,
& bene viuit.ita ꝙ non cõuenit,nec conuenitur: ita ꝙ nõ in-
diget correctione. 22.di.c.de Cõſtantinopolitana. hẽt ergo
archieps iuriſd.per totã ꝓuinciam, vt dicit Lau.ſed nõ exer
citium,niſi in caſibus,vt dixit Tan. & ſic diſcrepãt in verbo,
non tñ in mente. ¶Sed hic incidenter quæritur.ſi archieps
in caſibus,in quibus non hẽt exercitium, excommunicauit,
an valeat.Io.ꝙ ſic,licèt ſit puniendus, vt ipſe no.9.q. 3.& 2.
& in Auth.de.defen.ciui.§.ſi verò egerint.& §.pe.coll.3.Sed
Inno.credit contrarium.3.q.7.c.peregrinus.3.q.3.c.nullus.
& ſic non poteſt abſoluere excommunicatum ab epiſcopo,
niſi in caſibus.licèt ſecus ſit in epiſcopo quò ad ſubditos ſuæ
ciuitatis,vel diœceſ.cum in ipſos iuriſdi. habeat non ligatã.
de hoc in præalleg. c.nullus.& ſupra eod.c.cum ab eccleſia-
rum.& immediatam.ſ̃.de offic.arch. cap.3. vbi not. ¶Ter-
5 tiò no.quæro,† qui ſunt illi caſus, in quibus archiepiſcopus
habet iuriſdictionem in tota prouincia non ligatam. glo.

enumerat multos:primus eſt,quãdo illi deuiant à diuinis offcis à conſuetudine ſuę eccleſiæ.& iſtud eſt verum,niſi contraria conſuetudo, & rationabilis obuiet ex aduerſo. 12.di.c.illud breuiter. Item quãdo epiſcopus eſt negligens in eo, qđ facere debet.60.di.3.c.cũ ſcimus.& hoc verum,etiam ſi agatur de executione vltimę voluntatis in Auth.de ec.ti. §.ſi aũt pro redempt.coll.9.nec mirum, quia ex dicta cauſa negligẽtiæ deuoluitur iuriſdictio ordinarij ad delegatum Papæ, & econtra.ſ.de offi.dele.c.prudentiam.§.ſexta. coniuncto.c.ſignificauit.ſ.eod.alios caſus enumerat glo. magna. vltra eos Io.An.enumerat quoſdam alios.concedit enim literas indulgentiarum per totam prouinciam.j.de pœni.& re.c. noſtro. & c.Romana.Item cum viſitat, audit confeſsiones ſubditorum ſuffraganeorum,& abſoluit.j.de cen.c.vlti. lib.6. Item cum cauſa defertur ad eum per conſultationem.17.di.c. nullus.Item in his, quæ communiter tangunt totam prouinciã.j.de inſti. c. ex frequentibus.Item quò ad congregationem concilij prouincialis,& ea,quæ aguntur,& ſtatuuntur ibidẽ. de accu.c.ſicut.& c.graue.Item in caſu.j. de pœñ.c. Romana.lib.6.Item ſi inter epiſcopum, & Capitulum ſuum fit permutatio ſuper immobilibus, cum epiſcopus non poſsit auctorizare in re,ꝓpria.de auc.tu.l.7.in pri.& idẽ videt in caſu Decre.ſtatuimus.de tranſact.Idem cum epiſcopus, vel quia recuſatus, vel alia de cauſa defert ad eum cauſam.de appel. c.cum ſpeciali.de offi.le.c. licèt. & de his caſibus vide p Ho. in ſumma.eod.tit.§.quid pertinet.ſub.§. ſunt autẽ diſtinctæ.

S V M M Æ.

1 *Excommunicatur quandoq; quis propter contumaciam.*
2 *Officium iudicandi dicitur onus:ſiue officium onerosum.*
3 *Miſſus in poſſeſsionem poſt annum efficitur verus poſſeſſor.*
4 *Cautio cui ſit præſtanda, ſi non poteſt haberi copia iudicis.*
5 *Annalis præſcriptio interrumpitur per oblationem cautionis.*
6 *Conſtitutus in articulo mortis an poſſit à quolibet abſolui.*
7 *Mulier prægnans excommunicata, cuius abſolutio reſeruatur Papæ, an poſſit in puerperio abſolui ab aliquo, tanquàm in mortis articulo conſtituta.*

§. Præterea Mortuo delegato Papæ,qui excõmunicauit reum, vel actorem in poſſeſsionem induxit: ſi eius ſucceſſor in delegatione ſuccedit,abſoluere,& poſſeſsionẽ reſtituere poterit:aliàs ſolus Papa reſtituet, & abſoluet, præterquàm in mortis articulo: ne tamen currat annalis præſcriptio,reus coram ordinario,vel publicis perſonis de ſtãdo iuri prębeat cautionem,hoc dicit
1 iſte.§.¶ Not.primò,† ꝙ propter contumaciam quãdoq; qs excõmunicatur: qñq; patitur miſsionem. & vna pœna non tollit aliam, creſcente contumacia.j. vt lit.non conte.c.quoniam frequenter.§.in alijs.& c.tuæ. & intellige de contumacia interueniente ante lit. cõteſt. ſi enim fuiſſet excommunicatus propter contumaciam: quia non parebat ſententiæ, & lapſus eſt annus vlterius, nec delegatus, nec ſucceſſor abſoluet. de offi. deleg. c. quærenti. ſecundùm Pet. ¶ Secundò not. quòd inferior non abſoluit à ſententia cenſuræ per maiorem lata. econtra autem dic vt ſ.eod. c.cum ab eccleſiarum. ¶ Tertiò not.quòd in articulo mortis poteſt à quolibet abſolui, etiam à laico, ſecundùm glo.vbi ergo ius meũ eſſet ſtatim periturum, ſi irem ad iudicem, poſſum mihi aliter prouidere, & quandoque auctoritate propria capere debitorem fugitiuum,vt l.prætor ait.§.ſi debitorem.ff. de his, quæ in frau. credi. & l. ſed ſi alius.ff. quod vi, aut clam. facit quod not.in l. dies feſtos. C. de ferijs. ¶ Quartò not. quòd quandoque quis ſuccedit in onere, & honore. & hoc contingit, quando fuiſſet facta commiſsio, expreſſo nomine dignitatis.ſ.de offi. deleg. c. quoniam abbas. ſic & conſul ſuccedit conſuli, & iudex iudici, & argentarius argentario, & legatus legato, vt hic probant iura allega.in glo.ſ.de offi.deleg.& j.de eo,qui mit.in poſſeſ.c.3. & prædicta loquũtur in materia ſucceſſionis in iuriſdictione,officio,ſiue hæreditatibus priuatorũ: in quo caſu hæres ſuccedit in vniuersũ ius defuncti,vt in c.is qui in ius.de reg.iur.lib.6. In canonicis autẽ an dicatur quis ſuccedere in officio, vel perſo.not ſ.de elec. c.ꝙ ſicut.vbi no.an hæres ſuccedat in contemptu.¶ Quintò no.ꝙ mortuo delegato poſt miſſionem tędialẽ, non poterit poſſeſſio recuperari. niſi coram delegante: poterit ergo proſequi eandem inſtantiam coram eo. & vide ad hoc bonum text.in dicto c.cum veniſſet.de eo,qui mit.in poſſeſ.& illa eſt translatio inſtantiæ de vno iudice in alium repræſentantem perſonam primi:quandoque transfertur in alium prorſus extraneum.ff.iudi.ſol.l.cum apud.quandoque de procur.in dominum, & econtra. quandoq; de actore in alium:vel de reo
2 in alium,vt j.de iudi.c.quia Gu.¶ Sextò no. † ꝙ officium iudicãdi dicitur onus,ſiue officium oneroſum.ff. de mu. & ho. l.munerum.§.iudicandi,& de vaca. mu. l.prætor.§. qui non habet.eſt etiam honor.j.de app.c.vt debitus.& l. omnẽ honorem.C.quando prouo.non eſt nec.& hoc vult tex.dum di
3 cit [ſuccedit in onere,& honore,]¶ Septimò no. † ꝙ miſſus in poſſeſſionem,poſt annum efficitur verus poſſeſſor. quod eſt verum, etiam ſi per dolum rei poſſeſſionem non potuit adipiſci,vt.j.de dolo,& contu.c.contingit.& quando ſit hoc verũ.dic vt.j.vt lit.non conte.c.quoniam frequenter. §.in alijs.¶ Octauò not.ꝙ licèt non poſſit haberi copia iudicis de cauſa cognoſcentis (puta quia deceſſit) nihilominus currit tempus:niſi ille,contra quem currit præſcriptio,ex parte ſua faciat quod incũbit. rationẽ dixi. j. de ap.c. ſi iuſtus metus. facit l. vt ꝑfectius.C.de an.excep. & l. 1.§. ſi qs ipſi prætori. ff.de oper.no.nunci.& facit ad q. vtrùm citatus, qui comparuit,ſit mulctandus, ſi iudex die præfixo impeditus nõ ſedit pro tribunali.de quo no. in l.ex quacunq;.ff. ſi quis in ius vo. non ie.& loquitur iſte tex. de impedimento contingente ex parte iudicis. ſi autem contingat ex parte rei: vtrùm currat tunc præſcriptio contra eum, dic vt not.Bar. in l. 1. §. ſi quis
4 propter innundat. ff. de iti. actuque priua.¶ Nonò no.† cui ſit præſtanda cautio,ſi non poteſt haberi copia iudicis. Primò enim coram ordinario,& tutum eſt,quòd coram ordinario illius cauſæ fiat oblatio:valet tamen, ſi fiat coram alio. Item valet,ſi non ſeruetur hic ordo. Item non eſt neceſſe actorẽ vocari: quia ſibi quæritur per publicã perſonam, vt l. eum pro quo.& ibi no.ff.de in ius vo.& de his in Spe.de primo decreto.§.iam de officio.ver.& not. ꝙ præmiſſa. cũ verſe.credo ꝙ dicetur non hẽri copiam ordinarij,ſi non reperitur in loco publico,vbi ius redditur,nec debet requiri in camera,vel popina, vt l. 1.§.dies.ver.adeundi.ff.quando ap.ſit.
5 ¶ Decimò no.† ꝙ annalis præſcriptio interrumpitur per oblationem cautionis,à qua caut.nõ releuatur: licèt fortè miſſus non compareat ad eam recipiendam. & hoc propter cõtumaciam præcedentem, quæ grauat illum in præſtanda iſta cautione de iudicio ſiſti:aliàs nullus ſuo nomine cõuẽtus præſtat talem caut. vt Inſti. de ſatiſ.§.ſed hodie.& in l. ſciendum.
6 qui ſatiſd.cog.& l.de die.eo.ti. ¶ Quærit † glo. vtrùm conſtitutus in articulo mortis poſſit à quolibet abſolui.quidam dicunt,quòd ſic,etiam à laico.hoc tenent Vin.& Phi.j. eod. c. fin.glo.tenet,quòd laico bene poteſt quis confiteri: ſed non poteſt abſoluere, vel ligare. quia non habet claues Eccleſiæ. & hoc eſt expreſſum.de pœni.diſt. 1. c. quem pœnitet. ver. tanta itaque.& diſtin.6.cap.qui vult.in prin. ¶ Secundò quæro.dicitur hic, ꝙ in mortis periculo, & in caſibus Papæ reſeruatis poteſt quis abſolui ab alio,quàm à Papa.quæro quãdo dicatur imminere periculum mortis. glo. tangit de illo, qui intrat mare,vel bellum campeſtre cõtra Sarracenos,vel aliàs iuſtum.& veritas eſt,quam glo.ponit in ver.ſed vidẽdũ. ſecundùm Tan.& modernos,vt ſcilicet nõ eoipſo,ꝙ mare ingreditur,immineat periculum mortis. quid in obſeſſo. dicit Hoſt.ponderãdum modum obſeſsionis, & qualitatis perſone:



ne:quædam enim obſidio eſt à longè.quædam cum baliſtis, & alijs rebus actis ad expugnandum in perſona: & in iſtis, cum non immineat periculum,non habebit locum iſta abſolutio. in ſecundis ſic, quando licitè pugnant, vel licitè ſe defendunt.ex parte enim impugnantium,vel iniuſtè reſiſtẽtiũ, quantumcunque immineat periculum, non habebit locum abſolutio:cum enim ſic impugnante,vel reſiſtente iniuſtè,ſicut in mortali,abſolutio talis ceſſat.j.de pœni.c. quod quibusdã. de hoc remittit Hoſt.ad ſummã de treu.& pace.§.qđ ſit iuſtum bellum.ſubdit Hoſti.ꝙ ſi iuſtè obſeſſus pœniteat, ſed ſecurè non poteſt exire,ſecundùm prædicta abſoluetur, cum immineat ſibi periculum.Aduertẽdum autem,ꝙ in omnibus caſibus,quibus dixi aliquem abſoluẽdum:ſi liberetur à morte,debet ire ad excommunicatorem.& ſi mortuus fuerit,eius hæres,& ei humiliter obedire.de ſen.excom.c.de ce
7 tero.& c.ea noſcitur.& c.à nobis.2.¶ † Quid de muliere prægnante excommunicata,cuius abſolutio reſeruatur Papę,an in puerperio poterit abſolui ab alio tanquam in mortis articulo conſtituta.dicit Io.quòd conſideranda eſt conditio mulieris:ſi eſt corpulenta,& facilè conſueuit parere, non abſoluetur,niſi aliud periculum immineat.ſi autem aliàs non peperit,& timet partum,& fortè debilis,poſſet abſolui. Inclinat tamen indiſtinctè poſſe abſolui, ex eo quòd ſi liberatur à caſu, niſi ſatisfaciat, reincidit in ſententiam ipſo facto. j.de ſen.excom.c.eos.lib.6.& vide quod no.Io.An.j.de pœni.& re.c. qđ in te.j. rñ.¶ Tertiò quæro.dicitur hic,ꝙ per ꝓſtationem caut.perpetuatur annalis præſcriptio.quæro vſq; ad quod tempus,dicit ſecundùm l.vſque ad 30.annos,ſecundùm canones vſque ad quadraginta. circa hoc vide qđ not. j.de verbo.ſigni.c.dilecto.per Io.An.in glo.& ita facit quod no.in l.cum notiſſimi C.de præſcrip.30.an.& l.ſicut.& l.oẽs e.ti.¶ Quartò quæro,an iſte poterit præſcribere, qui remanet in illa poſſeſſione:videtur,quòd non, propter malam fidem,quæ inducitur ex lit. conteſta.vt l.more.& l.certum.C. de rei vendi.ſed illud quò ad vendicationem fructuum, & quò ad interruptionem ꝑſcriptionis:ſed quò ad hoc, vt poſſit præſcript.à capite inchoare, tanquam poſſeſſor bonæ fidei,loquitur gl.iſta,quæ tenet,vt habes in ea.dic vt j.de præſcrip.c.fi.& l.iuſtè.de acqui poſ.per Bar.

S V M M Æ.

1 *Officium iudicis eſt latiſſimum ſuper inquirendis criminibus.*
2 *Epiſcopus poteſt facere ſtatuta in ſua diœceſi.*
3 *Mandatum Papæ directum illi, qui facere neceſſariò tenebatur, non habetur pro nouo mandato.*

Licèt. Papa per reſcriptum, quo monet ordinarium ſuum officium exequi,non facit eum delegatum.& ideò nunc ab eo ad proxi. ſuperiorem poterit appellari.hoc dicit. Et primò ponit formam reſcripti,quã ſecundò declarat,ibi [quia tamen.]¶ No.primò, ꝙ à correctione non appellatur,concor.ſunt in glo.¶ Secun
1 dò no.† quòd latiſſimum eſt iudicis officium ſuper inquirẽdis criminibus ſubditorũ.qđ dic,vt c.qualiter,& qñ.j.de accuſa.& l.2.§.publico.ff.de adul.¶ Tertiò no.ſup ver.ſtatuẽs,
2 † ꝙ epiſcopus poteſt facere ſtatuta in ſua diœceſi. de ma. & obe.c.2.dumtamen nihil contra canones ſtatuat, vt ſ. de of.
3 archipreſ.c.fi.¶ Quartò not. † ꝙ mandatum Papę directũ illi,qui facere neceſſariò tenebatur,nõ habetur pro nouo mãdato:nec videtur nouiter delegare, ſed antiquum mãdatum potius excitare. facit ad q.an ſi ſtatutum diſponens idem, quod ius commune,cenſeatur noua conſtitutio,vel ſtatutũ: de quo plenè dixi in c.ſuper literis.de reſcrip.& no.in c. 1.de reſcrip.lib.6.in glo.facit l.vnum ex fami.de leg.2.& l. ſi pro ſeruo fideicom.ff.de hære.inſti.& optimè c.cum aliquibus.j. de reſcrip.lib.6.¶ Quintò no.intuendum eſſe diligẽter, qua auctoritate iudex procedit:quia ad alium,& ad alium appellatur vigore vnius auctoritatis,& alterius:nec procederet iudicium,ſi errore lapſus procederet vigore iuriſd. quam non habet,licèt idem ex natura diſcernere potuiſſet, vt c.cum ex officij.de præſcript.per Inno.& habui iam de facto.¶ Epiſcopus Caſtallanus mandauit eius vicario,quòd cognoſceret de cã,cuius cognitio ſpectabat ad vicarium vigore ſui officij:ab eius ſententia appellatum fuit ad curiam patriarchæ Graden.dicebatur,quòd appellatio non tenebat, quia debebat appellari ad delegantem.reſpondebam, quòd vicarius non erat cenſendus in dicta cauſa delegatus:ſed vicarius. & epiſcopus committendo,videtur ſuum officium excitaſſe. & ſic rectè appellatur ad patriarchã, vt ĩ c. 1.¶ Quæro qualiter cognoſcetur, vtrùm Papa voluerit hunc procedere via ordinaria,vel via delegata.dicit Io.An.ꝙ quãdo ſimpliciter cãm cõmittit,quæ ſpectat ad iuriſdi.ordinarij, vt ordinarius tunc cognoſcet.ſi autem diceret [auctoritate noſtra] & tunc auctoritate Papæ.Item ſi apponatur aliquid vltra formam iuris,vt ſi in literis de ſimplici iuſtitia ſcribatur,ap.remota,vbi aliàs remota non eſſet.talis enim alternatio mutat naturam rei,vt l.ius ciuile.ff.de iuſti.& iure.facit quod no.in c.hi qui auctoritate.j.de præben.li.6.& c.ſi apoſtolicæ.eod.titu. & dicto c.cum aliquibus.& quod dixi plenius in dicto cap. ſuper literis.

S V M M Æ.

1 *Prælati debent ſolicitè vigilare circa reformationem morum, & punitionem delictorum.*
2 *Rector tenetur de animabus ſubditorum reddere rationem Deo.*
3 *Conſuetudo non excuſat contra correctionem.*
4 *Correctio ad hoc vt deuoluatur ad epiſcopum,quid requiratur.*
5 *Punitio canonicorum ad quem ſpectet.*
6 *Ius conſuetudinarium regulatur eiſdem regulis, quibus ius commune.*
7 *Epiſcopus non ligatur facto canonicorum, quominus celebrare poſſit in eccleſia cathedrali.*
8 *Prælatus pro correctione criminum non poteſt imponere pœnam pecuniariam.*
9 *Capitulum an corrigat delicta canonicorum.*
10 *Punitio Capituli ceſſantis à diuinis,ad quem ſpectet.*

Irrefragabili. Prælati ſubditos corrigũt, & reformant, appellatione,vel conſuetudine non obſtan.Si tamen Capitulum canonicorum exceſſus corrigere conſueuit: niſi hoc faciat infra terminum à iudice præfixum,epiſcopus corriget.Si canonici ſine manifeſta rationabili cauſa(maximè in contemptũ epiſcopi)ceſſant à diuinis,epiſcopus ceſſationem non ſeruabit,& metropolitanus de hoc vice Papæ cognoſcet.hoc dicit. Et ſunt quatuor partes. Secunda, ibi [exceſſus.] Tertia ibi
1 [cæterum.]Quarta,ibi [prouidè.] ¶ Primò no.† quòd prælati circa reformationem morum, & punitionem delictorũ debent ſolicitè vigilare.curare enim debet præſes, vt quieta prouincia ſit,quam regit.quod non difficilè obtinebit, ſi ſolicitè agat,vt malis hominibus prouincia careat. Ita dicit l.congruit.ff.de offi. præſid. non immeritò ergo remouetur rector negligens ab officio,vt C.de offic.præfec. Orien. l. ſi quos.ſimiliter prælatus. 1.q.1.c.ecce.¶ Secundò not.† quòd rector tenetur de animabus ſubditorum reddere rationem
2 Deo.eo.n. ipſo,ꝙ eſt plebs diſſoluta,præſumitur ꝑlatus fuiſſe negligens,& præſumitur contra prælatos ex vitijs ſubditorũ.& cõtra magiſtros ex vitijs diſcipulorum, vt no.18. di. c.peruenit.puniri ergo poterit pręlatus vt caput: ſicut dux, & princeps facinoris tenetur pro omnibus reſpondere, vt l. quoniam multa facinora.C.ad l.Iul.de vi pu. ¶ Tertiò not.
5 † ꝙ contra correctionem non excuſat conſuetudo: quia non poteſt præſcribi impunitas delictorum, vt c.quanto.ſ. de cõſue.

ſue.& c.cũ habẽt.ĩ.de eo,qui duxit in ma. ¶ Quartò not.ꝙ
ab exceſſu huiuſmodi in exequendo poterit appellari.& di-
cit Ioan.ꝙ epiſcopus excedit formam, ſi non citat illum, de
cuius fama vult inquirere,per Decr.qualiter.de acc.¶ Quin
tò no.in ver.exceſſus.ꝙ de conſuetudine poteſt correctio ex
ceſſuum pertinere ad Capitulum:ſed de iure cõi pertinet ad
Capitulum,& epm,vt.ĩ.de conſue.c.3.lib. 6. ¶ Sextò not.
4 †ꝙ ad hoc vt delictorum correctio deuoluatur ad epiſcopũ,
requiritur monitio,& præfixio termini.ſi.ĩ.de proba.c.licèt
in prima gl.& per hoc no.Pe.& Ab.quòd in iuriſdictione de
uoluenda neceſſaria eſt monitio:ſecus in collatione benefi-
ciorum.s̃.de conceſ.præben.c.2.facit quod no.Inn.ĩ.de præ
5 ben.c.extirpandæ.¶ Septimò no.†ꝙ punitio canonicorum
ſpectat quandoq; de conſuetudine primo loco ad ſuum Ca-
pitulũ.& ſic Capitulum in cauſa criminali vnius de Capitulo
cenſetur iudex competens.& ſic in facto vnius de Capitulo
Capitulum non põt dici ſuſpectũ. facit l.ſed ſi hac §. qui ma
numittitur.ff.de in ius voc.& l.ſicut.quod cuiuſq; vni. no.
¶ Octauò no.ꝙ ſicut per negligentiam perdit quis ius ſibi
competens de iure cõi:ita ſimiliter ius competens ſibi ex cõ
6 ſuetudine.†Ius ergo conſuetudinarium regulatur iiſdem re-
gulis,quibus ius cõe,ſcilicet cum deuolutione ad ſuperiorẽ,
cum iure appellandi,& ſimilibus,vt c.cum olim.s̃.de cõſue.
¶ Nonò no.ꝙ propter negligentiã Capituli deuoluitur ius
ad epiſcopum puniendi delicta.ſicut quandoque ius eligẽdi,
vt s̃.de ele.c.cum in cunctis.& hoc poſt finem termini , & ẽt
ante,ſi expreſsè reſponderet Capitulum ſe nolle corrigere.
ad hoc ĩ.de loca.c.potuit.de ap.c.ſi ab eo.lib.6.de ſen.excõ.
c.venerabilibus.§.ſecus.& in materia deuolutionis iuris eli-
gendi propter negligentiam no.in l.cum quidam.de leg.2.&
ff.de adul.l.1.§.ſi extraneus.cum ſi.¶ Decimò no.ꝙ propter
negligentiam vnius deuoluitur ius corrigendi delicta ad aliũ:
ſic ordinaria iuriſdictio ad delegatũ,& econtra.& epiſcopa-
lis ad metropolitan.per negligentiam deuoluetur.s̃. eo.c.ſi-
gnificauit.& de offi.dele.c.prudentiã.§. ſexta. ¶ Vndecimò
no.in §.ceterum.ꝙ vbi non ſubeſt manifeſta rationabilis cã,
non poſſunt ceſſare canonici à diuinis: ergo à contrario ſen
ſu pro manifeſta cauſa poſſent.quod expone,manifeſta.i.no
toria,ſecundùm Inn.& Hoſt.sm̃ quos aliàs nulla conſuetu-
do prodeſſet,ꝙ Capitulum contra ſuum epiſcopum in pro-
pria cauſa eſſet iudex:quia eſſet contra bonos mores , & ec-
cleſijs oneroſa.de conſue.c.1.& c.cum venera.& hoc eſt ve-
rum,ꝙ poſſent pro offenſa notoria , ſi ſe ita hẽt conſuetudo.
Iſtud enim,ſ.ceſſare à diuinis,non eſt iudicare. licèt alibi qui
non facit,ſed omittit, dicatur facere,vt no.in l.ſi mora. ff. ſo.
ma.Et aduertendũ,ꝙ iſta ceſſatio à diuinis non habet vim
interdicti:vnde qui ibi celebraret,non eſſet irregularis . ſe-
cus ſi eſſet interdicta eccleſia.ĩ.de exceſ.præla.c. ſi. & idem
no.ĩ.c.ſi canonici.lib.6.in 4.glo.Cauere tamen debẽt religio
ſi,ne celebrent in eorum eccleſijs tempore talis ceſſationis,
vt euitent pœnam Cle.1.de ſen.excom.dicunt tamen quidã,
ꝙ decanus,vel Capitulum poſſet habere poteſtatem interdi
cendi eccleſiam.& tunc ſi pro re dubia interdicerent, puni-
rentur.ĩ.de ap.c.dilectis.vbi de hoc in glo.de his , & de iſtis
ceſſationibus dic,vt no.ĩ.e.c.ſi canonici.& c.quamuis.lib.6.
& quod no.in dicta Decre.quamuis.in glo.ſi.¶ Duodecimò
7 no.†ꝙ epiſcopus non ligatur facto canonicorũ,quominus
celebrare poſſit in eccleſia cathedrali.quod eſt verum,etiam
ſi ceſſare poſſint,arg.s̃.e.c.paſtoralis.§.1.& c. cum ab eccle-
ſiarum.vbi tamen ex iuſta cauſa ceſſant,decet, ꝙ alij ſe con-
forment,vt dicto c.cum ab eccleſiarum.& c.ad reprimendã.
& quod hic cõceditur epiſcopo,intelligitur de capellanis, &
domeſticis ſuis.2.q.7.c.paſtoralis. nec intererunt canonici,
niſi omnes,vel maior pars conſentiant,vt reaſſumant orga-
na. ¶ Decimotertiò not.ꝙ archiepiſcopus cognoſcit de iſta
cauſa non iure ordinario:ſed vt delegatus Papæ.& hoc decla
ratur in glo.& quod dicit tex. [cauſa cognita] &c. intellige
de plano,cum agatur de correctione , & timeatur de ſcanda
lo,& periculum ſit in mora.arg.de ſen.excom. c. vt famæ.
8 & c.ſacro.¶ Decimoquarto no.in.§.prouideãt.†ꝙ prælatus
pro correctione criminum non poteſt imponere pœnã pe-
cuniariam,de quo.ĩ.de pœ.c. licèt.Hoſti.dicit, quòd ſi præ
latus viſitans,& inquirens videt pœnam pecuniariam ma-
gis timeri,quàm ſpiritualem,bene poteſt illam imponere , p
iura alleg.in Decre.licèt.non tamen debet illam ſibi imbur-
ſare:ſed in pias cauſas conuertere,niſi egeret.Remittit Hoſt.
ĩ.e.c.dilectus.mulcta autem,quam imponit iudex propter
offenſam eius dignitatis,applicatur fiſco.ſed aliæ, quæ infli-
guntur pro facinoribus iam commiſſis,ſunt operibus publi
cis deputandæ:ſicut eſt in refectione pontium,& viarum, &
ſimilium.C.de modo mulct.l.1.dicit tamen Hoſti. ꝙ de fa-
cto ſibi applicant has, & illas,remittit ad ſummam.eo.c. §.
quid pertinet ad officium.ver.debet etiam punire. & ſequẽ.
¶ Decimoquintò no.ꝙ quandoque bona conſtitutio frau-
datur,& qđ ſtatutum eſt ad remedium,tendit ad noxã.con-
cor.c.ſtatutis.ĩ.de reſcrip.lib.6.vnde dicit Tullius.Ius ſum-
9 mũ ſumma malitia factũ eſt.¶ Oppo.dicitur hic, †ꝙ Capitu
lum corrigit delicta canonicorum.contra,imò videtur,ꝙ e-
piſcopus,qui eſt iudex ordinarius.11.q.1.c.perſona.ſo.dicit
glo.vel per decanum.illud verum de iure communi.Sed tex.
iſte loquitur de conſuetud.quod patet ibi[hactenus conſue-
uerunt.]&c.poteſt ergo de conſuetudine ad alium,quàm ad
epiſcopum,ſpectare punitio delictorum.quod intelligit Ho
ſtien.verum de correctione exceſſuum plena,& ſimplici , &
non de grauibus criminibus,ar.ff. de pœn. l. reſpiciendum.
§.furta.Si enim ageretur ad degradationem, cõſuetudo hãc
poteſtatem talibus dare non poſſet. & ſic intelligatur de ſo.
cõp.c.cũ contingat.alibi reuocatur in dubium, an merũ , &
mixtũ imperiũ poſſit cõſuetudine acquiri.dic,vt no. Cy.in l.
j.C.de emã.li.& Bal.ĩ diſputat.Appollus. ¶ Scđò opp. dicit
hic,ꝙ negligente Capitulo,deuoluitur ius puniendi delicta
ad epiſcopum.contra epiſcopus eſt in Capitulo tanquam ca
put.ſi ergo ipſe,& alij negligerent,ad archiepiſcopum: ſi nõ
omnes,deuoluitur ad non negligentes,ſicut ius eligendi:er-
go non ad epiſcopum.preterea ex iſto tex.ſequitur,ꝙ epiſco
pus ſolus punit crimina:ſed contra imò ipſe, & Capitulum.
15.q.7.c.epiſcopus.ergo non videtur bene dicere iſte tex.tã
circa talem deuolutionem,quàm circa deuolutionem ſoli e-
piſcopo reſeruatam.Sol.vt in ea glo.quæ dicit , quòd aut ius
puniendi ſpectat pariter ad epiſcopum, & Capitulum , aut
ad Capitulum de conſuetud.vt hic.aut epiſcopus intereſt in
tractatibus vt canonicus, &c. vt in glo. dicit Hoſt.ꝙ in caſu
huius c.non deuoluitur ad epiſcopum punitio criminũ per
negligentiam canonicorum:ſed ſolum impedimentum con-
ſuetud.remouetur. hanc enim poteſtatem habet epiſcopus
iure ſuo, vt dicto c.de perſona. ſed ratione conſuetud.ipſius
exercitium impeditur.ſi.s̃.eo.c.quanto.& ĩ.e.c.graue.ad qđ
impedimentum conſuetud.remouendum adhibetur illud re
medium monitionis,& termini.ad hoc facit l. filio quem pa
ter.ff.de lib.& poſthu.ibi[non translatus ſed redditus vide-
retur.]&c.& l.ſi vnus.§.pactus.verſi. ſed quod in ſpecie dot.
ff.de pac.conſuetudo ergo velut ius commune non in totum
abſorbet.& hoc eſt vtile ſcire, vtrùm.ſ.eps prætendat ius iure
deuoluto,an iure communi, & proprio.Primo enim caſu nõ
requirit conſenſum canonicorum,vt no.s̃.de elect.c.ne pro
defectu.Secundo ſic.ĩ.de his,quæ ſi.à præ.c.ea noſcitur.§. 2.
cum ſi.ſi dicimus in præſcriptione ( vt ſcilicet præſcriptione
completa,res ad antiquum dominum reuertatur ) poſſidet
eam priſtino iure. ĩ.de ordi.cog.c. cum dilectus. & propter
iſta bene forte dicit glo.iſta in ſi.quòd epiſcopus in punitio-
ne requiret conſilium canonicorum.nam licèt amiſerint per
negligentiam ius ſuum conſuetudinarium:non tamen ius cõ
mune,quod habent commune cum epiſcopo,arg.ff.de ſerui.
vr.præ.l.ſi domus.¶ Tertiò opp.hic innuitur,quòd canonici
ex



ex cauſa rationabili poſſunt ſubijcere ſuam eccleſiam inter-
dicto.contra de c.quæſiuit.ĩ.de his,quæ ſi.à ma.par.Ca.c.p̃-
terea.per hoc videtur, quòd præcipiant ſibiipſis. quod face-
re nullus poteſt,vt l.pe.ff.de arbi.ſol.vt in glo.quæ incipit.vi
detur.cuius opinio eſt,ꝙ de conſuetud.hoc poſſint. & idem
Inno.Non ob.ꝙ videãtur præcipere ſibiipſis:quia Capitulũ
præcipit,& non ſinguli.12.q.2.c.qui manumittitur. nec etiã
cauſa eccleſiæ eſt propria prælati.ĩ.de male.c.1.Hoſtiẽ.ſol-
uit aliter,videlicet ꝙ canonici non imperant ſibi: ſed ceſſant
ab eo,quod facere poſſunt,nec dicunt ſibi ius. quia nullam
ſententiam dant,ſed ſolũ ſuſpendũt organa ſua.& vide,quod
no.Io.An.ĩ.de ſen.excom.c.quod in dubijs.¶ Quartò opp.
10 †dicitur hic,ꝙ ſpectat punitio Capituli ceſſantis à diuinis ad
metropolit.tanquam ad delegatũ.contra imò vr̃,ꝙ dẽat ſpe
ctare correctio Capituli ad epm ſuum,vt.s̃.§.exceſſus.ſo.di-
cit glo.non poteſt epiſcopus.quia fuit ceſſatio in iniuriam,&
contemptum ſuum:ergo ipſam vindicare nõ poteſt.ĩ.de ma
le.c.1.Item hoc contingit ex eo:quia oẽs canonici delique-
runt.& iõ cum eps ſine ipſorum conſilio non poſſit delicta
punire.15.q.7.c.eps.iſto caſu conſiliũ habere non poteſt. &
per conſequens nec punire.hanc reprobat glo.& bene. quia
ſi illi,qui debent præbere actui conſiliũ,intereſſe nõ põſsũt,
ſine eorum conſilio celebrabitur actus,vt.c.1.ĩ.ne ſe.va.lib.
6.& l.ſi cum dot.§.eo autem tẽpore.ff.ſol.mat. Item videtur
hæc ratio contrariari his, quæ dixit glo.vel per decanum. ad
ſi.vbi quis non perdit ius intereſſendi vt ſingulis de collegio
ad præbendũ cõſilium:licèt collegium ſit priuatum iure ſuo:
ſed ibi loquitur,cum tractatur de punitione tertij delinquen
tis.hic de punitione ſingulorum de Capitulo. prima ẽt ſolu-
tio non placet.ſ.ꝙ hoc contingat,quia iniuria ſit irrogata e-
piſcopo.quia tex.dicit[maximè in contemptũ.]&c.quaſi iſta
conſtõ locum habeat,et ſi non in contẽptũ. dicit ergo Inno.
ꝙ ita placuit Papæ ſtatuere.& forte ideò,quia cauſa Capitu-
li ardua eſt:vnde inſurgeret perplexitas.quia propter ardui-
tatem requirendum eſſet conſilium Capituli , & propter ſuſ
picionem Capituli non deberet.Item ſecundùm Hoſti.vt au
feratur ſcandalum.¶ Quintò opp.dicitur hic,ꝙ metropoli-
tanus cognoſcit.contra imò videtur ad arbitros recurrẽdũ,
cum hic epiſcopus agat: Capitulum verò interueniat in hac
cauſa,tanquam reus. vnde videtur ob. 11. quæſtio. j. cap. ſi
clericus.ſol. dicit glo. ibi loquitur,cum agitatur cauſa ciui-
lis:ſecus ſi criminalis,vt hic erat:quia tunc arbitri de tali cau
ſa non cognoſcunt,vt l.non diſtinguemus.§.Iul.ff.de arbi.
Ita dicit gl.Ho.dicit,ꝙ hic agebatur ciuiliter de crimine: tũc
ergo ſtat cõtrariũ.quare non corã arbitris.dicit ipſe,ꝙ tunc
eſt verum,qđ hic dicitur de recurſu ad metropolitanum,quã
do epiſcopus non eligit iudicium arbitrorum. & ideò hic ar
chiepiſcopus cognoſcit vt delegatus:quia inter epiſcopũ , a-
ctorem,& ſubditum reum non poteſt cognoſcere iure ordi-
nario,vt dicto.c.ſi clericus.poſſet ergo epiſcopus cogere ca-
nonicos ad arbitros eligendos,ſi vellet coram eis, & non co
ram archiepiſcopo litigare,ſecundùm Hoſti.¶ Quæro.dici-
tur in ver.ceterum.quòd ad canonicos de conſuetudine põt
ſpectare correctio delictorum.quæro ergo,an ſinguli cano-
nici erunt iudices.glo.quæ incipit.vel per decanum.ſentit, ꝙ
ſic,& minus bene.Inno.dicit, ꝙ de nullo canonico dici põt,
ꝙ ſit iudex , vel coniudex; cum penes Capitulum,non penes
ſingulos ſit iuriſdictio,ſicut electio eſt penes Capitulum , &
non ſingulos.& tamen ſinguli coeligunt.& ex hoc infero , ꝙ
ſi aliqui citati non veniunt,alij poterunt iudicare, & corrige
re.quia ſunt ſimul iudices vt collegium: ſecus in principali-
bus ordinarijs,vel delegatis.quia tunc aliquo negligente,alii
non procedunt,niſi dictum ſit in reſcripto,vt.s̃.de reſcrip.c.
cauſam matrimonij.& c.vno delegatorum.& no. iſtam diffe
rentiam bonam.¶ Sextò quæro,an iſte archiepiſcopus ĩ iſta
cauſa ſit cenſendus ordinarius,vel delegatus.glo.pe.in prin.
titubat,ſimiliter Inno.dicens,quòd poſito, quòd ſit delega-
ta: tamen non expirat morte re integra. Vin. præciſè tenet
eam delegatam,non ordinariam . & quia fuit conceſſa iure
ordinario iuriſdi.non poterat cognoſcere inter epm,actorẽ,
& ſubditum reum.& concor.huic quod dicitur de legatis. 2.
q.6.c.anteriorum.§.illo videlicet.ad ſi.

*S V M M AE.*

1 *Fides eadem habet diuerſos ritus quò ad ſacra.*
2 *Sacramenta ad diuina officia qualiter ſunt miniſtranda.*
3 *Epiſcopus vnus quandoque eſt vicarius alterius.*
4 *Pœna imponitur rigoroſa contra aſſumentes ſibi Vicariam aliquam contra proprij epiſcopi voluntatem.*

QVoniam. Ciuitas habens populum di-
uerſæ linguæ, non per hoc ha-
bebit plures epiſcopos: ſed epiſcopus ſecundùm
varietatem linguarum prouidebit de viris idoneis, qui offi-
cient,celebrent,& ſacramenta miniſtrent.poterit etiam ſta-
tuere epiſcopum vicinum illius loci ſibi vicarium.habet qua
tuor partes. Secunda ibi [prohibemus.]Tertia ibi[ſed ſi.]
Quarta ibi[vnde ſi quis.]¶ No.primò, ꝙ quãdoque populi
ſunt permixti, vt Græci,& Latini.s̃.de tempo.ord.c.cum ſe-
cundùm.Citramontani & vltramontani,vt in diœce. Vero-
nen.& Tridentina.& concor.ĩ.de deci.c.in aliquibus.¶ Secũ
1 dò no.† quod eadem fides habet diuerſos ritus quò ad ſa-
cra, & diuerſos mores quò ad alia. hæc autem diuerſitas ni-
hil obeſt ſaluti rectè credentium. 12.diſt.c.ſit ſancta.facit 1.
q.1.c.Marchion,& Baſilides.¶ Tertiò no.caſum,in quo co-
gitur quis habere vicarium,alij no.ĩ.de præben.c.extirpan-
dæ.& eſt caſus,in quo poteſt facere per alium; ita quòd non
per ſe.quo caſu adhibendus eſt miniſter , qui ipſius defectũ
ſuppleat.ſi.in l.1.ff.de ver.obli.& l.quoties.de adminiſt.tut.
2 ¶ Quartò no.† quòd ſacramenta ad diuina officia mini-
ſtranda ſunt Latinis lingua latina , & Græcis græca. quod ſi
Latinus p ſe nõ poteſt,adhibet Græcũ.ſimiliter lex adhibet
interpretem,vt l.1.§.ſi.ff.de verb. ob.¶ Quintò no.ꝙ in vna
ciuitate,vel diœce.non debent eſſe duo capita , quaſi mon-
ſtrum.quod tunc rectè dicitur , cum naſcitur contra formã
humanam, vt cum duobus capitibus : ſecus ſi membrorum
officia ampliauit, vt l.non ſunt liberi. ff. de ſta. homi. ſimili-
ter vna eccleſia debet eſſe vnius ſacerdotis. ĩ. de præben. c.
cum non ignores.ad quod vide.c.in apibus.7.quæſt. 1. ¶ Sex
3 tò no.in ver.ſed ſuper.†ꝙ vnus epiſcopus eſt quandoque al-
terius vicarius,& ſimiliter quandoq; archiepiſcopus ſubeſt
epiſcopo,vt.s̃.de renun.c.ad ſupplicat.ex quo collige,ꝙ ha-
bens vicariam perpetuam habere poteſt etiam aliud benefi-
cium,vt epiſcopatum. de quo dic,vt.s̃.de reſcrip.c. poſtula-
ſti.diſpenſatiuè procedit quod hic dicitur,ꝙ vnus epiſcopus
ſit vicarius,& ſubiectus alteri. s̃. de paro. c. 1. & vide quod
not.in dicto ca.ad ſupplicationem. vbi circa iuriſd. iſtorum
quæritur,an habeant eam inſolidum. & quid ſi ferant cõtra
rias ſententias:vel ſi vnus ſoluat,quod ligauit alter.ſed nullo
modo poſſunt eſſe duo apoſtolici,vt ibi etiam no.ſ.in cap. in
apibus.7.q.1.¶ Septimò no.ꝙ debet quis ſe cõformare mo
ribus illorum,cum quibus viuit.41.di.c.quiſquis.& capacita
ti eorum,quos docet.8.q.1.c.oportet.& intelligentiæ eorum
quibus prædicat.43.diſtin.c.ſit rector.prouinciales ſibi ma-
gnum reputant,ſi ſuæ conſuetudines commendentur, & ſer-
4 uentur.ff.de offici.procon.l.ſi in aliqua.¶ Octauò no.† rigo
roſam pœnam contra aſſumentes ſibi vicariam aliquam con
tra proprij epiſcopi voluntatem:& poteſt contra talem im-
plorari auxilium brachij ſecularis.circa quod vide,quod no.
Archi.ĩ.de hære.c.vt officium.lib.6.vbi dicit,ꝙ omnia iſta iu
ra loquuntur in ordinario:ſecus eſt in delegato,qui non po-
teſt implorare brachium ſeculare.Io.An remittit ad no.in c.
1.de offi.deleg.lib.6.& s̃.e.c.1.

Præ-

*SVMMAE.*

1 *Prædicatio quid dicatur.*
2 *Præfectus curæ animarum qualis eſſe debeat.*
3 *Prædicare qui tenetur ex officio, poteſt alijs committere.*
4 *Ordinarij debent prædicatoribus miniſtrare expenſas.*

INter cætera. In cathedralibus, & colle-
giatis eccleſijs inſtituendi
ſunt viri idonei: quibus, cum expedierit, epĩ committere
poſſunt viſitationes, prædicationes, & confeſſionum auditio
nes.h.d.Et in prima exordium. In ſecunda conſtitutio, ibi[vn
de cum.] In tertia pœna, ibi[ſi quis.] & continuo ad proxi-
mum capitulum hoc modo. Dictum eſt ibi, quando prælatus
non poteſt toti diœce. ſatisfacere in diuinis propter diuerſi-
tatem linguæ, vel ritus. hic loquitur, quando non poteſt pro-
pter impedimentum in eius perſona contingens: vel propter
1 diffuſam prouinciam. ¶ Not. primò, † ꝙ prædicatio dicitur
præambulum. & quomodo vigente prædicatione, vigent vir
tutes. & ea deficiente, intricantur. vide pulchrè per Hier. ſu-
per Galat. d. lib. 2. dicitur enim populus ſine iſto verbo pati
famem, & ſitim. 8. q. 1. c. audacter. ¶ Secundò no. ꝙ non de
ſolo pane viuit hõi &c. ſcribitur Deut. 8. c. 4. Matth. 3. in prĩ.
& Lucæ. 4. conſiſtit enim homo ex corpore, & anima. & quæ
libet eget cibo ſuo. j̃. de cele. miſ. c. in quadam. ¶ Tertiò not.
2 † qualis eſſe debeat qui præficitur curæ animarum. dẽt enim
ædificare plebem verbo, pariter & exemplo. ſ. bonæ vitæ. vn
de Greg. Cuius vita deſpicitur, neceſſe eſt, vt eius prędicatio
3 contemnatur. 3. q. 7. §. tria. in fi. ¶ Quartò no. † ꝙ ille, qui te-
netur ex officio prædicare, vt epiſcopus, poteſt hoc alijs cõ-
mittere contra c. fi. s̃. de offi. deleg. ſed ibi loquitur in eo, cui
prædicãdi officium competebat vigore delegationis: ſecus ſi
4 iure ordinario, vt hic. ¶ Quintò not. † quòd ordinarij debẽt
prædicatoribus miniſtrare expenſas. facit quod no. in ſimili
j̃. de vi. & ho. cle. c. cum ab omni. & c. ſtatutis. §. inſuper. de re
ſcrip. lib. 6. ¶ Vltimò no. hic Ioan. And. quid eſſet bonũ ſta-
tuere circa ſuſtentationes Papæ, & Cardinalium, & ſcripto-
rum curiæ, & ſimi. dic vt hic per eum.

*SVMMAE.*

1 *Declarare cogitur quis ad petitionem aduerſarij, quod ſibi deberi aſ-
ſerit.*
2 *Obedientiam qui petere poſſint.*
3 *Subiectio debetur epiſcopo.*
4 *Charitatiuum ſubſidium qualiter ſit poſtulandum.*
5 *Monachi ratione capellarum ſuarum tenentur ad charitatiuum ſub-
ſidium.*
6 *Officium iudicis quando competat.*
7 *Archiepiſcopus numquid poſſit præſcribere, quòd portet crucem, vel
vtatur aliquo priuilegio.*

COnquerente. Epiſcopus in eccle
ſijs ſuæ diœce. dẽt
eſſe cõtẽtus iuribus epiſcopalibus. & q̃ ſint epiſco
palia iura, declarat. Et in prima petitio, & conteſtatio. In ſe-
cunda ſententia, ibi[nos autem.] ¶ No. primò, ꝙ œconomus
monaſterij hic egit pro eccleſijs, & capellis ſibi ſubiectis, ne
indebitis grauetur oneribus. dicam. j̃. ¶ Secundò not. ꝙ põt
agi contra illum, qui ſuis terminis non eſt contentus. & vti-
nam quilibet ita eſſet. j̃. de ſepult. c. primo. ¶ Tertiò no. ꝙ ab
bas conqueſtus fuit de epiſcopo, & petijt cogi epiſcopum de
clarare quę ſibi in capellis monaſterij competere prætende
bat. quo autẽ iure fundetur iſta petitio, declarabo. j̃. ¶ Quar
1 tò no. † ꝙ ad petitionem aduerſarij cogitur quis declarare
quod ſibi deberi aſſerit. & cum iſta ſit cenſenda petitio ge-
neralis. ſ. iuris epiſcopalis, quomodo ad declarandum coge-
tur, dicam. j̃. ¶ Quintò not. ꝙ hic ſpecificantur multa iuris
epiſcopalis. ſi. j̃. de re iudi. c. cum inter vos. vbi aliqua de his,
2 & quædam alia ſpecificantur. ¶ Sextò not. † ꝙ epiſcopus pe
tit obedientiam in capellis monachorum. & per hanc obedi
entiam intelligunt, ꝙ recognoſcat eum in iudicem compe-
tentẽ. & ad hanc obedientiam tenentur nedum clerici, ſed ẽt
laici. j̃. ti. 2. c. omnes. Iſtã autem obedientiam, & pro maiori
parte alia, quæ ſequũtur in tex. poſſunt habere inferiores epi
ſcopis, vt patet. s̃. de offi. archi. c. 1. & vlti. & de offi. dele. c. ſu
per eo. de elec. c. dudum. & s̃. e. c. cum ab eccleſiarum præla
tis. iſta autem, ſi ſunt cõmunia epiſcopis, & inferioribus præ
latis, videntur exercere tãquam epiſcopi, non tanquam ſub
epiſcopis. vbi ſic eſt de conſuetudine, quòd ab eis non appel
letur ad epiſcopum, ſed ad archiepiſcopũ. exẽplũ. j̃. de ope.
no. nunc. c. ſignificantibus. Ita dicit Inno. contra hoc dictum
facit c. irrefragabili. §. exceſſus. vbi iura, quæ competunt Ca
pitulo, per negligentiã deuoluuntur ad epiſcopum. & quod
no. s̃. e. c. paſtoralis. iuriſdictio. enim inferioris p̃lati, ſiue de
iure cõi, ſiue priuilegio, ſiue conſuetudine competat, nõ ſub
alternari proximo ſuperiori: non aũt eo omiſſo, & poſtpoſi-
ſito gradu archiepiſcopum reſpicere, vel alium mediatum.
& hoc verum videtur, niſi ſit aliud de conſuetudine. & ſic in-
telligo Inno. vel eſt verum dictum Inno. quando competit e-
piſcopo, & inferiori æquo iure; ita quòd habeat locũ præoc-
cupatio inter eos: ſecus ſi præciſè ad inferiorem; ita ꝙ nõ ad
epiſcopum. quia tunc loquitur. §. exceſſus. ¶ Septimò no. † ꝙ
3 epõ debetur ſubiectio. eſt enim omnium iudex ordinarius.
11. q. 1. c. de perſona. nec prodeſt in talibus præſcriptio. j̃. de
præſcrip. c. cum liceat. & nihil ſibi obſtat, niſi priuilegium. s̃.
e. c. duo. Item debet iniungere pœnitentias, & ẽt ſacramẽta
conferre, & hoc reſpicit laicos. Et pro hoc no. Inno. ꝙ peten
do iura epiſcopalia ab abbate, proſequi videtur non ſolũ ca,
in quibus monaſterium mihi tenetur, ſed etiam ad quæ tenẽ
tur clerici, & laici ſuarum capellarum, ad idem de offi. archi.
c. fi. de præſcrip. c. auditur. & hoc ideò quia abbas poſſidebat
hic iura in clericos, & laicos, qui ſi ſuper his conuenirentur,
poſſent dominum. i. abbatem in iudicio nominare, vt not. de
ma. & obe. c. intra quatuor. Et aduertendum, quia in tantum
ſacramenta ſunt recipienda à proprio epiſcopo: ꝙ illi, qui ab
alio recipiunt ſine ſua, vel ſui vicarij licentia, non ſunt abſo-
luti. quia ſententia à non ſuo iudice &c. & dicit Io. An. ꝙ nõ
prodeſſet conſuetudo cõtraria, quæ non valet rationibus hic
no. per eum. & hoc verum quò ad ſubditos præcedentes, ꝙ
de conſuetudine poſſunt ſibi eligere confeſſores. quod dic,
vt. j̃. de pœni. c. penul. lib. 6. Vnus verò pręlatus bene poſſet
hæc iura pręſcribere. quia conſuetudo tribuit curam. allegat
Hoſt. quod no. † de pœni. & rem. c. omnis. ſuper verbo pro-
prio. & in ſumma huius ti. §. cui confitendũ. ſub. §. cui. in prin.
& facit quod no. Io. An. j̃. de foro compe. c. cum contingat.
ſuper glo. 2. ¶ Octauò no. ꝙ epiſcopus habet viſitatio. &
hoc eſt l. iuriſd. quod patet. quia monaſteria ſibi ſubſunt, &
omnia pia loca. de quo remittit Hoſt. de cenſi. c. Romana.
§. j. lib. 6. ¶ Nonò no. in ver. itaq; ꝙ procuratio exigẽda eſt
ſecundùm eccleſiæ facultates. & ſic ab eccleſia paupere ni-
hil petet. j. q. 2. c. placuit. 10. q. 3. c. cauendum. Alij dicunt, ꝙ à
pauperibus eſt petenda: ſed ne nimium grauentur, plures cõ
gregabuntur in vnum. j̃. de cen. c. cum inſtantia. ſecundùm
Goffre. Sed illud verum in procurationibus: ſecus in cathe-
dratico. ita Inno. Sed Hoſti. dicit, ꝙ hæc litera magis fouet vl
timum intellectum. dicit etiam text. ꝙ non debent grauari
plus ceteris. quia ad illud tenentur, quod aliæ faciunt, & non
vltra. de offi. archi. c. fi. ¶ Decimò no. exemplum Hoſt. de ra
4 tionabili † cauſa. ſi epiſcopus fecit magnam emptionem, vel
ſubiit grandes expenſas eundo ad Papam, vel Imperatorem,
vel litigando pro iuribus eccleſiæ, vel alius caſus incidit, ha-
bet neceſſe iſtud ſubſidium poſtulare, propter quod facien-
da eſt contributio, ar. j̃. de ſtatu mo. c. in ſingulis. §. 1. & c. ſe.
dę præſump. c. mandata. & c. vt præteritæ. quod eſt verũ, niſi
in



in caſum inciderit culpa ſua. de æta. & qua. c. 1. ſi enim pro-
pter ſuam prodigalitatem indigeret, ſibi imputet, ar. de con-
ſue. c. ex parte. quod dic, vt no. in ſumma de cenſi. §. ſi. ante fi.
ver. & nunquid. & ver. ſe. & §. ex quibus cau. ver. quid ſi ſub-
ditus dicat. quibus autem verbis vti debeat epiſcopus, q hoc
petit. dic, ꝙ dulcibus, non auſteris, & cauſas indigentiæ de-
5 clarare, vt hic in nouella. ¶ Vndecimò no. † ꝙ monachi rõne
capellarum ſuarum ita tenentur ad charitatiuum ſubſidium,
ſicut & alij. ¶ Op. dicitur hic, ꝙ abbas egit pro capellis ſibi
ſubiectis indebitè aggrauatis. contra imò videtur hoc ſpecta
re ad rectores ipſarum capellarum, & præponendi ſunt. j̃. de
re iudi. c. pe. ſo. licèt rector ſit admittendus, & præferendus,
vt ibi: tamen & abbas poteſt agere, ne indebitis grauentur
oneribus. vel poteſt dici, ꝙ hic temporalia capellarum ſpe-
ctabant ad monaſte. quo caſu ſine dubio agit abbas. j̃. de p̃
bẽ. c. in Lateran. & de excep. c. cũ vener. & de cen. c. cũ olim.
& vide quod no. s̃. de reſcri. c. edoceri. de ap. c. dilectis. de ſuc
ceſ. abinte. c. fin. ¶ Secundò op. & videtur, ꝙ iſta petitio abba
tis. de qua in c. ſit inepta. nullo enim iure fulcitur iſta petitio,
ſcilicet, ꝙ non liceat epiſcopo exigere procurationem à ca-
pellis: quæ non ſufficiunt, vel procurationem nõ debent. Iſta
enim petitio non ſonat in aliquod poſſeſſorium. quia quod
petit epiſcopus, abbas non prætendit ſe poſſidere: ergo libel
lus ineptus, ſed dic, ꝙ fulcitur iure. quia per hanc narrationẽ
videtur abbas intentare negatoriam, quæ competit, quoties
in perſona, vel re mea nego alium ius habere, vt no. de verb.
ſign. c. abbate. & s̃. de offi. deleg. c. cum olim abbas. ſed illud
non videtur verũ. ſ. ꝙ eoipſo, ꝙ epiſcopus petat, cõpetat con
tra eum negatoria. vnde dicunt alij, ꝙ ideò hoc caſu potuit
abbas contra epiſcopum implorare iudicis officium. quia
poterat probabiliter timere gladium excommunicationis,
quem in manu geſtat contra abbatem. 24. q. 3. c. corripian-
tur. vel poteſt dici, ꝙ epiſcopus diffamabat abbatem eſſe ſibi
in quibuſdam iuribus debitorem: vnde iuſtè petitur à ſupe-
riore, ꝙ faciat ipſum ceſſare ab huiuſmodi diffamatione: niſi
infra tempus ſibi præfixum de iure ſuo docuerit. C. de inge.
ma. l. diffamari. & j̃. qui fil. ſint legi. c. lator. & no. Bart. in l. 1.
ff. vti poſ. ¶ Tertiò op. quia ſm̃ proxi. dicta videtur, ꝙ abbas
intentaret ad prædicta officium iudicis. quo rectè petitur im
poni ſilentium diffamanti in ciuili, & criminali, vt dicta l. dif-
6 famari, & l. Titia. ff. de accu. ¶ Sed cõtra hoc opponitur. † tũc
competit officium iudicis, cum deficit omnis actio. ff. de mi
no. l. in cauſæ. Sed cum hic videretur competere negatoria, vt
eſt dictum: ergo non aptè ad iudicis officium deuenitur. ſo.
dicit Inn. iſtud verum in officio iudicis extraordinario: vt ſi
contra ſententiam contra præſcrip. petatur in integrum reſti
tutio. aliàs autem nihil prohibet officium iudicis concurrere
cum alijs actionibus, cum ſit latiſſimum. ff. de iuriſ. om. iud. l.
1. ad hoc. j̃. de an. excep. c. cum eccleſia. & l. fi. de an. excep. &
tutius eſt dicere, ꝙ hic intentaretur iudicis officium, non cõ-
feſſoria, vel negatoria: quæ tantùm dominis competunt. ab-
bas autem non habet dominium capellarum: ergo negato-
riam non poterat ſuo nomine intentare, vel nomine ſui mo-
naſte. quando capella habet ſua iura diſtincta à bonis mo-
naſt. hoc tamen caſu poſſet abbas intentare negocium nomi
ne capellæ, ſicut alias ac. vbi verò habet capellã in proprios
vſus, poſſet tanquam dominus intentare negatoriam ad ſimi
litudinem fructuarij. de hoc vide quod no. j̃. de verb. ſign. c.
abbatẽ. & ibi ſup gl. 1. & de reſt. ſpol. c. olim. & de fide inſtru.
c. G. perpetuus. & de iud. c. examinata. & no. qđ dixi de offi.
iudi. concurrente cũ alia actione. qđ ẽt cõpetit ſm̃ Inn. habẽ
ti iuſtitiam, qñ non hẽt certã act. cum ſit latiſſimũ, vt dictum
eſt. ad hoc optimè. l. ſi me, & Titiũ. ff. ſi certũ pet. & quod no.
Inn. j̃. de or. cog. c. cum dilectus. ſup verbo. iuſtitia ſibi fieri
poſtulabãt. quod verbũ no. & rectè põt dici in caſu huius c.
intẽtatũ iudicis officiũ, quod cõpetit, quãdo epiſcopus vltra
q̃ debet, exigit, in Auth. de quæſto. coll. 6. & C. in qui. cau. l. j.
& de va. mu. l. 1. §. munus. ¶ Quartò op. dicitur hic, ꝙ iſte ab
bas petijt declarari, & declaratio facta fuit: ſed videtur, ꝙ e-
piſcopus non debuerit ad hoc cogi. quia in generalibus iudi
cijs (vt erat iſtud) admittitur petitio generalis, vt patet ex no.
in c. 1. j̃. de li. ob. & in iuribus hic alleg. in prima gl. ſo. quidã
fatentur contrariũ, ꝙ ep̃s hoc fecit volũtariè. vel dic, ꝙ nõ de
oĩbus, ſed de q̃buſdã erat qõ: vñ ſup certis nõ erat iuſtũ pro
batũ recipi: ſed ſuper incertis, ar. l. quidam æſtimauerunt. ff.
ſi certum pe. potuit etiam quæri ab epiſcopo ante lit. conteſ.
an hæc iura poſſideret. ff. de interro. act. l. qui ſeruum. §. in iu
re. ſm̃ Inno. glo. 1. format etiam iſtam opi. & fatetur contra-
rium, ꝙ non debuit ad hoc cogi. ipſa tenet, ꝙ debuerit ſpeci
ficare. & ſi non declarauerit, intelligitur tantummodo de ex
preſ. hic. Inno. dicit idem, ꝙ epiſcopus debuit ad hoc cogi. ni
ſi enim aliqua de expreſſis hic fuiſſent ſpecificata, non fuiſ-
ſent deducta in ſententia, vt ſunt illa, de quibus ius dicit, ſtan
dum eſſe conſuetudini, vt in quarta decimationum, & mor-
tuariorum. j̃. de ſepul. c. certificari. & idem in his, quæ deben
tur ſolum ratione conſuetudinis, nõ de iure cõmuni, vt den.
ſancti Petri. & procuratio archid. de quibus. j̃. de præſcrip.
c. auditis. & ſuper iſtis fuerunt receptæ probationes epiſcopi,
non ſuper ſibi debitis de iure communi. In epiſcopis. n. cum
intentio epĩ ſit fundata de iure cõi, condẽnaretur abbas, niſi
præſcriptionis priuilegio: vel aliter ſe probaret exẽpt. j̃. de p̃
ſcrip. c. auditis. & de cap. mo. c. conſtit. & no. hic gl. qñq; &c.
Innuitur ergo ex his, ꝙ ſi petuntur iura epiſcopalia, intelligi
tur tam de his, quæ debentur de iure communi, quàm ratio
ne conſuetudinis. quod patet, quia ſup his probationes ſunt
recipiẽdæ. de quo no. in dicto. c. certificari. & c. cum ad ſedẽ.
de reſti. ſpoli. hoc fatetur Inno. verum, quando petijt iura e-
piſcopalia ſubiecta tam de iure cõi, quàm vigore conſuetu-
dinis, vt hic vide per Io. An. ſuper glo. j. ¶ Quintò opp. dici-
tur hic, ꝙ epiſcopo debetur quarta decimarum. contra. imò
videtur, ꝙ pertineat ad parochialem eccleſiam. j̃. de deci. c.
dudum. ſo. vt in gl. quę incipit. ſed videtur. quæ tenet, ſecundũ
Io. ꝙ débet habere. & ita ſeruatur ſm̃ eum. pro hoc. j̃. de præ
3 impoſſibilitate,iuris,& facti.tu dic,†ꝙ aliquid eſt impoſſibile de natura:vt dare ſolem,& lunã.& non obligor. ff. de ver. obl.l.ſi ſtipulor.2.rñ.Aliqđ eſt impoſſibile de facto:vt dare montem aureum, vel montes alpium vltra mare deferre. & idem,vt hic,& ff.de ſta.li.l.cũ hæres.§.1.Aliquid eſt impoſſibile de iure(vt dixi)in re ſacra.Cõclude ergo, ꝙ nemo põt obligari ad id, quod eſt impoſſibile de natura,de iure,vel de facto.& hoc verum in contractibus.In vltimis voluntatibus dic, ꝙ idem.ff.de leg.1.l.ſi quis inquilinos.§.vltimo.& l.ſeruo alieno.§.conſtat.idem in ſententijs,& præceptis.nam nec auctoritas ſententiæ,nec præcepti poteſt aliquem ad impoſſibile obligare,vt.ff.quæ ſen.ſi.ap.re.l.vl.1.& 3.rñ. Idem in confeſſionibus.quia confeſſio continens impoſſibile,de natura,de facto,vel de iure nõ eſt obligatoria. ff.de interrog.act. l.confeſſionibus.quid de auctoritate legis, an poſſit ad impoſſibile obligare.dic, ꝙ non. quia lex dẽt eſſe poſſibilis, & honeſta:aliàs nõ eſt habẽda ꝓ lege.Cõclude ergo,ꝙ auctoritas cõtractus,vltimȩ voluntatis, ſñiæ,prȩcepti,cõfeſſionis, & legis non poteſt ad impoſſibile obligare, & vniuerſaliter, vt l. impoſſibilium nulla eſt obligato.Iſta enim dictio,nulla, includit omnem obligationem. & ita no.Dyn. in reg. nemo poteſt.de reg.iur.lib.6.¶Et aduertendum, ꝙ prædicta ſunt vera,quando impoſſibilitas venit per modum principalis diſpoſitionis in contractu,vlt.volũ. ſententia,& ſimilibus,vt.ſ. dictum eſt.ſed quandoque contingit, ꝙ venit non per modũ conuentionis,ſed per modum conditionis:vt promitto decẽ, ſi cœlum digito tangas;vel hominem occidas.Et tunc iſta impoſſibilitas aut eſt in cõtractibus, aut in vltima voluntate.ſi in contractibus,aut affirmatiuè,aut negatiuè. ſi affirmatiuè: vt quia promitto,ſi cœlum digito tangas:& reddit contractũ inutilem.ſi negatiuè:vt quia promitto,ſi cœlum digito nõ tãgas:& valet cõtractus. quia affirmatiua eſt impoſſibilis,eius contraria eſt poſſibilis, & neceſſaria:& facit valere cõtractũ ff.de verb.obli.l.impoſſibilis conditio. & patet Inſti. de inuti.ſtipu. §. ſi impoſſibilis.aut à principio erat poſſibilis,ſed ex poſt facto impoſſibilis. Primo caſu aut erat adiecta perſonæ honoratæ.i.eius,cui aliquid in teſtamento aſcribitur:& tunc habetur pro nõ adiecta,& relictum valet, vt l.obtinuit. ff.de condi.& demon.ſi in perſona onerati.i. eius,cui onus prȩſtationis adijcitur:vt quia damnatur hæres dare,ſi cælum digito tangat:tunc reddit relictum inutile,vt Inſti.de le.§.vlti.Sed ſi erat à prĩcipio poſſibile,ſed ex poſtfacto deuenit ad impoſſibilitatem:& tunc valet diſpoſitio, & ſola impoſſibilitas remouetur,vt l. ſi mihi & tibi.§.ſi quis ſeruos.ff.de leg.1.
4 ¶Sed hic quæritur.†ſi promitto dare hominem, & ſi nõ dedero,promitto pœnam:an ſi homo moritur ante moram, teneat ad pœnam?videtur ꝙ ſic:quia debet remanere illud,qđ eſt poſſibile dari, poſtquã alia pars obligationis deuenit ad impoſſibilitatem,vt iam dixi.& hoc tenet gl.in l.in illa ſtipu. ſi Cal.ff.de ver.ob.Dy.in d.c.nemo poteſt.reprobat illã glo. & dicit,ꝙ aut pœnalis ſtipulatio incœpit à præcedenti cõuẽtione:& ſi non poteſt dari,quod in conuentione deuenit:nec pœna committatur,vt l.ſi homo mortuus.ff.de ver. obli. aut incœpit à præcedenti conditione : vt ſi non dedero hominẽ, promitto 10.& tunc interitu hominis, qui nunquam fuit in obligatione,non potuit liberari promiſſor.adducit l. ſi ad libertat.§.ſi quis.de noxa.ibi enim ſeruus non erat in obligatione: ſed æſtimatio damni,vt.ff.de re iud.l.miles.§. decẽ. & tunc eius interitu cõtingit liberatio : ſed ibi eſt in obligatione æſtimatio propter delictum ſerui.ſicut ego delictum morte ſerui delinquentis extinguitur:ita & obligatio delicti occaſione contracta.ita dicit Dy.in d.reg.nemo poteſt. habes ergo ex prædictis,ꝙ quandoque impoſſibilitas venit in diſpoſitione à principio per modum conuentionis:quandoque per modum conditionis. Item quandoque ſubeſt à principio: quandoque ſuperuenit ex poſtfacto.Clarius tamen dominus Bal.& breuiter ſic diſtinguit,ꝙ aut ipſum diſpoſitum eſt impoſſibile:& non valet contractus,vt.ff.de verb. ob.l. ſtipulatio hoc modo.aut nõ eſt impoſſibile diſpoſitum: ſed eius executio,& tunc aut eſt impoſſibilitas emergens poſt factum:& vitiat,ſi eſt tẽporalis:ſecus ſi perpetua,vt.ff.de arb. l. Celſus. §.idẽ.& l.2.§.quod diximus.ſi quis cau.Aut eſt impoſſibilitas à principio:& tunc refert.aut loquimur in iudicijs, vel arbitrijs:& non vitiat;quia duo videntur præcepta.de dolo, & contu.c.cum dilecti.aut in contractibus bonæ fidei.& idem, vt l.inſulam.§.ſi.ff.loca.aut in contractibus ſtricti iuris:& vitiat,vt in.§.loca.Inſti.de verb.obli.niſi ex partium præordinatione ſit prouiſum contra impoſſibilitatem.ff.de ver. obl. l.fi.§.ſi inter eos.aut loquimur in vltima voluntate: & non vitiat,vt d.§.ſi quis ſeruos.aut diſpoſitum,& executio diſpoſiti eſt poſſibilis, ſed conditio eſt impoſſibilis: & tunc in contractibus ſemper refert. Aut loquimur quò ad contractũ perficiendum:& vitiat,vt l.non ſolum.de act. & obl.Aut quò ad contractum reſoluendum, quatenus eſt de facto proceſſum quò ad executionem:& tunc non vitiat.quia non agitur tunc vi conditionis,ſed ex eius defectu,vt l.ſi militem.C.de cond. ob.cau.Idem no.D.Bal.in l.1.ff.de condi. inſti.quam diſtin-

ctionem no.quia multa concludit.¶Vlterius quæritur,quid
ſi illud,quod in obligatione,vel conditione deducitur, non
eſt prorſus impoſſibile:ſed ille,qui conuenit ſuper illa re,nõ
habet illius rei cõmercium:vt eſt iudæus,qui non poteſt mer
cari mancipium Chriſtianum:vel forenſis non poteſt emere
immobilia Peruſij:vel laico non poteſt conferri beneficium.
iſtud enim,quod in obligatione deducitur,verum eſt in com
muni commercio,non illius contrahentis.dic de iſta materia
in vltima voluntate,vt l.apud Iul.§.vl.ff.de leg.1. In contra-
ctibus,vt l.multum.& ibi per Bar.de verb.ob.¶Deinde quæ
ritur,quid ſi poteſt præſtari ab alio,non ab eo,q ꝓmittit:vt
ſi ille,qui non habet manus,vel eſt cæcus,promittit ſcribere
librum:vel pauper promittit 10.millia flo. dic,ꝙ iſta vltima
difficultas non vocatur impoſſibilitas.& an tunc vitiet. dic,
vt l.continuus.§.illud.de verb.oblig.per Bar.¶Vltimò quæ-
5 ro,† an diſpoſitio contra l.vel bonos mores firmetur adie-
ctione pœnæ. Dic vt no.Ioan.An.ſ.c.proxi. & l.pacta quæ
contra.C.eo.ti.vbi per gl. & an firmetur iuramento. dic per
Bar.in l.ſtipulatio hoc modo.de ver.ob. & in reg.non eſt o-
bligatorium.li.6.

# De tranſactionibus.

DIctũ eſt ſupra de pactis.& ſic de pactis gra-
tuitis:verùm quia quandoque partes paci-
ſcuntur,interueniente pecunia, vel aliquo
dato,vel retento:& aliter non valet,vt l.trã
ſactio.C.eo.tit. Ideò de pactis non gratui-
tis tractatur ſub hac rubrica. ad materiam
facit.54.di.1.q.3.c.ea,quæ.5.q.2.c.ſi primates.conuenit de
offi.dele.c.ſi quando.de collu.c.audiuimus.& de procura.c.
qui ad agendum.in fi.li.6.& de li.conteſt.c.1.eo.lib.

*S V M M AE.*

1 *Litis pendentia quid operetur.*
2 *Defenſio omnis,omnia inſtrumenta, & priuilegia tranſactioni cõtra ria ſunt ſublata poſt tranſactionem.*
3 *Partes poſt latam ſententiam an poſſint compromittere in arbitrum.*
4 *Papa ſupplet defectum ſolemnitatis omiſſæ in tranſactione.*
5 *Petens fundum ex certa cauſa,puta donationis, & tranſigens indi- ſtinctè an poterit petere ex cauſa legati,vel alia.*
6 *Clauſula illa,de omni eo,in quo mihi teneri poſſet, quid operetur.*

SIcut graue. Inſtrumenta, & alia iura par
tium contraria tranſactione
tolluntur.h.d.& prima pars decernit. Secunda ſupplet
ibi[ſi quid.]¶Not. primò, ꝙ Papa commendat hic tranſa-
1 ctionem,dum dicit[poſt ſalubre.]&c.& meritò. † litis enim
pendentia interdum pendere facit:interdum impedit animæ
ſalutem.vnde Iuriſconſultus commendat votum execrantiũ
2 lites.ff.de ali.iud.mu.cau.fa.l.3.§.pe.¶Secundò †no.ꝙ poſt
tranſactionem omnis defenſio,omnia inſtrumenta, & priui-
legia trãſactioni contraria ſunt ſublata. Aequiparatur ergo
in hoc tranſactio ſententiæ,quæ non reſcinditur,vt l.ſi ſub ꝑ
textu. C.de re iud. Et aduerte,quia tex.iſte dicit ſimpliciter
de inſtrumentis,excep.priuilegijs,& alijs:nec declarat,an ꝑ-
uenerint de nouo ad notitiam necne.quod tamen quandoq;
diſtinguitur,vt l.admonendi.ff.de iureiur.Dic ergo,ꝙ regu-
la eſt.quod hic dicitur[vt ſiue inſtrumenta,vel priuilegia fue
rint reperta de nouo,vel non,tranſactio non reſcindatur.]
fallit in cauſa publica,vt l.Imperatores.ff.de re iud. Item in
cauſa eccleſiæ,vt in Auth.de non alie.§.ſi minus.Item in cau
ſa pupillorum.C.de iur.reipu.l.rem publicam.& C.eo.l.præ-
ſes. Item fauore vltimæ voluntatis, in qua non tenet tranſa-
ctio inter ignorantes verba teſtamenti,vt l.de his.ff.eo.Item
ſi prætextu iuramenti delati propter inopiam probationum
pronunciatum eſt contra veritatem,vt d.l.admonẽdi. & hos
caſus no.d.Bal.C.eo.in l.ſub prætextu. oportet ergo nos in-
telligere hũc tex.in inſtrumentis,priuilegijs,& alijs opem fe
rentibus,de quibus habebatur notitia:ſecus ſi fuiſſent de no
uo reperta poſt factam tranſactionem. ¶Tertiò not.ꝙ licèt
partes plures paciſcantur:vltima tamen valent. concordat l.
pacta nouiſſima.C.de pac.quod eſt verum: niſi primum ha-
beat clauſulam derogatoriam,vt ibi no. ad ſimilitudinem te
ſtamentorum,vt l.ſi quis in prin.teſtamenti.de leg.3.& colli
ge etiam ex hoc,ꝙ partes poſſunt ſuper eodem facto pluries
tranſigere,& paciſci:& tunc vltima prioribus derogant, vt
hic videtur.Poſſunt ergo partes à tranſactione recedere, &
redire ad veterem controuerſiam,vt l.ſi diuerſa.C.eo.titu.&
in hoc poteſt notari differentia inter tranſactionem, & ſen-
tentiam.reus enim poteſt ſe reponere in lite ſopita per tran-
ſactionem:ſed non poteſt per pactum facere, vt valeat ſecun
da ſñia contra primã,vt l.1.C.quando prouocate non eſt ne
ceſ.& ratio differentiæ eſt,quia in ſententia non attenditur
conſenſus partium,ſed vigor iudiciorum:ſed in tranſactione
ſecus,quia oritur ex conſenſu.& nihil tam naturale &c.vt in
re.iuris.& no. bene hic,ꝙ licèt ſñia ſecunda non valeat con-
tra primam,etiam de conſenſu partium.quod eſt no.vt no.in
d.l. ſi diuerſa. non tamen poteſt ſimpliciter renunciari pri-
mæ ſententiæ,vt l.duobus.ff.de excep.rei iudi.& l.acta. ff. de
re iudi.& prædicta vera in diffinitiua.Interlocutoria verò be
ne valet de conſenſu partium contra primam,vt l.fi.ff.de pre
to.ſtip.vbi ſententia,quæ non poteſt corrigi, vel reformari,
ſola iudicis voluntate poteſt reformari, & corrigi de partiũ
cõſenſu. Quid in arbitrio,& arbitramento:nunquid valet ſe
cundum contra primum de conſenſu partium? tenet D.Bal.
in arbitramẽto quòd ſic: quia æquiparatur tranſactioni:ſed
in arbitrio,ſine laudo arbitri diſtinguit, ꝙ aut habet vim rei
iudi.& idem quod in ſententia. aut ſibi paretur metu pœnæ:
tunc poſterior cõſenſus valet: quia præiudicat principali cõ
tractui,non ſententiæ arbitri,quæ nulla eſt,vt C. de arbi.l.1.
3 apparet ergo, † ꝙ ſi partes poſt latam ſententiam per iudicẽ
volunt compromittere in arbitrum:ꝙ non poſſunt, niſi cum
clau.[non obſtante ſentẽtia.] quia tunc dicta clauſula habet
vim renunciationis ſentẽtiæ,ſecuto laudo,& non aliàs.quod
4 dic ꝑ D.Bald.in d.l.ſi diuerſa.¶Quartò no.†ꝙ Papa ſupplet
defectum ſolemnitatis omiſſæ in tranſactione:ſimiliter quan
do omittitur in ſententia,vel in alia diſpoſitione, vt in teſta-
mentis,vt l.omnium.C.de teſta.vbi ſola præſentia Papæ vide
tur ſupplere defectum numeri teſtium,& aliarum ſolemnita
tum.& patet hic, ſecundùm Inno. in ſtatutis laicorum ſuper
eccleſiaſticis negocijs.quæ & ſi ſint ipſo iure nulla:tamẽ ſi Pa
pa illa in ſuis literis inſerat approbando, valebunt. ff. de
pign.l.fideiuſſor.§.vlti.& concor.ſ.de elec.c.illa. ¶Sed hic
quæro.an inſtantia alterius contrahentis ſine abſentis iniu-
ria,poſſet ſupplere defectum ſolemnitatis omiſſæ.habeo in ſi
mili quæſtionem de illo, qui non abſtinuit ab hæreditate ſe-
cundùm formam ſtatutorum: an poſſit à concilio generali
(quod tenet locum principis)impetrare,ꝙ habeatur perin-
de,ac ſi iuridicè,& infra tempus debitum repudiata fuiſſet:
& cum ita obtinuiſſet, impugnabatur pro parte creditorum
hereditatis dicta ſuppletio:qđ an fieri potuerit in eorum pre
iudicium,adhuc pendet:& ꝙ potuerit, faciunt prædicta, &
iura allegata in glo.no.ꝙ ſic.¶Oppo.dicitur hic, ꝙ tranſa-
ctio eſt rata,nec retractanda prætextu inſtrumentorum,pri
uilegiorum,&c,ſed contra.ff.de pactis.l.emptor.§.Lucius.&
l.ſub prætextu. C.eo.So.vt in gl.niſi dolo, &c, quæ intelligit
hunc tex.quando non doloſè tranſactio facta eſt. aliàs non
eſt rata,vt l.in ſumma.ff.de condi.inde.vbi diſtinguitur inter
dolum rei,& actoris:vt dolus rei non reddat ipſam nullam ip
ſo iure:ſed dolus actoris ſic. ratio: quia actor tenetur iudici,
& parti,committendo dolum. reus verò parti tantummodo,
quod



quod dic,vt d.l.ſub ꝑtextu.vbi ẽt no.Bar.ꝙ trãſactio eſt illius
naturæ,cuius cõtractus,ſu ꝑ quo interponitur:vt ſi interponi
tur ſuper cõtractu bonæ fidei,ſit bonæ fidei.ſi ſtricti iuris,ſit
ſtricti iuris.aliter ibi Bal.& Cy.¶Secundò no.gl.magna op.
de l.licèt.C.de iudic.Solu.vt in glo. quæ diſtinguit in tranſa-
ctione,vt in ſententia.Aut petitio,proſecutio,& trãſactio ge
neralis.aut petitio,proſecutio,& ſententia ſpecialis.aut peti
tio generalis,ſed proſecutio, & ſententia ſpecialis. aut peti-
tio generalis,& proſecutio,ſed ſententia ſpecialis &c.qđ dic,
vt d.l.licèt.& l.age.C.e.& vtrobique.per gl.¶Sed hic quæro.
5 †peto fundum ex certa cauſa ( puta donationis ) & tranſigo
indiſtinctè:an potero petere ex cauſa legati,vel alia.videtur,
ꝙ ſic:quia ita eſſet in ſententia:vt lata ex vna cauſa non ob-
ſtaret ex alia,vt l.hæreditas materteræ.C.de petit. hære.& ĩ.
de cauſa poſ.& proprie.c.fi.& iſta eſt veritas: licèt gl. teneat
contra,& malè in l.ſi de certa.C.eo.¶Vlterius ad idẽ quæ-
6 rit.†habeo debitorem in 10.ex cauſa mutui, & in 10.ex cau
ſa depoſiti,& in centum ex alia cauſa.feci huic meo debitori
pactum de non petẽdo illa 10.& generaliter de omni eo,qđ
ab eo petere poſſem.quæro,an hæc verba [gñraliter de om-
ni eo.]&c.præiudicent mihi in illis 120.debitis ex alijs cau-
ſis:vt ſic talis reſtrictio ſit generalis:vel reſtringatur tñ ad il
la.10.ex cauſa mutui.Ia.de Are.conſultus de facto tenuit cõ
ſulendo,ꝙ illa verba[de omni eo]&c. referantur ad illa 10.
& ad alia,quæ poſſent venire in eius conſequentiam ratione
pœnarum, intereſſe, pignorum, & acceſſionum.nam verba
reſtringuntur in tranſactione, vt d.l.ſi de certa. Item in re-
miſſionibus,vt l.iubemus.C.ad Vell.Item in ſententijs,vt C.
de ſen.l.licèt.Item in compromiſſis.ff.de arbi. l. ſi cum dies.
§.plenum.Item in computationibus,vt l.omnes.§.Lucius.ff.
quæ in frau.credi.Si enim diceremus aliter, præſumeremus
creditorem donaſſe reliqua non ſoluta. quod non eſt veriſi-
mile,vt l.cum de indebito.de proba.& alijs iuribus hic pro-
bat,vt in illo cõſilio,quod incipit.Habeo debitorem &c.Io.
tamen An.poſt Inn.ſ.de offi.ordi.c.conquerente.in fi.vlt.gl.
dicit,ꝙ in liberatione verba ſunt ſumenda generaliter, pro-
ut iacent: ſed tranſactio reſtringitur ad ea, de quibus eſt a-
ctum.remittit ad illud.c. & facit ad materiam c. ſedes. ſ. de
reſcri.& Cle.procurator.& c.certificari.& quod ibi per Inn.
de ſepul.

*S V M M AE.*

1 *Conſenſus epiſcopi,vel archiepiſcopi requiritur in tranſactione fien da ſuper decimis, & alijs ſpiritualibus.*
2 *Tranſactio an poſſit interuenire in ſpiritualibus.5.*
*Et an in beneficialibus.3.*
*Et quid in cauſa matrimoniali.4.*
6 *Abbas,præpoſitus,vel prælatus ſi habet iuriſdictionem in eccleſijs: an in alienatione rerum talium eccleſiarum ſufficiat eorum aucto ritas.*
7 *Tranſigi an poſſit ſuper decimis,vt nihil ſoluant.*

1 STatuimus. ¶No. primò, † ꝙ in tranſa-
ctione fienda ſuper decimis,
vel alijs ſpiritualibus requiritur conſenſus epiſcopi,vel
archiepiſcopi.ſicut.n.requireretur contrahendo:ita ẽt diſtra
hendo,vt in Auth.contra.C.de repu. & de nup.c.ſi vt propo
nis.¶Secundò no.ꝙ dicit[epiſcopi vel archiepĩ]&c. videtur
enim alterius conſenſum ſufficere:vel refert ſingula ſingulis:
vt ſubditi epiſcopi de conſenſu epiſcopi,& ſubditi archiepi-
ſcopi de ipſius conſenſu hoc faciant.¶Tertiò collige, ꝙ di-
cit[de aſſenſu epiſcopi,vel archiepiſcopi ſui]&c.quãtum.n.
ad auctoritatem interponendam debemus conſiderare iudi
cem contrahentis,non iudicem,vbi ſita eſt res, de qua con-
tenditur.vnde ſi rector eccleſiæ ſancti Pellegrini litigaret de
decimis,quas prætendit habere in dioe.Aretina,tranſigendo
requireretur aſſenſus epiſcopi Senẽ.vbi eſt eccleſia ſancti Pel
legrini.facit quod no.Inno.ĩ.de priuile.c.paſtoralis. & ff.de
re.eo.l.magis puto.§. item quæri poteſt.Sed hic eſt dubium,
an exigatur aſſenſus epiſcopi,actoris,an rei. & certè ſi reus
traderet rem,quæ ab eo petitur ex cauſa tranſactionis,nõ vi-
detur dubium,ꝙ requiritur conſenſus epiſcopi rei:ſi autẽ da
ta alia re,remaneret penes eum.in actore autem, qui alia re
ſpeciali recepta,dimitteret ius ſuum:an requiratur auctori-
tas ſui epiſcopi in iſta renunciatione litis motæ,maius eſt du
bium.quia remittere actionem incertam,non eſt tradere,vel
permutare rem ſpiritualem. cogita. ¶ Venio ad apparatum
2 Doc.& gl.per quæſtiones.Et quæro primò,†an in ſpirituali
bus poſſit interuenire tranſactio.dicit gl.ꝙ non,propriè ſum
pto vocabulo:ſed compoſitio amicabilis bene poteſt. Inno.
dicit,ꝙ licita eſt tranſactio in ſpiritualibus:dummodo ex v-
traque parte detur ſpirituale,& nil tpale, vt in c. ad quæſtio
nes.de re.permu.& hoc verum,quando ſit auctoritate ſupe-
rioris pro bono pacis.quo caſu aboletur vitium.ſ.tit.1.c.cũ
pridem.ĩ.de præben.c.niſi. dicit tamen Inno. ꝙ in tali tran-
ſactione requiritur cauſæ cognitio.& neceſſarium eſt decre-
tũ.12.q.2.c.abbatibus.& c.ſi qua de rebus. ¶Secundò quæ
3 ro.†quid in beneficialibus,an ſuper beneficijs poſſit trãſigi.
diſtingue,quòd aut agitur de beneficijs vt de proprietate: &
poteſt,ſicut in alijs ſpiritualibus.ĩ.eo. c. ſuper eo.aut agitur
in titulum,& non poteſt: etiam ſi hincinde detur ſpirituale.
ĩ.e.c.conſtitutis.niſi ille,qui daret vigore tranſactionis,poſ-
ſet principaliter conferre:tunc enim valeret,vt.ſ. de re.per-
mu.c.cum inter P.ordinatio tamen bene admittitur.ĩ.de ꝑ-
ben.c.niſi. & talis compoſitio interueniens in caſu conceſſo,
ꝙ actor aliquid percipiat annuatim, non egreditur perſonã
paciſcentis.vt ĩ.eo.c.de cetero.In cenſu autem, vel redditu
aſſignando clerico, vel quacunque alia compoſitione extra
iudicium inter eccleſias inita requiritur ſuperioris auctori-
tas,maximè ad hoc ne preiudicet ſucceſſoribus,vt hic.& ĩ.e.
c.veniens.& c.ſuper eo.& d.c.in venditionibus. & per prædi
cta.ſ.ꝙ in iſtis ſpiritualibus requiratur ſuperioris decretum,
& auctoritas in tranſac.dico, ꝙ ſi abbas vendicat quẽ in mo
nachum ſuum:& recipit ab illo pecuniam nomine trãſactio
nis,quòd non valet.quod intelligo, etiam ſi interuenerit au-
ctoritas:quia monachatus nõ poteſt ſeparari à perſona: nec
conſenſus poteſt in hoc aliquid operari. vnde in iure omni-
no inſeparabili non valet tranſactio,ſecundùm Ia.Bu. in l.fi.
C.eo.licèt gl.teneat ibi,ꝙ valet tranſactio iſto caſu, quo ſu-
perior auctoritatem interponit.¶Quærit etiam ibi D.Bald.
4 †quid in cauſa materiali.refert Bart.diſtinxiſſe,ꝙ aut tendit
ad matrimonium:& valet trãſactio,vt matrimonium ſit. aut
tendit contra matrimonium:& hoc eſt impoſſibile,quia fœ-
dus inſeparabile:vnde nec ſententia contra matrimoniũ trã
ſit in rem iudicatam,nec iuſiur. vt l.3.§.1.ff.de iureiur. & ibi
no.ipſe dicit,ꝙ in tranſac.matrimonium nec inſtituitur, nec
deſtituitur vi tranſactionis:bene concedit, ꝙ ſi perſonæ ſint
hab les,& verba exprimant materialem conſenſum,tanquã
ex conſenſu inducitur matrimo.& ꝙ hoc ſit vi tranſactionis:
quia(vt ſuperius dixi)in ſpiritualibus non cadit tranſactio ꝓ
pria vi.Iura enim ſpiritualitatis non ſunt in noſtra poteſtate,
ſicut nec iura ſanguinis,vt ff.de pac.l.ius agna.¶Quærit ẽt:
ſi Apoſtolicus dicit,ꝙ aliqua ciuitas eſt ſua: ciuitas hoc ne-
gat(& ſic eſt quæſtio de ſtatu) nunquid de iſta quæſtione po
teſt tranſigi: vt quòd ciuitas faciat quædam ſeruitia, & non
plus:vel ꝙ data certa annua quantitate, nõ cogatur vlterius.
dicit,ꝙ valet tranſactio,per reg.d.l.fi.C.eo.pacta enim cum
ſubditis inita ſunt ſeruanda. Nititur enim pactum ex natura
li vinculo:quo etiam Imperator, & leges eius ſubijciuntur.
vt Inſti.de iure natu.gen. & ciui. §. ſed naturalia. & l.j. ff.de
proba.de cauſa verò ſanguinis an liceat tranſigere. dic vt l.
tranſigere.C.eo.¶Vltimò quæro.dicitur hic,ꝙ in iſtis ſpiri
tualibus requiritur conſenſus epiſcopi in tranſactione, vel
alie-

5 alienatione.quęro ergo, †an ſufficiat aſſenſus inferioris præ
lati.Dicit Inno.ꝙ abbates alienare debent cum ſuorum præ
latorum conſenſu.17.q.4.c.in venditionibus.epiſcopus verò
debet habere conſenſum ſui Capituli.& ſi non habet,Capitu
lum ſuſpendit.12.q. 2. c. placuit. In quo quidem olim erat
neceſſaria auctoritas concilij prouincialis,vt trium epiſcopo
rum ab archiepiſcopo deputatorum.10.q. 2.c.caſellas.ſed ſi
archieṗs poteſt cōmittere,fortiùs auctoritatē ꝑſtare.¶ Sed
6 incidenter quæritur.†ſi abbas,præpoſitus, vel plebanus ha-
bēt iuriſdictionem in eccleſijs:an in alienatione rerum taliū
eccleſiarum ſufficiat eorum auctoritas.dicit Inn. ꝙ nō. quia
prædicta cap.,abbatibus. & ſe. videntur hoc concedere e-
piſcopis.quidam tamen dicunt, ꝙ abbates in alienatione re
rum eccleſiarum, quæ ad ipſas pertinent pleno iure, potue-
runt auctoritatem præſtare.& hoc fatetur Hoſt.verum quò
ad exemptos,vt no.in c.cum & plantare.j̃.de priuileg.& ibi
per Io.An.in glo.non ſolum.& in cle.1.de re.ec.non alie. in
glo.de epiſcopo.Archiepiſcopi autem non alienabunt ſine li
centia Patriarchæ,vel Papæ.Et iſta ſunt dicta Inno. & Doct.
hic.Ad quæ aduerte.ex his enim deciditur quæſtio, ꝙ ſi ec-
cleſia litem patitur de aliqua re immobili,poteſt ipſam tran
ſigendo dimittere aduerſario pro pecunia, ſi interuenit au-
ctoritas ſuperioris.Et hoc tenet Do.Fred.de Sen.cōſilio.89.
ſine auctoritate aūt diœceſani tranſactio non valeret. nā de
iure bona eccleſiarum non poſſunt alienari ſine eius auctori
tate,vt d.c.abbatibus.& c.placuit.& c.in venditionibus.cum
ſimilibus.& licèt in certis caſibus permittatur alienatio:non
tamen ſine auctoritate diœceſani.multi enim fingerēt lites:
vt ſic poſtea tranſigendo poſſent in alterum transferre res
eccleſiæ.vt dicit tex.in fi.in l.cum hi.ante fi.ff.de tranſ. Facit
quod no.Spe.in tit.de inſtru.edi.§.nunc aliqua.in 7. col. ad
fi.ver.de illo quæritur. pactum ergo illud ſine ſuperioris au-
ctoritate eſt perſonale,non reale.j̃.eo.c. de cetero. & c. ve-
niens.& hoc no.Hoſt.de arbi.c.3.vbi dicit, ꝙ clericus com-
promittendo non poteſt obligare eccleſiam ſine auctorita-
te diœceſani.facit quod no.Spe.in ti.de arbi.§.reſtat.ver.ſed
clericus.& §.finitur.ver.quid ſi prælatus. & prædicta maxi-
mè ſunt vera,quando de lite,vel controuerſia aliter non ap-
paret,quàm per confeſſionem prælati,& Capituli. quia eo-
rum confeſſio non ſufficit,vbi opus,& veritas rei requiritur,
vt no.in ſimili.10.q. 2. c. hoc ius.ver. & is creditor intelligi-
tur.ſuper ver.probat.vbi dicit non ſufficere confeſſionē præ
lati aſſerentis pecuniam mutuatam verſam in vtilitatem ec
cleſiæ fuiſſe.Non ob.c.1.& 3.de pactis lib. 6. quia ibi redit
res ad naturam ſuam:quia eccleſia parochialis recuperat iu
ra ſua.& facilius renunciatur priuilegio, quàm iuri commu-
ni.& hoc ſentit ibi Archi. in c.1.in gl. hoc poteſt. & optimè
facit quod no.Io.An.de reb.ec.non alie.c.1.in Cle. in gl.-in-
7 nuit.¶ Vltimò quæro.†vtrùm ſuper decimis poſſit tranſigi,
vt minus ſoluant.Quidam ꝙ ſic cum auctoritate Papæ,& nō
aliter.& hoc tenet Pe.& idem Abb.allegat quod no.j̃.de de
ci.c.quod in aliquibus.Alij dicunt,ꝙ ſufficit auctoritas epi-
ſcopi,per iura allegata hic in gl. fi.& hoc tenet Hoſt.dicens,
ꝙ hic ſcribitur laicis.quod patet per illa verba[& aliquā per
ſonam eccleſiaſticam.] alias dixiſſet [& aliam perſonā] &c.
Non ob.quod dicitur,laicos non præſcribere, nec poſſidere
poſſe.Dicit.n.ꝙ non poſſident,nec præſcribunt ius decimæ,
ſed quotitatem partis. & ſecūdùm hoc poteſt intelligi quod
not.de parochi.c.fin.& d.c.in aliquibus.& pro hac parte fa-
cit ſecundùm vnum intellectum quod no.j̃.eo.c. ſuper eo.in
fi.1.gl. Contra prædictam deciſionem Hoſ.facit l.comperit.
C.de præſcrip.30.anno.ibi[minimè, vel minus. ] & ibi vide
quod no.Cy.

*S V M M Æ.*

1 *Prælatus an poſſit litigare coram ordinario,uel delegato.*
2 *Abbas,uel prior non poteſt tranſigere,niſi habeat literas de rato.*
3 *Prælatus ut tranſigat, compromittit:an requiratur compromiſſum in decreto:an uerò in laudo.*

**C**Ontingit. Si Capitulum cōſenſerit trā
ſactioni, quam fecit præla-
tus nomine eccleſiæ, vlterius diſſentire non pote-
1 rit.h.dicit.Communis diuiſio.Secunda ibi[vnde.] ¶ † Not.
primò,ꝙ prælatus poteſt litigare coram ordinario,vel dele-
gato.quod intellige de conſenſu Capituli, vt. s̃. de reſcrip.c.
edoceri.qui licèt fuerit adhibitus in litigando, non tamē ad
tranſactionem extenditur:ideò nouus conſenſus exigitur.&
intellige hic tranſactionem factam ſuper temporalibus.quia
ſuper ſpiritualibus non valeret,vt dictum eſt.s̃.c.proxi.¶Se
cundò no.dum dicit[coram ordinario,vel delegato] &c. In
nuit enim,ꝙ de lite coram delegato poteſt tranſigi ipſius au
ctoritate.& eſt hic dubium,an ſit verum. Videretur enim ad
ordinarium recurrendum,quaſi ad caſum tranſactionis non
ſe extendat iuriſdictio delegati,ar.contra.c.ſi annum.de iud.
li.6.nam cum iſta tranſactio requirat cauſæ cognitionem, &
decretum.vt no.s̃. c. proxi. nullus melius poteſt de hoc co
gnoſcere,quàm ille, cui nota ſunt merita principalis cauſæ,
& ad quem ſpectat regulariter de incidentibus cognoſcere,
etiam ſi aliàs eſſet incompetens,niſi in caſu c.tuā.de or.cog.
2 cogita.¶Tertiò no.ꝙ†abbas,vel prior non ꝑt trāſigere,niſi
habeat literas de rato.¶Sed cōtra hoc opp.primò.ꝑlatus eſt
ꝑcurator.de dona.c.2.& 12.q.1.c.ſi.habēs gn̄ralē,& liberā.
vt ibi,& s̃.de ele.c.cū nobis.in fi.ſed talis ꝑt trāſigere.ff.de ꝑ
cu.l.ꝑcurator cui libera.& e.ti.c.q ad agēdū.li.6. Sol.Goſ.ꝙ
ꝑlatus habet generalem,ſed nō liberam:vel ideò non tranſi-
git,quia per tranſactionem fit alienatio. quod ſæpe contin-
git.C.de litig.l.fi.eadem eſt opinio de tutore, qui poteſt tran
ſigere,vt.ff.de fur.l.interdum.§.qui tutelam. & prælatus eſt
tutor,16.q.1.c.in canonibus.Item eadem eſt opinio in admi
niſtratore ciuitatis,qui tranſigit,vt C.eo.l. præſes.& præla-
tus adminiſtrator,& diſpēſator eſt 10.q.2.c.pre carie.& om
nia iſta tria contraria vno modo ſoluuntur,vt hic in nouella.
glo.tamen in l.præſes.C.eod.quò ad poteſtatem tranſigendi
æquiparat tutorem,curatorem,patrem,& prælatum. & ibi
tenet,ꝙ iſti omnes poterunt trāſigere de re dubia. & hoc eſt
verum:tamen ſi res erat,quæ non poterat alienari ſine decre
to,in iſta tranſactione requiretur decretum,vt l.vna.ff.ſi ad-
uer.tranſact.& de prędijs mino.l.ſi ad reſoluendam.nam vbi
in contractu requiritur decretum,requiritur etiam in diſtra
ctu,vt d.l.ſi ad reſoluendam.quæ eſt ad hoc not.hoc fallit in
patre,in quo requiritur decretum: quia ratione vſusfruc. eſt
legitimus adminiſtrator bonorum filij,vt no.Azo de bo.quę
libe.in ſumma.conclude ergo,ꝙ adminiſtratores de re du-
bia tranſigere poſſunt:ſed non debitum liquidum remittere.
quia remittere eſt donare: & epiſcopi donare non poſſunt.
quia donatio non eſt in adminiſtratione patrimonij,vt l.con
tra iur.§.fi.ff.de pac.& l.filiusfa.de dona. quandoq; verò bo
na fide poteſt adminiſtrator remittere debitum liquidū, ſe-
cundùm glo.in d.l.præſes.Pla.ibi contra,per l.pactum.eo.ti.
& hoc tenet contra omnes Doct.Ia.Bu.dicit in dicta.l.præ-
ſes.ꝙ aut remittit debitum liquidum contemplatione domi
ni:& tunc valet.ponit exemplum,quādo propter inimicitias
euitandas fecit pacem cum inimicis pupilli, & remiſit iniu-
riam gratis: vel pone in vſura, vel pecunia extorta occaſio-
ne iniqui contractus.Si autem fiat remiſſio non contempla-
tione domini:tunc ſtant prædicta,ꝙ non poſſit.¶ Vltimò cir
3 ca prædicta quæritur.ecce,ꝙ de quæſtione dubia † prælatus
vt tranſigat,compromittit:vtrùm requiratur decretum in cō
promiſſo:an verò in laudo.& videtur,ꝙ in laudo:quia ipſum
laudum eſt tranſactio,vt no.in Auth.vt dif.iudi.§.1.& c.ſi ad
uer.tranſ.l.1.contrarium tenet D.Bal.quia requiritur tem-
pore compromiſſi:quia decretum reſpicit actum adminiſtra
tionis,non actum tertij.Item quia laudum fundatur ex com
pro-



promiſſo: & ideò fundamentum debet eſſe aptè poſitū. arg.
C.qui da.tuto.poſ.l.vniuer. Non ob. quòd laudum ſit tranſa
ctio.quia verum eſt:non tamen de per ſe, ſed actum cum cō
promiſſo. & regula eſt, quòd ſemper auctoritas præcedere
debet actum,& non ſequi.vt l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.de
acquiren.hæredi.

*S V M M Æ.*

1 *Tranſigi non poteſt ſuper beneficio eccleſiaſtico.*
2 *Lis ſopitur tranſactione.*
3 *Tranſactio ſuper re prohibita non firmatur iuramento.*
4 *Tranſactio in beneficialibus continet ſpeciem ſimoniæ.*
5 *Tranſactio antequam reſcindatur,impedit proceſſum iudicij.*

1 **C**Onſtitutus. †Super beneficio eccle-
ſiaſtico tranſigi non po-
teſt h.d.Et prima pars ponit partis querelam.Se-
cunda dat iudicem.in titulum non poteſt tranſigi. quia non
tranſactio, non ſententia,non ius iuriſdictionis poteſt con-
ferre titulum in beneficio:ſed legitima collatio, vt in c.1.de
reg iur.li.6.hinc eſt,quòd nō fit omiſſio in beneficio,de quo
agitur ex primo decreto propter contumaciam prioris, vt
in c.1.j̃.de eo,qui mitti.in poſ.cauſa rei ſeruan.& idem for-
tè ſi eſſet contentio de aliqua dignitate ſeculari:in qua acto-
ri, vel reo non poſſet tranſactio præbere iuſtum titulum.ar.
2 l.Herennius Modeſtinus.ff.de decur. ¶ Secundò not. †ꝙ lis
dicitur ſopiri tranſactione.eſt enim tranſactio maximum re
medium decidendarum litium:ſicut & ſententia, vt l.maxi-
mum.ff.de iureiu ran. vnde executio tranſactionis impedit li
tis conteſtatio.vt c.exceptionis obiectus.j̃. de lit. conteſta.
3 li.6.¶ Tertiò no.†ꝙ tranſactio ſuper re prohibita non firma
tur iuramento:ſicut nec cōuentio,vt c.ſi diligenti.de fo.cōp.
4 ¶ Quartò not.†ꝙ tranſactio in beneficialibus continet ſpe-
ciem ſimoniæ: cum enim tranſactio non valeat, niſi aliquo
dato,vel retento,vt l.tranſactio.C.eod. illud eſt prohibitum
in beneficio.ſ.aliquid dare,vel accipere:ſed acquiſitio,& re-
ſignatio debet eſſe gratuita, vt 1.q.1.c.1.& per totum. & c.
5 1.de ſimo.¶ Quintò no.†ꝙ inutilis tranſactio,antequam re
ſcindatur, impedit ꝓceſſum iudicii, à quo eſt diſceſſum per
improbam tranſactionem: ſicut & alibi iniuſta detentio be-
neficii impedit impetrationem, ſi de eo mentio facta nō fue
rit.j̃.de conceſ. præben c.cum noſtris. & ſic quod eſt nullū,
præſtat impedimentum.regulariter contra,vt in reg.nō præ
ſtat.de reg.iur.lib.6.¶ Sextò no. quòd reſciſſa tranſactione,
redit quis ad inſtantiam primò motam inutili tranſactione
ſopitam.An autem idem iuris eſſet, ſi promiſſa non ſeruen-
tur, vt poſſit tranſactio non ſeruata redire ad priſtinam li-
tem.argu.quòd ſic,in l.ſiue apud acta.C.eo. ſed fortè ſi poſ-
ſet agere ad conuenta,& deducta in tranſactione,non fieret
litis reſtauratio:ſed hic nō poterat,nec in d.l.ſiue apud acta.
quid autem ſi quis impleuit ex parte ſua, & ſibi eſt impletū,
ſed euictum,an agat de euictione,vel redire debeat ad actio
nem primitiuam.dic,vt l.ſi pro fundo.C.eo.tit. ¶ Op.hic Pa
pa dicit,ꝙ hæc tranſactio continet ſpeciem ſimoniæ. & man
dat litem inter eos reſtaurari. contra: imò cum ſimoniam
taliter tranſigendo commiſerint,debuerunt deponi.& etiā,
quia conuenerant contra iuramentum.præterea iſte. G.cle-
ricus allegauit turpitudinem ſuam,proponendo Papæ, ꝙ da
ta pecunia de beneficio tranſegiſſet: ergo non debuit audi-
ri,vt c.inter dilectos.in fi. j̃.de dona.& l.tranſactio.C.eo.ob
ſtantibus ergo ſimonia,periurio,& turpitudine, non debuit
iſta lis reſtaurari:ſed audientia non præberi, & puniri: cuius
contrūari hic facit Papa.So.dicit glo.ſi.qđ hic dicitur, factū
fuit de gratia.Idem tenet Tan.Inno.ponderat iſtud verbum
[ſpeciem ſimoniæ]&c. aliud enim eſt dicere tranſactionem
ſimoniacam: aliud continere ſpeciem ſimoniæ. & ſi dicas.ſi
ſi non eſt verè ſimoniaca,quare prohibetur? dicit, ꝙ etiam
ab eo,quod habet ſpeciem mali, eſt abſtinendū.de vi.& ho.
cle.c.cum ab omni.& 11.q.1.c.illud.¶Secundò op.cum hic
eſſet turpitudo, ergo non debuit eſſe melior conditio poſſeſ
ſoris.vt ff.de condi.ob turpem cauſam.l.ſi ob turpem.§.por
ro.So.hoc contingit,quia alter damnum: alius verò lucrum
ſentiret ex dolo.quod dic,vt plenè no.in c.intelleximus.j̃.de
adul.& l.cum mulier.ff.ſolu.ma.per Bal. & Bar.vel dic,quòd
contrarium loquitur, vbi eſt vera turpitudo: ſecus ſi habet
ſpeciem turpitudinis:vt eſt hic,ſecundùm Inno. quod no.

*S V M M Æ.*

1 *Impetratio literarum ad extraordinarium iudicem quandoq; fit ſuper beneficio.*
2 *Delegatus in tranſactione non poteſt præbere auctoritatem, per quā conſtituatur eccleſia cenſualis.*
3 *Quantitatis certa redditumm eccleſiæ poteſt alteri ex compoſitione deberi:non autem quota.*
4 *Petenti beneficium quis poſſit aduerſarium ſe conſtituere.*
5 *Quæſtio ſi fuerit cum illo,qui habet poteſtatem conferendi: qualiter poterit diſcedere.*

**D**E cetero. Per trāſactionem factam
ſine auctoritate epiſcopi,
poteſt prælatus, ſed non eccleſia conſtitui cen-
1 ſualis.¶ No.primò,ꝙ†ſuper beneficio quandoq; quis impe
trat literas ad extraordinariū iudicem.i.delegatum, qui ex-
traordinarius appellatur, vt hic, & C.de dila.l.ſi quando.&
quandoq; idem iudex ſuper beneficio conferendo, & cogni
tione cauſæ impetratur, quo caſu poteſt eſſe obreptio in re-
ſcripto,non in gratia, & econtra.quod dic, vt s̃.de reſcri.c.
2 ad aures.per Inn.¶ Secundò no.†ꝙ delegatus in tranſactio-
ne non poteſt præbere auctoritatem,per quam conſtituatur
eccleſia cenſualis.facit ad idem quod dixi.s̃.eo. c.contingit.
ſecus eſt in ordinario,qui quandoq; poteſt.j̃.de iurepa.c.ꝑ-
terea.Et eſt ratio, ſecundùm Vin. quia delegatus habet tem
poralem poteſtatem:ordinarius perpetuam,vt legatus.vt s̃.
de offi.le.c.fi.ſed dices quare requiritur ordinarii, vel dele-
gati auctoritas,ſi tractatur de obligando perſonam litigato
ris duntaxat ad cenſum: videtur enim clericus capax obliga
tionis perſonalis actiuè,& paſſiuè ſine ſuperioris auctorita-
te, cum poſſit habere proprium. ſed dic,quòd ad excluden
dum præſumptionem ſimoniæ,eſt hoc ſtatutum, vt auctori-
tate iudicis fiat tranſactio,aliter extra iudicium non valeret.
3 s̃.c.proxi.facit.j̃.de re.permu. c.quæſitum.¶ Tertiò not.†ꝙ
certa quantitas redditaum eccleſiæ poteſt alteri ex compo-
ſitione deberi:nō autem quota, ne beneficium videatur ſcin
di.j̃.de præben.c.maioribus.facit in ratione ſui.j̃. ne præla.
vi.ſu.c.querelam.& quod not.j̃.de dec.c.quāuis. ¶ Quartò
not.quòd cenſus ſolutus abſque auctoritate epiſcopali non
excedit vitam eius,qui ſoluit.In vita enim ſua poteſt de red-
ditibus eccleſiæ tranſigere,cum faciat fructus ſuos.j̃. de of.
ord.c.1.lib.6.ſed cum morte eius finiantur, non poteſt ius
illius, qui habet ab eo cauſam, vltra durare: ſicut nec ius il-
lius,cui vſufructuarius ceſſit commodum vſusfructus, vt l.
neceſſariò.§.ꝙ ſi penden.ff.de peri.& com.rei ven.facit c.nu
per.& quod dixi.j̃.de dona.inter vi. & vxo.Et aduerte, quia
illud ver.tex.[cui præeſt]&c.exponitur multis modis.Inno.
exponit,præeſt.ſ.clericus,qui petebat beneficium, quod per
compoſitionem obtinuit: acſi dicat. ſi talis per compoſitio-
nem promiſit aliquem cenſum dare illi, cum quo litigabat,
ſucceſſor non tenetur: & tamen nec ſemper eſt ſimoniacum.
j̃.de præben.c.niſi eſſent.Hoſtiē.exponit, aliter non inſiſto.
¶ Quęro.dicitur hic,quòd iſte litigabat cum aduerſario ſuo
ſuper beneficio, & quòd inuicem tranſegerunt. quæro ergo
4 † quis poſſit petenti beneficium aduerſarium ſe conſtitue-
re:ita ꝙ ad iudicium ſit vocandus.Rū.ꝙ quandoq; quis præ
tendit ius in beneficio vacante:& ſic agit.quandoq; agit pro
benefi-

tio,quod ab alio poſſidetur. quandoque agit pro beneficio, in quo eſt inſtitutus.Primo caſu aut iſte,qui agit,non eſt confirmatus: aut eſt iam confirmatus. ſi non eſt confirmatus,in confirmatione,quæ petitur,ſunt vocandi ad quos ꝑtinet præſentatio,vel electio:vt ſi volunt de iure ſuo contendere, audiantur:& ſimiliter ille,ad quem pertinet præſentatio.quod dic,vt.j̃.de ele.c.ſi.lib.6.Epiſcopus autem,qui inſtituit, non eſt vocandus:licèt enim quandoque citetur ad defendẽdũ.factum ſuum,vt plenè no.j̃.de procu.c.in noſtra.tamen iſto caſu non erit citandus.nam poſt inſtitutionem,& confirmationem poteſt ex officio inquirere.de ele. c. cum nobis olim.§.cum igitur.Si verò iſte,qui agit,eſt confirmatus, non ſunt vocandi electores,vel confirmatores : quia non poſſent officiũ confirmationis impedire.j̃.de ap.c.conſtitutis.2.§.fi.& hoc verum,quando ipſis vocatis fuit facta confirmatio,vel inſtitutio:alioquin etiam poſt confirmationem ſunt vocandi , & audiendi,vt no.de ele.c.cum dilecti. & de cauſa poſ. c. cum olim. Adde tamẽ quod legitur,& no.in c.veniens.j̃.de teſti. vbi de illo,qui venit prætendens ius in beneficio vacante:nõ principaliter,vt impugnet perſonam,electionem,vel confirmationem:ſed pro iure ſuo,ſuper quo facilius auditur:& impedit,vt ibi.Secundo caſu quando agit pro beneficio, quod ab alio poſſidetur;& tunc ſine dubio ille,qui poſſidet,eſt vocandus.vnde ſi iam confirmatus præbendam à Capitulo petat,ipſum Capitulum,quod præbendam poſſidet,vocari debet.j̃.de teſta.c.relatum. quo caſu poterit opponere de obreptione.j̃.de dolo,& contu.c. cum olim Daniel. facit quod no.in c.cum Bertoldus.j̃.de re iudi.vbi petitur beneficiũ in tit.& c.querelam.s̃.de ele.Tertio caſu,quando agit ille, qui poſſidet.dic,ꝙ poteſt,quando moleſtatur. poteſt enim agere confeſſoria,vel negatoria: cum habeat ius in re. & ſimiliter poſtquam fuit confirmatus, licèt non poſſeſſionem adeptus.quia ſolus titulus collationis , vel confirmationis tribuit ius in re:ſecus in rebus prophanis , vt l. traditionibus. C. de pac.coniuncto c.ſi tibi abſenti.de præben.li.6.ante cõfirmationem verò eſt iudicis officium implorandum. cum non habeat ius in re.s̃.de elec.c.qualiter. ¶ Ex prædictis ergo habes,qui ſunt vocandi,vel non:& in caſu, quo eſſent vocandi, & non fuiſſent vocati.dicunt quidam,ꝙ confirmatio erit nulla.Alij dicunt,quòd tenet confirmatio:ſed poteſt caſſari pro eo,ꝙ eis abſentibus facta eſt , etiam ſi aliàs ſit canonica.ſuper hoc tamen vide,quod no.s̃.de maio.& obe.c.humilis.ꝑ glo.& Inno.vbi de citatione abſentium in alijs negocijs,quã electionis.quandoque tamen in negocio electionis nõ eſt neceſſaria citatio hominis:quia ius ipſum citat, vt in caſu.c.ſtatuimus.j̃.de ele.lib. 6. Et prædicta colligo in effectu ex not. hic per Inn.& poſt eum Io.An.quæ gl. qualiter referatur ad tex.& materiam tranſactionis,in qua ſumus , aliter non declarant.poteſt ergo adaptari ad materiam hoc modo:an omnes illi,qui ſunt vocandi , & qui poſſunt modis prædictis de beneficio litigare,poſſint tranſigere,vt hic dicitur . Et colli-
5 ge in hoc regulam: †quòd ſi eſt quæſtio cum illo , qui habet poteſtatem conferendi, poterit aliter deſiſtere per modum tranſigendi:vt Capitulum,vel epiſcopus collationis habẽtes beneficium,de quo eis mouetur quæſtio, vel alteri mouẽt.Si autem penes tranſigentem non reſideat hæc poteſtas: tũc recurre ad auctoritatem ordinarij,ſi vis tranſactionem eẽ realem,& ius in beneficio tribuentẽ,aliàs erit perſonalis,vt hic, & plenius.j̃.de præben.c.niſi eſſent.Illi autem, qui opponũt ſe pro eorum intereſſe,an poſſint deſiſtere tranſigendo , vel aliter.dic,vt in c.quamuis.j̃.de ele.lib.6.& facit c.cõſtitutionem.vt circa.& quod no.eo.ti.in Clemen.

*S V M M AE.*

1 *Beneficium, quod per tranſactionem habetur,ſi impetretur vt vacãs ab eo, qui fuit tranſactionis mediator,non valet impetratio.*
2 *Aduocatus poteſt eſſe quandoque mediator, & auctor compoſitionis.*
3 *Subſcribens ſe contractui inito ſuper aliqua re,non poteſt dicere poſtea, quòd non teneat contractus.*
*Et an ſubſcriptio præiudicet ſubſcribenti.4.*
5 *Impetrans literas tanquam clericus cum non ſit : non debet conſequi beneficium taliter impetratum.*

1 EX literis. †Si beneficium, quod per tranſactionem habetur,impetretur vt vacans ab eo,qui fuit tranſactionis mediator, non valet impetratio,ſecundùm lec.glo.& Hoſt. Prima pars narrat factum.Secunda diffinit,ibi[cum autem.]¶Iſta Decre.intelligitur tribus modis.Et primò ſecundùm Inn.quòd iſte.G.impetrauit literas ſuper dicta eccleſia tanquam vacãte ſibi conferenda.obiectum fuit, ꝙ alius dictam eccleſiam poſſidebat.iſte replicauit,ꝙ nullum habebat titulum,ſed habebat eam per ſimoniacam tranſactionem:ideò pro habente reputandus erat.poſſeſſor autem triplicauit ipſum nõ audiendum:quia tranſactionis fuerat mediator, & auctor . & quia hoc confitebatur,auditus non fuit ille.G. ſed ſilentium impoſitum,vt dicit litera.Tertij verò dicunt, ꝙ ſi non interfuiſſet,vel aliter conſenſiſſet tranſactioni,bene tenuiſſet impetratio,etiam non facta mentione de poſſeſſione iſtius,qui ſimoniacè eſt adeptus. quia non ẽ talis veritas tacita, qualis expreſſa,literas non habuiſſet.imò citius habuiſſet ad ſimoniam detegendam poſſeſſoris: quòd ſic ſuper vacante omnino impetraret.s̃.de reſcri.c.2.iter cetera.& c.olim. & quòd ille.G.impetrauerit.& ſic principaliter egerit contra poſſeſſorem:& non per viam exceptionis, principaliter colligitur ex tex.dum dicit[literas obtinuit, & ſilentium duximus imponendum]alij dicunt, quod nullus iſtam eccleſiam poſſidebat:aliàs non valuiſſent literæ,non facta mentione de poſſeſſione alterius poſſidentis,etiam per ſimoniam,vt c.cum noſtris.j̃.de conceſ.præben.prima tamen æquior , vt propter odium ſimoniaci taciturnitatis ſuæ peſtilẽtis poſſeſſionis nõ debeat fieri mentio.nam & ad detegendum iſta delicta occulta ſocij,& participes criminum admittuntur,& detegentibus parcitur,vt in Auth.ſed nouo iure.C.de pe.iud.qui malè iud.ſed ibi loquitur,cũ iudex corrumpitur:ſecus ſi pars,vt hic.facit.c.1.j̃.de teſti.li.6.¶Tertius intellectus eſt, quando ille impetrauit eccleſiam iſtam,aſſerens poſſeſſorem fuiſſe ipſam per ſimoniam adeptum:ſed cum diceret dictam ſimoniam in tranſactione ipſo auctore factam,commiſſam fuiſſe, repulſus fuit,& impoſitum ſibi ſilentium.quia primu, quod per collationem beneficij intendit conferre Papa detegenti maleficium,non includit ipſum delinquẽtem, vt eſt tex.in l. idem.§.ſi.ff.de condi.ob tur.cau.ad idem l.Lucius. §.Lucius Titius.de materia.de le.2.¶No. 1. ꝙ auctoritas iudicis non purgat vitium ſimoniæ:hic enim epiſcopus conſenſerat huic tranſactioni.plus ergo inficit mala fides tranſigentium, quã corroboret bona fides iudicis.Et eſt ſpeciale in iſtis ſpiritualibus:aliàs auctoritas,& decretum facit malæ fidei poſſeſſorem haberi pro bonæ fidei:ſed hoc ideò,quia in iſtis ſpiritualibus ſententia non tribuit tit.ſed in alijs ſic.Facit.c.ſi. §.pari modo.j̃.de clã.deſpon.& quod no.in l.iuſtè poſſidet.de ac-
2 qui.poſ.& Doc.in c.ad aures.s̃.de reſcrip.¶Secundò no.†ꝙ aduocatus poteſt eſſe quandoque mediator,& auctor compoſitionis:& tunc non poteſt,quæ geruntur,impugnare,etiã ſi prætendat ius,& proprium intereſſe ex iure ſuperuenienti in facto ſuo per impetrationem,vt hic. ex veteri autem iure an poſſit agere ad beneficium, quod alius obtinuit ſuo patrocinio,& aduocatione.gl.tenet,quòd poſſit , ſi ignorabat ius ſuum:puta quia impetrauit procur.vel Papa proprio motu contulit ſibi abſenti,vt.j̃.de reſcri.c.ſi ſuper gratia. ſecus autẽ ſi ſciuit, vt in iuribus alle.in prima gl.& hoc tenet Gof. qui dicit,quòd neceſſitas officij,ſi cognouiſſet vt iudex : vel ſi vt



ſi vt aduocatus,iuris ſui ignorantia excuſaſſet. Iſte autem.G. non ex ſola aduocatione repulſus fuit: ſed qa mendax ꝑcator:quia tranſactionis mediator:qa ſubſcripſit ſe: & quia pa-
3 trociniũ ꝑſtitit, vt apparet ex tex. ¶Tertiò no. † ꝙ ille, q ſe ſubſcribit cõtractui inito ſuper aliqua re,non põt dicere poſtea, ꝙ non tenet contractus . & colligo etiam, ꝙ inſcriptus vt teſtis in contractu põt poſtea eſſe in illa cã aduocatus agẽtis ex illo contractu:& ꝓbat inſtrm̃,niſi eſſet aliter ſuſpectũ, vel falſum: qa tũc iſte deſcriptus in teſtem poſt aſſumptũ ad uocationis officiũ non poſſet inſtrumentũ defendere tanq̃ teſtis.Et facit hoc ad q. Io.An. de inſtrumento,quod producit ꝓcurator meus notarius ad ꝓbandum de iure meo.quod tñ inſtrm̃ ſua manu ſcriptũ eſt.de quo vide in mercu. c. cum qd vna.de reg.iu.li.6.& per Barto. in l.ſi ſeruus communis.ff.de
4 ſtip.ſer.¶† Et an ſubſcriptio ꝑiudicet ſubſcribenti in proſecutione iuris ſui.diſtingue:qa quandoq; per ſubſcriptionem intendit ſubſcribens ſe obligare:& obligaẽ,vt l.non ſubſcripſiſti.de admi.tut. qñq; quis ſe ſubſcribit non aduertens,qd in ſcriptura cnotineatur . vel ſubſcribit tanq̃ teſtis: & nõ obligatur,vt C.plus val.quod agi.l.vlt.& illud eſt etiam,quañ do ſe ſubſcriberet tanq̃ teſtis ſciẽter, qñ eſt cõtractus,q poſſet celebrari eo inuito:vt emptio,& vẽditio.ſecus ſi nõ eo inuito:vt obligatio rei ſuæ.quo caſu ſubſcriptio facta ſciẽter habeẽ ꝓ proceſſu, vt l.fideiuſſor. de pig. & facit optimè l. 2. C. de re. ali. non.ali. deſiſto tacente, vel ſubſcribente dixi plenè in c.nuper.j̃.de dona.inter vi.& vxo. referẽdo ibi dicta Bar.
5 in l.quę dotis.ff.ſol.mat.¶Quartò no.† ꝙ impetrans literas tanquàm clericus , cum non ſit, non debet conſequi beneficium taliter impetratum. & ſimiliter ſi nõ mendaciter ſe clericũ expſsiſſet,ſed ſimpliciter impetraſſet.non .n. valeret impetratio ob defectũ clericatus:niſi ex certa ſciẽtia Papa feciſſet gratiã, puta qa dr̃ ibi [ꝓ tali ſcholari, vel literato cupiẽti aſcribi militiæ clericali:] tũc.n.valet ſecũdùm ſtilũ curiæ.de ſer.nõ.ord.c.eò libẽtius.& de æta.& qual.c.à multis.¶Quintò no.ibi [cũ literas ipſas] &c. ꝙ defectus ordinis tẽpore impetrationis reddit gratiam nullam:nec firmatur,licèt poſtea ſuperueniat.ſimile dicimus in ætate,vt c. ſi eo tempore.s̃.de reſcrip.lib.6.& vide de defectu ordinum quod no.s̃.de elec. c.dudum.& de æta.& qual.c.præterea.

*S V M M AE.*

1 *Tranſactio non valet,niſi aliquo dato, vel retento. & quare de ſpiritualibus non liceat tranſigere. 2.*

SVper eo. Super beneficio eccleſiaſtico nõ poteſt tranſigi:licèt poſsit amicabiliter componi.h.d. Cõis diuiſio. Secunda ibi [tale.] ¶No primò, ꝙ ſuper beneficijs, & rebus ſacris non poteſt tranſigi:nec ſuper aliquibus alijs,vt dixi.s̃. eo.c.ſtatuimus.
1 ¶Secundò no.† ꝙ non valet tranſactio, niſi aliquo dato,vel
2 retento.concor.C.eo.l.tranſactio.¶Tertiò no.rationẽ,†quare de ſpiritualibus non liceat tranſigere:quia pro ipſis nõ poteſt aliquid dari, vel retineri : ideò tranſactio, quæ ad ipſius eſſentiam exigit alterum prædictorum,non põt interuenire. ¶Quartò no. ꝙ amicabiliter poteſt componi ſuper ſpiritualibus,& beneficijs:vt ſi vnus reſignet beneficiũ ſicut ius non habens : alius illud tenet ſicut ius habens.vel fortè duo litigantes de beneficio poterunt ſic componere: ꝙ aliqui periti videant iura vtriuſque , & ipſorum conſilio partes ſtare conſentiant: non tamen intelligas, ꝙ ex tali compoſitione titulus habeatur. facit quod not.j̃. de præben. c.niſi eſſent. ¶Oppo. & videtur , ꝙ ſuper ſpiritualibus poſsit tranſigi. j̃. de re.permu.c.ad qõnes.So.vt in gl. q̃ diſtinguit, an agat de eccleſia in proprietatem: & poteſt tranſigi.quod intellige,vt deẽ aliud ſpirituale,non pecunia,vel res tpalis. aut agitur de eccleſia,vt in titulũ:& nõ põt trãſigi,niſi vt dicit.s̃.e. c.cõſtitutis.& c.ſtatuimus.vbi dixi. alia gl. q̃rit,an valeat trãſactio ꝑ calũniã. tetigi & remiſi.s̃.eo.ti. 1.& l.i ſnia.de cõd.inde.

*S V M M AE.*

1 *Tranſactio facta ſuper rebus eccleſiæ per prælatum ſine conſenſu ſuperioris non obligat ſucceſſorem.*
2 *Decima,quæ debetur ratione rei,poteſt peti à poſſeſſore,licèt colat ꝑ aliũ.Et quid ſi ſint priuilegiati: an eorũ coloni ſoluere teneãtur.3.*
4 *Pactum habitum cum rectore eccleſiæ cenſetur perſonale : niſi fuerit confirmatum.*
5 *Pacta inter alios an aliis præiudicent.*
6 *Compoſitio an poſſit fieri ſuper decimis ſubtractis.*

1 VEniens. † Tranſactio facta ſuper rebus eccleſię per prælatum,ſine ſuperioris.conſenſu non obligat ſucceſſorẽ.h.d. Prima pars ponit q̃relam.Scd̃a dat iudices, ibi [mãdamus.] ¶No.primò,ꝙ iſte D. rector eccleſiæ parochialis agit ꝓ iuribus eccleſiæ competentibus.de quo. s̃.de reſcri.c.edoceri. & de iudi.c. cum deputati. Et innuit iſte tex. ꝙ petitio decimarum competat eccleſiæ parochiali.cõcor.j̃. de deci.c. cũ contingat.¶Secundò no.ꝙ hic coloni ſoluere recuſabant:& contra monachos dirigitur petitio. ex quo collige, ꝙ monachi tenentur ad ſolutionem decimarum.de quo. j̃.de deci.c.
2 ex parte.† Itẽ ꝙ decima,q̃ debeẽ ratione rei, põt peti à poſſeſſore, licèt colat ꝑ aliũ. Eſt eñ decima onus reale,qđ ſeqẽ poſſeſſorem,vt l.Imperatores.ff.de publi. & l.inter. de pact.
3 †Quid ergo ſi q ſunt priuilegiati ſuper ſolutione decimarũ : an eorum coloni ſoluere teneanẽ.no.in Cle.1. de deci.ſuper ver.excolendas.Inno. dicit,ꝙ iſta rõ huius ver. videlicet , ꝙ decimæ debeantur [quia miniſtrat ſacr̃a] &c. videtur ſuperflua.qa decimæ debebantur ratione territorij.16.q.1.c.ſi qs laicus.& c. decima. vendicari ergo poterãt etiam à colonis. qđ eſt verũ,niſi abbas conſueuerit ipſe ꝑcipere. tũc eñ ſi nõ agiẽ de ipſis decimis,ſed de iure percipiendi (cum hoc ſit apud abbatem) ipſe & non alius conueniẽ. remittit Inno. ad no.s̃.de ma. & obe. ¶ Tertiò no. ꝙ ſacr̃a q̃dam ſunt neceſſitatis: q̃dã voluntatis.de quo in gl.& 1.q.1. §. ſed notandũ. aliàs incipit.ſi ergo.& ꝑ Io.An.s̃.de ſacra.nõ reite. ſuꝑ rub. ¶Quartò no.ꝙ valet compoſitio ſuper decimis, vt ſoluatur certa portio,& non vltra.de quo.s̃.eo.c.ſtatuimus.¶Quin-
de or.cog.cum ſi.vbi ſpoliatus,omni exceptione remota,eſt
reſtituendus,vt l.ſi quis ad ſe fundum.ff.ad l.Iul.de vi.Sol.vt
6 in gl.quæ incipit,puta.ex qua habes,ꝙ †petenti reſtitutionẽ
tanquam ſpoliato obſtat excommunicatio.idem no.23.diſ.
c.in nomine Dñi.& in Spe.de pet.& poſ.§.fi.ver.11.Hoſ.re-
mittit ad ſummã de reſt.ſpo.§.quando.ſub.§.in caſibus.de
reſcripto verò impetrato in cauſa ſpoliationis ab excommu-
nicato no.de reſcrip.c.dile.¶Tertiò op.dicitur hic, ꝙ facta
reſtitutione archid. ſi probare potuerit ſuam inſtitutionem
canonicam,confirmari debet. & ſic iniungit onus probandi
debitum poſſeſſori. ſed contra.2. q. 3.§.1. debuit enim hic
onus probandi iniungere petitori.j̃.vt ec. benefi.c. 1.& 6.q.
vl.c.actor,quod aſſeuerat.So.glo. fin. ſoluit pluribus modis,
& primò, ꝙ ideo hic incumbit onus ſibi: quia erat præſum-
ptio contra ipſum. quo caſu poſſeſſio non releuat poſſeſſorẽ
ab onere probandi titulum,vt l.ſine poſ.C.de proba.& c.ad
decimas.de reſti.ſpo.cum enim ipſe eſſet archid. non pote-
rat in eadem,vel alia eccleſia de iure communi hr̃e præben-
dam:ideo tenebatur probare titulum.ad hoc. j̃. de offi.ordi.
c.3.li.6.de inſti.c.ex frequentibus.de reg.iur.c.1.li.6. vbi de
hoc.ſed Inn.hic dicit,ꝙ ſemper ille,ad quem pertinet colla-
tio,poteſt petere à poſſeſſore beneficij,vt oſtendat ſe cano-
nicè inſtitutum,ar.2.q.1.c.legũ.& vt ec.bene.c. 1. vbi vide-
tur ipſe collator in ipſum tacitè conſenſiſſe.j̃.de his,quæ fi.
à ma. par. ca. c. ex ore.hoc enim caſu non poteſt petere ſibi
oſtendi,licèt admittatur,probare volens illum non canoni-
cè inſtitutum.de præben.c.dilecto.Hoſt.remittit ad no.j̃. de
ſimo.c.licèt Hely.& d.c.1.de regu.iur.lib. 6. aliæ ſolutiones
dantur in fi.glo.Sed Hoſt.dicit,ꝙ de quadam prouiſione ꝓ-
ceſſit quod hic dicitur.quia enim archi. releuatus fuit in pro
batione reuocationis, grauatus fuit in iuſtificatione inſtitu-
tionis.& hoc probat verb.[auctoritate noſtra]&c. ¶Sed hic
quæritur.pone,ꝙ vnus canonicus idem petit. an ſit audien-
dus.dicit,ꝙ non,ſi ſuccubuit in cauſa app.ad curiam deuolu
ta.j̃.de elec. c. 1.lib.6. Idem ſi ſciuit cauſam agi,& tacuit,&
non venit.de re iudi.c.quamuis.¶Secundò quæritur. ſi quis
petit electionem canonicam pronunciari,& non probat:vel
econuerſo probatur non canonica.quid debet facere iudex?
dic,vt dixi.s̃.de offi.deleg.c.cum contingat.poſt Inno.& Io.
An.hic non ſunt alia.

*SVMMAE.*

1 *Reſcriptum impetratum à procuratore reuocato: & de hoc certifica to non valet.*
2 *Moleſtari quis poteſt de pluribus criminibus.*
3 *Sciens mandatum reuocatum, & procedit, punitur vt falſarius.*
4 *Relatio facta Papæ quando impugnatur de iuſtitia non miniſtrata; prima facie potius eſt credendum iudicibus referentibus, quàm aduerſario impugnanti.*
5 *Exceptio falſi procuratoris poteſt opponi ante ſententiam, & poſt 6.*
7 *Actio non competit, niſi contra obligatum.*
8 *Accuſator ſi moritur, poteſt iudex ex officio ſuo ad effectum produ cere accuſationem inchoatam.*
9 *Falſus procurator dicitur tribus modis.*
10 *Admiſſus ſi eſt aliquis in cauſa tanquam procurator, de cuius man- dato non conſtat: cui incumbat onus probandi: an ipſi procuratori aſſerenti ſe procuratorem: an aduerſario hoc neganti.*
11 *Iudex ſi pronunciat falſum procuratorem eſſe verum: an valeat pro nunciatio.*
12 *Sententia ſi lata eſt pro falſo procuratore: & dominus ſcit, & vult eam ratificare an poſſit.*
13 *Dominus ſi ſcit falſum procuratorẽ ſuo nomine experiri: an per hoc videatur ratificare.*

1 IN noſtra. †Reſcriptum impetratum à ꝓ-
curatore reuocato,& de hoc cer
tificato non valet:nec proceſſus,vel ſententia lata p ip-
ſum.hoc dicit.Et prima pars narrat factum. Secunda diffi-
nit,ibi[nos verò.]¶No.primò,ꝙ cauſa vertebatur inter epi
ſcopum,& decanum ſuper pluribus criminibus.& ſic minor
2 in ordine accuſat maiorem. Item poteſt † quis de pluribus
criminibus moleſtari.de his duobus.2.q.7. per totum. & ff.
de accu.l.libellorum.§.fi. ¶Secundò no.ꝙ iſte epiſcopus cõ
ſtituit duos procuratores in iſta cauſa,non declarato, inſoli
dum,an ambo ſimul.& hic ſumpta occaſione no.Innoc.quid
ſi vnus confiteatur,alter negat. quid ſi vnus præoccupat. &
alia ſuper hoc articulo,vt.j̃.dicam.Et collige etiam,ꝙ pres-
byteri non poſſunt eſſe procuratores,vt j̃.tangam.¶Tertiò
no.ꝙ ex noua ſuſpicione exorta contra iſtos procuratores ip
ſos dominus reuocauit. & ſic ex cauſa noua receditur à prio
ri propoſito.& non ſolum expreſsè,vt hic,& j̃.eo. c.2.lib.6.
ſed etiam tacitè,vt l.ſi cum Cornelius. ff. de ſo.facit c. nulli.
de elec.lib.6.Aduerte tamen,ꝙ in caſu huius c. ſi re integra
reuo-



reuocauit,non requiritur probatio iuſtæ cauſæ: ſecus ſi poſt
lit.conteſt.facit l.quia poterat.ff.ad Tre.& quod no.in d.c.2.
¶Quartò no.in ver.ſed ipſi.ꝙ ſufficit ad nullitatem proceſ-
ſus agitati cum procur. reuocato, reuocationem perueniſſe
3 in notitiam procuratoris.de quo dicam.j̃.eo.c. inuito. † ille
tamen, qui ſcit mandatum reuocatum, & procedit, punitur
vt falſarius,vt.ff.de fal.l.eos.§.vlti.ſecundùm Hoſt.contra ip
ſum etiam teneret ſententia.quod dic,vt no.in l.licèt.C.eod.
per glo.& Cy.& prædicta habent locum de mandato in iudi
cio.mandatum verò extra iudicium ad contractus negocia
generaliter,vel ſpecialiter datum qualiter reuocetur, ne præ
iudicet domino geſta poſt reuocationem.dic vt l. ſed ſi pu-
pillus.§.præſcribere. ff.de inſti. & facit l. eius qui in prouin-
cia.ff.ſi cer.pe.& dixi.s̃.de reſcrip.c.ex parte decani.¶Quin
tò no.ꝙ iudices ex eo ꝙ excep.oppoſitam reputauerint inu-
tilem, noluerunt dilationem concedere ad probandum ip-
ſam:quia non debet admitti aliquis ad probandum, quod
probatum non prodeſt,vt in c.cum contingat.s̃.de offi.dele.
& l.ad probat.C. de proba. & ex iſto errore alius ſequitur,
quia appellatione interpoſita proceſſerunt.quod potuiſſent,
ſi appellatio fuiſſet iniuſta,vt c.non ſolum.de ap.lib.6.& c.vt
debitus.eo.ti.quia ergo fuit iuſta,proceſſus ipſorum reuoca
tur,vt j̃.ſimile.j̃.de iud.c.exhibita.¶Sextò not.ꝙ ſententia
amotionis iſtorum iudicum dicitur nulla, non ſolum,quia la
ta poſt ap.vt dixi.ſed quia lite non conteſtata, & iuris ordi-
ne non ſeruato: ex quo collige, ꝙ cum agitur de criminibus
ciuiliter,ſeruandus eſt ordo iuris.hic.n.nõ agebatur crimina
liter,ſed ciuiliter.quod patet.ꝙ interueniebat procu.& tamẽ
ordin.peruerſio allegatur hic ad nullitatem ſentẽtiæ.de quo
4 dic,vt no.j̃.de dolo,& contu.c.veritatis. ¶ Septimò not.†ꝙ
cum relatio facta Papæ impugnatur de iuſtitia non mini-
ſtrata,prima facie potius eſt credendum iudicibus referenti
bus,quàm aduerſario impugnanti.& hoc ideò, quia erãt plu
res iudices,vt no.in c.quoniam contra.j̃.de proba.vnius ta-
men iudi.relationi non daretur fides,niſi ſolemniter tranſiſ-
ſet,vt.j̃.de app.c.intimaſti.aduertendum tamen, ꝙ licet de-
tur fides, admittitur tamen probatio in contrarium per te-
ſtes idoneos,vt hic patet.¶Octauò no. ꝙ præſumitur ꝓ ho-
neſtis,& literatis.concor.de præſump.c.mandata. & c. cum
5 in iuuentute.& de præben.c.niſi eſſent.¶Nonò no. †ꝙ exce
ptio falſi procuratoris poteſt opponi non ſolum ante ſenten
tiam,ſed etiam poſt.ſed vſque ad quantum tempus.dic,vt in
Spe.de ſen.prola.§.fi.ver.ſed vſque. & in ver. ibi. vbi tracta-
tur,an procur.qui ſucceſſit domino,poſſit hic dicere iudiciũ
nullum.an autem dominus poſſit ratificare,dic,vt C.eo. l.li-
cèt.& ff.de iudi.l.licet.¶Opponitur,dicitur hic,ꝙ iſte epiſco
pus conſtituit procuratores duos ſacerdotes.Sed cõtra.ti.1.
c.fina So.dic,ꝙ in foro eccleſiaſtico, & in cauſa eccleſiaſtica
poteſt eſſe procu.vt hic.ad idem de poſtu.præla.c.1.de cen-
ſi.cap.ſopitæ.vbi abbates, qui dñt eſſe presbyteri, de æta. &
qua.c.j.procurabant cauſas.& de apo.c.conſtitutus.in prin.
vel dic melius, ꝙ hic procurabant pro epiſcopo.& ſic pro ꝑ
ſona coniuncta.quod poteſt,vt in contrario.& quod no.Ioã.
An.in d.c.ſopitæ.& de re iudi.c.cum I. & A. De religioſo an
prohibeatur eſſe procur.ſicut aduocatus,dixit Bona. ꝙ non
prohibetur procurare.¶Secundò op.hic agebatur de crimi
nibus:ergo non videtur, ꝙ debuerit admitti procur.5.q.2.c.
in criminali.& l.pe.§.ad crimen.ff.de pub.iud.So.hic ageba
tur per viam inquiſitionis,non accuſationis.tangam.j̃.c.pro
xi.¶Tertiò op.iſte epiſcopus reuocauit mandatum: ideò re
uocatur quicquid egit poſtea.Sed contra de l.1.C. de ſatiſd.
vbi apparet ad hoc vt domino non præiudicet, ꝙ perueniat
reuocatio ad notitiam iudicis,vel aduerſarij.So. vt in glo. &
ideò non valuit,&c.quæ intelligit hunc tex.ꝙ hæc reuocatio
facta fuit aduerſario ſciente.& idem tenet Innoc. qui refert
quoſdam dicere, ꝙ aut poſt reuocationem factam domino
ignorante,ſequitur lit.conteſta,& valet quod facit.aut nõ ſe-
quitur:& non valet.& ita fuit in iſto.c.ſibi tamen placet præ
cedens opi.dicam de hoc plenè.j̃.e. c.mandato. ¶ Quartò
6 opp.dicitur hic, † ꝙ exceptio falſi procuratoris põt opponi
poſt ſententiam,& ante.Sed contra.imò videtur,ꝙ tãquam
dilatoria non poſsit opponi, niſi vſque ad lit. conte. vt l.fi-
lius.§.veterani.ff.e.So.vt in glo.quæ incipit.quando dicatur.
&c.tu dic,ꝙ triplex eſt exceptio procuratoria.prima. tu nõ
habes mandatum. & iſta poteſt opponi quandocunque, vt
hic.ratio eſt,quia iudicium requirit tres perſonas,iudicis,a-
ctoris, & rei:ſed falſus procu.non gerit vicem perſonæ:ergo
deficit vna perſona de ſubſtantialibus:iudicium ergo nullũ.
Secunda exceptio procuratoria eſt iſta: tu non potes eẽ pro
cur.& iſta debet opponi ante lit.conte. non poſt,vt in cõtra
rijs.Tertia exceptio eſt. tu non cauiſti de rato. & iſta debet
opponi ante lit.conte.vt l.Pompo.§.rati.ff.e.niſi ſuperueniat
poſtea,vt l.2.C.de conſor.eiuſdem lit. ¶ Quintò ad idẽ op.
& videtur,ꝙ iſta excep.tu non potes eſſe procu.poſſit quan
docũq; opponi,vt.ff.qui ſatiſ.cog.l.2.§.1.ego dixi,ꝙ poteſt
opponi tantùm ante lit.conteſta.quare malè.So. dicit Ia.de
Are.ꝙ quidam non poteſt eſſe procu.pro alio, nec etiam po
teſt interuenire pro ſe; vt quia ſeruus,minor, vel monachus.
& iſta exceptio poteſt quandocunque opponi: aut eſt talis,
qui poteſt interuenire pro ſe,ſed non pro alio,vt miles,& fœ
mina:& tunc non poteſt opponi poſt lit.conte.quia tunc vi-
detur quodammodo interuenire pro ſe, cum ſit factus do-
minus inſtantiæ per cont.lit.vt l.ita demum.C.e.tit.facit qđ
no.Inno.in c.ſciſcitatus.s̃.de reſcrip.& per iſta ſolui poteſt
quæſtio,quam format hic Ho.de clerico, qui fuit admiſſus
vt procu.in caſu,quo procur.eſſe non poterat. & certè cum
iſte non ſit mortuus mundo,ſicut monachus:videtur per lit.
cont.factus dominus,ſicut alius,vt l.neque.C.eo.& c. 2.j̃.e.
li.6.Et hoc tenet Ho. licèt ipſe debeat puniri: niſi ex eo ali-
quid patiatur, ſibi tñ debeat per eccleſiam ſubueniri.ne cle.
vel mo.c.2.de fœmina vide quod dixi poſt Io. An.s̃. de re-
ſcri.c.ſciſcitatus. quandoque quis non poteſt interuenire ꝓ
alio,non propter qualitatem perſonæ ſuæ: ſed propter natu
ram cauſæ(quia fortè criminalis)gl. tenet, ꝙ poſſit opponi
ante lit.conte. & non poſt in l. quamuis dubitati.C.de adul.
& idem tenet gl.in c.1.de iud.li.6.Iac.Bu.tenet cõtra. quia
iſta cauſa non plus pertinet ad mandantem,quàm ad illum,
quem procur.conſtituit.vterque enim proſequitur vindictã
publicam:ideò tenet,ꝙ ex parte actoris non debet admitti
procur.& poterit repelli,etiam poſt lit.conteſt. ſed ex parte
rei poſſet interuenire,ſi non exciperetur ante lit.cõte.& iſto
caſu ſit vera opi.glo.in dicto c.primo.¶Sextò op.ego dixi,
ꝙ iſta excep. tu non es procur. poteſt quandocunque op-
poni.Sed contra,aut iſte fuit admiſſus cum cautione de ra-
to:tunc legitimata eſt perſona ſua,vt l.inter quos.ff.de dam.
infec.aut eſt ſine cautione de rato admiſſus:& tunc imputet
ſibi,vt l.iam tamen.ff. iu. ſol. & l.ſed & ſi ſuſceperit.de iudi.
nam tacitè admittendo videtur confiteri procur.vt C.de cõ
trah.ſtip.l.optimam.So.quò ad primum membrum cautio
rati legitimat perſonam procu. quamdiu eſt dubium de mã
dato.Sed cum aduerſarius opponit exceptionem,& eã pro-
bat.& tunc non eſt dubium de mandato.& ideò nihil opera
tur cautio de rato.& ita tenent Cy.& Bar.quod eſt no. quò
ad ſecundum membrum.dico ꝙ licèt vt procurator admiſ-
ſus ſit: tamen per illam admiſſionem non recepit maiorem
poteſtatem,quàm prius haberet.quia non dependet eius po
teſtas ab admittente:ſed ab aduerſario. Et ſic non ob.l.ſed
& ſi ſuſceperit.quia ibi loquitur in iure radicato ipſi proce-
dẽti in cauſa:vnde ſibi imputet. Iſta ſunt dicta domini Bal.
in l.licèt.C.eo.¶Septimò op.& videtur, ꝙ illa petitio epiſco
pi non procedat,quia non fuit decreta contra aliquem. non
enim contra partem:quia nec in petitione nominatur: non
contra iudices,cum ipſorum non interſit.2.q.6.c. hoc etiã.
& de tranſac.c.de cetero.& eadem ratione nec contra mini
ſtrum

7 ſtriũ inquiſitionis. † Item actio non competit, niſi contra
obligatum.quia ex obligatione naſcitur actio.ff.eo.l. licèt.
§.ea obligatio.ſed nec iudices,nec miniſtri inquiſitionis sũt
obligati huic epiſcopo.ergo contra eos non habet act.Item
& ſi actum eſſet contra iudices,non ageretur ad corrobora
tionem ſententię:ſed ad pœnam,quæ à l.infligitur iudicibus
iniquè pronunciantibus,vt Inſti.de oblig. quæ ex quaſi de-
lic.in prin.ſo.iſtud contrarium ſenſit gl.fi.quæ fatetur,ꝙ alte
ra pars præſens fuerit in hoc proceſſu facto ſuper proſecu-
tione huius ap.Alij dicunt ſecundùm Inno.ꝙ hic potuit fer-
ri ſententia lit.non conte.& etiam teſtes recipi,quia ſicut di-
citur,re integra accuſator erat mortuus,& ſic perierat accu
ſatio.de accu.l.diui.C.ſi reus vel accu.l.4.& proceſſit hic Pa
pa ex officio ſuo in terminanda inquiſitione,ſiue denuncia-
tione.24.q.4.c.ecce.& iſtud dictum licèt Inno. non placeat
8 quò ad intellectum huius.c.tamen eſt no.& verum in ſe.†nã
ſi accuſator moritur,poteſt iudex ex officio ad effectum per
ducere accuſationem inchoatam.caſus eſt ſecundùm vnam
lecturam in l.pe.in pri.ff.de pu.iudi.& nõ ſolùm iudex:ſed
etiam alius poteſt infra.30.dies eandem inſtantiam proſe-
qui.ſed de nouo,& à capite poſſet infra.20.an.vt l.querela.
C.de fal.infra ergo 30. dies poterit quis aſſumere inſtãtiam
iam inceptam cum accuſatore defuncto.& ſic fit translatio
de vna perſona in aliam,vt l.ſed ſi vnius.§ interdum.ff.de iu
di.& j̃.de iudi.c.quia. 5. & quod dixi,ſi accuſator moritur.
dicas,ſi alio impedimento iuſto detinetur.& hoc no.Bar.in
l.libellorum.§.fi.ff.de accu.& ibi no.quid iuris,ſi accuſator
moritur pen.ap.iſte tamen intellectus non placet Inno.quia
hi teſtes non recipiuntur ſuper principali: ſed ſuper app. ſi-
ue ſuper proceſſu.dicit ergo,ꝙ epiſcopus iſtam petitionem
debuit offerre iudici , & ſuper ea ſuum officium implorare,
vt ſententia,& proceſſus iſtorum iudicum reſcindat:ſed tũc
ſtat oppoſitio,contra quem dirigetur iſta petitio.dicit Inno.
ꝙ iudex,cuius officium imploratur(vt erat hic Papa ) debet
citare ſolemniter per edicta,& nominatim quorum , & qui
ex confirmatione , vel infirmatione dictæ ſententiæ læderen
tur,vt.C.ſi vt ſe ab hær.abſti. Auth.ſi omnes.3.q.5.c.hoc qꝑ
pe.&.j̃.de eo qui mit.in poſ.cauſa rei ſer.c.fi.Citatione autẽ
facta,& edictis ſolemniter propoſitis,aut aliqui comparẽt ,
aut nullus.& ſi aliqui,qui velint defendere ſententiam,dabi
tur eis petitio,lis conteſtabitur,& vnuſquiſque pro ſe reſpõ
debit:vel omnes vnum procuratorem conſtituent.ff.de ex-
cep.l.1.§ fi.cum l.ſe.ſi autem nullus compareat,vel compa-
reat nimis ſero ( hoc eſt poſt ſententiam ſuper reuocatione
latam)non audietur,niſi in caſu c. querelam.s̃.eo. ¶Sed hic
incidenter quæritur in caſu,quo aliqui comparuerunt,an sẽ
tentia cũ ipſis lata præiudicet quò ad oẽs dicas poſt Inn. ꝙ
aut ſnĩa lata eſt cõtra ipsũ:&facit ius quò ad oẽs cõtra ipsũ:
aut lata eſt pro ipſo: & tunc non præiudicat alijs . quod in-
tellige,ſi edictum emiſſum ad eos non peruenit , nec potuit
peruenire,ar.82.di.c.propoſuiſti.& qui.ma.ac.poſ.c.fina.&
quod ibi per Io.An.ſuper gl.vltima.¶Circa citat.etiam illo
rum,quorum intereſt,proſequitur Inno.an iudex , qui tulit
ſententiam,ſit citandus.dicit,ꝙ non,de neceſſitate,vt not.s̃.
de tranſac.c.de cetero.niſi vt ferat teſtimonium de his, quæ
acta ſunt coram eo : vel vt ex dictis ſuis inſtruatur iudex.j̃.
de arbi.c.2.de ele.c.cum dilecti.& de accu.c.cum dilecti.§.
1.ver.mandamus.vbi de hoc.& hoc verum,quando proceſ-
ſit ad petitionem alterius . Si autem ex officio(vt hic erat)
tunc eſt citandus,vt veniat ad defendendum ſententiã ſuã,
quæ petitur reuocari.j̃.de ap.c.cum ſpeciali.§.pe. & de ſen.
excom.c.venerabilibus. lib. 6. Ex prædictis collige intelle-
ctum huius.c.vtrùm.ſ.pars interuenerit ad defenſionem ſen
tentiæ iſtorum iudicum,necne.glo.tenet,vt dixi, ꝙ ſic, licèt
in tex.non dicatur.Sed Hoſt.dicit,ꝙ ex mente tex.innuitur,
ꝙ fuit pars:quia dicit. nobis fecit ſuper his,quæ ſunt propo
ſita,plenam fidem.hoc autem fieri non poteſt, niſi partibus

præſentibus,vel altera per contumaciam ſe abſentante, vt l.
fi.C.ſi per vim,vel alio modo.vel potes dicere, ꝙ hoc ſpecia
le ſit propter periculum animarũ,ar.no. in c.cũ nobis olim.
s̃.de app.& de app.c. oblatæ.§.fi. vel quia proceſſit Papa de
plenitudine poteſtatis,vt legitur,& no.de accu.c.ad petitio-
nem.¶Vltimò circa materiam falſi procuratoris formabo
aliquas quæſtiones vtiles domini Bal. in l.licèt.C.eo ¶Pri-
mò ergo quæro, quot modis dicitur falſus procurator. dic
9 †ꝙ tribus modis.Primo modo,quando nullum habet man-
datum.Secundo modo,quando habuit mandatum,ſed eſt le
gitimè reuocatum.Tertio modo dicitur falſus procurator il
le,qui habet mandatum inſufficiens.puta quia cõſtitutus eſt
à pupillo,vel ab alio,qui non poteſt conſtituere procurato-
rem,vt no.Archi.in c. qui ad agendum.eo.ti.lib.6. licèt er-
go cum tali procuratore ſit proceſſum, conſtitutio eſt nulla
ipſo iure.& ſemper poteſt opponi de nullitate pſonæ,et man
dati.quod eſt no.Quarto modo ſecundùm quoſdam dicitur
falſus procurator ille,qui eſt legitimè conſtitutus:tamẽ nõ-
dum habet exercitium mandati.quia fuit conſtitutus in ab-
ſentia:tamen intromiſit ſe,antequam reciperet literas ſui ꝓ
curatorij. & ſic antequam haberet exercitium poteſtatis, vt
no.Archi.in c.is qui.e.ti.li.6.In hoc tamen Dy. conſuluit cõ
trarium,ꝙ ex quò verus,& legitimus procurator eſt(licèt in
geſſerit ſe,antequam haberet plenam ſcientiam mandati.i.
antequam haberet inſtrumentum ſui procuratorij:)valẽt ab
eo geſta.ita tenet in conſilijs ſuis.tamen eſt contra Dy.l.quę
ro.de eo,qui procu.Io.An.tenet cum Archi.in d.c.¶Secun-
10 dò†quæro.aliquis eſt admiſſus in cauſa tanquam procu.de
cuius mandato non conſtat: an incumbat onus probandi ip
ſi procuratori aſſerenti ſe procu.eſſe: an aduerſario hoc ne-
ganti.glo.in d.l.licet.ſentit,ꝙ neganti.Gui.de Suza.tenet cõ
trarium,ꝙ neganti procur.eſſe,non incumbat probatio:ſed
ipſi procuratori,ſicut ab initio.facit quod not. ff. de iniur.l.
ſed ſi vnius.gl.or.dicit,ꝙ iſte procurator non tenetur facere
aduerſario fidem de ſuo mandato:ſed tenetur facere fidẽ iu
dici,qui poterit eum ex officio compellere,ne fruſtra proce
dat:ita not.in c.1.de ele.lib.5.¶Ex prædictis apparet,quan
do opponitur exceptio negatiua ad reddendum iudiciũ nul
lum,cui incumbat probatio & certè ante ſententiam teneo
opi.Gui.de Suza.Sed poſt ſententiam tenet Bal. opi.glo.ta-
men Ber.videtur tenere,ꝙ etiam poſt ſententiam incumbat
probatio aſſerenti ſe procuratorem fuiſſe:ſicut dicit de iudi-
ce delegato,de cuius iuriſd.debet etiam poſt ſententiam ꝓ-
bari,vt no.Ber.in c.cum in iure.de offi.deleg.facit quod no.
Inno.in c.quoniam contra.de proba.& c.innotuit.de eo qui
fur.or.ſu.Opi.domini Bal.diſtinguentis ante ſententiam,vel
poſt,facit ad quæſtionem, ꝙ ſi poſt ſententiam in contuma
cem latam comparet condemnatus,& negat delictum ſe cõ
miſiſſe in territorio iudi.qui ſententiam tulit , ſibi incumbit
probatio:licèt ante ſentẽtiam incumberet iudici.facit quod
11 no.Inno.in c.ſuper literis.de reſcri. ¶Tertiò quæro.†iudex
pronunciauit falſum procuratorem eſſe verum procurato-
rem.dicit Ia.de Are.ꝙ iſta pronunciatio non fundat iudiciũ
factum cum eo.ſecus eſt in tuto. & cura.quia eorum perſo-
na poteſt fundari per decretum iudicis,ſed non perſona falſi
procuratoris.facit l.1.§.idem Pomponius.ff.quod fal.tu.au.
& no.de hoc Inn.s̃.de reſcrip.c.ſuper literis.¶Quartò quæ
12 ro.† lata eſt ſententia pro falſo procuratore . dominus ſcit,
& vult eam ratificare:nunquid poſſit?dic,vt no.in l.ſi mater.
§ hoc iure.ff.de excep.rei iud.& l.ſi tutor.C.in qui.cau.in in
13 te.re.non eſt neceſ.per Pe.& Cy.¶Quintò†quæro.ſi domi-
nus ſcit falſum procuratorem ſuo nomine experiri:vtrùm ꝑ
hoc videatur ratificare;ita ꝙ teneat proceſſus tam factus,q̃
fiendus.Inno.tenet ꝙ ſic in c.ex parte decani.s̃.de reſcr. idẽ
Archi.in c.qui ad agendum.eodem tit.lib.6.Gui.de Suza.in
d.l.licet.tenet contrarium,quia nulla l.hoc cauetur,nam do
minus ſcit ius ſuum vbique durare.& ideò non videtur con-
ſen-



ſentire,ſecundùm eum.D.Bald.dicit,ꝙ ex parte actoris eſt
vera opi.Inno. in omnibus perſonis , quæ non admittuntur
ſine mandato.facit quod no.in l.mutus.§.is qui.ff.e.ex par-
te rei,cum defenſor poſſit admitti inuito domino , ſcientia
non inducit tacitum mandatum:ſed debet ſeruari id, quod
dicit tex.C.vbi de crimi.agi oportet. Authẽ.qua in prouin-
cia.¶Sextò quæro.dicit in principio, ꝙ iſte epiſcopus duos
procuratores conſtituit in iſta cauſa. quæro ergo de ipſorũ
poteſtate circa exercitiũ ipſius cauſę. de hoc prolixè per In
no.hic.& eſt hodie tex.j̃.eo.ti.c.ſi duo.lib.6. hic breuiter vi
detur diſtinguere,ꝙ aut ſunt dati ſimpliciter,aut inſolidum,
ſi ſimpliciter,dicũt quidam,ꝙ habet locum præoccupatio,
ſi ſunt dati in vna cauſa:ſed ſi ſuper pluribus articulis , vnus
poteſt præoccupare vnum,alius aliud.Alij dicunt,ꝙ aut ſunt
dati eodem tempore:& vnus ante lit.conteſt.ſine alio nihil
poteſt, nec etiam poſtea ſubſtituere ſine ſocij voluntate. aut
ſunt dati diuerſis temporibus:& dando poſteriorem,priorẽ
reuocaſſe videtur.ff.eo.l.ſi quis procur.§. fi. ſecus in tutori-
bus,vt ibi no. Secundo caſu principali quando inſolidũ eos
ad vnam cauſam,vel diuerſas:tunc an habeat locum præoc
cupatio . & quid ſi vnus præoccupauerit, an alius poterit ſe
intromittere?dic vt d.c. ſi duo. vbi etiam de quæſtione , de
qua hic,ſcilicet ſi vnus confiteatur,alter neget debitum. dic
vt ibi per glo.

*S V M M Æ.*

1 *Si agatur de adulterio coram iudice ſeculari ad pœnam legalem, nõ
interuenit procurator : ſecus ſi agatur coram iudice eccleſiaſtico
ad ſeparationem thori.*
2 *Vxor an poſſit accuſare virum de crimine adulterij.*
3 *Conueniri poteſt quis coram diuerſis iudicibus de eodem delicto.*
4 *Libellus quæ debeat continere, quando agitur de crimine ciuiliter.*
5 *Quod non licet directò, non licet per conſequentiam.*
6 *Procurator poteſt interuenire, quando agitur de crimine ciuiliter.*

1 TVæ. †Si agatur de adulterio coram iudice ſe-
culari ad pœnam legalem,non interuenit
procur. ſecus ſi agatur coram iudice eccleſiaſtico
ad ſeparationem thori.h.d.Et in prima deciſa conſultatio.
In ſecunda reſponſio.ibi[conſultationi.]quæ diſtinguit,& ſe
cundum membrum proſequitur,ibi[ſi verò.]¶No.primò,
ꝙ maritus accuſat vxorem de crimine adulterij ad pœnam
2 legalẽ.†econtra aũt an vxor poſſit accuſare virum. quidam
ꝙ non,vt no.32.q.1.c.publico. Ratio differentiæ eſt ſecun-
dùm Vin.Pe.& Ab.quia propter prolem plus præiudicatur
marito ex adulterio mulieris.Item quia vir caput eſt mulie-
ris.de deſpon.impu.c.duo pueri.Alij contra,ꝙ etiam mulier
accuſat virum.& vide quod no.Io.And.de diuor. c. gaude-
mus.§.1.ſuper vlti.gl.& prædicta ſunt vera , quando agitur
ad pœnam legalem.Si autem agatur ad thori ſeparationẽ,&
lucrifactionem dotis, & donat.& ad hanc admittitur quili-
bet coniugum,vt lit.non conte.c.1.quandoque agitur ad pę
nitentiã:& ad hanc quilibet admittitur.Ad pœnam autẽ le-
galem an admittantur extranei.dic vt l.2.§.ſi extraneus. ff.
de adul.& vide in Spe.de accu.§.1.ver.item contra agent. &
de adul.c.intelleximus.in gl. pe.¶Secundò no. ꝙ accuſator
debet ſe ſubſcribere ad pœnam talionis.& hoc verum,quan
tùm ad hoc,vt lucretur dotem,vel donat.propter nup.ſecun
dùm Io.vt no.32.q.1.c.publico.& vide quod ibi no.¶Ter-
3 tiò no.ꝙ†de eodem delicto poteſt quis conueniri coram di
uerſis iudicibus,& coram quibus agitur ad diuerſas pœnas,
vt patet in tex.nunquid ergo pœna temporalis tollat ſpiri-
tualem,& econuerſo.tangit hic Ho.& videtur tenere, quòd
vna tollat aliam. quia de delicto eiuſdẽ hominis &c.ff. nau.
cau. ſta.l. licèt. nec diuerſis legibus debet aliquis reus fieri
etiam in eo,ꝙ plus eſſet in vna,quàm in alia, vt l.prætor edi
xit.ff.de iniu.quod dic,vt l.ſenatus.ff.de accu. & nõ hẽt hoc

dubium,quando diuerſæ pœnæ imponerentur diuerſis legi
bus emanantibus ab eodem ſuperiore : ſed quando à pror-
ſus diuerſis,vt à Papa,& Imperatore,& ad diuerſum effectũ
(vt vna ad correctionem corpoream , alia ad contritionem
ſpiritus,vt in caſu noſtro)eſt maius dubium. de quo remit-
tit Io.An.ad no.per eum s̃.de offi.or.c.1.& eſt gl.j̃. de ſchiſ
ma.c.fraternitati.¶Quartò no.ꝙ vir accuſat vxorem, vt di
ſcedat ab eius cohabitatione.& hoc verum, etiam ſi multo
tempore tacuerit,vt no.32.q.2.c.amouere. & patet ex hoc,
ꝙ non debet ipſam propter adulterium propria auctoritate
dimittere. quia diceret ius ſibijpſi. quod eſt prohibitum, vt
4 C.ne quis in ſua cauſa.l. 1.¶Quintò no.†ꝙ quando agitur
de crimine ciuiliter, debent in libello inſeri locus , tempus,
& alia,quæ ponuntur,cum agitur criminaliter, de quibus in
l.libellorum.ff.de accu.Bar.tamen dicit hoc verum,quando
agitur aliqua actione,quæ infamat, vt l.idem exigit.ff.de do
lo.& hic.& hoc verum,ſecũdùm eum,ſi infamat de iure, vel
de facto.& hoc dicit propter excep.criminoſas,in qbus inſe
ritur locus,& tempus,vt in c.præſentium.de teſti.li.6.& l.1.
ff.de exc. per Bar. Sed ſi eſt accuſatio ciuilis, quæ non infa-
mat:tunc non cogitur quis dicere locum,& tempus.quia ceſ
ſat ratio dictæ l.prætor edixit. ff. de iniur. Idem ergo erit in
iſtis,quod in alijs deſcendentibus ex cõtractu, in quibus nõ
inſeritur locus,& tempus,vt l.1.ff. de edon. & ex hoc ſequi-
tur,ꝙ cum act.deſcendentes ex quaſi maleficio nõ infamẽt,
non eſt neceſſe,ꝙ inſeratur locus,& tempus.ita no.Bar.in d.
5 l.prætor edixit.ff.de iniur.qđ no.¶Sextò no. generale † qđ
non licet directò , nec licet per conſequentiam.& ꝙ nõ dẽt
vna via quis admitti ad id, à quo alia prohibetur. de quo in
reg.cum quis.de reg.iur.li.6.& l.1.ff.de au.tu.per Bart.poſt
Dy.Et aduerte,quia pœna talio. quandoque non eſt pœna
in accuſatore:ſed in accuſato ſic . Item quandoq; accuſator
eſt ſuſceptibilis pœnæ,quæ imponitur ex delicto, nõ autem
accuſatus,vt infamiæ ſeruus.& tunc quid iuris.dic vt l.fin.ff.
de publi.iud.l.fin.quandoque accuſatoris perſona non reci-
pit talion.puta ſi minor ordine accuſat maiorem,vt à mino-
ri ordine deponatur:vel mutilatus manu accuſat aliũ de cri-
mine,ex quo ſequitur amputatio manus.& tunc quid iuris,
dic,vt.j̃.de accu.c.ſuper his.facit l.hos accuſare.ff. de accu.
6 & l.1.C.vt intra cer.tem. ¶Septimò no. † ꝙ quando agitur
de crimine ciuiliter,poteſt interuenire procur. & hoc clarũ.
ſi autem non eſt merè ciuilis,ſed mixta:tunc ſimiliter poteſt
interuenire.& ideò dicitur mixta , quia accedit ad ciuilem,
propter adiudicat.dotis: accedit ad criminalem propter ſe-
parationem thori. & ſic mixta ſequitur naturã ciuilis.de iſta
mixtura,cum ſcilicet duo diuerſam naturam habentia com
miſcerentur,cuius conditionem aſſumat illud mixtum.dic,
vt dixi.j̃.de iudi.c.quantò.vbi dedi bonas remiſſio.& colli-
gitur hic arg.ꝙ teſtes ſunt compellendi ſuper odioſa excep.
quaſi magis videatur accedere ad ciuilem, quàm criminalẽ.
j̃.de teſti.c.cum literis.& de accu.c.ſuper his.quod non cre-
dit verum.¶Octauò no. ꝙ quando agitur ciuiliter de crimi
ne,admittitur procur.ſcitis enim , ꝙ ex delictis regulariter
oritur ciuilis,& criminalis.C.de fal.l.fi.& de teſti.c. fi.& no.
Bar.in l.fi.ff.de priua.de.& Inno.in c.qualiter. de accu. cum
ergo agitur criminaliter,non admittitur procurator:ſecus ſi
ciuiliter,vt hic.de quo plenè in l.pe. §. ad crimen. de publi.
iudi.& dicam.j̃.de accu.c.veniens.hic tamen Io.An. proſe-
quitur quoſdam caſus , vtrùm.ſ. in ipſis debeat procur. ad-
mitti,vel non.dicit ergo,ꝙ quandoque eſt quæſtio pecunia-
ria , & priuata: & tunc ante lit. conte. & poſt poteſt per
procuratorem expediri,vt l.nihil.C.eo.etiam ſi ſit appel.vt.
ff.an cauſa app.per alium.l.1.& hoc in priuatis. nã illuſtris
neceſſe habet conſtituere procur.vt C.e.l.fi.facit c.paſtora-
lis. j̃. de iudi. quandoque eſt quæſtio ſuper re publico vſui
deputata:& poteſt conſtitui procu.ex parte tantùm,vt.ff.de
po.ac.l.q.niſi forſan actor afficiatur priuato incõmodo vt.
ff.eo

ff.eo.l.mutus.§.in popularibus.& l.non cogendum. §.quin-
ta. Si autem quæratur de patrimonio publico,quilibet ad-
mittitur ad defendendum:ſed ſolùm ſindicus ad agendum,
vt.ff.quod cuiuſque vni no.l.1. Si verò eſt quæſtio criminali
ter intentata:& tunc aut.ĩ.aut s̃.delegat̃,vt.d.c.veniens. vbi
dicam.quandoque agitur de fama:& non recipitur procura
tor ex parte rei,niſi habeat ſpeciale mandatum,vel aliter ꝓ
ceſſurus eſſet prætor aduerſus abſentem,vt ff.e.l.non ſolum.
in fi.& multò minus recipitur illo caſu ex parte actoris. de
proba.c.ex literis.de pœ.l.in ſeruorum.in fi. quandoque agi
tur de muneribus,& honoribus:& tunc recipitur procur. s̃.
de ma.& obe.c.fi.& de dolo,& contu.c.fi.& hac breui diſtin
ctione ſecũdùm Io.An.poteſt doceri,in quibus caſibus poſ
ſit, vel non poſſit procuratore conſtitui. omnis enim mo-
dus ad hos caſus reuertitur,vt no.de accu.c. ſuper his.Hoſt.
remittit ad ſummam huius ti.§.& in qua re.

*S V M M AE.*

1 *Procurans cauſam de mandato domini, repetit expenſas à domino propter hoc factas.* 2.
3 *Conditio expenſarum fit ad vtilitatem domini: non procuratoris.*
4 *Actio quæ competit procuratori contra dominum.*

1 CVm pro cauſa. †Qui de mãda-
to domini cau-
ſam procurauit,ab ipſo repetit expenſas propter
hoc factas. Et prima pars ponit deciſam partis querelam.
Secunda dat iudices,ibi[ diſcretioni.]Iſte. G. fuit procura-
tor Capituli contra F.& fecit expenſas, quas repetebat: vel
appellauit pro Capitulo,& fecit expenſas, quas repetebat:
vel ſuccubuit in petitione expenſarum contra Capitulũ, &
2 appellauit.primum verius,ſecundùm Hoſ.¶ No.primò,†ꝙ
procurator repetit expenſas, quas fecit in lite:nec hic diſtin
guitur,obtinuerit,vel ſuccubuerit,vt no.in l.qui proprio. §.
lit.impendia.ff.e.& l.etiam.C.man.& pleniſſimè vide ꝑ Bar.
in l.iam tamen.§.in hac.ff. iudi.ſol. vbi dicit,ꝙ quandoq; lo
quimur in eo,qui defendit ſine mandato, gerendo negociũ
alterius,vt hic:quandoque conſtat,ꝙ vtiliter defendit: licèt
ſuccubuerit(quod poteſt eſſe;quia rei intereſt,vt ſentẽtia cõ
demnatoria detur propter ſtip.de euict. vt l.vtique. ff. de rei
ven.& l.at qui natura.§.cum me abſente.de neg.geſt.)illo ca
ſu ſine dubio ſumptus repetuntur.quia vtiliter geſtum eſt.&
idem in cauſa noxali,& damni infect. vbi quandoque inter
eſt conuentum defendi potius, ꝙ ſententiam pati, vt l.præ-
tor.§.his verbis.de bo.au.iudi.poſ.& idem, ſi promiſſa erat
magna pœna:ſi nõ defenderetur longè maior, quàm ſit id,
quod eſt iudicatum.quandoque vtiliter geſſit ab initio,& in
utiliter finiuit:quia ſuccubuit.& hoc poteſt contingere, ſi à
principio propoſitæ act.reus non debebat condemnari: ſed
poſtea ſuperuenit ex causa de præterito: pone exemplũ ex
no.in l.non poteſt videri.ff.de iudi.& iſto caſu repetet expẽ-
ſas temporis,quo ius non competebat aduerſario: non autẽ
illas,quas poſtea(indebitè reſiſtendo)feciſſet,vt l.ſi quis in-
ficiatus.ff.depo.quandoque inutiliter incœpit, & inutiliter
finiuit:& tunc non repetit: nec poteſt prætẽdere probabilẽ
ignorantiam,cum ſuper vacuo defendiſſe dominum appa-
reat ex poſtfacto,vt l.ſed an vltro.ff.de neg. geſt. & facit l.ꝗ
in alterius.ff.de reg.iur.quandoque loquimur de eo,qui de-
fendit cum mandato.& tunc dic,ꝙ aut iſte defendit vtiliter,
quia obtinuit:& ſine dubio repetit expenſas. caſus eſt in d.
§.in hac.quandoq; defendit inutiliter,quia ſuccubuit: & tũc
aut habuit mandatum ſpeciale ad defendendum in tali cau
ſa:& repetit,vt l.etiam C.man.& l.qui proprio.§. lit.impen
dia.ff.eod.tit.& ff.man.l.qui mutuam.§.fi. & ibi not. Si verò
habeat mandatum ad ſoluendum,non ad defendendum. &
tunc perinde eſt,acſi non haberet mandatum,vt d.§.in hac.

Si verò habebat mandatum ad ſoluendum,& defendẽdum.
& tunc ſiquidem aſſumpſit ab initio defenſionem iniuſtã ca
lumnioſè: & tunc ſumptus litis non repetit: aliàs repeteret,
vt l.non eſt incognitum.C.de admi.tu.& l.qui ſolidum.§.ẽt.
de leg.2.Si autem habuiſſet mandatum ad defendendum ge
neraliter:tunc eſt idem,ac ſi mandatum non haberet. quia
in generali mandato non venit,ne inutiliter defendat,vt l.ſi
procurator.de condi.inde.¶Sed ad prædicta poſſes oppone
re.quia videtur,ꝙ in caſibus,in quibus obtinuit,non recupe
ret expenſas à domino,ſed à victo. quia victus victori, vt l.
properandum.§.ſi autem.C.de iudi.dicit Bar. in d.§.in hac.
ꝙ prædicta intelliguntur,quando non potuit recuperare ex
penſas à victo. quia habebat iuſtam cauſam litigandi, vt d.
3 §.etiam.¶Ego dico,†ꝙ conditio expenſarum fit ad vtilita-
tem domini,non procuratoris: nec ipſum procuratorẽ ſuo
nomine concernit,ſed dominum. ideò cum non poſſit ſuo
nomine dictam condemnationem exigere, indiſtinctè dico
(poſtquam obtinuit)contra dominum ipſi procuratori cõ-
4 petere act.†Quæ autem actio competat procuratori.dic,ꝙ
actio mandati.quia licèt non fuerit hic mandatum: tamen
eſt iuxta mandatum,vt d.§.in hac.

QVia. Vniuerſitas ſcholarium poteſt ad agẽ
dum, & defendendum etiam procura
torem conſtituere.h.d.

*S V M M AE.*

1 *Citatus ad totam cauſam ſi conſtituit procuratorem, quem poſtea reuocat,poteſt nihilominus contra eum procedi.*
2 *Interlocutoria poteſt ferri etiam contra non contumacem.*
3 *Irritatis proceſſibus oportet cauſam à capite inchoari.*
4 *Diffinitiua non poteſt mutari.*
5 *Officium iudicis non poteſt implorari,quando ſuper principali negocio fuerit lis conteſtata.*

1 AVditis. †Si citatus ad totam cauſam
conſtituit procuratorem, quẽ
poſtea reuocat,poteſt nihilominus cõtra eũ pro
cedi,inquantum ſtatus cauſæ patitur ſine alia citatione.h.d.
¶Primò contra iſtud opponitur.& videtur,ꝙ nõ potuiſſet ſi
ne noua citatione:quia licèt quis reuocauerit procuratorẽ,
& ex hoc contumax cenſeatur quò ad actum incumbentem
tempore reuocationis:tamen ad reliquos actus ſucceſſiuos
videtur,ꝙ debuerit de nouo citari, iuxta no.in c. conſuluit.
2 de offi.dele.So.illud verum in diffinitiuis. †ſed interlocuto-
ria poteſt ferri etiam contra non contumacem,vt.ff.de re iu
di.l.quod iuſſit.& talis erat iſta ſuꝑ reuocatione proceſſuũ,
quæ non tangit cauſam principalem, vt patet in iſto c.in fi.
hoc non placet Inno.imò dicit, ꝙ ſententia ſuper proceſſi-
bus poteſt dici diffinitiua,ar.no.in l.Titia.ff.de accu. ꝑ Bar.
In contrarium tamen facit quod no.in c.1. de ſequeſtr.poſ.
& fruc.vbi ponitur,quæ ſit ſententia diffinitiua,& quæ inter
locutoria.præſuppoſito tamen,ꝙ ſit diffinitiua, vt tenet In-
no.quomodo ſine noua citatione hic proceſſum fuit contra
no.in d.c.conſuluit?dicit Inno.ꝙ ibi no.habent locum,cum
citatur ad certum articulum:ſecus ſi ad totam cauſam,vt hic
erat.propter enim viarum longitudinem Papa mãdat,ꝙ ꝗs
de curia non decedat,niſi procur.dimittat in tota cauſa. ar.
ad hoc.ĩ.de reſti.in inte.c.cum literis.& vide quod no.Bart.
in l.4.§.ait.ff.de dam.infe.& ĩ.de dolo,& coutum.c.3.facit
quod no.in c.2.ĩ.de dolo,& contu.li.6.¶Secundò contra id
opponitur,& videtur,ꝙ iſta non ſit bona ſo.ſi enim propter
talem reuocationem potuiſſet procedi in tota cauſa: ergo &
ſuper cauſa principali.hic autem terminata cauſa proceſſuũ
differt diffinitionem cauſæ principalis:ergo ſo.minus bona:
quia proceſſum in principali cauſa non impediuiſſet reuoca
tio:ſed impediuit non facta lit. conteſt. quæ ſuper proceſſi-
bus



bus facta erat,& concluſum,vt dicit tex.præterea irritatio ꝓ
ceſſus non erat magni præiudicij,cum non læderetur ius par
tium circa cauſam principalem.ſed cauſam principalẽ deter
minare erat magni præiudicij:ideò differẽdũ.ff.de vaca.mu.
l.pe.§.pe.& de voto.c.ꝗđ ſuꝑ his. ver. vnde credimus. & ꝗđ
leg.& not.ĩ.de re iudi.c. cũ Bertoldus.§.poſtmodum.& no.
3 bene hunc text. † ꝙ irritatis proceſsibus, oportet cauſam à
capite inchoari: illa autem acta an probent, vel non, dic vt
not.Barto.in d.l.cum quærebatur. ¶Tertiò opp. & videtur,
ꝙ iſte non debuerit condemnari in expenſis: iſta enim con-
demnatio fit, quando pars læditur ex vitio contumaciæ, vt
l.ſancimus.C. de iudi. ſed hic in nullo fuit læſa: quia meruit
ſententiã ſuper irritatione proceſſuum.ergo non debuit fie-
ri condemnatio expenſarum.ſo.facultas procedẽdi non ex-
cuſat à prædicta condemnatione,vt not.in c.1. ĩ.de elect.li.
6.vel aliter ſecundùm Ioan.And.hic non loquitur de expẽ,
factis vſque ad tẽpus irritationis proceſſuum:ſed de expen-
ſis factis poſtea occaſione retardati proceſſus in cauſa prin
cipali propter Colubrien.contumaciam.& hoc not.Ioã.An.
ſuper ver.peruenerunt. ¶Quartò op.hic Papa fert ſenten-
tiam ſuper futuris expen.ſed contra:quia tractus futuri tem
poris non ſpectat ad iudi.ff.de vſu.l.1.So.vt in glo.fi.ſuꝑ qua
addit Ioan.And.aliam ſo. videlicet, quòd ibi loquitur, cum
iudex vult prouidere in futurum,& nulla ſubeſt obligatio de
præſenti: ſed hic erat obligatio de præſenti obligatione lar-
go modo ſumpta: vt comprehendat etiam iudicis officium,
quo petuntur expenſæ,& de materia illa vide in l.1.C.de fi-
deicommiſ.¶Quintò opp.& videtur,ꝙ iſta ſententia expe-
ſarum fuerit nulla ratione incertitudinis,vt C. de ſen.quæ ſi-
ne cer.quant.per totum.Sol.vt in eadem glo.Innocẽ.dicit,ꝙ
contrarium loquitur in diffinitiua: ſecus in interlocutoria,
4 quæ valet,licèt incerta. ratio differentiæ eſt.† quia diffiniti-
ua non poteſt mutari: interlocutoria verò ſic.Vel dic,ꝙ peti
tio expenſarum admittitur,licèt ſit incerta;quia ipſius decla
ratio non dependet à parte, ſed à iudice. regula ergo eſt, vt
vbi petitio incerta admittitur,etiã ſententia toleretur,vt l.1.
§.quod autem.ff.quo.le. & maximè hoc eſt verũ in caſu no-
ſtro,in quo futurarum expenſarum non poteſt fieri condẽ-
natio, cum precia variantur victualium:ſucceſsiuè & quan-
to tempore contumax expectandus ſit, etiã ignoretur. non
mirum ergo,ſi in caſu noſtro ratione talis incertitudinis in-
certa petitio, & ſententia toleratur. ſimiliter credo, ꝙ vale-
ret ſententia incerta ſuper alimentis præſtandis in futurum.
quia quantitas non poteſt moderari,nec regula certi tempo
ris,nec reſpectu quantitatis, cum rerum precia varientur, &
vita hominis ſit incerta.& quandoq; quis magis, quãdoque
minus comedit: & quandoq;, ſi eſt infirmus,indiget electua
rijs, & ſirupo,non carnibus,nec pane. ¶Sextò opp.& vide-
5 tur,ꝙ illæ expen.non potuerint peti. † cum enim ſuper prin
cipali negocio non fuerit lis conte.non poterat implorari of
ficium iudi.ff.de ædi.edic.l.ædiles.§.item ſciendum. So.illud
in extraneis à cauſa(vt in vino nato ante litem motam,vel in
fructibus.) iſta enim debent peti in libello,vt dixi.ĩ.de reſti.
ſpo.c.grauis.ſecus in expenſis,quæ dependent ex principali
negocio,& ex ipſo accidunt,ſecundùm Pe. & Abb. facit ꝗđ
no.Io.An.ĩ.de teſta.c.Raynaldus. ver. demum. ſuper gl.ſed
nunꝗd.& quod no.ĩ.de ap.c.ſignificante. ¶Septimò op.hic
reuocatio peruenit ad iudicem: ergo non videtur potuiſſe
ferri ſententia contra procuratorem reuocatum, vt ĩ.eod.c.
mandato.Sol vt in glo.quæ incipit, & aduerſarium &c.& di-
xi latius. s̃.in tertio no.

*S V M M AE.*

1 *Procurator epiſcopi cauſas epiſcopatus agit, & defendit: licèt non fuerit datus ſub nomine ſindici, vel actoris.*
2 *Prælatus conſtituit procuratorem ante litis conteſtationem.*
3 *Verba conſtituentis procuratorem in dubio ſunt referenda ad mentem conſtituentis.*
4 *Verba in contractibus interpretantur contra proferentem.*
5 *Conſtitutus ad litis conteſtationẽ, & prohibitus expreſſè, ne vltra procedat: an poterit vltra procedere.*

1 PEtitio. † Procur. epiſcopi cauſas epiſco-
patus agit, & defendit: licèt non
fuerit datus ſub noĩe ſindici, vel actoris.h.d.& in pri
ma petitio.In ſecunda reſponſiua prouiſio, vel cõmunis di-
uiſio.Secunda ibi [nos igitur.] ¶No.primò, ꝙ ille, ꝗ debet
ſe abſentare,debet dimittere generales adminiſtratores:ali-
às teneret proceſſus cõtra eũ.dixi.s̃.eo.c.querelã.& l.ab eo.
C.quõ & quãdo iudex.& l.Papi.exuli.de min. ¶Secũdò no.
2 † ꝙ prælati cõſtituũt procu.ante lit.cõt.de iura.calũ.c.fi.ſe-
cus in tutore, vt l.neq;.C.e.ex quo patet, ꝙ maior eſt aucto-
ritas ꝑlatorum,ꝗ tutorũ,vt c.licèt Hely.de ſimo. ꝑ Innoc.de
poteſtate aũt iſtorum procuratorũ generaliũ tãgit glo.ꝙ vi-
gore gñalis mandati non poterunt trãſigere. Itẽ nec pignus
remittere,vt ff.qui.mo.pig.vel hypo.ſol.l.ſi conſenſit. §.1.&
hoc ẽ verũ,niſi haberet liberã,& gñalem adminiſtrationẽ, vt
ĩ.eo.c.ꝗ ad agendũ.§.vlt.lib.6.dicitur aũt habere liberã, ꝗñ
id expreſſum eſt in procuratorio. ff.de pecu. l.quã Tubero-
nis.§.alia.vtrũ verò illa verba[ꝙ ꝓmittã habere ratũ,& gra
tum]habeãt vim liberæ,& idem importent,vide.s̃.de trãſac
c.cõtingit.vbi de hoc.& ĩ.de relig.do.c. cum dilectus ¶Ter
tiò no.diuerſitatem noĩm adminiſtratorũ.quidã eñ ſunt ꝓ-
curatores:ꝗdam vicarij: quidã ſindici: ꝗdam actores: quidã
tutores:ꝗdam curatores:quidã executores:ꝗdam orphano-
trophi. à quibus aũt iſti cõſtituant. de actore, procuratore,
ſindico,& ſi.no.2.q.7.c.ſi ꝗs erga.& 16.q.7.c. ꝗñ.& in Spe.
de his,ꝗ ali.no.in iudi.inter.per to.vtrùm aũt conſtitutus ab
vniuerſitate ſub noĩbus ſindici,ꝓcuratoris,& actoris (vt ẽ
moris) cogatur eligere.tenet Gui.ꝙ nõ in Spe. de actore vni
uerſitatis. ver.ſed pone.& de li.cõcep. §. iam nunc videndũ.
3 ver.ſed pone contra ſindicum. ¶Quartò not. † ꝙ in du-
bio verba conſti. procuratoris ſunt referenda ad mentẽ con
ſtituentis.ſimiliter verba reſcriptorum,vt s̃. de reſcrip.c.ſu-
per literis. ſimiliter ad mentem teſtatoris, quæ colligitur ex
præcedentibus,& ſequentibus.ff.de leg.1.l. ſi ſeruus pluriũ.
§.ſi. ¶Quintò not. ꝙ conſtituendo procuratorem genera-
lem videtur per hæc verba dediſſe poteſtatem agendi, & de-
fendendi: niſi enim paratus foret defenſionem ſuſcipere, nõ
eſſet idoneus procurator, vt l.ſeruum quoque. §.fi.ff. de pro
cur.& ibi loquitur de procur. in rem ſuam, an teneatur do-
minum defendere: ſed de ſimplici, an teneatur defendere
in cauſa reconuentionis,& quando: an mota lite, vel cum re
us conuentus dicit,ꝙ vult ipſum reconuenire.dic,vt l.act.C.
eo.tit.¶Oppo.dicitur hic, ꝙ recurritur ad mentem conſti-
tuentis.contra de l.veteribus.ff.de pact.& l.Labeo. cum l.ſe.
ff.de contrahen.emp.ſo.vt in glo. quæ incipit. ſic patet. quæ
4 dicit,†ꝙ in cõtractibus verba interpretantur contra proferẽ
tem.tu dic latius in contractibus, vt d.l.veteribus. in iudici-
ĵs,vt l.inter ſtip.§.ſi Stichum.de verbo. oblig. In conſti. pro
curatoris videtis hic,ꝙ non debent conſiderari verba,ſed in
tentio,quæ regulariter præponenda eſt verbis, nec de nomi
nibus eſt curandum,vt l.ſi.C.de do.& C.de for.l.1.&2.& C.
ſi vt ab here.abſti.l.1. & in alijs iuribus allegatis in glo. ex ꝓ
dictis concludit Hoſtien.ꝙ ſi quis dicat.conſtituo te aſinum
meum ad talem cauſam, ſufficiens eſt mandatum. de hoc in
Specu.eod.tit.§.3.ver.vbi.& de reg.iur.c.contra eum. lib.6.
¶Circa iſtam mentẽ conſtituẽtium conſiderandã formant
Hoſt.& Innoc. quæſtionem talem.procur.cõſtitutus eſt ad li
tem conteſtandam, & ad conſtituendũ aliam ꝓcuratorẽ in
alijs,quæ ſequunt̃:an poterit ſine cõſti.alterius procu.agere
totã cãm ꝑ ſeipm,ſi voluerit.dicũt,ꝙ ſic,attẽta mẽte potius,

quàm verbis.patet enim ex mente conſtituentis voluiſſe per
illum potius agi cauſam, q̃ per alium.ff. eo.l.ad legatum. &
iudi.ſol.l.iam tñ. nec obſtat illa clauſula, q̃ videtur ad ipſius
exonerationem adiecta,ſi forſan intereſſe non poſſet,vt ff.e.
l. 1.fatentur tamen,ꝙ quidam contra per c.nõne.de ꝑſump.
ad quod facit l. maritus. C.eo. vbi permiſsio in quibuſdam
inducit prohibitiõem in alijs, etiam iam cõceſsis à iure:mul
tò ergo magis operari debet expreſſa permiſsio prohibi. in
caſibus aliàs nõ incluſ.facit quod no.in l.quod fauore.C.de
5 legib.¶† Secundò quæro de conſtituto ad lit.conteſt.& ꝓ-
hibito expreſſè,ne vltra procedat: nunquid vltra procede-
re poterit? quidam ꝙ ſic, etiam conſtituendo alium procur.
cum per lit.conteſt.factus ſit dominus lit.j̃.e.c.1.§.1.li.6.vbi
de hoc.hæc opi.non placet Ia.de Ra.ratio eſt ſecundùm eũ,
quia poſt lit.conteſt.non reuocatur ſine cauſa procurator ꝓ
pter intereſſe aduerſarij, ne diſtinguatur cum pluribus, vt
tractari ſolet.ff.eo.l. quæ omnia.forma igitur contra diſpoſi
tionem nihil operabitur in præiudicium partis. ad hoc facit
l.1.in fi.cum l.ſeq.ff.de reb.eo. qui ſub tu. vel cur.& de hoc
per Cy.in l.ſi procura.C.eo. Inno. tamen hic tenet,ꝙ illud ẽ
verum tantùm, ſi ſimpliciter fuit conſtitutus, vel non expreſ
sè prohibitus:aliàs ſi fuerit ad lit.conteſt.tantùm cõſtitutus,
non poterit vlterius procedere . perficiet ergo dominus per
ſe,vel alium litem cæptam,ſecundùm Inno. & Hoſti.de hoc
in ſpe.eo.tit.§.3.ver.quid ſi dedi.¶Tertiò quæro.quidam ꝑ
egrè profecturus, dimiſit procuratorem ſuum in cauſa: de-
mum poſtea eſt reuerſus, an videatur mandatum reuocatũ:
vel quid,ſi conſtituit, quoties eum abeſſe contigerit. de hoc
plenè hic per Innoc.quod eſt hodie expeditum per c.ſi quẽ.
eod.tit.li.6.¶ Quartò quæro poſt glo.dicitur hic, ꝙ dimiſit
duos procuratores. quæro ergo an vnus poſsit agere ſine a-
lio. Item an vnus poſsit conuenire alium ex ipſis debitorem
domini conſtituentis.dic,vt in c.ſi duo.j̃.eo.lib.6.& l.qui ꝓ
prio.§.fi.cum l.ſe.ff.eo. ¶Vltimò tangit Io. And.poſt Inno
cen. de curatore dato ad lit. dicit enim, quòd cum talis da-
tio ſit mixti imperij, non per delegatum, ſed per ordinariũ
dari debet.quod eſt reprobatum in delegato Papæ,& ipſius
ſubdelegato.j̃.de iudi.c.ſi lib.6.pro opi. verò Inno. videtur
caſus in l.fi.§.ille autem.in fi.ff.eo. de admi. tu.

*S V M M Æ.*

1 *Iudex prouidere debet,quòd conſtituens procuratorem in cauſa ma*
*trimoniali gaudeat libertate.*
2 *Qui detinetur in alterius poteſtate, non poteſt conſtituere procura-*
*torem.*
3 *Iudex debet prouidere ſecuritati partium.*
4 *Procurator debet conſtitui cum pleno mandato ad agendum,& re-*
*ſpondendum.*
5 *Procurator an debeat defendere dominum de neceſsitate.*
*Et an ſit neceſſe, quòd promittat iudicatum ſolui.* 6
7 *Dominus,qui procuratorem ſuum releuauit : ſi non eſt ſoluendo,nec*
*poſsidet immobilia, non eſt idoneus fideiuſſor.*

1 ACcedens. †Prouidere debet iudex,
ꝙ in cauſa matrimoniali
procuratorem conſtituens gaudeat libertate.h.d.
Et primò prouidet libertati mulieris.Secũdò citat ad cauſã,
2 ibi [tu verò.] ¶† Not.primò,ꝙ non poteſt conſtituere pro
curatorẽ ille, qui eſt in alterius poteſtate,& detinetur inui-
tus.captiuus eſt enim,ex quo detinetur inuitus. vnde ille,qui
detinet, incurrit crimen priuati carceris, vt C. de priua.car.
l.1.& quod no.Inno.in c.nouerint.de ſen.excõ.& quod not.
Bart.in l.qui neq;.de verbo.ſigni.& aduerte, quia ſicut exi-
ſtens in carcere non poteſt cõtrahere nomine proprio:item
nec tanquàm alterius tutor, vel adminiſtrator alium obliga
re.tractabatur enim hic de lite vigente cum filio iſtius nobi-
3 lis mulieris captiuatæ.¶Secundò no.† ꝙ iudex debet pro-
uidere ſecuritati partium.3.q.9.c.hortamur.vt lit.non con-
teſta.c.accedens.de appell.c.ex parte.1. ¶Tertiò no.in ver.
tu ergo.ꝙ patri mandatur, ꝙ conſtituat ꝓcuratorem in cau
ſa filij,& agebatur de ſponſalibus.hinc ergo ſumpta occaſio
ne tractat Inno.an cum filius agit cãm ſpũalem debeat inter
uenire conſenſus patris.quod eſt hodie expeditum in c.fi.j̃.
de iudi.li.6.facit quod no. Inno.in c. ex parte.j̃.de reſti.ſpo.
4 & c.indecorum.s̃.de æta.& qua.¶Quartò no.† ꝙ procura-
tor debet conſtitui cũ pleno mandato ad agendum,& reſpõ
dendũ.& intelligitur rñdendum.i.defendẽdum, vt j̃.c.cõſti
tutus. ¶Opp. iſta nobilis dña mandatur liberari: vt ſic filio
ſuper ſponſalibus litigãti poſsit procuratorem conſtituere.
Sed contra mater non habet filium in poteſtate, vt j̃. de con
uer. infi. c. vltim. ergo non poteſt conſtituere procurato-
rem . Sol.iſta mater erat tutrix.quod eſſe poteſt,vt j̃.de ap
pe.c.ex parte.2.Sed tunc ob.quia non videtur, ꝙ procurato
rem dare poſſet ante lit.conte.vt l.neq;. C.eo.præterea cum
dare vxorem filio non ſit de adminiſtratione,vt l.in copulan
dis. C. de nup. non videtur quòd hoc pertineat ad officium
matris vt tutricis : nec ſimiliter ad officium patris. qui licèt
habeat adminiſtrationem rerum , in quibus ſibi quæritur
vſusfru. vt l.cum oportet.C.de bo.quæ lib.& l.1. de bo. ma.
tamen in alijs non conſtituit, vt d.c.fin.de iudi.li.6. & c. in-
decorum.de æta.& qua. & vide in Specu. de procu.§.2.ver.
& not. & an procurator datus concipiat libellum in perſo
na patris, vel filij.vide in Specu.de li.concep.§.iam nunc vi-
dendum.in fi.In caſu ergo noſtri.c. cum ageretur cauſa ſpiri
tualis,qũo pater,& mater conſtituerint procuratorẽ, intel-
ligendum eſt de conſenſu filiorum: aliàs non obeſſet eis, ſi-
5 cut nec ſententia,vt in gl. fi. ¶ † Quæro, an procurator de-
beat dominũ defendere de neceſsitate. gl. fi. proſequitur q̃-
ſtionem iſtã,ſed plenius de materia in l.inuitus.C.e.quæ cir-
ca hoc ponit quinq; caſus,ſecũdùm antiquos. Primus eſt,ꝙ
inuitus procurationem ſuſcipere nemo cogitur.Secũdus eſt,
ꝙ conſtitutus in vna cauſa non cogitur in alia procurator eſ
ſe. Tertius eſt,ꝙ ſi te conſtitui procuratorem in cã, & ſuc cu
buiſti,teneris appellare,& cauſam appel.proſequi. Quartus
eſt,ſi te conſtitui procuratorem ad agendum, in cauſa recõ
uentionis non cogeris me defendere. Quintus,ſi te conſtitui
procuratorem in vna cauſa, & incæpiſti me defendere , non
cogeris in alia defenſionem ſubire.Sextus caſus,ꝙ non cogit
defendere in cauſa reconuentionis , recipit contrarium de l.
ſeruum quoq;. §.ait prætor.ff.eo.Cy. tenet, ꝙ non cogitur ꝑ
ciſè defendere. ſed ſi non vult ſubire defenſionem,repellitur
ab agendo, & tenebitur domino indefenſo act. mandati.ita
no.in d.l.inuitus.poſt princi.Sed tunc poſſes inſtare,& dice-
re,ꝙ facile erit reo ſemper repellere procur.actoris ab agen
do: poterit enim ſemper dicere. caue de iudicato ſoluendo,
quia volo dominum,pro quo agis,recõuenire in decem mil-
libus florenorum. iſte autem procurator non habet amicũ,
qui fideiubeat;quia fortè eſt forenſ. ergo iſta cauillatione re
pelleretur quilibet de facili ab agendo.Sol.hoc tangit Cy.in
l.actor.C.eo,& ibi dicit,ꝙ non tenetur procura.actoris prę
ſtare cautionem in cauſa reconuẽtionis , niſi mota iam lite :
nam ſicut procurator rei originarij non ſatiſdat, niſi lite mo
ta: ita procurator rei non originarij ſatiſdare nõ debet , niſi
lite mota in cauſa reconuentionis : non autem ſuper lite mo
uenda tenetur ſatiſdare de defendendo.glo.etiam hic dat re
medium contra iſtam cauillationem: vt ille, qui procurato-
rem conſtituit, releuet prcur. ab onere ſatiſdandi, obligan-
do ſe tãquàm fideiuſſorẽ ſui procuratoris de iudi.ſoluendo,
6 & alijs,de quibus Inſti.de ſatiſd.§.ſi verò aliquis.¶†Sed tũc
quæritur, vtrùm eſt neceſſe, quòd procurator promittat iu-
di.ſolui.quidam, quòd ſic.quia in illa promiſsione , quæ in-
cumbit procuratori , & non domino , procurator eſt prin-
cipalis , vnde dominus non poteſt ſatiſdare pro eo: niſi
ipſe



ipſe principalis ſe obliget. quia non ẽ obligatio fideiuſſoris
ſine principali,vt ff. ad Trebe.l. ſi heres pecuniam. & de ꝑt.
ſtip.l. prætoriæ.cõtrariũ eſt verum,quia procurator litigan-
do obligat ſe inſtantiæ,& illi obligationi poteſt dñs accede-
re tanq̃ fideiuſſor. Itẽ licèt dñs non eſſet vt fideiuſſor , eſt vt
expromiſſor,vt ff.de dolo.l.eleganter.§.ſeruus pactionis.Itẽ
quia lex permittit , vt procuratores in totum releuentur:
aliàs non inuenirẽtur qui vellent eſſe procuratores, ſi habe-
rent ſe obligare ad ſoluendum,vt d.§.ſi verò aliquis.Item fa
cit ad hoc.ff.de vſufru. ea re. quæ vſu con.l. tribus.& de hoc
vide per Cy.in l.1.C.de ſatiſd.vbi Bal.iſta dixit.tene ergo,ꝙ
ſi procurator eſt à domino releuatus , non tenetur promitte
re iudi.ſol.etiam ſimplici cautione & hoc tenet Specu. in tit.
de ſatiſd. §. expedito.circa prin.Barto.examinat iſtam quæ
ſtionem plenius.ff.iudi. ſol. ſuper rub. & ibi quærit,quando
promittit procurator,& principalis fideiubet pro eo,in quẽ
fiet executio ? dicit,ꝙ re vera dominus eſt principalis: & i-
deò contra eum fiet executio , & contra fideiuſſorem in ſub
ſidium,in Authen.de fideiuſ.§.1.ad hoc.ff.de pact.l.fideiuſ-
ſoris.cum l.ſeq.& l.de die.§.qui mulierem.ff.qui ſatiſd.cog.
7 ¶Quærit etiam †, quid ſi dominus,qui procura. ſuum rele-
uauit,non eſt ſoluendo,nec poſsidet immobilia. dicit, ꝙ nõ
videtur idoneus fideiuſſor,in Authẽ.de exhi. & intro. reis.§.
ſancimus.¶Quærit etiam, vtrùm iſta promiſsio facta procu
ratori ſufficiat ſubſtituto ab eodem procuratore. dicit,ꝙ nõ
vt l. ſi ante receptum.ff.iudi.ſol.& ideò conſuetudo eſt, vt di
catur.promittit pro ipſo procuratore,& ſubſtituto ab eo.
¶Vlterius quęritur, vtrùm iſtam cautionem in cauſa recon
uentionis debeat præſcire procurator in rem ſuam.dic,vt in
Spe.eo.ti.§.1.ver.itẽ excipitur ꝙ licèt.& ſe. ¶ In quibus aũt
caſibus teneatur procurator dominum præciſè defendere,
no.hic Io.An.& vide in Spe.eod.tit.§. vt autem.in fi. & de ſa
tiſd.§.penult.ver.ſed quæritur.

*S V M M Æ.*

1 *Induciæ ſi denegentur generali procuratori ad conſulendum dominũ*
*abſentem ex cauſa probabili,poteſt appellari.*
2 *Procurator poteſt petere inducias ad dominum conſulendum.*
3 *Procurator generalis videtur conſtitutus ad lites præſentes,& fu-*
*turas.*

1 DIlectus. † Si generali procuratori de-
negẽtur induciæ ad conſulen-
dum dominum abſentem ex cauſa probabili,po-
terit appellari.hoc dicit.Et prima pars narrat grauamen ap
pellantis.Secunda dat iudicem,ibi [quo circa.] ¶Not. pri-
mò,ꝙ citatur dominus, qui eſt abſens cã ſtudiorum,& pro-
cu.dimiſit. vtrùm aũt potuiſſet fundari iudicium in perſonã
ipſius procuratoris generalis : ita ꝙ prima citatio potuerit
incipere cõtra eum.dic,vt no.Bar.in l.1.ff.de li.ag. ¶Secun-
dò not.ꝙ ad cita. domini comparet procura. ipſius genera-
lis.& ſic ſatisfactum eſt citationi : cum nullus cogatur perſo
naliter cõparere,niſi in caſibus not.in l.fi.C.e.& l.ſi actor.ff.
2 eo.¶†Tertiò no.ꝙ procurator poteſt petere inducias ad do
minum conſulendũ. & hoc verum , quãdo non ad iſtam litẽ
ſpecialiter,ſed generaliter datus erat abſens.quid ergo ſi do
minus perſonaliter citatus miſit procu.ad cãm nõ inſtructã,
qui petijt terminum: de quo hic Doct.tangunt.Bar. dicit,ꝙ
quandoq; aliquis eſt citatus ad aliquid certum, vt ad rñden
dum tali libello ſic dicẽti: tunc ſi mittit procu.nõ inſtructũ,
& procurator dicit [volo terminum ad reſpondẽdũ:qa vo-
lo conferre cum dño] tunc poterit iudex reputare eum con
tumacẽ,vt l.2.§ defendi.ff.qui.ex cau.in poſ.ea.quãdoq; eſt
citatus generaliter, vt veniat ad reſpondendum de iure tali:
tunc ſufficit mittere procuratorem generalẽ. ita no.in dicto
§.defendi,& Cy.in l.fi.C.e.& vide quod no.in Spe.de dila.§.
fi.ver.ſed quæro ecce.& quod no.Io. An.j̃.de iura.calũ. c.in
3 pertractandis.¶Quartò no.† ꝙ procurator generalis vide-
tur conſtitutus ad lites pñtes, & futuras. poſt cõſtitutionem
enim habuit ortum iſta cauſa.facit l.oĩm.ff.eo. ¶Vltimò q̃-
ro.comparuit quis in cauſa tanquàm procurator. & cum pe
titur, vt fidem faciat de mandato, petit terminum ad man-
datum producẽdum,an debeat habere?procuratori actoris
taliter comparenti nõ videtur dilatio concedenda : ſed tan-
quàm temere fecerit citari , condemnandus eſt in expenſis,
vt l.eum quem temere.ff.de iudi.procuratori autem rei,legi
tima cauſa ſubſiſtente, videtur dilatio indulgenda. & ſic in-
telligo quod not.D.Bal. de iſta.q.3.in l.1.C.eo.vbi etiã per
Cy.ad hoc.l.ſi quando.C.de dilat.

*S V M M Æ.*

1 *Reus ſi recedit à iudicio, dimiſſo procuratore ſolummodo ad agen-*
*dum, contumax eſt.*
2 *Non comparere & illicentiatus recedere, paria ſunt.*
3 *Procurator conſtitutus ad agendum , an videatur habere mandatũ*
*ad defendendum.*
4 *Contumax ſine alia citatione condemnatur in expenſis.*
5 *Mulier ſi eſt minor: an maritus poterit ſibi dari curator.*

1 COnſtitutis . † Si reus recedat à iu
dicio, dimiſſo procu-
ratore ſolummodo ad agendum,contumax eſt,&
condemnatur in expenſis.hoc dicit.Et prima pars narrat cõ
tumaciam,& condemnationem rei. Secunda ibi [nos autẽ]
condemnationem approbat , & cauſam committit. ¶ Not.
primò,ꝙ agit nomine vxoris.de quo in l.maritus.C. eo.j̃.di
cam.¶Secundò no.ꝙ ille,qui recedit illicentiatus, condem
2 natur in expenſis. † paria enim ſunt non comparere, & illi-
centiatus recedere.facit quod no.in c.1.j̃.de iudi.& de pœ-
3 nis.c.calũ. per Inno. ¶Tertiò no. † ꝙ procurator conſtitu-
tus tantũmodo ad agendum , non videtur habere mãdatum
ad defendendum.& hoc verum,quando non ageret: tunc e-
nim in contumaciam teneretur dominum defendere : aliàs
non audiretur,vt l. ſeruum.§.prætor ait.ff.eo.principaliter er
go defendere non venit in mandato ad agendum tantũmo-
do conceſſo.ſed ſi agit,defendere poterit.& ſic intelligo hũc
tex.¶Quartò not. ꝙ paria ſunt non habere mandatum:vel
habere,& ad cauſam,de qua agitur,nõ extendi: ſicut ergo q
nullo modo comparet,condemnatur. Ita & qui minùs legi-
timè comparet.facit l.1.in fi.ff.quod cuiuſq; vni.no. ¶Quin
4 tò no.† ꝙ contumax ſine alia citatione condemnatur in ex-
penſis,& quandoq; certis,vt hic.& j̃.de eo,qui mit.in poſ.c.
cum veniſſent.quandoq; in incertis, ſed poſtea declarandis,
vt s̃.eo.c.auditis. ¶ Opp.iſte maritus non habebat manda-
tũ: ergo non debuit audiri,vt s̃.c.1.Sol.maritus cõnumeratur
inter perſonas, quæ poſſunt agere ſine mandato. de quibus.
ff.eo.l.ſed & hæ.in prin.eſt enim cauſa, & principium affini-
5 tatis:vnde idem, qđ de affinibus,iudicatur, vt ibi no.† Quid
ſi mulier ẽ minor:an maritus poterit ſibi dari cur. dic , ꝙ nõ
generalis,ſed ſpecialis.quod dic,vt in Spec.de cur.§.vt autẽ.
poteſt ergo maritus eſſe procura.& cur. ad certam litẽ : ſed
tutor ſponſæ,vel curator generalis eſſe non poterit. tres ra-
tiones diuerſitatis aſsignat Bal.in l.1.ff.de excu. tu. vbi glo.
de hoc. Aduerte tamen, qua ſi maritus habet mandatum ad
certam ſpẽm,non poterit in alijs ſe intromittere, vt dicit hic
glo. quod Ioan.And.intelligit verum, ꝙ non poterit admit-
ti,vt procurator, in alijs vi mandati: aliàs ſi vult agere,& ca
uere vt coniuncta perſona, bene admittetur,ſecundùm Ioa.
And.qui allegat Pet. in d. l.maritus. iſte enim caſus omiſſus
relinquitur diſpoſitioni iuris communis.glo. tamen ibi con-
tra.cum enim mulier ſe reſtrinxerit ad certam ſpeciem: vide
tur in alijs receſsiſſe à ꝓuiſione legali,vt l.fi. C.de pac.cõuẽ.

Do. Bald. diſtinguit, quòd aut tempore mandati potuit de
iſta ſpecie cogitari.& tunc ſit vera opi. glo. aut iſta ſpẽs po-
ſtea emerſit:&tũc ſit vera opi.Pe.ꝗa nõ videt̃ ei,qđ ignorat,
cõſentire,vt l.mater decedens. ff.de inof. teſt.conclude er-
go,quòd ſine mandato maritus admittitur ꝓ vxore ſua in iu
dicio cum cautione de rato:non ſic cõuerſo.C. eo.l. ꝗa.vt tñ
clarius intelligas,dic,ꝙ tria ſunt genera rerũ, quæ pertinent
ad vxorẽ.nam q̃dam ſunt res dotales:& in iſtis habet mari-
tus plenã adminiſtrationẽ iure ſuo,vt C.de rei.ven.l.doce.q̃-
dam ſunt res paraphernales traditæ marito, vel quaſi tradi-
tæ;vt ꝗa ſunt tradita marito noĩa.i.inſtrumẽta nominũ debi-
torum.C.de doñ.l.1.& in iſtis maritus habet adminiſtrat.ex
tacito mandato.de pac.conuen.l.ſi. Quædam ſunt res, quas
mulier habet extra dotẽ. quarũ adminiſtrationẽ non tradit,
nec quaſi tradit marito.& in iſtis loquitur l.maritus. & quæ
s̃.dixi.¶Scđò op.& videtur,ꝙ hic nõ fuerit ponderandũ,an
habuit mandatũ ad defendendũ: ſed an ipſe ꝓcurator volue
rit ſatiſdare. nam ſi non vult ſatiſdare, etiam cum mandato
non admittitur:ſi vult,etiam ſine mandato admittitur, vt C.
de tu.l.1.Sol.ponderandum eſt mandatum propter p̄iudici-
um generãdum dño:aliàs non. Si eñ habet mandatum, fiet
executio in bonis dñi.ſi non habet,in bonis iſtius defenſoris:
niſi quando procurator agens reconuenitur. ꝗa tunc in bo-
nis dñi fieret executio.ff.eo.l. ſi procurator.de re iudi.l.4.1.
rñ.poſſet etiam dici, ꝙ dñs cõtumax,licèt alius ſatiſdet, con
demnatur in expenſis pro eo, ꝙ adimit beneficiũ executio
nis fiendæ in bonis ſuis.Inſti.de act.§.hi autẽ.& §. præterea.
Itẽ fortè intereſt principalis, iſtum,ꝗ ſe offert defenſioni cũ
ſatiſda.& ſine mandato non admitti.ꝗa principalis eſt lega-
lior.vnde iſta nouatio ex parte rei nõ videtur ita paſsim per
miſſa.quod dic plenè ꝑ Bar.in l. ſolutionẽ & iudicium.ff. de
ſol.& l.2.§.defendi.ff.quib.ex cau.in poſ.ea.& l.fi. C. eo.vbi
de hoc. glo.tamen hic, quæ incipit. non valuit.tenet, ꝙ ſi ſe
obtulit defenſioni,nõ ſit dñs condẽnandus:ſed Ioã.And.te-
net,quod dixi:imò plus, quia ſi dñs dimiſit procuratorẽ ſuf
ficientem,qui non comparet, condẽnatur dñs in expenſis.
¶Quærit Io.An.poſt Inn. an poſsit conſtitui ꝓcurator ad ꝓ
ponendũ exc.recuſationis: vel opponendum exceptiones di
latorias tantùm.quidam ꝙ non. quia cum iſte non poſsit re-
cipere libellum,& copiã petitionis,quæ eſt principiũ litis:er
go non debet cẽſeri idoneus.Præterea poſſet cõſtituere dñs
hodie vnũ ad certum actum,& cras aliũ.& ſic deinceps om-
ni die. ex quo contingeret negocium intricari : quod debet
iudex pręcauere.breuiter Inn. tenet cõtrarium ꝙ poſsit, qñ
aliquid emergit rationabile opponendum ante lit. cõte.ali-
às cẽſeret contumax.& ſic intelligit iſtum tex. ad litem autẽ
conteſtandã tñmodo an poſsit conſtitui procurator.dixi.s̃.
eo.c.petitio.ad hoc autem, vt nõ ſufficiat conſtituere procu
ratorẽ ad vnum actum, debet iudex eſſe cautus in citando,
vt compareat reſponſurus ſuper petitione,& alijs,quæ occur
rerent in cã.Ita no.hic Ioã.An.& Spe.eo.ti.§. ratione autem
fortè. ver. illud ergo.

*S V M M AE.*

1 *Dominus põt reuocare procuratorẽ ſuũ poſt litis conteſtationem.*
2 *Reuocatio mandati nihil prodeſt domino reuocanti.*
3 *Procurator ſi præſtitit cautionẽ de iudicato ſoluendo coram iudice principalis cauſæ: an tenebitur fideiuſſor datus coram iudice appellationis.*
4 *Procurator minoris an teneatur cauere, quòd minor non petat reſtitutionem aduerſus ſententiam, ſi feretur contra eum.*
5 *Minor ſi compromittat in arbitrum, & promittat pœnam: ſi nõ parebit ſentẽtiæ, petẽdo in integrũ reſtitutionẽ, nõ incidit in pœnã.*
6 *Acta facta cum procuratore reuocato an valeãt.*

MAndato. Reuocatio mandati, quæ ad
iudicẽ, vel aduerſariũ nõ pue
nit, non curatur,quominus iudicium teneat.h.d.
1 ¶No.primò, †quòd poſt lit.conteſt. poteſt dominus reuo-
2 care ꝓcuratorem ſuũ.facit l.& poſt lit.ff.eo. ¶Scđò no.† ꝙ
reuocatio mãdati nihil ꝓdeſt dño reuocãti:aduerte, ꝗa tex.
dixit,ꝙ tenet iudicium agitatũ poſt reuocationẽ : nec dicit,
vtrùm ꝓ dño reuocãte,vel contra eũ.& ideò videtur( ne iu-
dicium claudicet)ꝙ valeat ꝓ vtroq;. de quo dic, vt s̃. de reſ-
crip.c.ex parte decani.& tetigit.s̃.eo.c.in noſtra. ¶Opp.dr̃
hic, ꝙ reuocatio facta poſt lit cõte. non nocet iudicio. quaſi
innuat,ꝙ ant.lit. cõteſt. valeret etiam nõ intimata iudici, vel
aduerſario.Sed contra,ꝗa ita poſſet aduerſarius decipi,ſi va
leret reuocatio facta ante,ſicut ſi poſt. Sol.vt in gl.fi.¶Scđò
opp.iſte innuit,ꝙ poſt lit.conte. poſsit dominus reuocare ꝓ
curatorem.Sed contra de l.poſt lit.ff.eo.So.vt in eadem glo.
¶Venio ad q.& primò gl.magna quærit.quid debeat conti
nere procuratoriũ, & de cautione p̄ſtanda à dño, vt releuet
procurator.de qua dixi.s̃.eo.c.accedẽs.præſtat cautionẽ ra-
ti procur.acto.cum eſt dubium de mandato: ſed procurator
rei præſtat cautionem de iudicato ſoluendo,etiam ſi ſit cer-
tum de mandato: non autem cauet de rato,niſi in caſibus,in
quibus per caut. de iudicato ſoluendo actori non eſſet ple-
nè prouiſum vt 7.caſibus, quos enumerat hic glo.vt l. tuto-
re.ff.rem ra.ha.per Barto.& l.non ſolum. §. qui alieno. & §.
ſe.ff.eo.vide in Spe.de ſatiſ. §.3.ver.ſed q̃ eſt rõ. & ver.ſed ſi
ꝗs recipiat.vbi q̃rit,ꝗs recipiat,aduerſarius,vel tabellio.& ĩ
§.pe.ver.ſed pone.vbi q̃rit,an,anteq̃ ſatiſdet,poſsit iudicem
recuſare,excipere,& alia facere,q̃ p̄cedunt lit.conte. glo.ta-
men iuris ciuilis dubitat, an ꝑ illam ſatiſdationẽ iudicatum
ſol.videatur ꝗs renunciare exceptioni fori. ff. qñ app.ſit.l.fi.
veritas eſt,ꝙ non vr̃ renunciare, niſi expreſſè renũciet, vt in
Auth.offerat.C.de lit.cõte.& tangit̃ ꝑ Cy.C.de ſpõ.l.fi.circa
fi.& facit l.1.ff.ſi ꝗs in ius vo.nõ ie.& no.Bar.in l. vir bonus.
iudi.ſol. & in §. illo. Pe. plenè de materia huius glo. ¶Ego
vltra Doc.q̃ro.dr̃ in prin.huius gl.& in medio,ꝙ in cautione
de rato,& iudicato ſoluẽdo dẽnt exprimi ꝑſonę,res,& cã pe
tẽdi,& corã quo p̄ſtet̃. q̃ro ergo,an mutatione ꝑſonæ cauen
tis,vel eius,cui ẽ cautũ,vel mutatiõ e rei,cauſæ,vel iudicis ex
tinguãt dictæ cautiones.Et† priò q̃ro de mutatione iudicis.
p̄ſtitit ꝓcu. rei cautionẽ de iudicato ſoluẽdo corã iudice prĩ
cipalis cãæ:an tenebit̃ fideiuſſor datus corã iudice ap. dicit,
ꝙ nõ, ſi fuit exp̄ſũ nomẽ iudicis:ſecus ſi ſimpliciter ſit dictũ
de iud.ſoluẽdo,ſm̃ Mar.Sili. ꝗ ita diſputauit. Quia q̃tũ ad i-
ſta,q̃ reſpiciũt dilatorias excep.cã principalis vr̃ eadẽ cum
pría:vt l.ita demũ.C.e.ti.Gul.de Cu.dicit,ꝙ ſi fuit reus cõdẽ
natus ꝑ iudicẽ ap.tenebunt̃ fideiuſſores dati corã iudice prĩ
cipalis cauſæ:aliàs facile eẽt reo liberare fideiuſſorẽ,ſolũmõ
appellãdo.Ita no.ĩ l.Iul.ꝗ ſatiſ.cog.Bar.tenet,ꝙ fideiuſſor ta
lis datus ĩ cã principali,nõ teneat̃ in cã ap.& imputet ſibi a-
ctor,ꝗ nõ fecit renouari fideiuſſorẽ in cã app.alle.gl.ord.C.
e.l.2.Et ibi vr̃ tex.ꝗ ſimpliciter loꝗtur.& Inſti.de ſatiſd. §.ſi
verò aliꝗs.Et hoc dicit verũ,ſi reus victus appellaret,& app.
fuiſſet ꝓſecutus:ꝗa tũc dat̃ actio ĩ factũ ex ſcđa ſñia,non ex
prima:ſecus ſi nõ fuiſſet ipsã ꝓſecutus; ꝗa app. deſerta,orit̃
accuſatio ex pría,vt l.fi.C.đ tẽ.ap.& hæc vera de iudice app.
nã aut cõtingit mutatio rei petitæ:& extĩguit̃ ſatiſdatio,vt l.
cũ q̃rebat̃.in fi.ſm̃ vnã lecturã.ff.iud.ſol.aut cõtigit mutatio
actionis ꝓpoſitæ:& tũc aut fuit mutata actio,ſed nõ cã: aut
cauſa,& actio,vt d.l.cũ quærebat̃.§.fi.aut contingit mutatio
iudicis:& tũc aut cõtingit mutatio ꝑ modũ cuiuſdã receſſus;
ꝗa recedo ab vno iudice,& vado ad aliũ: aut ꝑ modũ ap.aut
ꝑ modũ ſub rogationis.Prĩo caſu ſtipulatio extinguit̃,vt l.3.ĩ
prĩ.ff.iud. ſol.quod intelligo,ſi vado ad alium iudicẽ alterius
tribunalis:ſecus ſi irem ad collegam.quod dic,vt ĩ.dicam in
tertio membro.Alio caſu, quando per modum ap. & dic, vt
dixi. s̃. tertio caſu, ꝙ per modũ cuiuſdam ſubrogationis.&
tunc



tunc aut fuit expreſſum nomen iudicis: & extinguitur ſatiſ-
datio fideiuſſoris.aut non fuit expreſſum:& non extinguitur:
quia idem eſt iudiciũ,vt l.ꝓponebatur. ff.de iudi. & l.vbi ac
ceptum.& ibi no.eo.ti.& quod no.Spe.in tit. de le.§.excipit̃.
ver.quid ſi plures. quandoq; contingit mutatio circa perſo-
nas litigantium.& tunc aut contingit mutatio circa ſubſtan-
tiam perſonæ:aut circa qualitatem.Primo caſu,aut illa per-
ſona repræſentat eandẽ,quæ prius litigabat,vt quia eius he-
res, vel procurator : & ſtipulatio non extinguitur,ut l.2.in
fi.ff.de præto.ſtipu.& quod no.in l. ſi ante acceptum. in gl.ſu
per ver.ſatiſdetur.ff.iudi. ſol.Secundo caſu quãdo contingit
mutatio circa qualitatem : & tunc aut contingit mutatio in
perſonam eius,qui recipit ſatiſdationem: & non extinguitur
ſatiſdatio,vt l.in cauſæ.§.ſi tu ex parte.ff.eo.aut contingit cir
ca ꝑſonã ſatiſdãtis:& tũc aut ex tali mutatiõe nõ mutat̃ effe
ctus ſententiæ:& non extinguitur ſatiſdatio, vt d.l.ſi ante ac
ceptum. 1.reſpon.aut mutatur effectus ſententię:& tunc ex-
tinguit̃ ſatiſdatio,vt ff.qui ſatiſ.cog.l.Iul. quandoq; cõtingit
mutatio inſtãtiæ:tunc datio fideiuſſoris extinguitur,vt ff.iu-
di.ſo.l.cum lit.mortua.& plenius in d.l.ſi ante acceptum.ad
fi.iudi. ſol. vbi quærit, ſi contingat mutatio hoc modo: quia
procurator,qui ſatiſdedit,ſubſtituit alium:an extingueretur
hæc ſtipulatio.dicit,ꝙ aut ꝓcurator ſubſtituit alium ex vigo
re mandati ſibi facti de ſubſtituendo:& tunc ille videtur ſub
ſtitutus à domino,vt l.1.circa fi.ff. eo. Et ideò ſicut mutatio
ne perſonæ procura.extinguitur ſatiſdatio. ita hic:ſed ſi pro
curator ſubſtituit eum ex virtute iuris ſui,quaſi per conteſta
tionem:tunc non extinguitur:ſicut quando reus ſatiſdedit ꝓ
ſeipſo.& ipſe idem dedit procuratorem, vt not. in d.l.ſi ante
acceptum.& ideò dico,quãdo reus dat ꝓcura. hac adiectio.
[ꝙ non ſit melior cõditio occupantis,ſed qđ per vnum] &c.
ſi lis fuerit cæpta per vnũ,qui dedit fideiuſſorẽ.ſi poſtea fue-
rit per aliũ terminata, extinguitur fideiuſſoris ſatiſdatio: ꝗa
alius ſuperueniens eſt datus à domino,nõ à procuratore. Et
ideò eſt ſatiſdandum ꝓ illo ſuperuenienti,ſecundùm eum.eſ
ſet tamen dubium, quando lis conteſt. per eum, aliũ ſubſti-
tuit,nõ expreſſo aut vigore mãdati,an iure ſuo, ꝗa dominus
litis effectus ſubſtituit, quo iure videat̃ ſubſtituiſſe, & fortè
vigore mandati,tanquàm potentioris, tanquàm ab homine
procedentis, quàm vigore iuris ſui procedentis à lege ſuper
eodem caſu.arg.l.cum ex filio.§.filio.ff. de vulga.& pupil.&
quod no.Cy.in l.1.de iure emphi.& quæ dixi de cautione de
iudi.ſoluendo, idem dicas de cautione de rato, & de iudicio
4 ſiſti. vt p̄dicta omnia no.Bar.in l.cum apud.iudi.ſol.¶Circa
cautionem rati quæro, † an procurator minoris teneatur
cauere,ꝙ minor non petet reſtitutionem aduerſus ſententiã
ſi feretur contra eum.gl.ſentit,ꝙ ſic in l. cum minor. ff.rem
ra.ha. nam petendo reſtitutionem videtur venire contra fa-
ctum procuratoris: & ſic committit cautionem rati.Iaco.de
Are.tenet contrarium:quia non debet plus aſtringi ad pro-
mittendum procurator, quàm cogeretur principalis,præ
terquàm quò ad illam cautiõem,de qua loquitur.l.ſed & hę.
§.defendere.ff.eo.& l.mino.§.quoniam.eo.ti.ſed ipſe minor
non cogitur renunciare bneficio reſtitutionis,imò nõ valet
ſi renunciaret, vt l.ſi intra.Et ibi not.C.de in integ. reſti.di-
cit Barto.ꝙ glo.dicit verũ in caſu ſolutionis. nam non cogi-
tur quis ſoluere procura. niſi caueat prædicta cautione. ra-
tio quia minori poſſet taliter ſoluere: ꝙ beneficium reſtitu
tionis ceſſaret,putà iudicis auctoritate, vt l.ait prætor.§.per
mittitur.ff. de mino.vnde per aduentum procura. non de-
5 bet eius conditio fieri deterior,vt l.2.§.defendi.qui. ex cau.
in poſſ. ea. ſed in procuratore, qui venit ad litigandũ, putat
verum quod dicit Iac.de Are. Et facit ad quæſtionem.† ꝙ ſi
minor compromittat in arbitrum, & promittat pœnam, ſi
non parebit ſententiæ : ꝙ petendo in integrum reſtitutionẽ
non incidit in pœnam. idem dico, ſi quis promittit ſe
habiturũ ratam ſententiã, & eam petat reduci ad arbitrium
boni viri,non incidit in pœnam.nã ratam habet, qui hoc pe
tit.& ideò debet dicere, ꝙ non petet reduci ad arbitriũ bo-
6 ni viri: quæ clauſula quid operetur, no.per Dy. in l. quidam
cũ filium.de verb.ob.& c.ſcienti.de reg.iu.lib.6. ¶Secundò
principaliter quæro. † nunquid acta facta cum procuratore
reuocato,& ſententia valeant,necne. glo.magna diſtinguit.
aut peruenit ad procuratorem tantùm : aut ad iudi-
cem, vel aduerſarium. & ſi ad procuratorẽ, ſubdiſtinguunt
quidam:aut ante lit.conteſt.aut poſt.quod non placet glo.q̃
non plus dicit.ſuper hoc tamen ſingula membra,& alia repe
tendo,dicas,ꝙ quatuor ſunt caſus. Primus eſt,quando reuo
catio non eſt intimata iudici,ꝓcuratori,vel aduerſario.& in
hoc omnes concordant,quòd talis reuocatio non nocet ipſi
aduerſario: ſed an noceat ipſi reuocanti,videtur quòd non:
quia ſicut procurator non recipit poteſtatem, antequàm
ſciat de mandato,vt not.in c.is qui. eod.tit.lib. 6.per Archi.
et in nouella.ita econtra non videtur, quòd amittat officiũ
poteſtatis,antequàm ſibi reuocatio innoteſcat. In contrariũ
videtur,quia ille,qui reuocat mãdatum, videtur diſſentire in
gerendis:ergo ſibi non quæritur ius ex his.ff.de ſolu. l.diſpẽ
ſator. Et pro hac parte facit glo.in l. 1. C. de ſatiſda. Sed ibi
loquitur,cum reuocatio eſt intimata procura.nos loquimur
cum non eſt intimata. & hanc partem tenet Doctor meus i-
bi,ſcilicet quòd valeant geſta, etiam in fauorem domini re-
uocantis. quia reuocatio non intimata non eſt perfecta.Nõ
obſt.l.diſpenſato.quia loquimur in eo,qui geſsit ſine manda
to, cuius factum dominus reprobauit : ideò non poteſt po-
ſtea approbare.hic autem præceſsit mãdatum, nec erat per
fctè reuocatum. ¶Secundus caſus eſt,quando reuocatio ꝑ-
uenit ad procuratorẽ, iudicem, & aduerſarium : an amodo
iudicium ſit nullum. Et loquitur, quando reuocatio tenet;
quia facta ante litis conteſt.vel poſtea cũ cauſa rationabili.
& in hoc omnes concor.quòd iudicium eſt nullum, quòd iu
dex ſcit ſe procedere cum perſona inhabili.vnde huiuſmo
di reuocatio nota iudici reddit proceſſum nullum, vt l.quæ-
ſitum. ff. de re iudi. Item iſte eſt falſus procurator : ergo
iudicium nullum. s̃. eod. c. in noſtra. ¶Tertius caſus
eſt, quando iudex tantùm ſcit, ſed procurator, & aduer-
ſarius ignorarunt.& glo.hic,& in d.l.licèt.C. eo.tenent,ꝙ iu
dicium eſt nullum : ſed hoc videtur verum duabus rationi-
bus.Et prima,quia ſententia eſt ſtricti iuris, ſicut actio in fa
ctum,quæ ex ſẽtẽtia oritur,vt no.Pe.& Cy.de arb.in l.arbi
trorum.ergo dolus non reddit eã nullam, ſed annullandam :
vt no.in l.cum à te.ff.de dolo.Itẽ dolus iudicis eſt dolus ter-
tij.ergo non reddit eam nullam,ſed annullandam,vt no.in l.
eleganter.eo.ti.So.dicit.D.Bal.ꝙ iſte proceſſus eſt nullus ex
defectu formæ,nõ ſolum ex qualitate. cum eñ de forma iu-
dicij ſint tres perſonæ, hic per reuocatiõem deficit vna per-
ſona: meritò proceſſus eſt nullus. Non obſt. ſecũda ratio,
quia dico,ꝙ iudex non eſt tertia perſona.i. extrinſeca ab a-
ctu.imò eſt perſona intrinſeca, & pars formalis iudicij.& i-
deò dolus eius obeſt.ar.ff.de ædi.edict.l. cum mãcipium. &
ff. qui & à qui.l.ſi cum fideicom. §. Ariſto. ¶Quartus ca-
ſus eſt, quando iudex ignorauit reuocationem : aduerſa-
rius autem ſciuit.dicit gl. ꝙ tunc tenet ſententia; quia iudex
nihil de contingentibus omiſit:tamen in effectu iſte aduerſa
rius ſciens non poteſt ex ea conſequi commodum, ne dolus
ſibi proſit.Ita not. in d.l.de ſatiſdat. Sed certè videtur, ꝙ i-
pſa ſententia lata ꝓ iſto ſciente ſit nulla: ꝗa ex quò ꝓcurator
eſt reuocatus,& ipſe ſcit:ergo litigat cũ falſo ꝓcuratore:er-
go iudicium nullum, vt ſupra cap.in noſtra.& de ſolu.l.cum
quis.§.1.quod verũ credit Bal.ſi procuratori, & aduerſario
innotuit reuocatio:ſed ſi ſoli aduerſario,tenet gl.ibi, quia ꝓ
curator ignorans non perdit ipſo iure exercitium ptãtis, &
ſicut nec acq̃rit. hoc credo verum, niſi dominus intimaſſet
aduerſario reuocationem procura.hæc .n.intimatio requiri
tur:aliàs ſimplex ſcientia aduerſarij nõ noceret. quod tenet

hic Io.An.¶Sed hic q̃rit:vtrũ ſi ꝓcurator ſcit tãtum, iudex
& aduerſarius ignorat,& ſnĩa feratur ꝓ procuratore:vtrùm
patrocinabitur reuocanti?glo.dicit,quòd non: licèt contra
eum lata valeret.clauditur ergo iudicium propter culpã re-
uocantis mandatum,qui debuit intimare iudici, & aduerſa-
rio,arg.ff.man.l.fideiuſſor.in prin.& §.ſi ignorantes.&tamẽ
ſi non tenet reuocatio(puta quia facta ſine cauſa poſt lit.cõ
teſt.)dic,ꝙ valet pro vtraque parte iudicium, poſtquam re
uocatio mandati non procedit de iure.quæro etiam,nũquid
procur. cõſtitutus apud acta poſſit extra acta reuocari.Bar.
in d.l.1.C.de ſatiſ.videtur dicere,ꝙ non poſſit.quod repro-
bat Doc.meus:quia acta non ſunt de eſſentia cõſtitutionis,
nec de eſſentia reuocationis:nam conſtitutio procur. nõ eſt
actus iuriſdictionis contentioſæ:vnde licèt fiat in iudicio,nõ
mutat naturam ſuam,vt l.ſiue apud acta.C.de tranſ. Et præ
dicta omnia locum habent in procuratore iudicij.mandatũ
autem procuratoris conſtituti extra iudicium qualiter dẽat
reuocari,vt geſta poſtea per eum non præiudicent domino.
dic,vt no.in Clem.1.de renun.& plenius per Cy. in l.manda
tum.C.manda.cui adde quod no.Bar.in l.ſi pecuniam. §. ſi
ſeruum.ff.de condic.ob.cau.In maleficijs an requiratur cer
tioratio,dic,vt ĩ.de ſen.excom. c. mulieres. & ĩ.de homi.c.
ad audientiam.per Inn.vbi de reuocatione conſilij, & man-
dati in materia delictorum. ¶Vltimò quæro. ecce, ꝙ iudi-
cium actum cum falſo procuratore in præiudicium domini
eſt nullum:ſed quæro,an valeat contra ipſum, & fideiuſſores
ſuos.gl. 1.ſentit,quòd ſic,ſi eſt ſoluendo,& imputet ſibi, qui
ſe obtulit alienæ defenſioni.& hoc tenet gl.in l.licèt. C.eod.
tenet etiam in præiudicium domini,quando non denuncia-
uit iudici,vel aduerſario,ſecundùm gl. Et vide quod no.63.
di.c.in nomine Domini.

*S V M M AE.*

1 *Filiusfamilias poteſt eſſe in iudicio procurator ſine conſenſu pa-
tris.* 6.
2 *Procurator poteſt conſtitui ad futuras controuerſias : ſed ſimplici-
ter conſtitutus non videtur conſtitutus ad futuras lites.*
3 *Procuratores plures an quis poſſit conſtituere in cauſa.*
4 *Procuratore ſecundo dato, videtur primus reuocatus.*
5 *Procurator, qui non poteſt appellare iuſta cauſa impeditus, tenetur
domino nunciare ſententiam contra eum latam.* 8.
7 *Procurator victus an teneatur ſemper appellare.*

1 NOn iniuſtè. †No.primò,ꝙ filius-
familias poteſt eſſe in
iudicio procurator,etiam ſine conſenſu patris. ĩ.
eo.c.qui generaliter.§.1.lib.6.Et ibi ratio in glo.antepenul.
poteſt enim quandoque quis aliquid facere nomine alieno,
quod non poteſt ſuo,vt l.quæſitum.ff. de in ius vo. quinimo
& ſuo nomine poteſt filius eſſe in iudicio ſine conſenſu pa-
tris in rebus ſ.in quibus patri non quæritur vſusfru.vt no.in
l.cum non ſolum.§.neceſſitate.C.de bon.quæ libe.ſecũdùm
opi.Lo.ad hoc.ĩ.de iudi.c.1.lib.6.Et hac etiam ratione ad-
mittitur in publicis accuſationibus:quia quò ad ea , quæ pu
blici iuris ſunt,patria poteſtas non curatur, vt l.nam quod.
ff.ad Trebel.& hoc no.Bar.in l.inter liberas.§.ſi filius. ff. de
2 adul.¶Secundò not.†ꝙ procurator poteſt conſtitui ad futu
ras controuerſias. ſimpliciter autẽ conſtitutus non videtur
conſtitutus ad lites futuras,vt no.in l.omnium.ff.eo. facit.ff.
de tute.l.qui ſemel.& de dam.infe.l.damni.§.ſi is qui.Spe.ta
men videtur tenere,ꝙ generaliter datus procurat etiam fu-
turas,in Spe.eo.ti.§.3.ver.quid ſi procuratorium. Sed Bar.
in d.§.ſi is.tenet contra.ad tempus etiam certum poteſt pro
cur.conſtitui, vt vſque ad Paſcha , & non vltra,vt in Specu.
3 præalle.§.ver.quid ſi mandatum.¶Tertiò no. †ꝙ poteſt qs
in cauſa conſtituere plures procuratores. & vtrùm hoc ſit
verum tam ex parte rei,quàm actoris.dic,quòd ex parte rei
non poteſt diuidi defenſio in plures,quando quis conueni-
tur vna accuſatione:ſecus ſi pluribus,vt l.omnium.ff.eo.cõ-
iuncta.l.iam tamen.§.ſi tamen.ff.iudi.ſol.ex parte verò acto
ris poteſt diuidi,vt d.§.ſi tamen. Et faciunt prædicta, quòd
ſi ex parte rei conſtituantur plures procuratores: ita ꝙ non
ſit melior conditio occupantis,non valeat conſtitutio.quod
dic,vt in c.ſi duo.in prin.& §.1.ĩ.eo.li.6.Et dicit hic Io.An.
ꝙ ſi plures procuratores dati ſunt inſolidum, reus non tene
tur reſpõdere:ne in plures aduerſarios diſtinguatur.ff.de e-
xerci.act.l.2.de tranſ.l.cum hi.§.in cauſa. & quid ſi vnus cõ
fitetur,alter negat.dic,vt ĩ.eo.c.ſi duo.lib.6.& 2. q.6.c.for-
ma.vbi de hoc.¶Quartò no.ꝙ in pluribus procuratoribus
melior eſt conditio occupantis.occupare autem dicitur per
lit.conteſta.iſto caſu.de hoc dixi.ĩ.de foro compe.c.poſtu-
laſti.facit quod no.D.Bal.in l.ſi pluribus.de leg.1. ¶Quin-
4 tò no.†ꝙ in procura.diuerſo tempore datis , per dationem
ſecundi videtur reuocatus primus . quid in legatis domini
Papæ,dixi.ſ̃.de off.le.c.nolentes.& quod ibi dixi, hic potes
addere.¶Sextò no.ꝙ procu.tenetur appellare à ſentẽtia cõ
tra eum lata.interpoſitio enim appellationis videtur termi
nus,& finis primę litis:cum ante ipſam iudex à quo adhuc
cenſeatur iudex cauſæ, & fiat appellatio coram eo,vt c.cor-
di.de app.lib.6.& c.ſi iuſtus metus.eo. titu. Et hoc eſt verũ,
quando eſt datus ad cauſam:ſecus ſi ad ſententiam audien-
dam.quia vno conceſſo,videtur aliud prohibitum,vt ff.de iu
di.l.cum prætor.& C.eo.l.maritus.¶Septimò no. ꝙ ſenten-
tia hic fertur contra procuratorem.de quo dic,vt. ſ̃. de ele.
5 c.querelam.¶Octauò no.†ꝙ procu.qui non poteſt appella-
re iuſta de cauſa impeditus,tenetur domino nunciare ſentẽ
tiam contra eum latam : quæ autem poteſt eſſe iuſta cauſa.
dicit gl.ꝙ inopia.Ex quo argue, ꝙ procu. tenetur de ſuo im
pendere in quæſtione,ſi poteſt:aliàs eſt quid ſibi imputetur:
imò poſſet cauſa faciendi ſumptus in litem vendere de bo-
nis domini fortè abſentis,argu.ff. man. l.ſi procurator. §. ſi
ignorantes.Sed poſſes dicere. cum ſufficiat dicere ſolo ver-
bo,appello,quomodo poteſt eum excuſare inopia ? dicunt
Goff.& Abb.hoc habere locum,quando ſtatim non appella
uit:tunc enim(quia neceſſe habet appellare in ſcriptis)excu
ſabit eum paupertas,ſi non habet quod ſoluat aduocatis, &
ſcriptoribus.¶Nonò no.ꝙ non cogitur procura. proſequi
procurationem inuitus.olim dicebant , ꝙ cogebatur. quod
etiam hodie eſſet verum in generali procuratore. de quo.ſ̃.
c.dilectus.ſed ſpecialis ad certam cauſam non cogitur app.
proſequi.dicam. ĩ. ¶ Venio ad apparatum,quem recitabo
6 per quæſtiones.dicitur hic,†ꝙ filiusfa. poteſt eſſe procura-
tor.quæro,vtrùm hoc ſit verum , ſiue ſit maior , ſiue ſit mi-
nor.glo.1.hic tangit,& tenet,ꝙ minor non poteſt eſſe procu
rator,niſi in caſu l.exigendi.C.e.Requiritur ergo in iudicijs
plena ætas.ſ.25.annorum ſine ope reſtitutionis in integrũ.
ĩ.c.qui generaliter.in fi.li.6.Hoſti.dicit hic.ſi eſt minor,ad-
mittatur etiam in iudicio,tanquam procura.dummodo non
opponatur:vel dummodo ille,qui eum conſtituit ſit ſoluen-
do,vel ꝓ ipſo cauerit;quia nõ reſtituit, ſicut de minore.l.cũ
inuito. non enim maioribus,ſed minoribus ſubuenitur, vt.ff.
de mino.l.3.§.ſed vtrùm. Item in ſpiritualibus minor eſt in
iudicio ſuo nomine:ergo multò magis in temporalibus,no-
mine alieno.Ioã. An.dicit,ꝙ hæc opi.poteſt eſſe vera, ſi non
excipitur:ſed ſi excipiatur,repellitur minor.25.an.vt d. c.q.
generaliter.facit quod no.Ioan.An.ſ̃.eo.c.in noſtra.in gl. ſi
quando.ad negocia verò ſufficit ætas.18.annorum. vt Inſti.
qui ma.ac.non po.& l.ſi collectaneus.& de manumiſ.vin.de
ratione differentiæ dic per Bald. vt d.l. exigendi.Et vide de
hoc in ſumma eod.ti.§.qui dari. ver. item minor. & in Spe.
7 e.tit.§.1.ver.itẽ quòd eſt minor.¶Secundò,q̃ro,vtrùm †ſit
ſemper verum,quòd procura.victus teneatur appellare:vi-
detur quòd ſic,vt hic.& d.l.inuitus. In contrarium videtur
ff.de neg.geſto.l.liberto.§.fina.So.aut loquimur in defenſo-
re ſine mandato , aut in vero procuratore. ¶ Primo caſu
aut



aut interuenit ad allegandum cauſas abſentiæ : & non tene-
tur appellare,vt d.§.fi.aut interuenit ad plenam defenſionẽ
ſine mandato:& tenetur appellare, vt ff.iud.ſo.l.iam tamen.
§.in hac.aut loquimur in vero procuratore:tunc refert , aut
ſuccubuit iuſtè:& non tenetur appellare: quia debet agno-
ſcere bonam fidem,vt.ff.de admi.tuto.l. quoties. §. ſicut. &
ff.manda.l.fideiuſſor.§.quidam.aut ſuccubuit iniuſtè: & te-
netur appellare,vt hic.aut eſt dubium: & tunc præſumitur,
ꝙ ideò non appellauit:quia ſententia erat iuſta.ff.de offi. p̃-
fe.præto.l.1.& quod no.ff.de euic.l.Herennius.in fin.& ad-
uerte,quia licèt pro ſententia præſumatur:tamen dominus
contra ſuum procuratorem poteſt probare dolum , & cul-
pam, vt C.eo.l.ſi procurat.ad vnam.Item poteſt probare ſẽ
tentiam iniuſtam,vt ff.quando app. ſit.l.1. in fin. facit quod
no.ff.de neg.ge.l.at qui natura.§.cum me abſente & ff.man.
l.Quintus.Et hic not.ꝙ licèt ſententia tranſeat in rem iudi.
contra dominũ reſpectu aduerſarij , ne poſſit dicere ſnĩam
iniuſtam:tamen non tranſit in rem iudi.quominus poſſit de
iniuſta ſententia conqueri,quam procurator ſuus approba-
uit,vel ab ea non appellauit.quod no. ¶Tertiò dicitur hic,
ꝙ procu.cogitur appellare,ſed non inuitus proſequi.quæro
ergo,an volens poſſit cauſam appel.proſequi. aliqui, quòd
ſic.quia appellatio eſt eadẽ cum prima.ne li.in vna , eadẽq;
cauſa.l.vnica.Item appellatio reſcindit pronunciatum.& ſic
videmur eſſe ante tempus ſentẽtiæ,vt.ff.ad Turpil.l.1.in fi.
Tertiò hoc probatur per l.qui proprio.§. item quæritur.ff.
eo.Quartò probatur per l. fi.ff. an per alium cauſa app. agi.
po.Adducitur etiam ratio ex tex.C.vt cau.poſt.pu.ad.tu.l.j.
In contrarium quia cau.appel.eſt diuerſa cauſa à prima. dif
fert enim in perſona iudicis.C.de appel.l. eos.in diuerſitate
tribunalis,vt in c.2.de conſue.lib.6.in diuerſitate ordinis iu
diciarij.de tempo.app.l.fi.§.illud.item in diuerſitate tempo
ris inſtantiæ litis.C.de temp.app.Auth.ei qui.Præterea vide
tur incongruum,ꝙ mandatum ad vnam cauſam limitatum,
ad aliam extẽdatur:imò qđ prouiſum eſt in vna cauſa, in a-
lia videtur negatum.C.eo.l.maritus.Item quia cauſa appel.
tempore mandati non erat in rerum natura. vnde mandatũ
non videtur extendi ad futura:cum pro tunc non eſſent præ
ſentibus connexa,iuxta no.per Dy.in l.quod dicitur.ff.de tu
te.Item videtur expreſſum. C. de app.l. ſi actor. illa ſunt ar.
pro.& contra præceptorem meum in d.l.mutus.C.eo.q po-
ſtea ita ſoluit:quòd aut appellatur ab interlocutoria ante ſẽ
tentiam diffinitiuam : & tunc quia procurator non eſt fun-
ctus officio ſuo,poteſt app.ab interlocutoria proſequi: quia
videtur habere mandatum ad omnia incidentia.& idem eſt,
ſi in integrum reſtitutio peteretur incidenter,vt C.vbi,& a-
pud quos.l.1.in fi.& maximè eſt hoc verum de iure canoni
co,ſecundùm quod appel. ab interlocutoria iuſtificatur , &
impugnatur ex actis primis,non ex nouis probationibus,&
allegationibus,vt in cle.appellanti.de app.Inn.dicit hoc ve-
rum,ꝙ tenetur appellare à grauamine , vel interlocutoriam
proſequi in eadem ciuitate,vel loco,non alibi, vt ff. de iudi.
l.ſi longius.aut appellatur à diffinitiua:& tũc aut procu. fuit
generaliter conſtitutus ad agendum,& defendendum: & po
terit proſequi.quia intelligitur, ꝙ habeat mandatum, etiam
ad cauſas, quę oriuntur ex pręſentibus,vt.ff.an per aliũ cau.
app.l.1.Si verò non habet mandatum generale , ſed ſpecia-
le,& diſtinctum in illa cauſa:tunc non poteſt exercere cau-
ſam app.vt d.l.ſi actor.C.de appel. ¶ Quartò quæro.ſi põt
proſequi in caſu,de quo dixi. an proſequi cogatur : videtur,
ꝙ non:quia cum res ſit integra,quò ad cauſam app. poteſt
procu.parere,& renunciare officio procurationis,vt.ff. mã.
l.ſi quis alicui.So.dicunt Doct. ꝙ non tenetur proſequi. te-
netur tamen denunciare domino ſe appellaſſe , & ꝙ domi-
nus proſequatur,ſi vult.ff.man.l.ſi procura. §. ſi ignorantes.
quod eſt verum,niſi procurator ſua culpa ſuccubuerit: quia
tunc ſeipſum aſtrinxit ad culpam purgandam.quod nõ põt
fieri,niſi per proſecutionem app.facit quod no. ff.de euict.l.
Herennius.§.Gaia.Curia ſeruat,ꝙ procu. appellantẽ in cau
ſa,quæ ibi vertitur,non audit dicentem,ꝙ non vult,vel ꝙ nõ
poteſt cauſam app.proſequi,ſed procedetur cõtra dominũ,
vt contra contumacem.ad hoc.ſ̃.eo.c.auditis.& c.conſtitu-
tis.quod dic,vt hic in nouella.Et prædicta,quæ dicta ſunt in
procuratoribus,habent locum in actoribus,negociorum ge
ſtoribus.aliud in emptoribus , & hæredibus vendicantibus
mortem defuncti,qui tenentur appellare , & app. proſequi.
ff.ad Sill.l.propter veneni.§.fi.& de euic.l.Herennius. §.1.
Idem in tutoribus,& curatoribus.ff.ſi tutor,vel cu.app.l. 1.
Idem in geſtore,qui acceſſit animo gerendi omnia. nam cũ
talis teneatur de alijs omiſſis,fortiùs ſi omiſit app.proſequi.
ff.de neg.ge.l.ſi pupilli.§.fi.& de his in Spec.de appel. §.j.in
8 prin.¶Quintò q̃ro,†dicitur hic,ꝙ procurator tenetur ſaltẽ
denunciare domino ſententiam latã, ita ꝙ poſſit appellare.
Pone ergo,ꝙ dominus ſcit,tenet gl.ꝙ etiam teneatur denun
ciare,vt hic dicitur,& etiam eſt ſecundùm Io.An. quia licèt
dominus ſciat contra ſe ſententiatum,probabiliter credere
potuit,ꝙ procurator ſolicitus appellaret. Et eſt bona ratio:
quia iſta denunciatio non fit ad finem ſcientiæ inducẽdæ tã
tum:ſed ad aliũ,vt ſ.appellet,ſi crediderit expedire . & ideò
requiritur certificatio,quantuncunque ſciat. ſimile in vendi
tore , cui emptor controuerſiam ſibi motam denunciare te-
netur,etiam ſi ſciat eam motam.& ratio eſt,quia venditor, li
cèt ſciat,poſſet iuſtè credere , ꝙ ſi emptor ipſum non inter-
pellat,velit defendere per ſeipſum.& no. Bar.in l.denunciaſ
ſe.§.quid ergo.ff.de adult.& per Cy.in l.emptori.C.de euic.
¶Sextò quæro.pone,ꝙ procurator vult proſequi cãm app.
in cauſa tamen principali fuit legitimata perſona ſua, cũ nõ
deberet: quæro,an in ap.à diffinitiua poterit iterũ hoc obij
ci,& tolli hoc grauamẽ,& proceſſus reuocari.videtur ꝙ ſic,
vt in c.fi.de app.in Cle.& quod no.Inn.in c.ſæpe.de app.So.
dic,quòd quædã eſt exceptio procuratoria,quæ reſpicit iu-
dicij nullitatem,ſeu impoſſibilitatem, vt eſt exceptio falſi ꝓ
curatoris,& exceptio,ꝙ procurator eſt bannitus,vel ſeruus:
& iſta in cauſa app.refricantur.quia cum reſpiciant nullita-
tẽ proceſſus,& ſententiæ,ineſſe videntur app.vt l.quædã mu
lier.fami.erciſ.& l.Carmelia pia.de iure patr.quædam eſt ex
ceptio procura. quæ non reddit proceſſum nullum : & iſta
non repetitur in cauſa appel.vt l.ita demum. C. eodem titu.
& ibi not.D.Bal. quid iuris, nunquid proceſſus cauſæ crimi
nalis factus per procuratorem ſit nullus.dixi.ſ̃. eodem.cap.
in noſtra .

*S V M M AE.*

1 *Procurator vniuerſitatis , cuius maiores , & iurati ſunt excom-
municati , admittitur ad impetrandum : niſi illi in procuratorio
ſint expreſſi.*
2 *Vniuerſitas poteſt impetrare, contrahere, & ſimilia facere, vt pri-
uata perſona.*
3 *Procurator conſtitutus ab excommunicato, non poteſt impetrare.*
4 *Vniuerſitas non per omnes regitur: ſed per iuratos, & maiores.*
5 *Nomina maiorum regentium vniuerſitatem, an debeant exprimi
in actu, qui geritur nomine vniuerſitatis.*
6 *Non excommunicati poſſunt expedire, & gerere negocia vniuerſi
tatis, excluſis excommunicatis.*
7 *Procuratore excommunicato, an poſſit agere ſubſtitutus ab eo.*

1 COnſulti. †Procurator vniuerſitatis , cu
ius maiores, & iurati ſunt ex-
communicati,ad impetrandum admittitur,niſi il-
li in procuratorio ſint expreſſi,vel eorum auctoritate ſit fa-
ctum,vel ad id ſcienter admiſſi.h.d.communis diuiſio.ſecun
da ibi [taliter.]¶No.primò,ꝙ vniuerſitas conſtituit ꝓcura
2 torem ad impetrandum.† poteſt ergo vniuerſitas impetra-
re,contrahere, & ſimilia facere vt priuata perſona : quia re

 habet

habet perſonam fictam,& repræſentatam, vt l.mortuo.ff.
de fideius,an autem poſſit delinquere,dixi plenè.J̃.de ſimo.
3 c.dilectus.¶Secundò no.†ꝙ procurator conſtitutus ab ex-
communicato,non poteſt impetrare,ſic nec ipſe excommu
nicatus,vt in c.1.J̃.de reſcrip.lib.6. non debet ergo admitti
cuius auctor repelleretur:quia eadem eſt conditio defenſo
ris,quæ domini circa cauſam,vt l.alia.ff.ſol. ma.& c.licèt.J̃.
4 de teſti.¶Tertiò no.†ꝙ vniuerſitas non per omnes regitur,
ſed per maiores,& iuratos.facit l.municipibus.ff. de condi.
& demon.& l.1.de ma.conue.¶Quartò not. tex.dum dicit
[tempore,quo iniunctum fuit] &c. quòd conſideratur data
procuratorij,ſicut data reſcripti.s̃.de reſcri.c.eam te. Quid
ergo ſi tempore conſtitutionis erant excōmunicati, ſed mo
dò nō ſunt tempore impetrati reſcripti.dicit Hoſt.ꝙ nō va
let reſcriptum:econuerſo aūt, quando non erant ligati tēpo
re conſtitutionis,ſed nunc ſunt datæ reſcripti.dicit Hoſti. ꝙ
valet reſcriptum impetratum nomine vniuerſitatis : dūmo-
do non exprimantur excōicatorum nomina in reſcripto,ar.
J̃.c.prox.ver.& quia cauſa vniuerſitatis non eſt ſingulorum.
12.q.2.c.qui manumittitur. Excōicatio igitur maiorum, &
iuratorum impedit conſtitutionem procu.inhabilitas verò
poſt conſtitutionem in ſingulis ſuperueniens nō impedit im
petrationem factam à procuratore legitimè conſtituto : qa
conſtitutio,nō impetratio collegiatim expeditur.¶Quintò
5 no.†ꝙ nomina maiorū regentium vniuerſitatē quandoque
exprimuntur in actu,qui geritur nomine vniuerſitatis:nō ta
men videtur exigi de neceſſitate,vt probat litera [niſi eſſent
illi.]&c.de quo hic in glo.fi.& l.1.ff.de albo ſcrib. per Bar.
& s̃.de elect.c.innotuit.& in Spec.de ſindi.§.1.ver.porro.&
ver.itē opponit.& ver.ſeq.Et an poſſit hoc opponi poſtlit.cō
teſt.dic,vt ibi in ver.ſed qd ſi omiſiſti.& in ver.ibi ſeq.no.qs
probet,cum opponitur,duas partes nō affuiſſe. ¶Sextò no.
in ver.vel aliàs.innuit enim,ꝙ in conſtitutione procuratoris
creati ab vniuerſitate requiritur auctoritas maioris : ſed an
decretum ſuperioris.& hoc tenet glo.ꝙ ſic in l.nulli.ff.quod
cuiuſque vni.no.per l.1.C.de ſer.rei pu.ma.& illud tenet ibi
Dy.Guli.de Cu.tenet ibi contrarium , ꝙ non requiratur de
cretum ſuperioris;ſed ſufficit ipſum decretum decurionum,
hoc eſt ipſa ordinatio,& conſtitutio decurionum , vt l.item
eorum.§.ſi decuriones.& §.actor.ff.quod cuiuſque vni.no.&
ita loquitur ti.de decre.ab ord.fa. & illud de decre. decuri.
& hoc tenet hic Inn.& Bar.in l.actor.ff. rem ra.ha.Et iſtud ē
verum,ſecundùm eum,quando conſtituitur ſindicus, vel a-
ctor ad ea,quæ pertinent ad vniuerſitatem tantùm : ſecus ſi
ad eam,& ſuperiorem,vt no.in Spe.de ſindi.§.j.ver.item qđ
eſt conſtitutus.& de reſcri.c.edoceri.¶Septimò no.ꝙ omiſ
ſio excommunicatorum ad actum vniuerſitatis ſcienter vi-
tiat,& inficit totum. eo enim ipſo,ꝙ ſcienter non excommu
nicati excommunicatos admittunt,dicitur vniuerſitas delin
quere.& ideo vitiatur actus.& no.bene qualiter ꝓbetur ſciē
tia vniuerſitatis ad ipſius punitionem: probatur enim eoip-
ſo,ꝙ in eius præſentia conuocata ſolemniter,actus prohibi
tus celebratur.facit quod no.ī dicto c.dilectus.de ſimo.& c.
ſi certo.de conceſ.præbē.& s̃.de ele.c.bonæ memoriæ. ſin-
gulorum autem excommunicatio non videtur vitiare : quia
ſunt excommunicati vt ſinguli,nō vt vniuerſi.¶Octauò no.
6 †ꝙ nō excōicati videntur poſſe expedire, & gerere negocia
vniuerſitatis,excluſis excommunicatis.hoc.d. hic Hoſti. di-
cit enim,ꝙ Poteſtate,& cōſiliarijs, per quos ciuitas regitur,
excōmunicatis,ciuitas agere non poſſet: quia quaſi mortua
tunc habetur.& hoc verum, niſi non excommunicati ſimul
conueniant,& alios eligant ad regendum.& ſi omnes , præ-
ter vnum,excommunicati eſſent,ille poterit eligere Poteſta
tem,& ei aſſiſtere.& ſic poterit ciuitas regi.reſidet enim ius
vniuerſitatis in vnum,vt patet ex no. in c.gratum.de offi. de
leg.¶Opp.& videtur,ꝙ excommunicatio non debeat noce
re maiori,& iuratis in actu,quem gerunt ratione publici of
ficij:donec in officio tolerentur.8.q.4.c.nōne. ergo cum iſti
conſtituant rationem publici officij , non debet eis obſtare
excōicatio:cuius contrariū hic dr̃.So.dicit Inn.ꝙ iſte tex.in
telligitur de ſnīa lata ab homine.nam ſi à canone,eēnt excōi
cati,ēt ſi nota eſſet excōcatio, teneret procuratoris conſtitu
tio ab oīs facta.& hoc verum, quando ab vniuerſitate conſti
tuitur procurator.nam ſi à priuato,bene repelletur , etiam
ſi conſtituens eſſet excommunicatus à canone, quamuis oc
cultus.& hoc verum,quando excipitur contra eum de excō
municatione:aliàs tenet,quod facit.de excep.c.pia.lib.6.Et
ratio differentiæ inter vniuerſitatem , & priuatū conſtituētē
eſt ſecundùm eum:quia in vniuerſitate verſatur publica vti
litas, & publicum officium,quod tuetur geſta:ſed in priua-
to non ita.ideò ſatis eſt valere quod agitur, ſi non excipia-
tur.concludit ergo,ꝙ ſi iſti,de quibus in tex.fuiſſent excom
municati à canone, valuiſſet procuratoris cōſtitutio,nec ex
cipi potuiſſet.Alij dicunt,ꝙ hi conſenſus ſunt perſonalia iu-
ra,non publica. Et ideò excommunicatio canonis repellet
ipſos ſicut priuatas perſonas. ſ. ſi excipiatur : aliàs dic ter-
tiò,ꝙ actus,qui geruntur ratione publici officij,quandoque
agitantur cum alijs(vt ſententiæ,teſtimonia,inſtrumenta,e-
xercitium iuriſdictionis voluntariæ,vel contentioſæ.)iſta.n.
propter communem errorem,& bonum publicum toleran-
tur,& valent,quæ aliàs non valerent.ff.de offi.præ.l.Barba-
rius.Quædam ſunt,quæ non explicantur per modum aucto
ritatis,licèt ab illis,qui habent publicum officium:vt ſunt ꝓ
curationes,electiones,ſtatuta,& ſi.quæ potius reſpiciunt ho
norem facientium , quàm vtilitatem aliorum. & in iſtis iſti,
ad quos ſpectat, cōſiderant in iure eis cōpetenti vt perſonæ
priuatæ,non officiales,vel rectores. Ideò poſſunt per excep
tionem excommunicationis excludi ab illo eorum iure,etiā
ſi ſit excōicatio canonis occulta . ſi autem non exciperetur,
valent geſta per procuratorem excommunicatorum.& ſi di
cas.ſi tenet conſtitutio,licèt poſſit per exceptionem elidi:er
go videtur,ꝙ excōicato abſoluto, poſſit exequi procuratio-
nis officium:& maximè quia conſtituere procu. eſt contra-
ctus,qui excōicato non intelligitur interdictus,vt plenè no.
J̃.de do.& contu.c.veritatis.Sed dic,ꝙ excōicatus nō habet
litis exercitium:ergo alteri mandare non potuit quod nō ha
bet.1.q.7.c.Daibertum.Sed quod habet,mandat.ſ.ꝙ teneat
proceſſus:ſicut valeret,ſi per ſeipſum egiſſet, & exceptio op
poſita non fuiſſet,vt d.c.pia. & hoc intelligit in excommuni
cato non per ſententiam hominis.nam tunc & ſi non excipe
retur,non valerent facta in iudicio,vel in ſpiritualibus.de re
iud.c.ad probandum.Hoſti.circa prædicta dicit,ꝙ iſtæ ſub-
tilitates, quibus hic vtitur Inno.ſibi non placēt : nec pōt ne-
gari,ſecundùm eum,quin iſta verba tex.[excommunicatio-
nis ſententia innodati]&c.ita conueniant ſententię canonis,
ſicut ſententiæ hominis.alleg.de ſen.excommuni.c.non du-
bium.& c.vniuerſitatis.& c.quod de his.¶Quærit glo.dici-
tur hic,ꝙ non valet conſtitutio procuratoris ad impetrandū
in caſibus huius tex.quid econuerſo.Pone,ꝙ conſtituēs non
erat excōicatus:ſed procurator conſtitutus:an valebit impe
tratio?glo.tenet,ꝙ ſic.In contrarium facit. c. poſſeſſionem.
J̃.de proba.& de reſcrip.c.1.li.6.Sed dices.quomodo puni-
tur dominus ex delicto procuratoris ſuper irritatione reſcri
pti.dic ꝙ ſi ſciebat,ſibi imputet.ſi ignorabat, agat contra il-
lum,qui ſciens ſe inhabilem ſe ingeſſit illi actui ſibi prohibi
to,per quod damnificatus eſt dominus. Hoſti. fatetur iſtam
opi.veram in publicè excommunicato, dicens ſecus eſſe , ſi
procurator erat excommunicatus occultè.cuius cōtrarium
tenuit Io.Mo.vt no.Io.An.in dicto c.1.ſuper glo. quid ſi. &
dicit expreſſum de excep.c.pia.li.6.in gl.nunquid ergo.¶Se
cundò quæro . vtrùm regulariter iſtud ſit verum,ꝙ quando
conſtituens eſt excommunicatus,adminiſtrator, & procu-
rator non habeat exercitium actus.dicit notabiliter Inn. ꝙ
quidam ſunt adminiſtratores,qui conſequuntur exercitium
à con-



à conſtituente,vt procurator conſtitutus à prælato. Et iſto
caſu ſi repellitur prælatus:ergo & conſtitutus ab eo.quando
que adminiſtrator non à conſtituente, ſed à canone , poſtq̃
creatus eſt,recipit poteſtatem agendi : vt eſt vicedominus,
qui recipit poteſtatem à canone.89. diſtin.cap. quia in qui-
buſdam.& in iſto diſtingue.Nam aut conſtituentes erant ex
communicati tempore conſtitutionis:aut poſtea ſuperuenit
excōicatio in conſtituentibus.Primo caſu , ſi erant excom-
municati per ſententiam,non tenet talis conſtitutio ab excō
municatis facta.Secundo caſu,cū poſtea ſuperuenit,etiam ſi
in perſonis omnium, non repelletur ab agendo nomine vni
uerſitatis:quia vniuerſitas,cuius nomine agit,excommunica
ri non poteſt.24.q.3.c.ſi habes.Et iſtud eſt verum in officia
li perpetuo,qui non reuocatur ad beneplacitū conſtituētis,
vt eſt vicedn̄s. ſecus in tp̄alibus officiarijs, qui ad benepla-
citum reuocantur,de quibus.s̃.de offi.dele.c.licèt.& de offi.
vica.c.Roma.Et hoc verum, quando iſti temporales officia
les adminiſtrant nomine conſtituentiū.ſecus in illis,qui ad-
miniſtrāt,& agunt nomine proprio,vt viſitator , & coadiu-
tor,qui nomine eccleſiarum agunt,non dantiū.hmōi.n. offi
cialibus non nocet,ſi hi, quorū coadiutores ſunt , excōicati
ſint,cum illis non fuerint conſtituti:nec agunt illorum nomi
ne,ſed nomine eccleſiarum.Et idem dicit,etiā ſi conſtituens
excōmunicatus eſſet iſta ſunt verba ſua, quæ ſunt no. faciūt
enim vtrùm excommunicato tutore, actor cōſtitutus ab eo
7 poſſit agere. ¶Item† vtrùm excōicato procuratore,poſſit
agere ſubſtitutus ab eo.Item vtrùm excommunicato adul-
to,poſſit agere curator ipſius.videtur ꝙ ſic.quia habet admi
niſtrationem à lege,& non poteſt remoueri ab adminiſtra-
tore ad beneplacitum adulti. Item vtrùm excommunicato
epiſcopo,poſſit vicarius eius exercere iuriſdictionem. vel a-
lij ab epo confirmati,& inſtituti in ſuis prælaturis.¶Tertiò
quæro.dicitur hic,ꝙ tenet conſtitutio procura. & impetra-
tio,ſi maiorum excōicatorum nomina ſint ſuppreſſa in con
ſtitutione.pone ergo. vigore reſcripti impetrati conſtituunt
ſindicum ad agendum, an poterit repelli dicta exceptio , ꝙ
maiores ſit excōicati?videtur quòd non poſſint.quia ſi tenet
conſtitutio procura.ad impetrandum:ergo & ſindici conſti
tutio ad agendum.gl.tenet,ꝙ aliud in impetratione,aliud in
conſtitutione ſindici.quia in conſtitutione tali expedit ex-
primi nomina omnium.de quo.s̃.remiſi. facilis enim eſt im
petratio reſcripti,ſecundū gl.quia pauci,vel (quod plus eſt)
vnus de eccleſia poterit impetrare tanquam coniuncta per-
ſona.Ita dicit gl.contrarium no.Io.An.in c.nonnulli.s̃.de re
ſcrip.& ibi hoc tenent Gof.Ho.& Compo.ſ.ꝙ canonicus ꝓ
eccleſia non impetrat ſine mandato.pro gl. ꝙ admittatur cū
cautione de rato.facit.s̃.de offi.deleg.c.corā.Archi. de hoc
no.J̃.de reſcrip.c.ſtatutum.§.cum autem.lib. 6.Ibi dicit de
conſuetudine curiæ nullum admitti ad impetrandum,vel cō
tradicendum pro alio ſine mandato ſpeciali:niſi ſit coniun-
cta perſona carnali proximitate,vt intellexerūt Goſt.& Ho
3 ſi q̃s aũt. & ver. armatis. quia ibi loquiẽ de vano timore. † Ve
cors em̃ ẽ, q̃ audito, ꝙ armati veniũt, ſtatim fugit, ſecus ſi hęc
aliquo modo probabili ſuſpicari poſſet, vt in caſu prædicto.
Si verò agatur ex maleficio, non contra delinquentem, ſed
tertium, qui tenetur ex delicto alterius, vt pupillus quando
que ex delicto tutorum: vel villa, ſiue caſtrum ex delicto cõ-
miſſo in ſuo territorio: tunc intereſſe debet legitimè proba-
ri, non per iuramentum, vt not. Cyn. in l. ſi quando. C. vnde
vi. & l. 2. ff. quando ex facto tu. & prædicta, cum obligatio ad
intereſſe oritur ex maleficio. ſi autem ex contractu: tunc di-
cit gl. quòd per teſtes. qualiter autem teſtes debeãt ſuper in-
tereſſe deponere, vt concludant, dixi in d. ca. dilecti. de foro
compe. Aduertendum tamen quia difficilis eſt probatio in-
tereſſe, conſulit Iuriſconſultus, ꝙ ſemper certam pœnam cõ
trahens ſtipuletur, vt l. fin. ff. de præto. ſtipu. vbi per Bart. ple
nè, an valeat pactum, ꝙ de toto intereſſe credatur, & ſtetur
iuramento aduerſarij. de quo etiam in ſpe. de fruct. & inte-
reſſe. §. peñ. ver. penul. & facit quod no. Bar. in l. Theopom-
pus. ff. de dote præleg. ¶ Secundò opp. dicitur hic, ꝙ ſtaẽ iu-
ramento ſpoliati tantùm ſup intereſſe. ſed cõtra, iuramentũ
non ſufficit ad cõdẽnationẽ, niſi in caſu, quo eſt debitũ ſemi
plenè probatum: & tunc quandoq; ſufficit, ſed nõ ſẽper, iu-
xta no. in c. ſi. de iureiur. hic aũt dicitur, ꝙ ſufficit. ergo malè.
So. glo. magna ſoluit duobus modis. & primò, ꝙ ideò proba
tio per iuramentum ſufficit propter difficultatem probandi
ſingula vtenſilia, & minuta, & in odium violenti. nam & vbi
non eſt commiſſa violentia, ſufficiunt probabilia argumẽta.
de cleri. peregri. c. 2. & fit aliàs probatio ſolo iuramento. C.
de ali. pu. præſ. l. 2. & ff. vbi pu. edu. debe. l. officio. & C. de hæ
re. l. quoniam. non enim ſecreta patrimonij cuilibet reuelan
tur. imò quandoq; creditur diues, qui pauper eſt, & econtra.
Inſti. qui ma. non poſ. §. in fraudem. & in Auth. de nup. §. q̃a
verò hactenus. ſed dominus hoc non præſumitur ignorare.
C. de reſcin. ven. l. quiſquis. faciat ergo homo quod poteſt.
22. q. 2. c. faciat. ad hoc. C. de iure deli. l. fina. §. in computa-
tione. vbi de expen. ſtatur iuramento facientis: quia aliàs eſ-
ſet impoſsibilis probatio. alia ratio gl. eſt, quare ſufficiat iu-
ramentũ: quia probatio violentiæ infert preſumptionẽ cir-
ca intereſſe. vis em̃ illata eſt optima præſumptio ſuper rebus
amiſsis, vt d. l. ſi quando. C. vnde vi. & pro tanto alibi dicit gl.
ꝙ contra ſeruientem, qui fugitiuo modo receſsit, præſumi-
tur contra eum, ꝙ ſubtraxerit res domini in Auth. de exhi.
& intro. reis. §. ſuſcepto. coll. 5. ¶ Quæro. text. iſte loquitur
in violentia, qua probata, iuramentum habetur pro plena ꝓ
batione. Sed quæro, an tex. iſte locum habeat in quolibet ge
nere violentiarum, ſcilicet in expulſiua, compulſiua, ablati-
ua, inquietatiua, & turbatiua. dicunt Doct. ꝙ ſic. quia iſte tex.
generaliter loquitur. & d. l. ſi quando. ergo generaliter de-
bet intelligi. ĩ. de teſtamẽ. c. relatũ. 2. rñ. cum ſuis concor. ad
hoc l. ſemper. §. hæc intentio. ff. quod vi, aut clam. & idem eſt,
vbi non deprehenditur violentia, ſed dolus conuenti. ¶ De
4 quo format hic Inno. † quæſt. de illo, penes quem depoſitus
eſt ſaccus ſignatus. ipſe verò conuentus actione depoſiti red
dit deſignatum, & confitetur ſe aperuiſſe, & deſignaſſe: ſed
dicit, quòd plenus erat lapidibus, non pecunia: vel negat tan
tam pecuniã fuiſſe ibi, quanta petitur. probationes itaq; defi
ciũt, quid erit? dicunt quidam, quòd cum in actione depoſi-
ti veniat dolus, & perfidia, vt not. ĩ. depo. c. 1. probanda eſt
veritas per iuramentum petẽtis, taxatione præhabita, vt hic,
& 2. q. 1. c. in primis. vbi de materia huius. c. & ff. depoſiti. l. 1.
§. ſi ciſta ſignata conueniret. arg. ff. de ædil. edict. l. ædiles. §.
2. & habet hoc locum, etiam ſi negauerit ſe ſoluiſſe ſaccum;
non enim ei creditur, niſi præſumptionibus veriamilibus, vel
alijs probationibus probet ſe innocẽtem. vt ff. depoſiti. l. dd.
Nerua. ¶ In actionibus verò deſcendentiibus ex contractu
an intereſſe, probetur per iuramentum in litem, ſi conuentus
arguitur de dolo vel culpa. dic plenè, vt l. in act. ontbus. & l.
2. & l. videamus. §. 2. ff. de in litem iur. eodem mopo locum
habebit delatio iuramenti, ſi quis non ſpoliauit, ſed furtiuè
ſubtraxit, ſecundùm Inno. cum ſubueniendum ſit probatio-
nibus, & malicia punienda. ¶ Secundò quæro. hic ponun-
5 tur tria in text. ſ. iuramentum, taxatio, & cõdemnatio. † mo
dò quæro. ſi aduerſarius reputat ſe grauatum, an debeat ap-
pellare à iuramento, vel à taxatione, vel à ſententia, quæ ſub
ſequitur. Dicunt quidam, ꝙ à taxatione, ſi in nullo putat ſe
teneri, vel ĩ minus teneri, q̃ taxatũ ſit. ſi tñ nõ appellat à taxa
tione, vel à iuramẽto delato, poterit appellare à ſnĩa ſequẽti.
qua caſſata ꝑditur omne ius q̃ſitum ex iureiu. q̃a ap. à ſentẽ-
tia deuoluit omnia grauamina illata in priori iudicio. & de-
bent per iudicem appel. reuocari, vt no. in c. quò ad conſulta
tionem. ĩ. de re iudi. per Inno. & Hoſt. & c. fina. de app. lib. 6.
¶ Alij dicunt, ꝙ licèt appelletur poſtea à ſententia: tamen ſi
à delatione iuramenti, & taxatione non fuit appellatum in-
fra decẽ dies, non retractabitur, licèt ſentẽtia retractetur. q̃a
ex iuramento oritur actio in factum, vt C. de reb. credit. l. a-
ctori. ¶ Sed diſtingue. nam quandoq; quis petit rem aliquã
tanquàm ſuam, vel ſibi debitam, vel aliquid aliud: & tunc ex
tali iuramento oritur actio, & exceptio, vt dicta l. actori. cũ
ſimil. Quandoq; iurat ſe tantum expendiſſe, vel damnum a-
liquod datum eſſe: & iſtud iuramentum nõ comparatur ſen
tentiæ, ſed ſuccedit loco probationis. vnde nec ex eo ſolo o-
ritur actio, vel exceptio. quare & in hoc caſu ſufficit, ꝙ à ſen
tentia appelletur: & de tali iuramento loquitur hic. & in Au
then. de iudici. §. oportet. & hęc verba bene no. ¶ Tertiò q̃-
6 ro † ſi iudex poſt iuramentum præſtitum cognoſcit ſe erraſ
ſe: nunquid poterit reuocare, & errorem ſuum corrigere?
Videtur, ꝙ non. quia in eo, quod iuratum eſt, debet condẽ-
nare, & non minus. vt in Auth. de iudi. §. oportet. & ita tenet
hic glo. quę incipit veluti. Inno. tenet, ꝙ poſsit, vt in l. quod
iuſsit. ff. de re iudi. & hoc verum ante condemnationem. ſi au
tem poſt iuramentum condemnatio eſt ſecuta: tunc non poſ
ſet iudex reuocare ſententiam. & ſic intelligitur. §. oportet.
& hoc verum in iuramentis, ex quibus non oritur actio, vel
exceptio. de quibus dixi. ſ̃. proxi. q. In alijs autem, ex quibus
oritur actio, & exceptio, ſicut non liceret iudici reuocare ſẽ-
tentiam, ex quò ipſam tulit. de offi. delega. c. in literis. ſic nec
iuramentum iam præſtitum, niſi in caſibus. ff. de iureiu. l. ad-
monendi. ſecundùm Inno. quod tene menti. & concor. quod
no. in l. videamus. §. ſi. ff. de in li. iuran. vbi tex. dicit, ꝙ ſicut ẽ
7 licitum iudici non deferre: ita delatum, & præſtitum mode
rari, & refręnari. Loquitur tamen in iuramento affectionis,
quod ſi iudex refrænat, non arguitur iurans de periurio: ſed
in iuramento veritatis maior eſt verecundia, & ſigillatio fa
mę iurantis, ſi poſt ipſum delatum non ſequitur. dic vt ſ̃. di-
xi. & adde quod no. Inno. ĩ. de app. c. ſæpe. vbi dixi, an taxa-
tione ſecuta diu poſt ſententiam, poterit appellari.

# De In integrum reſti- tutione.

VIso de quadam ſpeciali reſtitutione, quę
datur ratione metus: videndum eſt de ma
teria reſtitutionis in integrum in genere,
ſub quo comprehendit de reſtitutione ec
cleſiarũ: & hoc vt plurimũ. Item minorũ.
ĩ. e. c. cõſtitutis. & c. penu. Itẽ & maiorũ. ĩ.
eo. c. ex literis. De materia. 2. q. 3. in ſi. 35. q. 9. per totum. re-
petitur



petitur hæc rub. ĩ Sexto. & Cle. cui conuenit. de of. iudi. c. 2.
de priuile. c. cum olim. in ver. nos igitur. de reſcrip. c. quàm-
uis. lib. 6.

*S V M M AE.*

1 *Eccleſia reſtituitur cõtra contractum aliàs legitimè celebratum, ſi e-
normiter ex illo ſit læſa. 4*
2 *Duo requiruntur ad concedendum reſtitutionem.*
3 *Eccleſia habet priuilegium minoris ſuper beneficio reſtitutionis.*
*Et an eo beneficio fungatur quò ad omnia. 5*

1 REquiſiuit. † Eccleſia reſtituitur cõ
tra contractũ aliàs legiti
mè celebratũ, ſi enormiter ex illo ſit læſa. h. d. com
munis diuiſio. ſecũda ibi [noueris.] ¶ No. primò, ꝙ poſſeſ-
ſiones eccleſiarum laicis conceduntur ad annuum cenſum.
quomodo autem ſint permiſſæ iſtæ conceſsiones, & infeuda
tiones. dic vt ĩ. de feudis. c. 1. & 2. & l. iubemus. C. de ſacro-
2 ſan. eccleſijs. per totam l. ¶ Secundò no. † ꝙ ad concedendũ
reſtitutionẽ requirũtur duo, ſcilicet grauis læſio, & ipſius
probatio. non enim ſequitur. contraxit eccleſia; ergo læſa. ſi
cut non ſequitur. minor; ergo læſus, vt l. nam & poſtea. §. ſi
minor. ff. de iureiur. Item requiritur, ꝙ ſit grauis lęſio: quia ꝓ
modico non daretur reſtitutio, vt l. ſcio. ff. de in integrum re
3 ſtitu. titu. generali. ¶ Tertiò not. † ꝙ eccleſia habet priuile-
gium minoris ſuper beneficio reſtitutionis. quod qualiter ĩ-
4 telligatur, dic, vt in glo. ſic. ĩ. eod. ¶ Quartò not, † ꝙ proba-
ta læſione, eccleſia reſtituitur ad rem malè alienatam. & ſic
videtur, ꝙ officium reſcindens, & actio reſciſſoria poſsint
intentari in eodem libello, hoc eſt petere reſciſsionem cõtra
ctus tanquàm ex eo læſa: & reſciſsio. facta aduerſariũ condẽ
nari ad rei reſtitu. de quo per Cy. plenè in l. quod tempore.
ff. de reſtitu. mi. ¶ Quintò no. in ver. prouidendum. ꝙ reſtitu
ta eccleſia, debet & ille reſtitui, qui contraxit ſecum. & loq-
tur iſte tex. de reſtitutione impenſarum factarum in re di-
ſtracta, & ꝑ reſtitutionẽ ad eccleſiã reuerſa. quid autem in
reſtitutione precij dati ratione venditionis rei eccleſiaſticæ,
an debeat reſtitui emptori, à quo res vendita vẽdicatur. dic
quòd ſic, ſi eſt ſolutum pretium reſtitutionem petenti. vt C.
de repu. quæ ſi. in iudi. l. 1. ſi autem eſſet ſolutum pretium
creditori ipſius eccleſiæ contrahentis: an reſtituta eccleſia
ad rem ſuam, reſtituetur emptor ad pretium contra eccle-
ſiæ creditorem, cui ſoluit. Cy. diſtĩguit in dicta l. 1. in minore.
& ſic aut ille erat creditor ex cã lucratiua: & cõpetit reſtitu
tio contra eum. aut ex cã oneroſa, aut minor eſt ſoluendo: &
non reſtituitur cõtra eum. quia ſuum recepit, vt l. repetitio.
ff. de cond. indebi. & de exceptio. doli. l. purè. §. ſi eum. aut
non eſt ſoluendo: & tunc habebit regreſſum contra credito
rem, ex quo commodum recepit ex facto meo. arg. ff. de eo,
per quem fac. erit. l. ſi. nam etiam vbi ex cauſa oneroſa aliq̃s
ſentit commodum, datur regreſſus contra eum. ff. de lega. 2.
§. 1. ſecundùm Pet. in dicta l. 1. & ibi Cy. ¶ Sextò no. ꝙ ille, à
quo res auocatur per beneficium reſtitutionis, poteſt repe-
tere omnes expenſas factas in illa re. & ſic debet intelligi de
contrahente bona fide, ſeruatis ſolemnitatibus debitis, de q̃
bus in c. ſine excep. 10. q. 2. ſi autem ſine ſolemnitate ſuper
re eccleſiæ contraxiſſet, non videretur bonæ fidei, vt in reg.
qui contra iura mercatur. de regu. iur. lib 6. ideò non videreẽ
quòd deberet recuperare expenſas factas in re, vt Inſti. de
re. diui. §. 1. & l. ſi vrbana. de condi. indebi. ¶ Septimò colli-
go in ſi. ꝙ reſtituto minore ex eodem iudicio, & ſine alia in-
ſtantia, videtur maior reſtitutus, qui ſecum contraxit. & hoc
tenet Cyn. ſ. aduerſarium reſtitui ipſo iure, ſiue actio ſit re-
miſſa, vt eadem actione agatur: ſiue ſit res data, vt contra
eum agatur per recõuentionẽ. & ſic ad dominiũ ſit reſtitutio
ipſo iure, vt directò res vendicari poſsit: aliàs nõ reponeret
omnia reſtitutio in priſtinũ ſtatũ. q̃d eſſet cõtra eius naturã,
& effectũ, vt d. l. 1. C. ſi aduer. tranſac. vbi iſta ſunt verba Cy.
5 ¶ † Quæro. an quò ad omnia fungaẽ eccleſia iure minoris
gl. magna dicit, ꝙ differẽtia eſt in tempore indulgẽdi reſtitu
tionẽ. quadriẽnium em̃, quod daẽ læſis ad reſtitutiõem ĩ in-
tegrum, incipit curſum ſuũ in eccleſia à tempore cõtractus:
ſed in minore incipit currere poſt. 25. annũ. Iſta eſt vna opi.
quã cõiter tenent oẽs, ſcd̃ùm gl. vt Lau. Io. Vin. Tan. Ia. Phi.
Inno. & Hoſti. fungitur ergo eccleſia iure minorũ in vltimo
inſtanti minoris ętatis. ad hoc. C. de ſacroſan. eccle. Authen.
quas actiões. & ĩ. eo. c. auditis. in gl. eccleſia. n. & q̃d dictũ ẽ
in eccleſia, locũ habet in repub. & in ciuitate, ſecũdùm quoſ
dam, q̃ dicunt ciuitatẽ reſtitui, ſi lædaẽ. & de hoc per Cy. in l.
ab hoſtibus. C. ex q. cau. ma. ꝑ Cy. ad ſi. & hæc eſt vna differẽ
tia, q̃ eſt in principio inchoãdi curſum quadriẽnij inter mino
rẽ ex vna parte: eccleſiã, rempub. & ciuitatẽ ex altera parte.
Eſt & alia differentia in ꝑſcriptiõe. pupillis em̃, & minoribus
ꝑſcriptio 10. vel 20. annorũ, vel vſucapio non currit ipſo iu-
re. ſimiliter pauperi non currit præſcriptio, 30. annorum vt
hic probatur in l. ſin. C. in qui. cau. in integrum reſti. non eſt
neceſſ. & l. ſicut. de præſcrip. 30. ann. ſed ecclęſiæ, ciuitati, &
reipublicæ bene currit vſucapio quadriennij, præſcriptio, &
temporales pręſcriptiones, vt in Authẽ. quas actiones. C. de
ſacroſan. eccle. ſecundùm Inno. qui per ꝑdicta ſentit, ꝙ con-
tra eccleſiam currat hodie vſucapio, & aliæ temporales præ
ſcriptiones. Hoſtien. tenet contrarium, nec videẽ ſibi præſcri
ptiones temporales currere contra eccle. nec leges tanq̃ dã-
noſæ eccleſijs eſſent in hoc recipiendæ. 10. diſti. c. 1. & ꝑ to-
tum. imò per vlti. Auth. de eccle. ti. §. pro temporalibus. vide
tur corrigi Authen. hæc conſtitutio. vt etiã temporalis 10. vel
20. anno. non currat eccleſijs: ſed ſola. 40. anno. vnde nec
Gratianus 16. q. 4. in c. neque decennis; poſuit partem. l. quæ
cõtra eccleſias erat, ne illud ad priuatos reſtringatur. & hoc
ſibi placet, cum in iure canonico non inueniat, ꝙ contra ec
cleſiã currat præſcriptio triennij, vel quadriennij, ſaluo caſu
fauore fidei. ĩ. de ꝑſcrip. c. 1. ſaluis ꝑſcriptõibus iudicialibus,
& q̃ contumaciã puniunt. ĩ. vt lit. non cõt. c. quoniã frequen
ter. §. in alijs. & in his, q̃ ad ſtatũ, & cõditionẽ ꝑſonarũ, & iu-
dicialia ꝑtinent. 5. q. 2. c. ſi q̃s incognitis. licèt ipſe aliter no. in
ſumma. de vſuca. §. q̃ non. ver. quidã ẽt dicere voluerũt. & vi
de q̃d no. Io. An. de reg. iu. c. poſſeſſor. li. 6. ¶ Scd̃ò q̃ro poſt
gl. an iſte tex. loquaẽ de contractu licito, & inito ſecundùm
formã iuris. an de illicito, & gl. intelligit de illicito: q̃a ſi eſſet
illicitus, nõ eſſet opus reſtitutiõe. Idẽ tenet Gof. ſed Ho. dicit
idẽ, etiã ſi caſus non ſit licitus: dum tamen ſeruẽt forma hic
no. 12. q. 2. in ſi. ſummę. & c. ſine excep. facit per Bar. de cõſt.
c. q̃ in eccleſiarũ. de re. ec. nõ alie. c. vl. & hoc tenet Arch. de
reb. ec. non alie. c. 2. li. 6. & ibi per Io. An.

*S V M M AE.*

1 *Eccleſia læſa propter negligentiam procuratoris, qui iura eccleſiæ nõ
producit, reſtituitur.*
2 *Legitimus contradictor quis cenſeatur.*
3 *Præceptũ iudicis de his, quæ ſpectant ad officium, valet ſine cauſæ
cognitione.*
4 *Verbalis electio non ſufficit ad priuandum aliquem poſſeſſione iuris
eligendi.*
5 *Eligere an ſit prohibitum, pendente lite.*
6 *Electores non tantùm oportet poſſidere ius eligendi ad hoc, vt ele-
ctio valeat: ſed requiritur quòd bona fide poſſideant.*
7 *Patronus non debet præſentare, pendente quæſtione ſuper iure pa-
tronatus.*
8 *Collegium in eligendo innititur iuri communi: patronus in præſentã
do iuri gratiæ.*
9 *Gratia ex certa ſcientia poteſt fieri quandocunq;.*
10 *Epiſcopus, qui erat in quaſi poſſeſſione eligendi abbatẽ in aliquo mo
naſterio. quãdo dicatur ꝑdere ipſã quaſi poſſeſſionem.*
11 *Electio habet tres partes.*

1 CVm veniſſent. †Reſtituitur ec
cleſia læſa prop
ter negligentiam procura.qui iura eccleſiæ nō ꝓ-
duxit.h.d.Et prima pars ponit comparationem partium,&
deciſionem auditoris.ſecunda ibi[coram] allegationem epi
ſcopi.tertia allegationē mona. ibi[ad hæc.] quartò interlo-
quitur,ibi[nos igitur.]¶No.primò, ꝙ epiſcopus fundabat
intentionem ſuam ex poſſeſſione ſubiectionis.iſta tamē poſ
ſeſſio modicum prodeſſet quò ad ius eligendi, quod nō ſpe
ctat ad epiſcopū,ſed Capitulum eccleſię collegiatę, vt in c.j.
ſ̃.de ele.ſubaudi ergo ad tex.in poſſeſſione ſubiectionis , &
iure eligēdi abbatem.quia poſſeſ.ſe aſſeruit à monachis ſpo
liatum.vel dic,ꝙ epiſcopus de conſuetudine in omnibus ec
cleſijs ſibi ſubiectis habebat ius eligendi.vnde probata ſub-
iectione in prædicto monaſt. probabatur ius eligendi ad e-
piſcopum pertinere.quod placet Io.An.ſuper ver. incōcuſ-
ſe.¶Secundò not.ꝙ iudices impetrati fuerunt propter ele-
ctionem iam à monachis celebratam:& tamē tali electo re
nunciante,in cauſa proceſſerunt, & nouam electionem attē
tatam contra eorum inhibitionem etiam caſſauerunt.& ſic
deputatus ſuper quæſtione iuris eligendi poteſt cognoſcere
de quaſi electione celebrata lite pendente:quia omnia, quæ
emergunt lite pendente,pertinent ad iudicis officium , vt l.
ædiles.§.item ſciendum.ff.de ædi.edic.¶Tertiò no.ꝙ literæ
fuerunt impetratę de communi conſenſu.& hoc ſemper ho-
neſtum,vt no.in l.obſeruandum.ff. de iudi. & etiam vtile.qa
non poterit poſtea recuſari,niſi ex noua cauſa. de offi. dele.
c.inſinuante.¶Quartò no.ꝙ duo ex tribus venerunt ad mo
naſterium,& non dicit,ob quam cauſam, vel an de commiſ
ſione à tertio eis facta:quod tamen eſt ſubaudiendum, ſecū
dùm gl. aliàs non potuiſſent duo ſine tertio procedere.ſ̃.de
offi.deleg.c.prudentiam.¶Quintò no. ꝙ iſte electus præſē
tiens aduētum iudicū renunciauit,& fugit.quod nō debuit,
ſi erat innocens:quia veniebant vt iudices , quos innocēs ti-
mere non debet,vt 11.q.3.c.ſenti.ſecus ſi veniebant armati.
quo caſu ſufficere poſſet ad excuſationem terror armorum.
ff.de vi,& vi arma.l.3.§.qui armati.Aduerte tamen, ꝙ fuga
electi,& etiam inſtituti non videtur ſufficere ad perdendum
quaſi poſſeſ.iuris eligendi,quæ non retinetur per inſtitu. ci-
uiliter, vel naturaliter:ſed eſt penes electorē habitu,ſed non
actu.poſſidentes autem nomine alieno res corporales, ſi au
fugiunt:& ſic deſerunt poſſeſ.vel decedunt, produnt,vel alij
tradunt,an priuent dominum poſſeſ.dic vt not.in l.fi. C. de
acquir.poſ.& l.ſi de eo.eo.ti.ff.¶Sextò no. ꝙ iſte renuncia-
uit electioni:an autem poſt conſenſum poſſit electus renun
ciare:vel,poſtquam inſtitutus fuit, vt hic contingit, & in cu-
ius manibus, dic,vt no.j̃.de ele.c.ſi electio.lib.6.& ſ̃.de trā
ſla.c.2.¶Septimò no.ꝙ iudices mandauerunt monachis,vt
conſtituerent procuratorem,vel ſindicum &c.quomodo au
tem hoc mādatū facere potuerint. dic propter cauſam,quæ
coram eis vertebatur.nam ſicut iudex non audit pupillum,
vel minorem ſine curatore.ita nec mona.ſine defenſore.imò
inhabili conſtituit ex officio ſuo etiam delegatus.vt c. fin.j̃.
de iud.poteſt enim iudex minoribus eccleſijs,& pupillis ſup
plere de facto.& eius auctoritas idem , quod tutoris aucto-
ritas,operatur in defectum,vt.C.qui admit.ad bo.poſ.l.fi.&
l.ſi infanti.de iure delibe.¶Octauò not.quòd iudex,coram
quo de iure eligendi litigatur,inhibet,ne ad electionem pen
dente iudicio procedatur: & valeret præceptum , quando
nullus eſſet in quaſi poſſeſſione iuris eligēdi. aliàs quaſi poſ
ſeſſor poſſet eligere,non obſtante tali præcepto, vt hic.& di
cam.j̃.¶Nonò no.ꝙ iudices tulerunt ſententiam pro epi-
ſcopo,& caſſauerunt electionem. & ſic aliquo ſuccumbente
ſuper iure eligendi,caſſatur omnis electio celebrata ab eo.
facit quod not.j̃.de re iudi.c.quamuis.& c.cōſultationibus.
de iure patro.per Innocen.¶Decimò not.ꝙ procurator e-
piſcopi petiit confirmari ſententiam, à qua non fuerat ap-
pellatum: & in iſto iudicio petitæ confirmationis monachi
audiuntur contra ipſam ſententiam beneficio reſtitutionis.
ergo de iure communi,cum petitur confirmari ſententia, à
qua non eſt appellatum, non poteſt pars aduerſa ſentētiam
impugnare ex inſtrumentis antiquis , quæ in prima cā non
produxit.quod an ſit verum,dic,vt no.Inn.j̃.de confir. vtili,
vel inuti.c.2.vbi etiam de effectu confirmationis ſententiæ
aliàs efficacis.¶Vndecimò not.ꝙ hęc reſtitutio poſtulatur
coram alio iudice,quàm qui tulit ſententiam:ſed hic erat de
legatus Papæ.ideò à Papa reſtitutio poſtulanda. vt l. minor
autem magiſtratus.& l.in cauſæ.§.fi.cum l.ſequen.ff.de mi-
no.¶Duodecimò no.in ver.nos igitur.ꝙ antequam Papa re
ſtituerit iſtos ad audientiam, inſpexit priuilegia. & ſic pro-
bata fuit læſio.& an hoc fuerit de neceſſitate, vide in ſpecu.
2.parte.eo.tit.§.2. ver.illud quoque.& aduerte,ꝙ licèt iſta
priuilegia plenam faciant fidem de exceptione:tamen Papa
ſuper hoc non pronunciat,ſed tantùm ſuper audientia con
cedenda.& fuit iſta reſtitutio neceſſaria,quia non erat à ſē-
tentia appellatum, & ſic deerat ordinarium remedium . &
aduerte,quia iſta reſtitutio non fit ad rem deductam in iudi
cio,ſed vt audiatur mona.ſuper iure eligendi:ad quod erat ſi
bi via præcluſa per ſententiam,à qua nō fuit appellatum. &
dicit Inn.ꝙ in hac reſtitutione non erit libellus neceſſarius,
nec litis conteſtatio.ſed ſufficit, ꝙ aliquem colorem habeat
ad hoc petendum,vt d.l.minor autem magiſtratus. Ego de
ſimili reſtitutione tetigi.ſ̃.de procura.c.querelam. vbi dixi,
ꝙ quandoque reſtituitur quis ad totam cauſam:quandoque
ad appellandum tantùm.de hoc autem an libellus ſit neceſ-
ſarius in illo officio reſcindente.dic vt nota.in l.ſi eo tempo
re.C.de reſti.mi.¶Vltimò no.ꝙ pendente lite electio cele-
brata eſt in pendenti. & ſic quandoque ſuſpenditur confir-
2 matio,ſi appareat legitimus contradictor.† & cenſetur legi
timus,qui prætendit ſe habere ius eligendi , & ſic obijcit de
iure ſuo.concor.j̃.de teſtibus.c.veniens.Alij autem,qui op-
ponunt contra confirmationem crimina,vel defectus , qua
liter,& quando ſint audiendi.dic vt.j̃.de accu. cap.ad peti-
tionem.& c.ſuper his.per Inno.& c.1.de elec.lib.6. & eo. ti.
c.conſtitutionem vt circa.in Cle. ¶Venio ad op.& Do.op.
collegium vacante monaſterio conſtituit procuratorem , &
per eum litigauit.Sed contra.j̃.ne ſede vacan.per totū.So.di
cit glo.quæ incipit.ſic videtur.&c. ꝙ cum eſt quæſtio de iu-
re eligendi inter mona.& alium(vt hic erat) poſſunt mona-
chi cōſtituere procuratorem;ideo quia hoc ius ſpectat prin
cipaliter ad Capitulū , & eſt diſcretum à prælato.ad hoc.ſ̃.
de conſue.c.cum dilectus.& facit quod plenè no.in Cle.pro
curator.de procurato.¶Secundò op.dicitur hic , ꝙ iudices
inhibuerunt monachis,ne eligerent.Sed contra hoc opp. &
videtur,ꝙ mandatum fuerit iniuſtum : quia monachi poſſi-
debant , & non debebant lite pen.iure eligendi priuari. 16.
q.4.c.nolumus.So. in glo. quæ incipit. non videtur. fatetur
contra,& dicit , quòd iudices malè fecerunt. & ideò non ir
ritatur per Papam electio monachorum, vt patet in fin. Sed
iſtud nō videtur bene dictum.quia in iſtis ſpiritualibus poſ
ſunt iudices inhibere lit.penden. vt patet. j̃. de ma.cont. c.
vlt.& c.ad diſſoluendum.de deſpon.impube. ſicut ergo ſua
inhibitio eſt ſeruanda in matrimonio carnali: ita & hic vide
tur in matrimonio ſpirituali , & hoc idem in denunciatione
noui operis,vbi inhibitioni eſt præciſè parendum,nec quæ-
ritur,ſit iuſta,vel iniuſta. vt j̃.de noui ope.nū.c.1.So.dicit In
no.ſpeciale eſt in matrimonio carnali, & nunciatione noui
operis.ſed in ſpirituali,cum duo contendunt de iure eligen-
di,vt erat hic,quilibet debet eligere ; ſed ille, ad quem ſpe-
ctat confirmatio, confirmabit electionem illius, qui proba-
bit de quaſi poſſeſſione,vt hic.& ff.vti poſ.l. 1. §. huius.imò
ſi epiſcopus videns monachos elegiſſe,ipſe non eligeret , &
interdicto ageret,ſtultè facit. quia ſic ſe poſſeſſionem ami-
ſiſſe confitetur,vt not.hic Ioan.And. poſt princi. ver. caueat
tamen



tamen ſibi.j̃. tamen dicam de iſta amiſſione poſſeſ.iuris eli-
gendi.¶Tertiò contra iſtam ſolu.oppo.& videtur,ꝙ quan-
tumcunque mandatum iudicis fuerit iniuſtum . quia nō fuit
ab eo appellatum,tranſiuerit in rem iudicatam.de re iudi.c.
cum inter nos.in fi.ex hoc enim,ꝙ tacuerunt,videtur ad hoc
iuriſdictio iudicum inhibentium tacitè prorogata.de offi.de
le.c.cum olim abbas.So.dicit Inno.talia mandata, quæ fiūt
ex abrupto,& ſine cauſæ cognitione,nō habent vim interlo
cutoriæ,vt.C. commin. epi. l. 3. & fina. & maximè cum ad
hoc non agatur.3.q.6.c. hoc quippe. quamuis ſolutum ꝑ ta
le præceptum non repetatur.ff.quod metus cauſa.l. fi.in fin.
3 Sed non placet prædicta ſolu.Inno. † nam præceptum iudi-
cis de his,quæ ſpectant ad officium ſuum , valet ſine cauſæ
cognitione.7.q.1.c.quia.& no.de tempo.ord.c.ad aures. &
pœna impoſita ſine ordine iudiciario ligat. ff. de pœnis.l.
moris.& l.fi.dicit ergo,ꝙ non aſtrinxit hoc mandatum:quia
non pertinebat ad ipſorum officium. quia non erat eis com
miſſum.j̃.de re iu.c.qui fuit.li.6.& quia notoriè apparet iu-
ſtum,quare nec per ſuperiorem debet haberi ratum.j̃.de ap
pel.c.ſolicitudinem.§.ſi vero.& hoc placet Hoſt. ¶Quartò
op.innuit iſte tex.ꝙ ex eo,ꝙ monachi elegerunt,videtur epi
4 ſcopum ſpoliaſſe iure eligendi. † ſola enim verbalis electio
non videtur ſufficere ad priuandum aliquem poſſeſ.iuris eli
gendi:ſed tunc cum eiectus eſt extra Capitulum, vel veniēs
non eſt admiſſus,vel eſt ſibi inhibitum, ne eligat, & petatur
alios eligere.ad hoc.j̃.de cauſa poſ.c. cum eccleſia Sutrina.
qa ex ſolis verbis alicuius aſſerentis ad ſe electionem ſpecta
re competeret interdictum.Sol.dicit Inno.ꝙ verè contra ele
cto.em competit interdictum.ipſe.n.eſt.qui contēdit ſe poſ
ſidere.non enim eſt ſimile de illo,qui dicit ad ſe electionem
pertinere,& de illo,qui eligit. quia per ſola verba extra iudi
cium prolata non turbabatur poſſeſſio : ſed per electionem
magnam poteſt turbatio prouenire. & idem dicam de excō
munica.vt ſcilicet cōtra excōmunicatorem ſubditi alterius
competat interdictum.contra confirmatorem autem,vel e-
lectum,vel contra excommunicatum, ſeu ſeruientes excom
munica.non datur hoc interdictum vti poſſi.quia licèt tales
turbent verum poſſeſſorem, non tamen ſuper iure poſſeſſio
nis eligendi, vel excommunicandi,in qua nec ſe eſſe conten
dunt:quamuis,ſi malicioſè hoc faciant, ſint canonicè puniē
di.arg.j̃.de ſenten.excom.c.vt famæ.§.1. iſta ſunt dicta hic
Inn.qui dicit,ꝙ ſi aliquis dicit ad ſe ſpectare ius eligendi,nō
competit contra eum interdictum.Bart.dicit hoc verum,qn̄
per talem diuulgationem non impediretur vſus meæ poſſeſ
ſionis : aliàs contra talem diffamatorem bene competeret
interdictum,puta per illa verba. non reperio laboratorē in
poſſeſſione mea,quam aſſeris tuam eſſe:vel dicis,ꝙ non ha-
beo iuriſdictio.ideo homines,& ſubditi meas ſententias vili
pendunt. his enim caſibus bene competeret interdictum.
Item inquantum dicit Inno.ꝙ contra electum , & confirma
torem ipſius non competit interdictum : ſed contra electo-
rem tātùm.Ber.limitat eo modo,vt no.in l.j.§.huius autē in
terdictum.ff.vti.po.vbi applicat quæſtionem ad prædicta. ſi
commune eſt in quaſi poſſeſſione eligendi rectorem in vna
ciuitate:quæ ciuitas turbat illud commune,vel rectorē, quē
mittit non recipiendo,vel alium eligendo:an priuet illud cō
mune quaſi poſſeſſione.& quid iuris, dic vt ibi. Et ex prædi-
ctis apparet:& aduerte,quia proximè dicta inferunt,ꝙ iſte
epiſcopus contra iſtos monachos eligentes debuiſſet agere
interdicto vti poſ.in tex.aūt dicitur,ꝙ ſe aſſeruit ſpoliatū,&
hoc verū,qn̄ ipſe nō elegit,& paſſus fuit monachos eligere,
& non ipſe,quo caſu potuiſſet agere interdicto vti poſ. & ha
berent locum proxi.dicta.¶Quintò opp.& videtur, ꝙ ele-
ctio iſtorum monachorum debuerit irritari . quia rem liti-
gioſam in alium tranſtulerunt , alium ſcilicet eligendo ; lite
pendente ſuper iure eligendi:vnde videtur ob.l.2.& fi.C.de
liti.& j̃.vt lit.pen.per totum. So. monachi non trāſtulerunt
in alium rem litigioſam,ſcilicet ius eligendi, de quo erat cō
trouerſia:ſed trāſtulerunt abbatiam, ne epiſcopus ſe abba-
tē cōtēdat:nec per electionē abbatis fuit ius eligēdi in abba
tem collatum.de iſto vitio litigioſi dic,vt.ſ̃.de conſti.c.cum
5 M.Ferrari.in fi.¶Sextò contra iſtam ſol.opp.& videtur,†ꝙ
etiam eligere ſit prohibitum,pendente lite,vt.j̃.de arb.c.ex
parte.& j̃.vt lit.pen.c.1.& 2.Sol.illa iura loquuntur , quan-
do inter duos electos,vel alterum vendicantem,alterū poſſi
dentem lis pendet.quod dic per Io.An.in dicto c.ex parte.
ibi[in electione ius habet]in fi. facit etiam quod no. in Spe.
de ap.§.pe.ver.verum.¶Septimò opp.ecōtrario,& videtur,
ꝙ lite pendente debuerit confirmari electio monachorum.
petebāt enim ex confeſſione epiſcopi,ꝙ ipſi erant in poſſeſ-
ſione,cum ſe aſſereret ſpoliatum.ergo ſiue iuſtè , ſiue iniu-
ſtè poſſiderent,non debuerunt interdum priuari poſſeſ.cō-
modo.8.q.4.c.nonne.& 16.q.4.c.volumus. & j̃. de iurepa.
c.conſultationibus.& c.cum eccleſia Sutrina. de cauſa poſ.
& proprie.in quibus dicitur,ꝙ ſola poſſeſſio,etiā titulo non
probato,ſufficit,vt quis eligere poſſit.ad idem ſ̃. de elect.c.
querelam. So.illud contrarium format glo.fi.quæ videtur in
hoc reſidere,ꝙ aut conſtat de pacifica poſſeſſione monacho
rum ſuper iure eligendi:& lite pendente,debuiſſet confirma
ri electio celebrata per eos. ff.de aqua quoti.& æſtiua.l. vlti.
Sed hic erat quæſtio de quaſi poſſeſſione iuris eligendi,& ēt
de ipſius proprietate inter monachos,& epiſcopum:vnde di
cta lite pendente , non debet electio celebrata confirmari,
vel irritari. quia hæc ſententia generaret præiudicium mo-
nachis,cum per eam videretur iudex pronunciare ipſos mo
nachos non poſſidere.argumen.j̃.de re iudi.c.ſuborta.Alia
ſolu.eſt Ioan.An.poſt Inno.ſuper ver.à monachis.vbi dicit,
quòd etiam quandocunque conſtet aliquem fuiſſe in poſſeſ.
iuris eligendi,nunquam tamen eſt electio confirmanda ; ex
quo ante confirmatio.obijcitur,ꝙ poſſeſſio ſit violenta, vel
vitioſa,niſi hoc primò diſcuſſo,& diffinito, vt hic : vbi verò
nihil obijcitur,tenet facta confirmatio. & ſic intellige con-
traria.& j̃.de iurepatro.c.ex literis.& eſt ratio,quia qui pe-
tit electionem confirmari,vel infirmari,videtur potius age-
re petitorio,quàm poſſeſſorio,niſi aliud exprimatur . vnde
& vires electionis,& formæ, & perſonæ veniunt in hoc iudi
cio,vt patet ex no.ſ̃.de elect.c.poſtquam.& c.nihil. hæc ſol.
videtur etiam confirmari per Inn.& Io. An. in glo.magna.
6 ver.ſed notandum ꝙ ad hoc vt electio,&c.vbi dicit,ꝙ † non
ſufficit electores poſſidere ius eligendi, ad hoc vt electio cō
firmetur:ſed requiritur,quòd bona fide poſſideant,vt nota.
j̃.de iure patro.c.conſultationibus . vnde ſi extraneus agat
contra tit.dicens ſe eſſe in quaſi poſſeſſione iuris eligēdi, ne
ceſſe habet probare,quòd bona fide poſſideat , vel ꝙ longo
tempore fuerit in hac quaſi poſſeſſione,iudicis arbitrio re-
linquendo.& ratio eſt,quia pro certo facit ius commune.ſ̃.
de elect.c.1.ideò præſumitur mala fides , niſi probetur bo-
na.& hoc tenet Archi.j̃.de præſcrip.c.1.lib.6.& idem vide-
tur in conſimilibus.ea.diſt.c. contra morem.vbi verò agitur
interdicto vnde vi, vel vti poſ.non requiritur probatio bonæ
fidei,ſed ſufficit ſola poſſeſſio.de reſtit.ſpo.c.in literis.& idē
eſt dicendum in poſſeſſione iuris excōmunicandi, & in mul
tis alijs,ſecundùm Inno. ¶Tertiò ſoluit ſuper ver. à mona-
chis.ꝙ ideò hic non ſit confirmatio:quia controuerſia erat,
an teneret pro eo , ꝙ dicebatur facta ab excommunicatis ꝑ
epiſcopum Venetia.auctoritate poteſtatis ordinariæ: ſed e-
contra monachi propter exceptionem ſuam dicebant excō
municationem nullam.quare quæſtio exceptionis,& excom
municationis,vt præambula,primitus terminanda . ex qua
pendebat quæſtio confirmationis.j̃.de ordi. cog.c.tuam. &
c.1.& ſecundùm hoc nec poſſeſſorium, nec petitorium intē
tabat epiſcopus ſuper iure eligendi:ſed tantùm ſuper ceſſa-
tione electionis implorabat iudicis officium. contra hoc de
ſuis priuilegijs fuit pars monaſterij proteſtata, per quæ pa-

tebat ipſos epiſcopum interdicere, vel excommunicare non
poſſe, cum eſſent exempti, negantes epiſcopū eſſe in poſſeſ-
ſione eligendi: vel ius eligendi habere: q̄ qa non exhibuit, læ
ſum fuit. & quia non appellauit à ſententia infirmatoria ele
ctionis celebratæ, ab ipſis neceſſaria fuit reſtitutio, de qua
hic. pendente ergo quæſtione præiudiciali exceptionis, non
fuit electio confirmanda, vel infirmanda: ſed prius de illa co
gnoſcendum. iſtam ſolutionem per verba prædicta tangit, &
repetit Io. An. ad fi. huius c. Et per illum intellectum reſpon-
det ipſe ibi alij obiectioni: quòd hic non fuerit neceſſaria re
ſtitutio ad priuilegia exhibenda, cum ageretur tantùm poſ-
ſeſſorio. ergo de priuilegijs, quæ concernunt quæſtionē pro
prietatis, non videtur debuiſſe deduci in iſto iudicio, nec de
hoc curandum, vt dicto. c. cum eccleſia. & c. conſultationi-
bus. præalleg. ſol. vt dixi. ſ. quia hic non petebatur electio
irritari propter quaſi poſſeſ. eligendi, quam epiſcopus præ-
tendebat. ſed quia electio erat celebrata ab excommunica-
tis. reſpondet etiam alij obiectioni, inquantum hic dicitur,
ꝙ poterat mona. præiudicium generari: ideò reſtituit. cū. n.
ageretur poſſeſſorio, non videtur, quòd ſententia ferenda ſit
per poſſeſſorio præiudicet in petitorio, vt not. in c. cum dile
ctus. & cap. paſtoralis. de cauſa poſſeſ. & proprie. ſolu. vt
ſ. ꝙ hic præcedebat exceptionis quæſtio. qua pendente, &
quæſtione excommunicationis, non fuit electio confirman-
da, vel infirmanda. Ex his ergo conclude, ꝙ vbi de poſſeſ.
fuiſſet quæſtio mota, & conſtaret monachos in poſſeſſione
fuiſſe, debuiſſet eorum electio confirmari. Non ob. litis pen-
dentia, quia ſufficit ſola quaſi poſſeſſio ad eligendum, nō au
tem ad excommunicandum, niſi conſtet de proprietate: qa
hoc competit ratione proprietatis, & nō poſſeſſionis, vt no.
j. de reſtitu. ſpoliato. c. olim. 3. & ibi per Ioan. An. in glo. pe-
tebat. in princ. & de reli. do. c. cum dilectus. ¶ Octauò con-
tra iſtud oppo. & videtur, ꝙ mota lite ſuper electione, non
7 ſit electio confirmanda: † ſicut nec præſentare debet patro-
nus, pendente quæſtione ſuper iure patronatus. j. de iure pa
trona. c. ex literis. So. glo. fi. tangit, & non ſoluit. Ioan. An. di-
cit, ꝙ aliud in præſentatione, quàm in electione: ideò quia ſi
mota quæſtione ſuper præſentatione, non fuerit terminata
intra ſex, vel quatuor menſes, epiſcopus ordinabit eccleſiā:
niſi ipſe moueat quæſtionem. tunc enim non ordinat de re-
ctore, ſed de œconomo, vt no. ipſe. ſ. de of. ordi. c. cum inter
vos. & ideò non multum præiudicatur patrono, ſi interim
non præſentat. quando verò ſuper iure eligendi refertur q̄-
ſtio, dicit Hoſtien. ſe non inuenire iura limitata quæſtionis
terminandæ: ſed currit lis ſuo marte, donec fuerit termina-
ta. de elect. c. dudum. & c. ſcriptum. & c. congregato. & ideò
ſi non fieret electio, maius ex hoc præiudicium pararetur.
8 † Item collegium in eligendo innititur iuri communi. patro-
nus in præſentando innititur gratiæ. de iurepatro. c. quoniā.
vnde non mirum, ſi faciliùs impeditur patronus in præſentā
do, quàm collegium in eligendo, lit. penden. & no. iſtam dif-
ferentiam, de qua hic per Io. And. ſuper gl. fi. ¶ Nonò oppo.
& videtur, ꝙ lit. penden. potuit Papa confirmare pro libito
voluntatis: ſicut pendente quæſtione matrimonij legitimat
prolem: cuius legitimatio depēdebat à quæſtione matrimo
nij, vt j. qui filij ſint legiti. c. per venerab. §. 1. ver. de filijs. So.
ſecundùm Hoſtien. circa litis acceſſorium poteſt fieri diſpē
9 ſatio, lite pendente † quia gratia ex certa ſcientia poteſt fie-
ri quandocunque, vt ibi. confirmatio verò, cum non depen-
deat à gratia, ſed à iuſtitia, non debet fieri, niſi cauſa cogni-
ta, & partibus præſentibus. j. de elec. c. fina. lib. 6. & ideò lit.
penden. non debet interponi, vt hic. & arg. de eo, quod leg. &
no. de procurato. c. ex inſinuatione. vel dic, ꝙ lit. penden. po
teſt fieri gratia, & diſpenſatio, per quam litigantibus præiu
dicetur, vt hic. de hoc per Ioan. An. de ele. in c. dudum. j. ſup
glo. ¶ Decimò oppo. hic Papa reſtituit, ne illa ſententia no-
ceat iuri ſuo: ſed videtur dicta ſententia non poſſe nocere, Pa
pa, non citato, nec conuicto. vt. C. res inter alios acta. & c. de
maior. & obed. c. intra quatuor. dicit Inno. ꝙ non credit re-
ſtitutionē datam pro iure Papæ, cui fiebat præiudicium indi
rectè: ſed procura. monaſterij, cui fiebat præiudicium dire-
ctè: & per hanc reſtitutionem propter connexitatem releua
tur grauamen vtriuſque, argumen. ff. quemadmodum ſer. a-
mit. l. ſi communem. ¶ Vndecimò, & vltimò oppo. & vide-
tur, ꝙ ſi iſte procurator fuit negligens in exhibendo priuile
gia, non per hoc ſit eccleſia reſtituenda. ſed debet agere con
tra eum, vt in iuribus allega. in gl. hæc reſtitutio. Sol. vt in ea,
quæ vltimò dicit, ꝙ eſt in electione eccleſiæ, contra quem a-
gat, vel contra procuratorem, vel reſtitutionem petat. & hāc
tenet Hoſt. & remittit ad no. de rebus ec. non alienan. in c. ad
audientiam. ¶ Ex omnibus hic ſparſim, & confusè not. per
Io. An. prædictas op. ordinatè collegi. Reſtat vltimò vna q̄-
10 ſtio, quæ eſt talis. † Epiſcopus erat in quaſi poſſeſſione eligē
di abbatem in iſto monaſterio. modò quæro, quando dica-
tur perdere ipſam quaſi poſſeſſionem. Inno. hic diffusè pro-
ſequitur: de cuius dictis breuiter diſtinguit, ꝙ aut quæris, an
epiſcopus, viuēte abbate electo ab eo, poſſit poſſeſ. eligendi
amittere: aut vtrùm tali monaſterio vacante. Primo caſu di-
cit, ꝙ viuente abbate per ſola verba monachorum negantiū
ipſum eſſe in quaſi poſſeſ. & etiam plus eſt: ſi inſtitutus ab eo
aſſereret ſe electum à monachis, intendens interuertere qua
ſi poſſeſ. epiſcopi, non per hoc epiſcopus perderet ſuā quaſi
poſſeſſio. quia inſtitutus ab eo non poteſt mutare ſibi cauſā
poſſeſſionis, vt C. de ac. poſ. l. nemo. poteſt tamen viuente in
ſtituto, poſſeſ. amittere: puta ſi eam renunciet, vel in aliū ver
bo transferat: vel per ſententiam abdicetur ab eo, & alij ad-
iudicetur, vt no. de conceſ. præben. c. cum noſtris. Secundò
caſu, ſi monaſterium vacat, & monachi elegerunt, an epiſco
pus per talem electionem perdat ſuam quaſi poſſeſſionem.
ex diffusè hic dictis collige, ꝙ ſi talem electionem epiſcopus
ignorauit, per hoc non perdit ſuam quaſi poſſeſ. imò (quod
plus eſt) etiam ſi eo ignorante fuit talis electio confirmata:
talis enim poſſeſſio non amittitur ſine animo, vel corporali
expulſione, quæ in iuribus fieri non poteſt. ff. de acqui. poſ. l.
clam poſſidere. §. qui ad nundinas. Aduerte tamē, ꝙ ſcientia
ex poſtfacto operatur amiſſionem poſ. niſi ipſe epiſcopus
eligat infra ſua tempora, vt c. ne pro defectu. ſ. de ele. vel im
ploretur officium iudicis, quācitò poteſt, vt remoueatur de
eccleſia taliter electus: vel agat interdicto retinendæ contra
electorem. ſi enim non facit alterum ex prædictis, poſſeſ. a-
mittit. ff. ſi ſerui. ven. l. ſi fortè. §. 1. ſubdit etiam alios caſus,
quibus epiſcopus non amittit poſſeſ. per talem electionem
monachorum. puta quando eſt infirmus, vel non habet co-
piam iudicis: vel quodcunque aliud impedimentum occur-
rit. quando ergo ſcit à principio: vel ex poſtfacto monachos
eligere patitur, videtur ſuſpicari ſe poſſe repelli: & poſſeſ.
priuat, & per hoc dicit, quòd ſi ille, ad quem non ſpectabat
electio, elegit, ignorante illo, qui eſt in quaſi poſſeſ. deinde
ſciente illo, qui erat in quaſi iure eligendi, fuit electio confir
mata, valebit electio antedicta. & ſi dicas, quomodo valet e-
lectio facta à non poſſeſſore? dicit Io. And. quòd iſto caſu e-
11 tiam electionis tempore poſſidere incœpit. † Habet. n. ele-
ctio tres partes. prima eſt ipſius electionis pronunciatio. ſe-
cunda patientia illorum, quorum intereſt. tertia confirma-
tio. arg. ſ. de conſue. c. dilectus. vbi de hoc. tunc ergo dicitur
eſſe facta electio, quantùm ad effectum, quando hæc omnia
interuenerunt, ſecundùm Io. An. quod verbum no. & adde
quod no. Inno. ſ. de elect. in c. publicato. & habui de facto.
In vno ſacculo erant multi ſucceſſiuè ad diuerſa officia per
tempora exercendi. deinde tractu temporis priuatus fuit a-
liquis omnibus officijs, ad quæ fuerat poſtmodum electus.
poſt hoc fuit extractus de ſacculo, & dicebat, ꝙ dictum offi
cium non videbatur ſibi prohibitum: quia verba ſententiæ
concernebant electiones in poſterum faciendas: iſte autem
ante



[an]te ſententiam inſacculatus erat: licèt poſtea ſit extractus.
ego dicebam, ꝙ illa inſacculatio non poterat dici perfecta
electio: ſed poſt extractionem, & comproba. vt patet ex præ
dictis, & ex no. per Inno. ſ. de elect. c. publicato. & c. cum in
cunctis. §. hoc ſanè. & ſic obtinui, & quaſi omnes Docto. de
Bononia cōſuluerunt, & inter ceteros ille famoſiſſimus Do
ctor dominus Io. de Lignano.

*S V M M AE.*

1 *Eccleſia reſtituitur cōtra eccleſiam ſi grauiter læſa fuit propter pro
bationes omiſſas.*
*Et aduerſus omiſſam allegationem. 11.*
2 *Abbas poteſt præſcribere iura epiſcopalia in capellis.*
3 *Dubia probatio non releuat probantem.*
4 *Reges concedunt eccleſijs priuilegia libertatis.*
5 *Præſcriptio probatur per teſtes.*
6 *Tempus vacationis non computatur in præſcriptione.*
7 *Reſtitutio in integrum poteſt peti poſt concluſionem in cauſa.*
8 *Eccleſia fungitur vice reipublicæ.*
9 *Hoſpitale Senenſe an gaudeat priuilegijs eccleſiarum.*
10 *Res fraternitatum an gaudeant priuilegijs eccleſiarum.*
21 *Eccleſia an præſcribat contra eccleſiam ſpatio 40. annorum, vel mi
nori tempore.*

1 AVditis. † Etiam contra eccleſiam reſti-
tuitur eccleſia, quæ grauiter læ-
ſa fuit propter probationes omiſſas. h. d. & pri-
mò recitat factum. ſecundò interloquitur, ibi [licèt autem.]
¶ No. primò, ꝙ quando aliquis petit ſubiectionem in eccle
ſijs, conueniendus eſt ille, qui poſſidet ius ſubiectionis in p̄-
dictis eccleſijs. an autem illæ eccleſiæ. dic vt j. de præſcrip.
c. cui. quæ eſt pars iſtius. ¶ Secundò no. ꝙ iſte abbas niteba
tur ex priuilegio, & ex præſcriptione defendere libertatem,
& exemptionem prædictarum eccleſiarum. quomodo autē
hic concurrunt, dic vt. j. de præſcrip. c. veniens. ¶ Tertiò no.
2 † ꝙ abbas poteſt præſcribere iura epiſcopalia in capellis. qđ
dic, vt d. c. auditis. In iſta autem præſcriptione vtrùm requi-
ratur titulus, an ſufficiat bona fides. dic vt. j. de præſcri. c. 1.
3 li. 6. ¶ Quartò no. † ꝙ dubia probatio non releuat proban-
tem. probauit enim abbas exemptionem, & regum conceſ-
ſionem cuiuſdam loci, in quo erant eccleſiæ ſituatæ: ſed an
vallis de Veſtañ. eſſet ille locus, dubitabatur. debet ergo res
deducta in iudicium ita declarari per vocabula, & confines,
& alias demonſtrationes, ꝙ ſit certa: aliàs nō releuat probā-
tem. Idem in teſtibus dubiè deponentibus. j. de probatio. c.
in præſentia. facit l. forma. ff. de cen. & l. 1. §. ſi haſtam. ff. de
po. & l. ſi in rem agat aliquis. ff. de rei ven. & vide quod dixi
poſt Io. And. j. de præſcrip. c. auditis. facit quod no. Bar. in l.
non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de operis noui nunc. ¶ Quin
4 tò no. † ꝙ reges concedunt eccleſijs priuilegia libertatis. di
cit Inno. ꝙ non tenuit illa libertas: ſed libertas data per Pa-
pam, de illa faciens mentionem. vel ſecundùm Hoſtiē. tenuit
quò ad temporalia, non quò ad ſpiritualia. j. de deci. c. tua.
1. dicit Goff. ꝙ reges non donauerant has eccleſias: ſed val-
lem, in qua poterāt remittere regalia, vel iuſpatronatus re-
mittere, vel donare j. de iure patro. c. 1. lib. 6. ¶ Sextò not. ꝙ
priuilegium Cel. referebat ſe ad priuilegia regum, aliàs nō,
exprimendo locum. oportet ergo illorum regum priuilegia
exhiberi, vt dicit glo. in priuileg. &c. aliàs ſi deficit demōſtra
tum, deficit demonſtratio, vt l. in teſtamento. ff. de condi. &
demon. ſi autem in priuilegijs ſe ad alia referentibus res cer
ta demonſtratur, an ſit neceſſarium illa prima produci. dic,
vt. j. de verbo. ſigni. c. abbatem. & 100. diſt. c. morem. & fa-
cit quod no. & dixi. j. de teſti. ī c. Albericus. & c. ſignificauit.
5 ¶ Septimò nota, † ꝙ præſcriptio probatur per teſtes, & cum
quælibet præſcriptio requirat tempus continuum, vt l. 1.
§. hoc tantummodo. C. de vſuca. transf. quomodo probabūt
teſtes tempus continuatum. 40. annorum. dic, vt ff. ſo. matr i.
l. 1. p Dy. & Bar. & quod dixi in cap. ex tenore. j. de reſt. & p
6 glo. in l. 1. ff. de itine. actuque pri. ¶ Octauò not. † ꝙ tēpus va
cationis nō computatur in præſcriptione, & ſic interim dor
mit præſcriptio, ſimiliter tempus pupillaris ætatis, vt l. ſicut.
C. de præſcrip. 30. anno. iacenti verò hæreditati an currat p̄
ſcriptio, & an ipſa præſcribat. dic, vt l. nunquam. §. vacuum.
ff. de vſuc. & l. 1. §. Scæuola. ff. ſi quis in te. li. eſſe iuſ. fu. & no.
bene hunc tex. dum dicit [ſubducto.] quòd illud tempus ſub
ducitur ipſo iure, & ſic non eſt neceſſaria reſtitutio. & facit
ad no. per Inno. in c. ex tranſmiſſa. j. de præſcrip. non ſolū
ergo ſi præſcriptio ſit completa tempore vacationis, ſed ēt
poſt creationem prælati per longum tempus: nihilominus
iſtud tempus medium vacationis contingentis quandocun-
que ante præſcriptionē completam ſubducitur. an autē idē
ſit in abſentibus cauſa reipub. ſi in medio præſcriptio. cōtin
git abſentia, & poſtea dudum poſt in præſentia ſit comple-
ta: ardua eſt quæſtio, de qua in l. ſuperuacuam. C. de temp. in
7 integrum reſti. & l. quod tempore. de reſt. ¶ Nonò † not. ꝙ
poſt concluſionem in cauſa poteſt peti in integrum reſtitu-
tio. & hoc ideo, quia poſſet etiam poſt ſententiam: vnde me-
lius eſt eius iura intacta ſeruare, quàm poſt cauſam vulnera
tam remedium quærere, vt l. fin. C. in quibus cauſis in integ.
reſti. non eſt neceſſa. ¶ Decimò no. ꝙ ad ſolam aſſertionem
partium aſſerentium ſe omiſiſſe neceſſariam probationem
vtranque reſtituit, & ſic non probata læſione. quod quando
ſit faciendū, plenè in Specu. 2. parte. eo. ti. §. 2. ver. illud quo-
8 que. ¶ Vndecimò no. † ꝙ eccleſia fungitur vice minoris. di-
cit glo. ꝙ fungitur etiam vice reipublicæ: cui etiam compe-
tit reſtitutio ſi lædatur. & an hoc intelligatur de re publica
cuiuſlibet ciuitatis. vide in ſpec. in d. §. 2. ver. idem quoq;. &
ibi nò. quid de villa, vel caſtro. & per Cy. plenè. in l. reſpubli
ca. C. ex q̄bus cau. mai. Et aduerte, ꝙ hic monaſteriū appel-
lat eccleſiam. & ſic quò ad beneficium reſtitutionis mona-
ſteria dicuntur eccleſiæ. Idem in hoſpitalibus fundatis au-
9 ctoritate epiſcopi. † quid de iſtis hoſpitalibus, quæ habēt no
biles hic Señ. in quibus epiſcopi non habent inſtitutionē. di-
cit Bal. ꝙ non habent priuilegia piæ domus, poſtquàm non
ſunt epiſcopi auctoritate fundata, vt no. 18. q. 1. c. quidam.
& in Cle. quia contingit. ad finem. de religi. do. & præſiden-
tes talibus hoſpitalibus nō gaudent priuilegio clericorum,
vt no. in Spec. de ſtatu mona. ver. 36. nomine ergo talis hoſpi
talis non poſſet peti in integrum reſtitutio. Non ob. C. de e-
piſco. & cleri. l. orphanatrophos. quia debet intelligi de ho-
10 ſpitali legitimè conſtructo. ¶ † Quid de rebus fraternitatū.
iſtæ enim fraternitates ſunt licitæ, & capaces, vt nota. 11. q.
1. c. ſi qui clericorum. dic, ꝙ licèt ſit pium collegium: nō ta-
men habet priuilegium. & iſta no. Bald. in Authen. hoc ius
porrectum. C. de ſacroſan. eccle. ¶ Duodecimò no. ꝙ vna ec
cleſia reſtituitur contra aliam. & ſic priuilegiatus contra pri
uilegiatum vtitur priuilegio ſuo. de quo per. Cyn. in Authē.
quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. Et aduerte quia text. di-
cit, ꝙ vna reſtituta, reſtituatur & alia. & hoc ideò, quia vtra
que priuilegiata, vt dixi. Pars enim monachorū omiſit pro-
bare, quòd eſſet ille locus, pars epiſcopi vacationem eccle-
ſiæ. Si autem minor litigat cum maiore: licèt minor con-
tra confeſſionem ſuam reſtituatur: non tamen maior con-
tra ſuam propriam: ſed ad ea tantùm reſtituitur, quæ
cohærent confeſſioni minoris. ff. de mino. l. ſi ex cauſa.
& l. cum minor. & in his, quæ fiunt extra iudicium,
ſicut minor reſtituitur, ita & maior, vt l. 1. C. ſi aduer.
tranſac. & tetigi. ſ. c. 1. & ad hoc vide l. no. ff. de mino. l.
ſi minor circumuento. ¶ Tertiodecimò not. † ꝙ aduerſus o-
11 miſſam allegatiōem eccleſia reſtituitur. & ſic omiſſio nō eſt
delictum. quia tunc non reſtitueretur eccleſia, ſicut nec mi-
nor, vt l. auxilium. §. in delictis. ff. de mino. & hoc verum, quā
do

tem.& iſta ſunt vera, ſecundùm Innocen.quia dictæ excep.
in modum declinatoriarum iudicij proponuntur: quod fre-
quenter accidit in literis de ſimplici iuſtitia impetratis. ſi
autem in modum peremptoriarum iudicij proponantur
(vt patet in literis gratioſis ad obtinenda beneficia impetra

tratis:)tunc omnino dãda eſt reſtitutio,cum apparet, quòd
tali excep.probata aduerſarij, perimitur intentio principa-
lis,vt patet ex no.ſ̃.de æta.& qualita.c.accepimus. de offic.
deleg.c.prudentiam.§. ſexta. ſed ſuper declinatorijs fori de
negatis non audietur per viã reſtitutionis:ſed bene per viam
appel.vt dictum eſt.Sed dices.ſi appellauit,& ſuccubuit, vel
quia non fuit app.proſecutus, immiſſionem paſſus fuit : er-
go illa exceptio declinatoria attulit ſecum magnam læſio-
nem,& per conſequens reſtitutio concedenda. dicit Innoc.
quòd dicta exceptio reiecta non attulit hoc grauamen, ſed
culpa ſubſequens, ſcilicet appellãdo iniuſtè, vel ap.non pro
ſequendo: vnde ſi non appellet à diffinitiua, quæ ſubſequi-
tur, vel ab interlocutoria,mittendo,ſibi imputet:quia pro-
pter talẽ euentum ſubſequẽtẽ non erit reſtitutio conceden
da. ff. de mino.l. verum.aduerſus ergo ſententiam ſubſequẽ
tem,vel miſſam poterit implorare reſtitutionem. & ita te-
net Innocen. etiam in dilatoria ſolutionis, vt non detur con
tra ipſam non oppoſitam in termino, vel oppoſitam, & reie
ctam.Hoſtien.dicit, quòd cum in iure non reperiat expreſ-
sè cautum, quòd in prædictis caſibus reſtitutio denegetur,
non audet aſſerere hoc ideò eſſe verum.dicit ergo,quòd ſibi
videtur hoc iudicis arbitrio relinquendum. In amiſſione e-
nim,vel repulſione dilatoriæ poſſet eſſe læſio enormis (puta
in excep. ſolutionis non oppoſita infra terminum) ſi enim
erit magna quantitas, & dilatio longa, negari non poteſt,
quòd læſio non ſit magna.quia tempore plus,& minus peti-
tur.ĩ.de plus peti. ponderata ergo tali læſione ſecũdùm ſub
ſtantiam veritatis,potius,quàm iuris ſubtilitatis, erit conce
denda reſtitutio,vel neganda : & ideò diſtinguebat Goffre.
inter excep.dilatoriam ſolutionis:& ad hãc reſtituitur. quia
expedit multum non ſoluere ante tempus.vnde ſi fideiuſſor
hanc omittit, non nocet principali,& inter exceptionem de
clinatoriam fori,de qua non multum curandum. vnde non
præiudicatur fideiuſſori,ſi ipſam omittit.ff.mandati.l.ſi fide
iuſſor.§.quædam.diſtingue ergo,quòd aut quæris, an reſti-
tuatur eccleſia aduerſus exceptionem peremptoriam:& re-
ſtituitur. aut contra exceptionem dilatoriam:& tunc aut eſt
mixta elidẽs iuriſdi.& eſſe principalem:& idem.aut eſt me-
rè declinatoria:& tunc aut ex eius omiſſione, vel probatio-
ne omiſſa ſequitur magna læſio : & reſtituitur. aut parua:
& non datur reſtitutio,vt ex prædictis apparet. & vide quæ
dixi.ſ̃.e.c.auditis.An reſtituatur ad teſtes producẽdos poſt
didicita teſtificata:& an reſtituatur ad opponendum crimi-
na, vel defectus.dic vt ibi,& facit quod no.in l.minor.25.an
nis omiſſam.ff.de minoribus.

*S V M M Æ.*

1 *Minor reſtituitur in eo,quod contraxit,vel omiſit,ſi probat ſe exinde læſum.*
2 *Pater non poteſt rem filij ſui alienare.ſed ea tantummodo frui.*
3 *Pater poteſt emancipare filios minores.*
4 *Reſtitutio datur minoribus ad lucrum perditum.*
5 *Minor, qui petit reſtitutionem, ſufficit ſi dicat, ſe non modicè læſum.*
6 *Nullitas, & læſio quando deducuntur in iudicio, iudex debet attẽdere ad formam pronunciationis.*
7 *Temporales præſcriptiones inductæ à iure non currunt minoribus.*
8 *Hæres non poteſt venire contra factum defuncti.*
9 *Solemnitas quæ requiratur in alienatione rerum minoris.*
10 *Minor curatorem habens an poſſit contrahere ſine eius auctoritate.*

1 COnſtitutis. †Reſtituit minori eo, qđ
cõtraxit,vel omiſit,ſi pro
bat ſe exinde læſum.& fit infra tpa reſtitutionis pe

tendæ.h.d.Et in prima partis petitio, ſuper qua. ſecũda dat
iudicẽ ¶ No.primò,ꝙ iſte.V.egit ꝓ ſe, & fratre ſuo canoni
co,& petebat in integrum reſtitutionẽ pro ſe, & fratre ſuo,
& fuit admiſſus ad iſtam reſtitutionem.& ſic coniuncta per
ſona admittitur pro coniuncta in caſibus,qui requirunt ſpe
ciale mandatum.ſed l.pater.ff.de minori. concedit hic patri
tantummodo,& non alijs coniunctis.poteſt dici, quòd hic
non præciſè iſte frater ſuo,& fratris nomine agens intenta-
uit reſtitutionem:ſed ipſam,& commune remedium nullita
tis ſubalternauit propter probabile dubium, vt j.dicam.
& ideò tali caſu ſicut admittitur incerta petitio contra iura,
ita perſona aliàs inhabilis admittitur.quod not. Et aduerte
qa non dicitur in tex.an iſti,contra quos egerunt,eſſent lai-
ci,vel clerici.ſi enim fuerunt laici,quo iure tracti coram Pa-
pa ſuper iſta cauſa reſtitutionis,non video.& oportet dice-
re,ꝙ emptor.fuerint laici:niſi dicas,ꝙ etiam clerici ementes
bona teneantur obſeruare conſuetudinem laicorum ſuper
rei emptæ relaxatione,& pretij recuperatione. hæc autem
an ſint vera, cogita. ¶ Secundò nota, quòd maritus habe-
bat rem communem cum vxore: qualiter autem hoc poſſit
eſſe,dic,vt in glo.ſi pater.ſuper qua dicit Ioan.An. ꝙ iſte lo
quitur ſecundùm loci conſuetudinem,ſecundùm quã quic-
quid alteri coniugum obueniebat,erat vtrique cõmune.cõ-
cor.quod no.Io.de doñ. inter vi.& vxo.in c.2.¶ Tertiò no.
ꝙ iſte pater habebat rem communem cum filio. & vt ꝓ par
te filij contractus eſſet efficax,emancipauit,& fecit eum cõ
2 tractui conſentire.ex quo collige † ꝙ pater non poteſt rem fi
lij ſui alienare,ſed ea tantummodo frui,vt l.1.& l.cum opor
tet.C.de bo.quæ lib.vbi de vſufructu patris quid iuris, ſi e-
mancipet filium. Aduertendum etiam,ꝙ pater vendidit poſ
ſeſsionem.& fecit filios emancipatos conſentire contractui,
& erant iſti minores.vtrùm ergo pater vendiderit vt cura-
tor filiorum,vel iure patris, non declarat tex.& pro tanto in
fra dicit,ſi fuit ſolemnitas obſeruata, vel non. poteſt enim
pater eſſe tutor filij impuberis emãcipati, & etiam curator,
ſi fuerint adulti:vt ſic tam tutela eius,quàm cura,dicatur le
gitima,vt no.in l.amiciſſimos.§.Lucius.ff.de excu.tu.& tene
bitur iſtis caſibus pater reddere rationem adminiſtrationis:
ſecus quando adminiſtrat bona filiorum iure patris ratione
vſusfru.vt l.ſi ſuperſtitem.C.de dolo.& coniuncta l. cum o-
portet.de bon. quæ lib. facit quod not.in l.ſi is.ff.de tu.& cu.
da.ab his.debet ergo pater,ſi vendit rem filij,vt curator ſer-
uare ſolemnitatem,vt l.cum emancipatur.C. de prædis mi-
3 no.¶ † Quartò no.ꝙ pater poteſt emãcipare filios minores:
an autem poſſit cogi emancipare filios,vel ipſos inuitos poſ
ſit emancipare dic,vt no.Inſti.qui.mo.ius pa.po.ſol. §.fina.
& vide in Spec.de na.ex li.ven.ad fin.& ibi de forma eman-
cipat.facit C.de eman.li.in fi.¶ Quintò no.ꝙ in eodem libel
lo agebant iſti ad eandem rem varijs action. & ex diuerſis
cauſis.ad partem enim ſuam agebant de nullitate, & reſtitu
tione,tanquam contractus eſſet nullus,vel ſi aliquis, reſcin-
dendus: ad partem verò obuentam à patre agebant, pretiũ
offerentes.facit l.non eſt nouũ.ff.de acti.emp.& l. ſi ex mul
tis.C.de an.excep.¶ Sextò not.quòd iſti dicebant contra-
ctum nullum. & ſi aliquis appareret, reſcindendum per re-
ſtitutionis beneficium. Contraria ergo remedia ad eundem
finem tendentia(ſcilicet ad reſciſſionem actus,)videntur poſ
ſe cumulari in eodem libello.de quo hic per Inno.& j.dicã.
facit l.contra maiorem.C.de inoffi.teſtam. & c. nullus pluri
bus.de reg.iur.lib.6.per Dyn.& in l.cum filius. §. varijs. de
leg. 2. ¶ Septimò not. quod vnus iſtorum fratrum erat ca-
nonicus,& vſus fuit conſuetudine laicorum. & ſic conſuetu
do ciuitatis videtur etiam ad clericos extendi. facit ad not.
per Barto.in l.omnes populi. ff. de iuſt.& iure.,ad hoc cap.
cum veniſſent.infra de eo qui mit. in poſſeſ. vbi etiam in fo
ro eccleſiaſtico ſunt ſeruanda,vt not.in l.ex ea.ff. de poſtu.
4 ¶ † Octauò etiam ex hoc no.quòd ad lucrum perditum da-
tur minoribus reſtitutio,vt ff.de mino.l.ait prætor.§.hodie.
quandoque enim confines fundos ſuprà iuſtam æſtimatio-
nem intereſt noſtra acquirere.& iſta erat ratio huius cõſue-
5 tudinis,vt l. ſi cui.ff.de leg.2. ¶ † Nonò no.ꝙ minor, qui pe
tit reſtitutionem, ſufficit, ſi dicat ſe non modicum læſum:
qa ꝓ modico non daretur reſtõ,vt l.ſcio. ff.de reſti.in integ.
læſio.ergo ſufficit deducere generaliter in libello:ſed in pro
ſecutione cauſæ debet ſpecificè declarari. & hoc dicit Inno.
j.de lib.ob.cap.fin.facit l.in actione.ff.de fur.& quod no.in
l.1.§.ſi quis argentum.ff. depoſiti. ¶ Decimò no.ꝙ conſue-
tudo erat,quòd liceret infra annum,& diem ſoluere empto
ribus pretium:& tamen ſoluendo hæredi emptoris videtur
ſufficere,vt hic patet.In perſonam ergo hæredis obligati po
teſt impleri conditio legalis.idem ſi conditionalis diſpoſitio
oriatur ex vltima voluntate,vel contra&u. ſed econuerſo ex
parte debentis implere an facultas implendi tranſmittatur
ad heredem.in contractibus,& vltimis voluntatibus dic per
Bar.in l.ſi decem cum petiero.ff.de verbo.obligatio.& adde
bonam l.ad hunc tex.ff.de pac.inter empt.l.2.vbi not.an hæ
res ſicut principalis poſsit ex pacto defuncti recuperare rẽ,
pretium offerendo.¶ Vndecimò no.quòd ille, qui agit, ſuf
ficit, ſi dicat in libello ſe paratum ſoluere pretium.& ſic illa
l.Iulia.§.offerri.(quæ dicit, quòd emptor, qui agit ad rem,
debet offerre pretium) debet intelligi, quòd dicatur offer-
re, ſi offerat ſe paratũ:& etiam ſi non tradat, cum agit, ſuf-
ficiat hoc. ante tamen,quàm venditor condemnetur, debet
facere quod obtulit.ad hoc optimè l.ſi fundus. ff. de reſcin.
ven.dixit tamen Barto. quòd iura, quæ dicunt, ſi paratus
eſt ſoluere,debent intelligi, quòd vadat cum pecunia in ma
nu,per l. ſeruus ſi hæredi. in fin. de ſtatuli. & l.qui decem.§.
idem reſpondet. de ſolu. ita not.in l.prætor ait.§.ſi paratus.
de ope.noui nunc.facit quod no.Ioan. And. de elect. cap.vt
6 circa.in glo.ſuper verbo.præſtito. ¶ † Duodecimò not. in
verſi.quo circa.quòd cum nullitas, & læſio deducantur in
iudicio, iudex debet attendere ad formam pronunciatio-
nis.ſi enim reperit contractum nullum, propter omiſſam ſo
lemnitatem, debet decernere ipſum nullum.ſi autem repe-
rit ipſum ſolemnem, ſed minorem in modico læſum, debet
ſubuenire per reſtitutionis beneficium. Quid ergo ſi ſit a-
ctum altera via tantùm; quia egit dicens nullum, ſed depre-
hendit aliquis, ſed enormiter læſus, vel ecõuerſo. dic vt no.
Innocen.ſupra de offi.deleg.cap.cum contingat. & eſt ma-
gna differentia,an ſit nullus,vel aliquis, ſed reſcindendus tã
propter longiorem viam vnius remedij. ſcilicet nullitatis:
quàm alterius,ſcilicet reſtitutionis,quadriennio finiendæ.fa
cit l.ſi quidem.C. de prædijs mino. ¶ Decimotertiò not. ꝙ
ex eodem iudicio conſequitur quis reſciſ.contractus,& rem
traditam ex contractu. & aduerte: quia ſe obtulerunt ſolue-
re pretium portionis patris :non autem quæ obuenit eis ex
materna ſucceſſione.Sed dic,quòd etiam illud reſtituere te-
nentur, ſi fuerit in eorum vtilitatem conuerſum: aliàs non,
ſi contractus non tenuit. quod dic vt l.ſi prædium.& l.præ
diorum. ff. de prædijs minorum. ¶ Decimoquartò nota,
quòd debet offerre pretium. quid ergo ſi emptores no-
lint recipere.dic,quòd debet deponi in ædem ſacram.quod
dic, vt C.de vſur.l. acceptam. Remittit Hoſtien. ad ſum-
mam de ſolu. ſub rubrica de obliga. ¶ Oppo. hic fuit ad-
miſſus libellus alternatiuus. Sed contra hoc oppo.& vide-
tur, quòd non debuerit admitti, vt. ff. de iniu. l. prætor.
§. quod autem. & l.vbi autem. §. qui illud. ff. de verbo.o-
bligatio.& l.ita fidei. ff.de iure fi. ſo. dicit Hoſtien.illi ſub-
tilitati de ſimplicitate canonum non eſt locus. infra de iu-
di.cap.dilecti.Innocen.dicit,quòd vbicunque quis probabi
liter dubitat, non ſolum ratione alterius facti, ſed etiam
proprij, poteſt in eodem libello plures proponere act. nec
cogitur eligere,etiam ſi ſe non compatiantur adinuicem,vt
hic, & l.1. §. quia autẽ.ff. quo. leg.vbi autem dubium non
eſt



eſt probabile:tunc cogitur eligere,vt l.quod in hæredem. §.
eligere.ff.de tribu.& aduertendum, ꝙ non ſolum deducere,
ſed ẽt proſequi poſſum ambas,qñ probabiliter poteſt dubi
tari,ſubiuncta proteſtatione,ꝙ ſuper quacunq; actione pro
bet intentionem ſuã,ſibi ſufficiat,vt d.§.quia autem.& pro
tanto recipitur iſta.peto rem iure dñij, vel quaſi, vt.j.de re
iud.c.abbate ſanè.lib.6.Vel dico ſententiam nullã,& ſi qua
eſt,appello,vt plenè.j.de app.c.dilecto. In iſtis ergo fratri-
bus, de quibus in iſto cap.fuit probabile dubium:quia pro
pter ætatis defectum tempore contractus non apprehende
runt,vel nũc nõ memoratur,an interuenerit debita iuris ſo-
lemnitas,necne. facit.j.qui ma.ac.poſ.c.fin.& de ſen. excõ.
c.cum illorum.ad fin.ad materiam facit l.1.C.de fur. & qđ
no.Dyn.in d.cap.nullus pluribus,& j. de elect. cap. vt quis
duas.lib.6. ¶ Secundò opp.dicitur hic, ꝙ aduerſus lapſum
anni petijt,ſe admitti beneficio reſtitutionis. Sed contra op
po. & videtur, ꝙ ipſo iure ſeruetur illæſus. C. in quib. cau.
in integrum reſtitu,non eſt ne.l.fin.So. dicit Goff.ꝙ ita erat
7 conſuetudo loci, ꝙ curreret etiam minoribus. Inno. † di-
cit temporales præſcriptiones inductas à iure non currere
minoribus: quia illas l. potuit prohibere: conſuetudinariæ
verò currunt,quas lex non prohibuit,vt hic. & de conſti. c.
1.lib. 6. Idem Gui.in Specu.eo.tit. §. 2.ver. hoc autem.vbi
etiam tractat de biennio excep. non nu. pec. & quod dicit
Inno.de conſuetudinarijs, idem ſecundùm Ioan. And.in cõ
uentionalibus,vt. ff. de mino. Tu poſt Cyn.latius ſic diſtin-
gue. cum quæritur, qualiter minor iuuetur contra curſum
temporis: aut tempus cœpit contra maiorem prædeceſſo-
rem ſuum:aut contra ipſum. Primo caſu,aut quæritur de tẽ
pore præſcrip.conuentionalis: & iſtud currit cum effectu,ſe
cundùm Iac. de Are. vbi currit ipſo iure. & diſtinguit ita.
aut eſt tempus, quod currit ad corroborationem contra-
ctus habiti cum defuncto: & tunc currit cum effectu, vt d.l.
Aemilius.aut non procedit ad confirmationem contractus
ſic habiti cum defuncto (vt eſt præſcriptio, quæ currit ſine
contractu defuncti.)& tunc currit:ſed datur reſtitutio. Fal-
lit in præſcriptione 30. annorum, quæ dormit in pupillo,
vt l.ſicut.C.de præſcrip. 30. anno.Secundo caſu quando cœ
pit contra ipſum minorem. aut eſt talis præſcriptio, quam
ius vetus volebat currere cum effectu: & tunc illa currit e-
tiam hodie cum effectu. aut eſt talis, quam volebat curre-
re,ſed nõ cũ effectu:& tũc illa regulariter non currit. Hodie
fallit in caſibus,vt l.properandum.§.fin.& in conſuetudina-
ria,vt hic. & de hoc per Cyn.in d.l. fina. C. in quibus cau.in
integrum reſtitu. non eſt neceſ. Etiam vide quod no.Bart.in
l.cum filius.§.in hac.ff.de verbo. obligatio. de obligatione,
quæ deſcendit à defuncto transfuſa in minore,qualiter in ip
ſa obligatione vtatur priuilegio minoris ætatis:quæ quæſtio
adaptatur etiam ad eccleſiam ſuccedentem priuato.facit l.ſi
ſcus. de iure fiſci. ¶ Tertiò oppo.de l.dudum.C.de contra-
hen.empt.vbi reprobat conſuetudinem, quæ vetat quærere
emptorem libero arbitrio. Solu. illa lex probat conſuetu-
dinem præcedentem ipſam legem, ſed ſequentem non vi-
detur reprobare: iſta eſt vna ſolu.Cyn.ibi.& concor. quod
not.j. de elect.c.ſtatut.in Cle. vel aliter ſecundùm Hoſtien.
illa lex permittit ad voluntatem emptoris quæri, nec hoc
prohibetur: ſed permittebat, quòd proximus infra annũ,
& diem haberet ius offerendi.quod nec ibi negatur: imò vi
detur permitti ibi,dum dicit [vbi lex aliquas perſonas.]&c.
ſupple vel[aliquibus ius offerendi concedat]&c. Et circa in
terpretationem huius ſtatuti loquentis tantummodo de cõ
tractu venditionis, an comprehendat contractum dationis
in ſolutum. vide in Specu.de empt.& ven.§.nunc videndum.
ver.ſed pone ſtatutum.Et an habeat locum in permuta.de-
terminauit Odo.quòd non: quia hoc verbum emptio,ſumi-
tur ſtrictè. ſic ff. de pigno. l. in quorum. donatio. autem ſi-
militer non videtur includere: quod patet.quia emphiteuta
donat meliorationes ſuas, licèt non vendat.facit quod not.
Ioan.And.j.de loca.cap.potuit.ſuper 3.glo.¶ Quartò opp.
dicitur hic,quòd iſti filij egerunt ad reſciſſionem cõtractus
celebrati à patre: & tam pro portione patrem tangente,
8 quàm ſuper propria,fuerunt auditi.Sed contra:† quia hæres
non poteſt venire contra factum defuncti, vt l. quæ à patre.
C.de reſti.mi.& l.cum à matre.C.de rei vendi. Solu. ſi dica-
mus iſtos filios fuiſſe hæredes patris,etiam ipſorum partem
malè alienatam non videretur poſſe vendicare, nec contra-
ctum reſcindere: ſed nihil dicitur in tex. quòd fuerint hæ-
redes patris.vnde ſi fuiſſent hæredes patris, verè opi.eſt for
tis, & recurre ad not.plenè in d.l.cum à matre.& l.fina.§.in
computat.C.de iure deliberan.¶ Quæro.dicitur hic,ſi iuris
9 ſolemnitas eſt omiſſa: quæro, † quæ ſolemnitas requira-
tur in alienatione rerum minoris. dicit glo. quòd auctori-
tas curatoris,vel tutoris, & decretum iudicis. Si enim mi-
nor curatorem habens contrahit ſine eo,contractus eſt nul
lus.ſi curatorem non habet, valet contractus, ſed reſtitui-
tur. Ita dicit l. ſi curatorem habens. C.de in integrũ reſtitu.
mino. Et aduertendum, quia ibi minor curatorem habens
æquiparatur prodigo:vnde ſicut prodigus non poteſt ipſo iu
re contrahere ſine auctoritate curatoris: ita nec adultus,ha
bens curatorem. Et iſtud eſt verum, quatenus ſe extendit
officium curatoris:ſed quatenus ſe non extendit,iſte minor
videtur carere curatore, & valet mero iure. Quod facit,vt
l.1.§.fuit quæſitum.ff. ad Trebel.vbi glo.magiſtra. Aequi-
paratur etiam pupillo minor curatorem habens:niſi quò ad
quædam, vt in vltima voluntate. poteſt enim adultus teſta-
ri, codicillari, & donare cauſa mortis ſine curatoris aucto-
10 ritate, vt l. Aurelio. §. fina. ff. de libe. leg.¶ † Sed hic inci-
denter quæritur,an minor curatorem habens poſſit contra
here ſine eius auctoritate,ſed iudicis. glo.tenet quòd non in
l.fin.C.ſi propter pu.pen.Alij dicunt,quòd auctoritas decre
ti ſupplet defectum tutoris, & curatoris,vt.ff. de mino.l. ait
prætor.§.permittit.& l.bonorũ.C.qui admit. ad bono.poſ-
ſeſſ.poſ.tutius eſt tenere,quòd non poſſit cũ ſolo decreto,vt
no.Bald.in d.l.ſi cura.habens. & ibi reſpondet ad contraria,
vbi dicit, quòd etiam ſi minor careat cura.non poterit con-
trahere cum ſolo iudicis decreto. Non obſt.l. bonorum. &
l.ſi infanti, in fin.de iure deli.quia loquuntur in actu, qui or
dinatur principaliter ad acquiſitionem, non ad alienatio-
nem: & ideò ibi fortius operatur decretum, licèt illi acqui-
ſitioni quædam obligatio incidat, vt not.in d. l. ſi infanti.
Non obſt.§.permittitur. quia minor ibi auctoritate iudicis
recepit debitum à debitore, quod ille ſoluere,& iſte recipe-
re tenebatur. In his ergo,quæ incumbunt ipſis minoribus,
vel eis expediunt, ſi minor.carent tutore,vel curatore, au-
ctoritas iudicis poteſt ſupplere: ſecus in præiudicialibus,
& damnoſis, ut in alienatione: quia tunc nulla l. cauetur,
quòd auctoritas,& decretum iudicis ſuppleat curatoris de-
fectum. Idem dicit ipſe in dicta l.ſi curatorem habens.

*SVMMAE.*

1 *Ordinarij cognoſcunt de cauſa reſtitutionis.*
2 *Cauſa reſtitutionis in integrum poteſt delegari.*
3 *Reſtitutio in integrum quandoque petitur principaliter,quandoque incidenter.*
4 *Ordinarij iudices ſine adminiſtratione poſſunt cauſas delegare.*
5 *Compromitti non poteſt in arbitrum de cauſa reſtitutionis in integrum.*
6 *Arbitri non cognoſcunt de cauſa matrimoniali, liberali, & criminali.*
7 *Delegatus ſi tulit ſententiam:an poterit aduerſus ſententiam coram eo peti reſtitutio.*

CAuſa. Se ſummat, docẽs, qui iudices poſ-
ſint reſtituere.& ſumitur ex l.fin.C.
vbi & apud quos. partes patent:nam prima pars
loquitur de ordinarijs habentibus adminiſtrationem, vel de
legatis ipſorum. Secunda pars de delegatis non habentibus
adminiſtrationem,& de arbitris.Tertiam annectit incíden-
ter,& non facit ad ti.præmitte,quot ſunt genera cauſarum,
& iudicum iuriſdictionem habentium cognoſcendi cauſas
1 prædictas,vt no.in l.placet.1.C.de peda.iudi. ¶ †Nota pri-
mò,ꝙ ordinarij cognoſcunt de cauſa reſtitutionis. & ſic cũ
ordinariorum aliqui habeant iuriſdictionem ſimplicem:ali
qui merum:aliqui mixtum imperium, vt d.l. placet.& plenè
s̃.de offi.ordi.c.cum ab eccleſiarum.per Inno.& l.& quia.&
l.more maiorum.de iuriſ.om.iud.de quolibet ordinario iu-
riſ.habente intelligit c.illud,cum generaliter loquatur, vt l.
1.§.& generaliter.de leg.præſtan. Aduertendum tamen, vt
credo,ꝙ ordinarius in cauſis ſimplicis iuriſdictionis nõ co-
gnoſcet de cauſa reſtitutionis ſuper cauſis mixti imperij : vt
ſic eiuſdem naturæ ſit cauſa reſtitutionis,cuius eſt cauſa pri
cipaliter intentata:ſicut eſt eiuſdem naturæ contractus,cu-
ius eſt diſtractus,vt l.ſi vt proponis.C.de nupt.& in Authen.
contra.C.de diuor.& l.nihil tam naturale.de reg.iur. dubiũ
mihi remanet,an coram alio ordinario , quàm illo,qui tulit
ſententiam,poſſit peti reſtitutio contra ſententiam alterius
ordinarij,cum reſtõ poſtuletur regulariter coram eo,qui tu
lit ſententiam,vt l.præfecti.ff. de mino.& præſuppono,ꝙ il-
le alius ordinarius eſſet principaliter iudex cõpetens, vt con
tingit in ſcholari,qui habet Poteſtatem,epiſcopum,& docto
rem : an ergo contra ſententiam per epiſcopum latam poſ-
ſit peti reſtitutio coram Poteſtate,arg.ꝙ ſic : quia in eo non
exigitur aliud , niſi ꝙ ſit ordinarius adminiſtrationem ha-
beus.illud autem eſt certum,ꝙ minor contra ſententiã ma-
ioris non reſtituit:ſed quilibet ordinarius contra ſuam,& in
ferioris ſententiam reſtituit, vt ff.de mino.l.in cauſæ.§.pe.&
l.præfecti.& l.ſeq.ſicut ergo coram ſuperiore poteſt peti re
ſciſſio ſententiæ inferioris per viam appellationis,& nullita
tis iuxta no.per Bar.in l.ſi expreſſim.de app.ita & per viam
reſtitutionis in integrum,vt ex prædictis patet. ¶ Secundò
2 no.†ꝙ cauſa reſtitutionis in integrũ poteſt delegari. de quo
in glo.& ſic delegati.& quod no.in d.l.placet.de peda.iud.
3 ¶ Tertiò no.†ꝙ reſtitutio in integrum quãdoq; petitur prin
cipaliter, quandoque incidenter.& in caſu , quo principali-
ter,requiritur lit.cont.ſecus ſi incidenter.s̃.de offi.iud. c. 2.
eſt & alia differentia, ſecundùm Hoſt. quia cum principali-
ter petitur,non requiritur ſummaria iudicis cognitio , imò
eſt omnino petitio admittẽda.vbi verò incidit,habet locum
officium iudicis mercenarium.& eſt examinatio ſummaria
facienda prius,quàm ſuper læſione probationes aliquæ ad-
mittantur,vt s̃.eo.c.auditis.licèt aliter not. Inno. s̃.eo.c.cum
ex literis.in fi.¶ Quartò no.ꝙ aliqui ſunt iudices cum admi
niſtratione:aliqui ſine adminiſtratione. de vtriſque exempli
ficat glo.vt illi qui dantur &c.Io.An.exemplificat in docto-
re,qui poteſt audire cauſas ſcholarium,ſi ſe ſubiecerint ſibi,
vt in Auth.habita.C.ne filius pro patre.non placet iſtud exẽ
plum: quia iudicium doctoris quandoque redderetur inui-
tum , vbi eius forum contingeret declinari.ponit ipſe aliud
exemplum in epiſcopo,qui renunciauit epiſcopatui.de ord.
ab epiſcopo.c.1.Ego exemplifico in iudicibus cartularijs.i.
notarijs,qui dicunt in inſtrumentis,[Ego talis notarius, &
iudex ordinarius]&c. dicuntur enim iſti ordinarij:quia ſunt
creati ab Imperatore, vel habẽte ab eo auctoritatem,& poſ
ſunt,vt dicit glo. dare tu.& cura.& facere præcepta in volẽ-
tes,& habent executionem paratam,ſicut ſententię,poſtquã
ſponte aliqui ſe ſubijciunt tali iuriſdictioni. & de iſtis iudici
bus cartularijs no.glo.in l.1.ff.de iud.& Bar.in l.1. de tu. &
cu.da.ab his.& l.fi.C.vbi,& apud quos.per Cy.Comites etiã
palatini dici poſſent eiuſdem naturæ.& vide quod no.C. vt
dig.ord. ſer.l.2.vbi ponuntur.5.ordines dignitatum. ¶ Quĩ
4 tò no.†ꝙ ordinarij iudices ſine adminiſtratione poſſunt cau
ſas delegare,quorum delegati non cognoſcẽt de cauſa reſti
tutionis:qa nec ipſi ordinarij ſine adminiſtratione hoc poſ-
ſent, vt no.in l.fi.C.vbi & apud quos.& idem hic Vin. Inno.
Hoſt.Pe.& Ab.& in Spe.2.parte.eo.ti.§.videndum. in prin.
& videtur expreſſum in d.l.fi.ibi[has cauſas audire,qui cer-
tæ adminiſtrationi,cui iuriſdictio adhæreat,præpoſiti ſunt.]
5 ¶ Sextò no.†ꝙ de cauſa reſtitutionis in integrum nõ poteſt
in arbitros compromitti , nec ſimiliter de quibuſdam alijs,
vt in tex.ver.fi.& intellige hic de arbitrio,ſiue cum pœna,ſi-
ue ſine, vt d.l.fi.Incidenter tamen de cauſa reſtitutionis co-
gnoſcit arbiter, vt hic.quod intelligit Inno.ꝙ arbiter cogno
ſcit de reſtitutione,non vt ipſam concedat:quia eſt mixti im
perij, vt.ff.ad muni.l.ea quæ.ſed cognoſcit ad hũc finem, vt ſi
viderit perſonam,cui reſtitutio cõpetat,in aliquo læſam(pu
ta quia infra terminum non produxit teſtes, vel inſtrumen-
ta)iterum ei terminum aſſignabit.& allegat Ho. ll.quas glo.
allegat,& no.j̃.de ord.cog.c.1.remittit ad ſummam eo. tit.
§.à quo facienda.Cy.non tenet cum Inno.imò dicit, ꝙ ſi læ
ſio contigerit incidenter,poterit arbiter reſtituere . ita dicit
6 in l.fi.C.vbi,& apud quos. ¶ †Septimò no.de cauſa matri-
moniali,liberali,& criminali arbitri non cognoſcunt. con-
cor.de arb.l.non diſtinguemus.§.Iul.& §.de liberali,& quid
iuris de cauſa monachationis, & conuerſionis, & quid de
cauſa alimentorum.& quid de cauſa tutelæ , quam petit ma
ter contra tutores teſtamentarios,vide in Spec.de arbi. §.re
ſtat.ver.ſed nunquid compromiſſum.& ver.quid ſi iuris.
Idem in cauſa iniuriarum ciuiliter , ſiue criminaliter mota.
quia de ipſo non poterit compromitti , cum infamet. ff. de
his qui no.infam.l.athletas.§.fina. ¶ Oppo. dicitur hic,
ꝙ cauſa reſtitutionis põt delegari.cõtra de l.nec quiq̃. §.vbi
decretum ff.de offi.procon.& leg.ſed nihil facit.quia reſti-
tutio non requirit decretum,licèt cauſæ cognitionem,quam
requirit quælibet cauſa. magis obſtat.l.ea quæ.ad muni.So-
lu.vt in glo.& ſic delegati. ſimilis glo. eſt in dicta l. fina. C.
vbi,& apud quos.Ioan.And.dicit,quòd l. ea quæ. loquitur
de alia reſtitutione, ſcilicet de illa , quæ fit famæ , & bonis
omnibus , quam non facit niſi princeps,vel ſenatus.ff.de po
ſtu.l.1.§.de qua.2.quæſt.3.cap.notandum. & per hoc dico,
quòd cum reſtitutio competat cõtra contractus, & omnem
læſionem enormem,illius naturæ erit cenſenda quò ad de-
legationem prohibitam , vel permiſſam , cuius naturæ eſt
cauſa,ſuper qua verſatur , cum adaptetur ad quamlibet di-
ſpoſitionem , ſicut tranſactio.¶ Secundò oppo. dicitur hic,
quòd arbiter incidenter cognoſcit de reſtitutione. contra
quia non eſt ſibi commiſſa,ergo &c. vt.j̃.tit.2.cap. cum di-
lectus. Solu.vt in glo.principaliter enim. ad fin. non enim ſi
incidenter occurrit , poteſt dici alia cauſa : ſed cohærens
primæ, & ex ea oritur, vt dicit tex.in l.per hanc C. de tem-
po.in integ.reſtitu. ¶ Tertiò oppo.& videtur,quòd de cau-
ſa matrimoniali , & liberali poſſit compromitti. j̃. tit.2. c.
ex parte.& cap.cum tempore . Solu. text. iſte loquitur de
matrimonio carnali , & libertate hominis : ſed de matrimo
nio ſpirituali , & de ſtatu eccleſiæ compromitti poteſt, vt in
contrarijs : & hoc tenent Pe.& Abb.ratio eſt, quia quando
agitur de cauſa eccleſiæ , non poteſt dici propriè liberalis
cauſa:quia ſi non erit ſubiecta vni , erit ſubiecta alteri,cum
non poſſit eſſe acefala.93.diſtin.cap. nulla. Sed cum quæ-
ritur de homine , an ſit liber vel ſeruus , illa propriè dicitur
cauſa liberalis:& iſta multò magis eſt præiudicialis , quàm
prima.nam ſeruitus ferè morti æquiparatur, vt ff.de reg.iur.
l.ſeruitu.in fi.titu.¶ Quartò oppo.& videtur, ꝙ coram arbi
tris non poſſit contingere læſio incidenter , propter quam
poſſit peti reſtitutio . quia probationes, & alia acta coram
arbitris:nec ſimiliter ipſorum ſententia affert præiudicium:
cum ex ea non oriatur actio : ſed pœna tantummodo com-
mit-



mittatur, vt l.1.ff.de arbi.& l.1.C.eod.tit.& ſic ſententię, vel
acta non afferant præiudicium,nõ datur reſtitutio, vt l.ſcio.
ff.de in inte.reſti.ſol. Io.An.fatetur opp.dicit eñ,ꝙ vbi p̃di
cta non præiudicent,nõ datur reſtitutio: ſed aduerſus com-
miſsionẽ pœnæ:& ideò nõ rectè (ſecũdùm eum) petit reſti-
tutio cõtra ſniam arbitri:ſed contra pœnã , quæ orit̃ ex non
obſeruantia laudi.Idẽ no. Spe.4.parte.eod.ti.ver.hoc etiam
ſcias.& hoc eſt verũ (vt dixi) qñ ſententia arbitri,vel acta co
ram eo nõ afferũt præiudiciũ: ſecus ſi arbitrum obligant, vt
contingit.j̃.eo.c.ꝑ tuas.vel ſi teſtes recepti ſunt mortui.nam
qa tunc atteſtationes præiudicant.j̃. de teſti.c.ꝓſentata.dicit
Ho.ꝙ nõ videt,quare debeat denegari reſtitutio ; ex quò cõ
ſtat de læſione.ff.de mino.l.nõ omnia. ¶ Quæro. aliqs corã
arbitro petit reſtitui contra ſententiã arbitri: qa abſoluit ini
què eius aduerſariũ à petitis.nunqd lit.cont.ſuper reſtitutio
ne admittat ad probandum de iure ſuo ſuper principali ad
hunc finem, vt adiudicent̃ ſibi petita. dicit Inn. ꝙ non, quia
nec iudex,q cognoſcit de reſtitutione,ſuccedit arbitro in co
gnitione cauſę principalis, vt patet.C.de arbi.l.penu.§. fi.ad
hoc.ff.de iureiur.l.ſi duo.§.ideò Iul,qđ verum putat Ho.niſi
ex forma petitiõis aliud ſequat̃; vt qa petit in eodem libello
non ſolùm reſtitui contra ſententiam: imò & quæ petita fue
rãt corã arbitro,ſibi adiudicari,ſecũdùm ea,q̃ no.Inn.s̃.e.in
c.cum ex literis.in fin.¶ Secundò q̃ro.dicit hic, ꝙ cauſa reſti
7 tutionis põt delegari.† Sed pone , ꝙ delegatus tulit ſenten-
tiam , an poterit aduerſus eius ſniam peti reſtitutio corã eo.
Pet.dicit,ꝙ ſiue ſit delegatus principis,ſiue alterius,tam con
tra ſententiã diffinitiuam,q̃ interlocutoriam reſtituere pote
rit.quia principalis cauſa, & quæ ab ea dependent, videntur
ſibi commiſſa, vt in iur. alleg.in glo. penul. dicitur enim iſta
cã cohærere primæ. ergo &c. vt C. vt cauſæ poſt pu.ad. tu.l.
1. Præterea mandatũ iuriſdi. & procu.æquiparantur, vt l.&
quia.de iuriſ.omnium iudi.ſed quia procura. committit cau
ſam,videtur ſibi dare poteſtatẽ petendi reſtit. in integrum,
vt l.qui proprio.ff.de procur. Alij dicunt, ꝙ delegatus prin-
cipis, vel alterius non reſtituit contra ſuam ſententiam diffi
nitiuam; quia functus eſt officio ſuo : ſed contra interlocuto
riam ſic.C.de au.tu.l.fi. & hoc verũ, niſi eſſet talis incidens,
q̃ finire totam cãm:quia tunc habet naturã diffinituæ, vt cã
fideicõm.l.2. ff.de ſer. Ita dicit Cy.in l.aduerſus.C.ſi aduer.
rem iud.¶ Tertiò quæro. dicit hic, ꝙ arbiter poteſt cogno-
ſcere de cauſa reſtit. incidenter,non principaliter.pone ergo
q. talem . minor habet mecũ cauſam de quadam conuentio
ne.de cauſa compromittitur ; ita ꝙ ſi apparebit minorẽ con
ueniſſe, ꝙ reſtituet eũ arbiter læſione probata. nunquid arbi
ter iſto caſu cognoſcere poterit: ſi intelligatur principaliter
cõmiſſa,non poterit cognoſcere.ſi incidenter, poterit. dicit
Pe.ꝙ habuit de facto,& inclinat,ꝙ cognoſcere poſsit: qa il-
lud reputatur incidẽter,qđ de nouo emergit,vel qđ de nouo
ꝓponitur, vt C.ſi ſæpius in inte.reſt.po.l.1.& l.ꝑ hãc.de tẽp.
ap.Ita dicit Cy. in d.l.fi. C.vbi & apud quos. Et aduerte,qa
ꝓ hoc ſentit Cy. ꝙ aduerſus contractũ poſsit peti reſtitutio
incidenter,& ꝑ modũ excep. qđ tenet in l. ſuperuacuam. C.
de tempo.in inte.reſt.in 9.q.vbi plenè. ¶ Vtrùm ſi per mo-
dum excep.in iudicio deducatur, poſsit excipi poſt quadriẽ
nium.& dicit,ꝙ non.qa quando ad idem cõpetit actio, & ex
ceptio,eiuſdem vitæ,cuius eſt actio,eſt ẽt exceptio, vt no.In
no.in c.fi.j̃.de ord. cogn. & c.cum dilectus. vnde ſi eccleſia,
vel minor fuit læſus in vendi.fundi, & poſt quadrienniũ con
ueniatur ad ipſius traditionem,nõ poterit excipere de læſio
ne,ſi tacuit infra quadriennium,ſecundùm Cy.in dicta l.ſup
uacuam. quod not.

SVMMAE.

1 *Reſtitutio denegata eccleſiæ vltra ſibi non conceditur.*5
2 *Mutata cauſa petendi, res iudicata non nocet.*
3 *Decendium appellationis interponendæ currit eccleſiæ: ſicut minori curſus inſtantiæ triennij.*
4 *Reſtitutio contra ſententiam poteſt proſequi, & finiri infra quadriennium.*
6 *Nouæ defenſiones quæ dicantur.*

BEneficio. Se ſummat, & hoc intendit.
1 †Reſtitutio denegata eccle-
ſiæ, vlterius ſibi non conceditur,niſi ex noua cau-
ſa:reſtituetur tamen ad appellandum à ſententia denegatio
nis.Et primò ponit regulare dictum , interſerens alium ca-
ſum,ibi[præterquã.[Secundò à principali dicto excipit,ibi
[niſi nouis.]&c.¶ No.primò,ꝙ minori, vel eccleſiæ reſtitu-
tionem petenti obſtat res iudi.de hoc.j̃.de excep. c.penult.
2 ¶ Secundò no.†ꝙ mutata cauſa petendi, res iudicata nõ no
cet.facit l.cum quæritur.& l.ſi quis cum totũ.& l. & an eadẽ.
3 ff.de excep.rei iudi.¶ Tertiò no. †ꝙ decendium appel.inter
ponendæ currit eccleſiæ, ſicut minori curſus inſtantiæ trien
nij, vt l.properandum.§.fi.C.de iud.ibi tamen minor nõ re-
ſtituitur aduerſus inſtantiam peremptam,ſi tutor eſt ſoluen
do.an aũt dicto caſu reſtituitur ad appel.dic, vt ibi.¶ Quar-
tò no.ꝙ ſufficit ſemel fieri.C.de iure delib.l.fi.§.ſi verò poſt
quam.j̃.de elec.c.ſi compromiſſarius.§.1. & c. commiſſa.
¶ Oppo.dicitur hic,ꝙ reſtitutio ſemel conceſſa ſuper eodẽ
amplius non conceditur.contra de l.ſi ſine.§.reſtitutus.ff.de
mino.ſol.vt hic in glo.& no.C.ſi ſæpius in integ.reſt.pe. l. fi.
¶ Secundò oppo.ſi appellaui, & ſuccubui,poſſum appellare
ſecundò.de appel.c.directæ.ergo & ſecundò reſtitu.petere.
Solu.faciliùs perditur priuilegium, & remedium extraordi.
quàm ius commune.facit.C.ad Velleia.l. antiquæ. et quod
ibi not.& l.eius militis.§.militia.ff.de teſta.mili.& in Authẽ.
de non alie.§.quia veroſimile.¶ Tertiò opp.licèt iudicatum
ſit contra eccleſiam , vel minorem , datur reſtitutio, vt.s̃.e.
c.coram.Solu.aut ſententia concernit cauſam principalem,
vel eius incidentiam:& datur reſtitutio concedenda . Et ita
loquitur hic.faciliùs ergo datur reſtitutio contra rem,etiam
bis iudicatam, quàm contra reſtitutionem ſemel denegatã.
¶ Quartò opp. ad id quod dicitur nouis defenſionibus ec-
cleſiam admittendam reſtitutionis beneficio : imò videtur,
quòd de iure communi, vt dicta l. cum quæritur.& infra de
fide inſtru.c.cum Ioannes. ergo ceſſat extraordinarium re-
medium reſti.vt l.in cauſæ.ff.de mino. ſo.aut quis primò e-
git via ordinaria , & ſuccubuit:& tunc ex noua cauſa poteſt
agere iterùm ad idem etiam via ordinaria , vt in contrarijs:
aut primò egit via extraordinaria,(vt reſtitutionis:)& tunc
ex noua cã eadẽ via extraordinaria ſibi datur, vt hic. ¶ Quĩ
tò opp.præſcriptio decẽ dierũ ad appel.non videtur curre-
re eccleſiæ, vel minori, vt l.fi.C.in qui.cau.in inte.reſt. nõ eſt
ne.ergo cum de iure communi ſemper poſſit appellare,ma-
lè videtur tex.iſte concedere reſtitu.ad appellandum, vt l.in
cauſæ.ff.de mino.dicit Hoſtien.ꝙ illa l.fin.non habet locum
in præſcriptionibus iudicialibus,qđ tetigi.s̃.e.c. aud.& quæ
præſcriptiones legales currunt contra eccleſiam, & contra
quas reſtituatur, vel non,tangit hic Io.And. quæ vide quaſi
ad literam in Spec.2.parte.eo.tit.§.2.ver.vt autem. ¶ Sextò
oppo.hic negat reſtitutionem:ſed cõcedit appel. & ſic quod
vna via prohibetur,alia permittitur,contra no.in c.tuæ.s̃.de
procu.& in reg.cum quid vna.de reg.iur.lib.6.Solu.aliud eſt
reſtituere ad app. aliud eſt reſtituere contra ſententiam.nã
ſi reſtitutio concedatur contra ſententiam,perinde eſt, ac ſi
ſententia nunquam eſſet data:ſed cum reſtituitur ad appel.
ſententia ſalua,& in ſuſpenſo,propter appel.j̃.de iureiuran.
c.veniẽs.magis ergo expedit reſtitutio,quàm appellatio. ar
gu.ff.de admi.tuto.l. ſi minoris. Item ſi reſtituitur ad appel.
debet appellare infra.10.dies. & ſic erit vna appellatio : ſed
reſtitutio contra ſententiam non computatur in numero ap
4 pel.†Item reſtitutio contra ſententiam poteſt proſequi , &
finiri infra quadriennium:ſed ap.infra annum,& biennium.
Item in reſtitutione contra ſententiam debet probari læſio.

ſed ad appel.debet probari iniquitas,& hoc no. Ioan. And. hic in 7.q. & de hoc not.in l. 1.C.ſi ſæpius in integ.reſt.pe.
5 ¶ Quæro de ratione † huius c. quæ ſit ratio,ꝙ reſtitutio ſemel denegata,amplius non conceditur.dicit Ioan And.ꝙ ſi concederetur reſtitutio ſupereo,ſuper quo iudex aliàs denegauit,leges eſſent ludibrio.quod eſſe non debet, vt l.prætor. ff. de iudi. contra ſententiam enim denegationis non debet reſtitui: quia ſecundùm hoc videretur reſtitui, vt reſtitueretur.quod eſſe non debet,arg.ff.de mino.l.interdum.ſicut ergo non reſtituitur minor, vel eccleſia contra curſum quadriennij,ꝙ debuit contra læſionem reſtitui. j̃.eod.tit. 1.li.6. ita nec reſtituitur contra reſtitutionis denegationem,vt hic. ¶Secundò quæro.hic dicitur,ꝙ fuit petita reſtitutio,& denegata.quid ſi non fuit petita:vel fuit petita,& conceſſa;vel fuit petita,& non negata,nec conceſſa.dic vt in hac ſecunda q̃ſt. quia leuia ſunt membra.¶Tertiò quæro.hic fuit petita reſtitutio contra ſententiam,& negata. quid ſi contra contractũ. dicit Ioan.And.ꝙ ſiue contra ſententiam,ſiue contra contractum petatur reſtitutio, & denegetur, habeat locum iſtud c. cum l.2.C.ſi ſæpius.quæ diſtinctè loquitur, & vtrobiq; ſubeſt eadem ratio.¶Quartò quærit Ioan. And.quæ petitio hic excludatur,an petitio reſtitutionis contra ſententiã, vel cõtractum iam denegata: an petitio reſtitutionis contra ſentẽtiam denegationis.dicit Inno. ꝙ vtrunq;, per hanc literam, quæ reſtituit ſolùm ad app.à ſententia deneg. ergo non contra ſententiã.¶Quintò q̃ro.ſi contra ſententiã petijt minor, vel eccleſia reſtitui,& fuit denegata,nec appellauit,ſed reſtituitur ad appel.an reſtituetur contra primam ſententiam denegationis.glo.in dicta l. 1. C. ſi ſæpius.intelligit de ſecunda ſententia.ſ.denegationis. ¶ Sextò quæro. quis iudex concedet illam reſtitu.ad app.an iudex à quo,qui denegauit reſtitu.an iudex appel.videtur,ꝙ iudex app. vt l.preſes. C.de appe.ſed illa l.loquitur de reſtitutione illius, qui appellauerat, & propter impedimentum non fuerat proſecutus appel.vnde cum iam per app.eſſet cauſa deuoluta: igitur iudex à quo ad appellandum reſtituit in caſu huius.c.¶Septimò quæro,
9 † quæ ſint noue defenſiones, de quibus litera loquitur. glo. hic videtur velle, ꝙ intelligatur de nouis.i. nouiter propoſitis, tamen primò competentibus.& fortè eundem habuit intellectum Inno.exponens,nouis.i.de nouo propoſitis,nõ de nouo contingentibus. Azo in ſumma C. ſi ſæpius. & Accur. & Odof.in l.2.eod.tit.Vincẽ.Goff.Phi. Inno.Hoſtiẽ.Pe.Ab. & Egi. intelligunt de vtriſque, ſcilicet tam antiquis nouiter propoſitis,quàm de nouiter emergentibus.& ponunt quidã ex eis exẽplũ,quãdo denegata fuit reſtitutio:quia contra procuratorẽ ſuũ habebat regreſſum,qui eſt repertus poſtea nõ ſoluẽdo in preteriũ:vel factus eſt poſtea,& de nouo emerſit.& hoc exẽplũ,& quædam alia vide in Spe. 2.parte.eod.ti. §.2.verſ.ſed quẽ vocans.iſta ſunt quaſi omnia,quæ hic ponit Io.An.ordinatè contra morem ſuum.

# De Alienatione iudicij mutandi cauſa facta.

SVPRA tit. proxi. eſt prouiſum per beneficium reſtitutionis eccleſijs, vt in c. 1. minoribus,vt in c.conſtitutus.maioribus,vt in c. ex literis. nunc prouidetur his, in quorum damnum alienatur cauſa mutandi iudicij res,de qua timetur litigiũ, ſecundùm Goff. ad materiã facit. 11.q. 1.c. 1.& de priuileg.c.aucto.in fi. li.6. vel continua ad ſequentia.tractaturus de iudicijs: quia quãdoque contingit, ꝙ metu futuri iudicij reus transfert poſſeſſionem in alium : ideò qualiter contra ipſum alienantem ꝓuideatur, ſubijcitur ſub hac rub. &c.

*SVMMAE.*

1 *Alienatio ſi facta eſt in aliquem cauſa mutandi iudicij, conuenitur per reſcriptum impetratum contra alienantem.*
2 *Iudex prouidere debet,ne mandata ſua ſint deluſoria.*
3 *Papa prouidet contra triplicem maliciam.*
4 *Conueniri poteſt ille, in quem facta eſt alienatio, & ille, qui alienauit cauſa iudicij mutandi.*

1 EX quorundam. † Is, in quem facta eſt alienatio cauſa mutandi iudicij,conuenitur per reſcriptum impetratum contra alienantem.h.d. Prima pars factum ponit,contra quod ſecunda prouidet,ibi [nos igitur.] ¶Not. primò,ꝙ Papa prouidet,ne reſcripta ſua ſint deluſoria: ſimi
2 liter † quilibet iudex debet prouidere, ne mandata ſua ſint deluſoria, & Imperaror etiam, ne leges ſuæ ſint ludibrio, vt ff.de iudi.l.prætor.& l.fi.§.vlti.C.de bo. quæ lib. ¶ Secundò not.effectũ impetrationis literarum, etiam quæ non ſunt iudicibus præſentatæ : licèt ergo iudices ante ipſarum præſentationem non habeant iuriſd.exercitiũ,iuxta no.in c.ex conqueſtione.j̃.de reſti.ſpo.per Doct.tamẽ ſola impetratio parit effectum : quia alienatio poſtea facta reſcinditur, tanq̃ facta cauſa mutandi iudicij. & intelligo,ꝙ iſte, qui tranſtulit, ſciuerit impetrationem,quæ probari poterit per illos, q̃ hoc ei ſignificauerunt.j̃.de ap.c.ſuggeſtum.facit quod not. ff. ex qui.cau.ma.l.Fulcinius.§.quid ſit latitare. ¶ Tertiò not. ꝙ appellatur à iudice,qui nondum incæpit cognoſcere, nec citauit,& olim talis appellatio ante citationem admittebatur. & intelligatur iuriſd.præuẽta:ſed hodie non admittitur.j̃.de ap.c.vt debitus. loquitur ergo iſtud c.in hoc dicto, ſecũdùm
3 iura antiqua. ¶ Quartò not. † Papam prouidere contra triplicem maliciam, contra appellantes cauſa mutãdi iudicij, cõtra ſe abſentãtes,& contra alienantes,ſiue rem in aliũ trãſferentes. Et aduerte: quia tex.non reſpondet clarè,niſi contra eos, qui in poſſeſsionem ſe ingeſſerint.de quibus magis dubitabat,cũ reſcripta ſint ſtricti iuris,nec ad alios extendũtur,vt in c.P.& G.s̃.de offi.deleg. & intellige,ꝙ iſte,in quem eſt facta tranſlatio,conueniatur, ſi fuit in dolo, & in fraude. & tit. de alie.iudicij C.& ff.requirit dolum. & hoc patet ex verbis hic poſitis,pro euacuãdo. & verbo,eludãt.quæ ſonãt in vitium:conuenitur ergò ille, in quem poſſeſsio eſt tranſlata,coram iudice delegato: ſimiliter & ille, qui poſſeſsionem tranſtulit. q̃a dolo deſinens poſſidere habetur ꝓ poſſeſſore. ff.de reg.iur.l.parem.pronomen ergo [eos qui in poſſeſsionem] &c. facit relationem non ſolùm ad ſeq̃ntia : ſed etiam ad premiſſa,quaſi dicatur eos, qui ſic appellauerint, & qui ſe malicioſè abſentauerint, & non ſolum illos, qui ſic ſe ingeſſerint &c.ſecũndùm Io.An.¶ Opp. & videtur,ꝙ iſte, qui poſt reſcriptum impetratum incæpit poſſidere,non poſſit conueniri per ipſum reſcriptum,cum de ipſo non fiat mẽtio, & ad perſonas alias,quàm expreſſas, non extendatur, vt c.P.& G. de of.dele.ſo.vt in fi. glo.magnæ. & plenius de materia in c. quia.V.j̃.de iudi.¶Quæro.contra implorantes auxilium,& ſuffragium aliorum habemus plures tit. in iure ciuili. habemus enim ti.de liti.Item titulum,de quo.j̃.vt li.pen.c. 2.& 3. Item habemus tit.de aliena.iudicij mu.cau.fac. Item habemus tit.C.ne liceat poten.&c. Quæro ergo,que eſt differentia inter prædictos ti.Rñ.ꝙ tit.de liti.loquitur, quando quis alienat rem litigioſam ratione iudicij,vt l. 2.C.de litig.ex voluntaria,& nõ neceſſaria cauſa.ff.fa.erc. l.alienationes.& licèt nõ teneat alienatio, non tamen propter hoc eſſe perdit. Sed tit.ne liceat poten.loquitur,vbi transfertur in potentiorem, ratione officij,& aduocans tale patrocinium ꝑdit act. & potentior aduocatus punitur,vt l. 1.& 2.C.ne li.po. Item differt alle. tit.ne lice.po.ab illo ti.de aliena.iudicij. quia iſte habet locum,vbi fit alienatio in potentiorem, nõ ratione officij,



ſed alia quacunque ratione:& habeat locum,ſi fuerit facta in fraudem,vt hic,& l. 1.& vlt.ff.eo.tit.ſecus ſi bona fide, vt not.Cy.in l.qui ſtipendia.C.de procura. Item per tit.ne lice.potẽ.perditur actio,& punitur accipiens, vt d.l.2.ſed per iſtum diſtinguitur.aut fit alienatio ex parte rei : & nõ habet locum alia pœna,niſi quia tenetur ad intereſſe,vt ff.eo. l.1.2. & 3.ſed ſi fiat ex parte actoris,tenetur ad intereſſe: & etiam nõ poteſt agere ille, in quem facta eſt alienatio, vt l.pe.& fi.
4 ff.eo.¶Quæro.dicit tex.† ꝙ ille,in quem eſt facta alienatio, poteſt conueniri: ſimiliter & ille,qui alienauit cauſa mutãdi iudicij : quæro ergo, qua actione conueniatur alius. dic, ꝙ ille,qui dolo alienauit,actione in factum : ille verò, in quem facta eſt alienatio,rei vendicatio.q̃d dic,vt in glo. ex qua habes,ꝙ quandoq; vnus tenetur ad æſtimationem rei,vt ille,q̃ dolo deſijt poſſidere,& alius rei ven. vt ille qui poſſidet:cuius gratia hic quero,vtrùm ille,qui agit contra illum,qui dolo deſijt poſſidere,debeat ſibi cedere actionem contra poſſidentem.videtur,ꝙ non.ff.de rei ven. l. is qui dolo. & l. nec quaſi.econtra,ꝙ ſic.ff.de re.iud.l. in depoſiti. diſtinguit Dy. ꝙ aut culpa deſijt poſſidere: & debet ſibi fieri ceſsio,vt in d. l.in depoſiti.aut dolo: & non debet fieri ceſsio, vt in contrarijs.quid ergo ſi penes illum, qui ſoluit lit.eſtima. erat res ipſa,an debeat ſibi q̃ litis æſtima.eius rei recepit, cedere act. Dy.ꝙ ſic in c.pro poſſeſſore.de reg.iur. lib. 6. de quo etiã ꝑ Bar.in d.l.in depoſiti.¶ Vlterius quærit Dy.in 4.q. vtrùm in caſibus,in q̃bus ille,q̃ ſoluit lit. æſtima. habeat actionẽ ſine alia ceſsiõe.dic,vt ibi ꝑ eũ in 4.q vbi diſtinguit,ꝙ aut res erat penes eum,qui ſoluit æſtimat.lit.ratione doli.& non habet act.quia nec ceſsio fieri debet.aut ratione culpæ: & tunc ceſsio eſt fienda; & ideo ſine ceſsione non agit. Azo tamen dicit,ꝙ habet vtilẽ ſine ceſsione. quia ius actionis emiſſe videtur,vt C.de here.vel act. ven.l.emptor.& l.poſtq.& C.de lega.l. ex legato nominis. de hoc no. in l. eius rei. & l. hæc ſi res.ff.de rei ven.¶ † Deinde quærit Dy.ecce,ꝙ aliquis ſoluit litis æſtimationem actori, deinde res illa,pro qua ſolutio facta eſt,ad actorem redijt. is,qui æſtimationem ſoluit, vult rem aduocare, actor vult æſtima. reddere, & rem retinere. quare an hoc modo excludat illum,qui eſtima.ſoluit,à petitione rei. Dy. diſtinguit. ꝙ aut tempore æſtimationis ſolutæ poſſeſsio rei erat penes eum, qui æſtimat. ſoluit: aut non. ſi erat penes eum,dñium cepit pertinere ad eũ,vt ff.de rei ven. l.eius rei.& per conſequens deſijt pertinere ad dñm,qui æſtimat. recepit : quia non poteſt eſſe apud plures inſolidum.ff. cõmo. l. ſi vt certo. §. ſi duobus. cogetur ergo æſtimationẽ recipere: & ſic deſijt dominus poſſe rẽ præciſè tradere. aut poſſeſsio non erat penes ſoluentem tempore eſtima. ſolutæ: & tunc aut apprehẽdit poſſeſsionem, antequam rediret poſſeſsio ad dominum: aut non.ſi apprehendit ante: & tunc aut habebat cauſam à domino, vt cõmodatarius, fullo, & ſimiles: & tunc dominium fuit nactus.ideò ſi ad illum, qui recepit æſtimationem litis,redijt,tenetur ipſam reſtituere: aut ille,qui ſoluit lit.eſtimat.nõ habebat cauſam à domino: & tũc aut dominus ceſsit act.& tenetur rem reſtituere, vt ff. de rei vendi.l.ſi culpa.circa fi. ſi non ceſsit, eſt in electione ſua reſtituere rem,vel æſtimationem,vt l.in cõmodato.§.fi.ff.cõmoda.& habet locum glo.ibi poſita. & ꝑdicta no.Dy.ſatis diffuſè in d c.pro poſſeſſore.de reg.iur.lib.6. Ego alibi tetigi plenè,vtrùm lite pendente in alium re tranſlata, poſſit conuentus,qui deſijt poſſidere,ex eadem inſtantia condemnari : vel etiam ille,in quem tranſlata eſt res litigioſa.dic vt plenè dixi. j̃.de iudi.c.quia. V.

*SVMMAE.*

1 *Clericus cauſa iudicij mutandi non debet recipere ceſſionem actionis à laico.*
2 *Ceſſio actionis quandoq; fit dono: quandoq; pretio:& quæ ſit inter eas differentia.*
1 *Præſumens aduocare patrocinium potentioris,perdit cauſam.*
2 *Clerici ſunt potentiores laicis ratione officij.*
3 *Ceſſio,& alienatio rei litigioſæ in quibus caſibus eſt permiſſa.*
4 *Cedens iura,quæ habebat contra Titium debitorem ſuum: an poſſit ab eo exigere.*
5 *Exceptio,quæ obſtat cedenti,an obſtet ceſſionario.*

1 EX parte. †Clericus cauſa mutãdi iudicij, recipere nõ debet ceſſionẽ actionis à laico.Et ſunt duæ partes.Prima ponit querelã. Secunda prouidet,ibi[cum igitur.] ¶No.primò,ꝙ iſti Scabini erant conſules,& rectores loci, & nunciabant Papæ vexationem illicitam ſubiectorum ſuorum.facit quod no. In-
2 no.j̃.de appel.c.dilecti.¶† Secũdò no. quòd ceſſio actionis quandoque fit dono,quandoque pretio.& inter iſtas ceſſiones eſt differentia.aliud enim ſtatuitur circa quædam, ſi fit ex cauſa lucratiuã:aliud ſi ex cauſa oneroſa,vt ff de doli excep.l.apud Celſum.§.ſi cũ legitima.cum ſimi. ¶ Tertiò no. ꝙ clericus,cui facta eſt ceſſio contra laicum, cõuenit ipſum in foro ſuo.ſ.eccleſiaſtico.quod eſt verum,ſecundùm glo.de conſuetudine illius, ſecundùm quam clericus ſiue actor,ſiue reus agit, & conuenit in iudicio eccleſiaſtico, vt eſt conſuetudo in Francia,& Acrecij.de quo in Spec.de ceſ.act.§.j. ver.ſi verò.& ti.ibi ſe.§ 1.in prin.facit.j̃.de foro compe. c.ſi clericus.& c.cum ſit.& vide quod no. 11.q.1.c. clericum nullus.¶Quartò no.ꝙ ceſſiones,& emptiones litium prohibẽt legitimæ ſanctiones.qualiter autem hoc intelligatur,dicam.
3 j̃.¶† Quintò no.ꝙ perdit cauſam, qui potentioris patrocinium aduocare præſumit.Et aduerte, quia iſte tex. loquitur de duplici patrocinio potentioris,de patrocinio ſimplici, & de ceſſione actionum.de vtroque loquitur l.1.& 2. C. ne li. po.non ſolùm ergo ceſſio,ſed ſimplex aduocatio potentioris prohibetur.& intellige potentiorem auctoritate,& vtilitate, vt ſunt magiſtratus, & potentiores auctoritate tãtùm. vt ſunt tutores. C.quod met.cau.l.ſi per impreſſionem.& C. qui da.tu.po.l.creditorẽ.& Auth.minor debitor.iſte tamen non puniretur pœna illius ti.ne lic.po. ſed ille tantùm tenetur ex illo ti.de his,qui potentiorum nomine ti. terrorem inferre.ſecus ergo in iudice communis,vel ſit tabellio, qui eſt iudex cartularius. Iſti enim ratione officij non habent ius terrendi.ergo pœn.illius titu.non tenentur.vtrùm autem ſi minor cederet in potentiorem,afficeretur iſta pœna. Ab.& Gof.ꝙ ſic.nec daretur reſtitutio ratione delicti,vt l.auxiliũ. §.in delic.ff.de mino.& idem Spe.in ti.de ceſ.act. circa prin. & in §. 1.ver.in ſumma.vbi dicit quatuor edictis hanc literã
4 coaptari.¶†Sextò not.ꝙ clerici ſunt potentiores laicis. q̃d eſt verum ratione officij.& pro hoc dicit Goffre.ꝙ ſit locus tit.de potentioribus.Inno.contra.dicit enim, ꝙ cedens clerico,vel eum aduocans,non incidit in edictum, niſi ille clericus poteſtatem haberet ſuper laicos de iure, & de facto, vt eius voluntate erigatur, & deprimatur. 16.q.2.c. 1. in illo ergo c.non reprobatur ceſſio,tanquã facta in potentiorem; ſed quia ſimulatè fiebat, & in fraudem, ſm̃ Inno. ¶Oppo. iſte tex.prohibet ceſſionem actio.contra de leg.3.l.nomen. ſo.diſtingue, vt in glo.magna.& latius Cyn.ſic. Aut fit ceſſio in vltima voluntate : aut inter viuos. ſi in vltima voluntate, aut fuit in iudicium deducta,aut non. Si inter viuos.hic refert aut actio erat litigioſa,aut non. Si non erat litigioſa,aut ceditur potentiori,aut pari. Si potentiori, aut ratione officij: & habet locum l. 1. C. ne li. po.aut ceditur potentiori, non ratione officij:& tunc aut bona fide, & hoc conſtat : & valet,vt l. qui ſtipendia. C. de procura. aut in fraudem, & hoc conſtat:& habet locum.l.penul.& vlti.ff.de alie.iud.mutandi cauſa facta. Aut eſt dubium, vtrùm bona fide, an in fraudem fuerit factus:& præſumitur bona fides,vt not.Dy. in dicta l. qui ſtipendia. ¶ Secundo caſu quando ceditur pari, vel æquali. aut ceditur litigioſa: & non tenet regulariter.

lariter.fallit in caſibus,vt l. 1.& fi.C.de litig.aut ceditur nõ li
tigioſa: & tunc refert.aut conſtat ceſsionẽm veram:& tenet.
aut ſimulatã: & non tenet. aut dubitatur:& tunc dicit glo.in
l.3.C.ne li.po. ꝙ ex tribus præſumitur vera, & ex tribus p̃ſu
mit ſimulata. Primò enim p̃ſumitur ſimulata,quãdo actio ẽ
pro parte vendita,& pro parte donata,vt l.ab Anaſtaſio. C.
mandati.quo caſu quatenus prætenditur donatio,non valet
ceſsio,& cedens ipſo iure priuatur, vt ea.l. §. ſi quis autem.
Item ꝙ actio eſt minori pretio vendita : nam quatenus plus
eſt in actione,q̃ in pretio,præſumitur ſimulatio. hic tamen ẽ
cõſiderandum,ꝙ debet haberi ratio expẽſarũ iudicij,vt no.
in l.per diuerſas.C.mandati.Item præſumitur ſimulatio, ſi ti
tulus ceſsionis nõ eſt in inſtrumento.dicit tamẽ Cy.ꝙ ſuffi-
cit titulus p̃ſumptiuus: vnde quãdo fit ceſsio inter coiũctas
perſonas,præſumitur donatio,& valet ceſsio, ſecũdùm Dy.
Item ſecũdùm Bal. præſumitur ſimulata, ſi nõ continetur in
inſtrumento vera numeratio, ſed confeſsio numerationis,vt
no.in d.l.per diuerſas.in glo.no.in hoc forte.& l.ab Anaſta-
ſio.§.ſi quis.ibi [re ipſa perſoluit]&c.& hoc tenet Iac.Bel.in
Auth.de æqua.do.§.aliud.& hoc cõſuluit Bar.& multi alij:li
cèt Bal.aliter diſtinguat in d.l.2.C.ne li.po.vbi videas:vbi di
cit,ꝙ vbicunq; dicitur,ꝙ ceſsio præſumitur ſimulata, habet
locum, quando ceditur principaliter : ſed quando venditur,
ſeu ceditur poſſeſsio à poſſeſsore, & in eius conſequentia ve
nit ceſsio actionũ: tunc nõ eſt dubiũ, ꝙ valet vẽditio, & ceſ-
ſio act. etiam ſi dicatur [& quod plus valet, donat.] ſicut ap
ponit cõmuniter in inſtrumentis.& idẽ quando fit ceſsio ad
defenſionem,non ad impugnationẽ.verbi gratia. poſsidebã
quãdam rem: conueniebar ſuper ea publiciana. ad excluſio
nem iſtius publicianæ requiſiui titulũ à vero domino rei, ali
quo ſibi dato: certè licèt fuerit pretium minus : valet tamẽ
titulus,& ex hoc me tueor contra publicianam,vt l.p diuer-
ſas.§.excep. C.man.nec per vitiũ litigioſi impeditur iſta ac-
quiſitio tit.quia titu.de litigioſis impedit alienari. poſsiden-
tis : ſed non acqſitionem ab eo fieri.quod eſt no. facit quod
no.per Gui.de peti. here.l. cogi.multis etiam alijs modis po
teſt impugnari ceſsio. quod proſequere per Doct. meum in
5 d.l.2.C.ne lic.pot.vbi prædicta tãgit.¶† Quæro.in caſibus,
in quibus eſt permiſſa ceſsio, & alienatio rei litigioſæ,vt no.
j̃.vt lit.pen.c.eccleſia.j. in glo. 2. quis perficiet litẽ cæptam.
dic,ꝙ ille,qui incæpit.ff.de aqua plu.arcen.l.quanq̃.§.1.& l.
poſt vendi.& ff.de rei ven.l.is à quo. vel etiam heres eius, vt
C.de litig.Auth.nunc ſi heres. ¶ Vtrùm autem ſententia cõ
tra iſtum lata præiudicabit illi, in quem poſſeſsio eſt tranſla
ta.ſentit hic Io. An.ꝙ non: ſed mandabitur executioni con-
tra illum,qui ſe obtulit liti, vt ff.de rei vend.l.ſiue autem.§ 1.
& poſſet hoc tolerari,quando bona fide, & iuſto titulo acq-
ſiuit talem rem, vt dixi. ſi autem mala fide, vtrùm contra eũ
poſsit fieri executio. dic vt dixi plenè. j̃. de iudi. c. quia. V.
& vide quod no.hic Inno.quando res litigioſæ vnius præbẽ-
dæ,vel adminiſtrationis transferantur in alium : tunc ille, q
incæpit litem,perficiet; quia dominus litis eſt.ſi autem vnus
moriatur,& vnus ſuccedit in præbenda,alius verò tenet rem
litigioſam, contra quem inſtãtia erit proſequenda. hic vide
6 per Inno.¶Secundò principaliter † quæro.aliquis ceſsit iu-
ra,quæ habebat contra Titium debitorem ſuum. quæro, an
poſsit amodo ab eo exigere.dicit Io.An. quòd ſic, niſi in tri
bus caſibus.ſ.quando ceſsionarius fuit lit.coteſt. cum debi-
tore,vel aliquid de debito exegerit,vel id debitori denuncia
uerit,vt l.3.C.de noua.& quomodo ſit facienda denũciatio,
& an ſit neceſſe cauſam exprimi,& an faciẽda ſit etiam ſciẽ-
ti.vide in Spec.de procu.§.vlt.ad fin.& an agens ex iure ceſ-
ſo teneatur ante lit.cõte.edere ceſsionem, vide in Spe.de in-
ſtru.edi.§.nũc dicemus. ver. ſed quid. iſtæ ſunt remiſsiones
Ioã.An.Ego q̃ro de no. quæſt. poſt factam ceſsionem cedẽs
agit cõtra debitorem , an debitor poſsit opponere iſtã ex-
cep.nõ potes me cõuenire : quia alteri ceſsiſti.& ſic alius ha
bet vtilem,quæ tuę directæ p̃fertur.diſtinguit Bar.poſt Ia.de
Are.ꝙ aut ceſsio facta eſt ad cõmodũ ceſsionarij , & eius pe
culo: & iſto caſu potes opponere excep.incõtinenti,ꝙ alius,
q habet vtilẽ,põt pręferri directã:habẽti & ita intelligitur l.
in cauſæ.in fi.& l. ſi procurator meus. & l. procuratore in rẽ
dato.de procur. Si verò periculo cedẽtis: & non poteſt op-
ponere,niſi alterum de tribus interuenerit. de quibus in p̃di
cta l.3.ita dicit Bar.in l.facta.§. ſi heres.ff.ad Treb. vbi quæ
rit,vtrùm pactum,vel trãſactio cedentis noceat ceſsionario.
glo.mouet in l.ſi cum emptore. ff.de pact. Item vtrùm cõfeſ
ſio,de qua in l.ſeruum filij.§.1.ff.de leg. 1. Item vtrùm ſolu-
tio facta cedẽti noceat ceſsionario. dic vt ibi p eum, & l.ex-
7 aſſe.eod.tit.¶ Vlterius quæro † an exceptio, q̃ obſtat cedẽ-
ti,obſtet ceſsionario,vt exceptio banni, & non ſolutæ gabel
læ.tãgit Doct.meus in l.qui ſtipendia. C.de procur. & diſpu
tauit vnam quæſt. Paduæ me p̃ſente. Cauetur ſtatuto , ꝙ fæ-
nerator nõ audiatur poſt quinquẽnium ſuper ſorte, q infra
qnquennium alteri ceſsit iura:an iſte, cui facta eſt ceſsio,po
terit poſt quinquẽnium agere:vel obſtabit exceptio ex per-
ſona cedentis? dic,vt in dicta diſputatione. & facit qđ no.j̃.
de iurepatro.c.1.li.6.Et qđ no.Bart.in illa diſputatione.cõ-
ſilium Piſañ. &c. & habes q̃ſt.diſputatam in fine quæſtionũ
Iaco.de Are.

# De Arbitris.

EXpeditis p̃paratorijs iudiciorum,ad iudicia
veniamus. & quia arbitria ad ipſorũ initar
ſunt redacta.ff.eo.l.1.Ideo prius de arbitris
eſt videndum.idem ordo ſeruatur. C.& Di
geſt.quia tit.de arbitris præcedit tit. de iu-
dicijs.habetur de materia.12.q.6.c.à iudi-
cibus.& §.ſequenti.& de offi.deleg.c. paſtoralis. c.ſuſpitio-
nis.& c.vno delegatorum.c.ſi contra vnum.de ap. c.2.lib.6.
de reſti.in integ.c.pen.de teſti.c.p̃ſentata. de p̃ſump. c. lite-
ras.de p̃ſcrip.c.cum olim.de re iud.c. ſi.in fi.de offi. deleg.c.
ab arbitris. li.6.& cle.q̃diu.de ap.de elect.c.ſicut.li.6.

*S V M M AE.*

1 *Arbitri ſunt in diſpari numero à partibus eligendi: & præualet ſen*
*tentia plurium.*
2 *Partes non coguntur compromittere.*
3 *Arbitrium in quo differat à iudicio.*

1 SAnè. † Arbitri ſunt in numero diſpari a par-
tibus eligendi: & p̃ualebit ſentẽtia plu-
rium.h.d.¶No. primò,ꝙ dicit tex. [ex communi pla-
2 cito] quaſi ex hoc innuat,† ꝙ partes non cogũtur compro-
mittere : ſed ſpontè à principio hoc faciũt.ſimiliter & arbi-
tri non cogũtur arbitrium ſuſcipere:ſed bene,poſtq̃ ſuſcepe
3 rint,coguntur arbitrari, vt l.3.§.1.ff.eo. In his ergo † differt
arbitrium à iudicio. quia iudicium redditur in inuitum, vt l.
inter ſtip.§.ſi Stichum.ff.de verbo.obliga.& iudicare ſimili-
ter ẽ munus neceſſarium,vt l.munerum.§.iudicãdi. ff.de mu
ne.& ho.In caſu tamen arbitrium eſt neceſſarium, quãdo in
hæret ſibi iuriſdictio,vt in c.ab arbitris.de offi.deleg.lib.6.
¶ Secũdò not. ꝙ compromitti debet in numero diſpari.qa
ſi duo diſcordarent , res eſſet ſine exitu, & natura prona eſt
ad diſſentiendum.dicit glo.maximè,quia ſi arbitri cõmuni-
ter eligũtur compatres,& amici,ſecũdùm Io. An. ¶ Tertiò
no.ꝙ ſi ſunt plures arbitri, omnium ſentẽtia eſt ſequẽda,vel
maioris partis. qd ergo ſi vnus in qnque, alius in quatuor,
alius in 15.cõdemnauit.videt̃,ꝙ valeat ſentẽtia illius in qn-
que.qa in illa ſumma omnes cõcordãt.dic vt j̃.eo.c.1.lib.6.
vbi qđ iuris, ſi vnus arbitrorum, ne alij ferãt ſentẽtiã, ſe ab
ſentat.dic vt ibi.facit qđ not.Bar.in l.ſi duo ex tribus. ff.e.ti.



*S V M M AE.*

1 *Reſcriptum ſimoniacum, & doloſum non valet.*
2 *Succeſſio etiam immediata non prohibetur in nepotibus tranſuerſa-*
*libus.*
3 *Compromiſſum extortum per dolum, & fraudem, non intantum iu-*
*ramento firmatur : quin poſſit peti reſciſſio.*
4 *Arbitrium iniquum poteſt quis dicere : licèt iurauerit non contra-*
*uenire.*
5 *Clerici poſſunt eſſe arbitri.*
6 *Iniquo arbitrio nullus cogitur ſtare.*
7 *Iudex, aduocatus, aſſeſſor, vel aſſecutor non poſſunt eſſe teſtes.*
8 *Inductus licèt ſit aliquis ad compromittendum : ſi laudum inde latũ*
*non eſt iniquum, debet obſeruari.*

1 NOn ſine. † Non valet reſcriptum ſi-
moniacum, & doloſum.h.
d. Et ſunt duæ partes. In prima facti narratio. In
ſecunda cauſæ commiſsio,ibi [quo circa.] ¶ Not.primò,ꝙ
iſte archid.inſtituit illum. A.& non intelligas de inſtitutione
auctorizabili;quia illa ſpectat ad epiſcopum. fuit ergo inſti
tutus per epiſcopum ad p̃ſentationem archidia.vel loquitur
de inueſtitura.ad hoc de offi.archid.c.ad hæc. ¶Secũdò no.
ꝙ iſte erat archid. de Suell. & erat etiam perſona iſtius eccle
ſiæ.quod intellige,vel ex diſpenſatione,vel vnione. aliàs cõ-
tra de p̃ben.c.de multa.& c.extirpandæ. ¶Tertiò not.ꝙ ne-
2 pos ſucceſsit in beneficio paterno. & † ſic in nepotibus trãſ
uerſalibus non prohibetur ſucceſsio,etiam immediata: dum
modo non iure ſucceſſorio vẽdicetur.de alijs nepotibus dic,
3 vt s̃.de fil.p̃sby.c.ad extirpandas.¶† Quartò no.ꝙ compro
miſſum extortum per dolum , & fraudem non firmat adeo
iuramento,ꝙ non poſsit peti reſciſsio. facit j̃.de iureur.c.cũ
contingat.s̃.quod metus cauſa.c.ad audientiam.& c.abbas.
4 ¶† Quintò not.ꝙ poteſt quis dicere arbitrium iniquũ,licèt
iurauerit nõ venire contra.de hoc plenè per Dy. in reg.ſciẽ
ti.de reg.iur.lib.6.& l.quidam cum filium.de verbo.obl.per
5 Bar.¶† Sextò no. ꝙ clerici poſſunt eſſe arbitri, & in plures
compromittitur numero pari, vt hic. quia in duos,& diſpari,
6 vt s̃.c.proxi.¶†Septimò not.ꝙ non cogitur qs ſtare iniquo
arbitrio, ſed poteſt peti reſciſſio, & petitur coram iudice, vt
hic. & illud nõ h̃ret dubium, ſi iſti fuiſſent arbitratores, p c.
Quitanallis.& c.veniens.j̃.de iureiur. ſed ſi eſſent veri arbi-
tri,dubitatur, per l.diẽ p̃ferre.§.ſtari.de arb.¶ Octauò not.
ꝙ iudices hic vocãtur, vt ferant teſtimonium ſuper his, quæ
ſunt acta corã eis.de quo.j̃.dicã. ¶Oppo. dicitur hic, ꝙ hic
fuit cõpromiſſum iuramẽto vallatum.Sed contra hoc oppo.
de Auth.decreuit ius.C.eo.ti.vbi prohibet fieri aliquod cõp
miſſum cũ iuramẽto, ſiue ſit iuramentum arbitri tm̃,ſiue ar
bitri,& partiũ,ſiue partium tm̃.& in hoc illa Auth. corrigit.
l.C.Sol.dicit Ho.per iſtud.cap.l.C.reſuſcitatur.& illa Auth.
corrigitur.quod poteſt Papa facere, cum Imperator dicat,ꝙ
iuramẽtis,& alijs eccleſiaſticis cẽſuris velit ſeruari canões ,
& non ll. in Auth. vt cle.apud p̃prios ep̃os.§.ſi verò.& de ec
cle.ti.§.1.aduerte tamẽ,quia illa Auth. prohibet in compro
miſſ. adiectionem iuramenti,non autem reprobat ipſum cõ
promiſſum.& hoc probatur in illa Auth. vbi tractat de pœ-
na ſoluenda:ex quo patet,ꝙ compromiſſum eſt validum.nã
ex inualido nõ cõmittitur pœna. tamẽ de iure canonico põt
apponi iuramentũ,vt hic.& ſic corrigit dicta Auth. vt dixi,
& hoc tenet Cyn.ibi. ¶Secũdò oppo. iſte.A.erat ſpoliatus,
ergo nec compromiſſum, nec iuramentum debuit impedi-
re reſtitutionem.de reſt.ſpol.c.2.de renũ.c. & ſuper hoc.ſo.
illud de rigore,iſtud de æquitate.vñ iſte tex.non dicit.[iure;
ſed æqtate ſubnixũ.] forsã enim commiſerat tale crimen,ꝙ
parum duraret ei reſtitutio.de accu.c.ad petitionem.vel for
tè iſte.A.non petebat ſe reſtitui,tãquàm ſpoliatus : ſed pete
bat beneficium iure canonicæ inſtitutionis, vel ſe vt capella
num benignè tractari,vel prouẽtus capellaniæ, cum abeſſet
ſine culpa, vel petebat reſtitutionem,tãquàm ſpoliatus,vt di
xi. ¶Tertiò oppo.hic Papa mãdat ſuper nullitate,vel effi-
cacia laudi arbitros interrogari. contra qa eis nõ debet cre
7 di.† Iudex em̃,aduocatus , aſſeſſor, vel aſſecutor nõ poſſunt
eſſe teſtes.C.de aſſeſ.l.nemo.& de teſti.l.ſi.2.q.6.c.ſtatuẽdũ.
Sol.dicũt quidam, ꝙ vbi agit̃ de irritatione ſentẽtiæ,& facti
ipſius iudicis, alijs non fiat p̃iudicium,& ex hoc teſtimonio
poſſunt iudices eſſe teſtes , & ſuam turpitudinem confiteri :
ſecus ſi alteri eorũ teſtimonium eſſet præiudiciale. j̃.de teſt.
c.ſicut.Inno.dixit,ꝙ nec arbitri, nec ſupradicti ſunt recipiẽ
di in teſtes,vt in contrarijs. poſſunt tñ cõſuli de facto ſuo,vt
hic.j̃.de accu.c.cum dilecti.nec ſecũdùm ipſum retractare-
tur arbitrium,ſi eorum turpitudinem allegarẽt, vt d.c.ſicut.
Sed dices.ſi ipſis non eſſet credendum, quare Papa præcipit
ipſos interrogari fruſtra? dic ſecundùm Inno. ꝙ hic non in-
terrogãtur,vt turpitudinem ſuam fateãtur. ſed vt dicãt,quo
modo iſtam pecuniam fecerũt dari arbitri.ipſa em̃ datio nõ
infert neceſſariò ſimoniam. nõ em̃ ſemper eſt ſimonia, quã
do renũciatur vnum ius ſpirituale,& aliud temporale datur:
imò toleratur quãdoq; pro bono pacis,vel pietatis cauſa,vt
patet in eo,quod legitur, & no.de præben.c.niſi eſſent.& de
pact.c. cum pridem. In caſu ergo huius. c.poterat dubitari,
qualiter iudices dari mandauerunt illam pecuniam:ideò in-
terrogãtur, non ad hoc vt ſemper fides adhibeat̃ eorum di-
ctis.quia ſæpe ſuum factum tuentur.ff.de iudi.l. eum q.ex va
rijs autem circunſtantijs colliget̃,qd credãt.ff.de cuſto.reo.
l.diuus.Requirũtur ergo hic arbitri,vt cauſam dicant,quare
hoc fecerunt,vt per hoc reprobetur arbitrium, vel approbe
tur,vt ſequitur. & habet hoc locum in iudicibus, arbitris, &
officialibus publicis: ſecus in electoribus,quorum teſtimo-
nia admittuntur.s̃.de elect.c.cum dilecti. §. nos verò. Et ita
dicit Io.An.in gl.ſed contra.ſed ſuper glo. 1.confeſsi.ſoluit,
ſecundùm Hoſt. ꝙ hic in defectũ p̃bationum fuit recurſum
ad eos:ſi verò de corruptione quæretur,non eſt eis credẽdũ,
cum per alios probari poſsit: de illo ergo laudo non fuit fa-
cta ſcriptura,nec fuit præſentia teſtium,per quos poſſet p-
bari.confidebant em̃ in iuramẽto, vt ſæpe accidit. de illa ta-
men materia,an credatur arbitris,vel iudicibus de geſtis co
ram eis.dic,vt no.de teſti.c.Romana.li.6.de accu.c.cum dile
cti.§.1.& 2.de exceſ.præla.c.inter dilectos.§.p̃terea.D.Bal.
ita diſtinguit ex dictis Iaco.But.ꝙ aut arbiter vult teſtifica-
ri ad ſuam iuſtificationem: & non poteſt, arg.l.eos.C.de ap-
pe.aut ad ordinis iudiciarij probationem,vel ad probationẽ
principalis negocij.tunc aut coram ſe:& non poteſt. aut co-
ram alio:& poteſt.aut vult teſtificari de ſua intentione.& di-
cit ſe conſuluiſſe,ꝙ poſsit coram iudice de hoc teſtificari,nõ
ꝙ ſtetur dicto ſolius arbitri: ſed quando ſunt plures arbitri,
& teſtificantur de intentione communi,quæ ſub verbis lau-
di põt includi, & nõ includi ſecũdùm intentionem. valet em̃
tale teſtimonium,per rationes ibi no. per eum in l. ne in ar-
bitris.C.eo.tit.¶ Quartò oppo. hic mandat Papa laud.refor
mari.ſed cõtra quia ſiue æquum, ſiue iniquum, eſt ſeruandũ,
vt l.diem proferre.§.ſtari.ff.eo.Sol.vt in glo.ſupple. &c.in fi.
q̃ intelligit hunc tex.in arbitratore, nõ in arbitro. vel aliter
hic loquitur , quando interuenit dolus, & fraus in compro-
miſſo. ideò ex laudo denegatur actio. quia dedit cauſam a-
ctui,iuxta no.plenè de empt.& vendi. c.cum dilecti.in vlt.gl.
8 Aduerte tamen,quia videtur velle iſte tex. † ꝙ qñcumq; do
lo,& fraude aliquis ſit inductus ad compromittendũ: ſi lau-
dum inde latum non eſt iniquum,debet obſeruari: quãdo ve
rò dolus interceſsit in ſententia laudi : tunc an ſit nullũ ipſo
iure,vel actiõe in factũ. dic.vt no.in l.arbitrorũ.C.e.p Cy.&
Bal.Inno.reſpondet aliter ad §.ſtari. dicit em̃,ꝙ ſi euidenter
liqueat,ꝙ arbitrium iniquitatis pacta contineat, ordinarius
ex officio faciet illud emendari.& hoc no.me ns horum ver-
borum. & j̃.c. proxi. &c. expoſita. Si ergo euidenter pa-
tet

tet de læſione partis.& per conſequens de peccato , non ſta-
bitur illi.l.diem proferre.§. ſtari. & hoc verum, quando in-
fra.10.dies fuit contradictum, ne ſit contra. ỹ.eod.c.ꝑ tuas.

*S V M M AE.*

1 *Arbiter ſua auctoritatte ſpiritualia laico adiudicare non poteſt.*
2 *Compromitti poteſt de cauſa dotis.*
3 *Clericus ſine auctoritate diœceſani non poteſt facere compromiſſum, per quod ſua eccleſia obligetur.*
4 *Prohibitus de iure dotem promittere : ſi dotem promiſit (quamuis dotis conſtitutio reſcindatur) non tamen eſt liberatus.*
5 *Promittens aliquid dare annuatim, quando teneatur ſoluere.*

1 PEruenit. † Arbiter ſua auctoritate ſpiri
tualia laico adiudicare non po
teſt.h.d Et ponit factum, quod ſecundò corrigendo
committit.¶No.primò,ꝙ Papa dicit [peruenit ad nos]&c.
nec dicit,qualiter.qũocunq; ergo ſciat,debet corrigere quę
reperit malè geſta circa ſtatum eccleſiarum.facit ỹ.de inſti.
c.cum veniſſent.& cõcor.ỹ.de iureiur. c. ad noſtram.2.& c.
in electio.¶Secundò not.ꝙ frater dotabat ſororem.an autẽ
ad hoc teneatur de iure,dic vt no.in l.cum plur.§.1.ff.de ad-
miniſt.tuto.¶Tertiò no.ꝙ hic datur in dotem annua quan-
titas.q̃ aũt tunc ſit ſubſtantia dotis, & qui erunt fructus,qui
debent cedere lucro viri , difficile eſt videre.in vſufructu,cũ
datur in dotem,dic vt l.promittendo,& l. dot.fruct.§.2.ff.de
2 iure do.& l.vſusfru.ſolu.mat.¶Quartò no.† ꝙ de cauſa do.
poteſt compromitti: ſed cum detur dos pro alimentis,vt l. ꝓ
oneribus.C.de iure.do.&.ff.eo.ti.l.dot. fructus.ſicut non po
teſt tranſigi inconſulto prætore, vt l.cum hi.ff.de tranſac.ita
videretur, ꝙ non poſſet cõpromitti , & procederet magi du
bium,ſi illi arbitri,vt amici communes, eſſent electi.quia ta
le genus compromiſsi habet vim trãſact. vt in Auth.vt diffe.
iudi.§.ſi verò cõtigerit.In vero compromiſſo videtur hic lo-
qui: vt ſicut in iudicio deducitur quæſtio de dote , ita etiam
in compromiſſo.¶Quintò no.ꝙ hic quæſtio dotis fuit com
ꝓmiſſa inter maritũ,& fratrem mulieris,qui ꝓmiſit.iſta aũt
tranſactio,ſiue compromiſſum,an noceat mulieri,cui eſt ius
quæſitum ex promiſsione fratris,vt l.vnica. §.accedit.de rei
vxo.ac.non credo , ſi fuit ignorans:poterit ergo mulier ſolu
to matrimonio agere contra heredes viri ad dotem conſtitu
tam primitus,non obſtante compromiſſo ſequenti.quid iu-
ris,ſi maritus nõ exegit,an teneatur mulieri.dic, vt ff.de iur.
do.l.ſi extraneus.& l.Mæuia.ſol.ma. ¶Sextò not.ſecundùm
3 Hoſt.† ꝙ clericus ſine auctoritate diœceſani non poteſt fa-
cere compromiſſum,per quod ſua eccleſia obligetur. 10.q.
1.c.regenda.de tranſac.c.de ceteris.& in Specu.de arbi.§.re
ſtat.ver.ſed nunquid quæritur.& §. finitur.ver. ſed nunquid
4 prælatus. ¶ Septimò not.in ver.clericum. † ꝙ licèt do.con-
ſtitutio reſcindatur: tñ q̃a ille, qui de iure non potuit , pro-
miſit,non eſt liberatus.quod eſt mirum, cum maritus fuerit
ita in culpa rem prohibitam accipiẽdo,ſicut frater promittẽ
do.ergo dolus cum dolo,culpa cum culpa,&c. vt.l. viro atq;
vxo.ff.ſo.ma.& bene no.ꝙ ſi dot.conſtitutio eſt nulla ratio-
ne rei in conſtitutione deductæ , tenetur promiſſor ad nouã
conſtitutionem do.niſi amicabiliter compoſuerit iſtã conſti
tutio.quia rector eccleſię poteſt fructus,quos percipit,& ẽt
res locare,vt ỹ.ne prælati vices ſuas.c. querelam. & ſ̃.de trã
ſact.c.de cetero.Sol.dicit glo.in hoc &c. ꝙ Papa hic conſide
rat vexat. facti, quæ poſſet eccleſiæ reſultare ex tali datione
decimarum.forte enim mulier viro mortuo, vel ab eo ſepa-
rato, illud vendicaret in dotem. ỹ. de don. inter vir.& vxo.
c.1. ſecundùm Vin. aduerte ſi extraneus dat pro muliere in
dotem annuũ redditum certæ rei, marito mortuo, an mulie
ri debeat aliq̃d reſtitui. dic vt l.cum in fundo. & l.ſi vſusfru.
5 ſol.ma.¶ Quærit Io.An. † ille, qui promittit dare aliquid an
nuatim, qñ teneatur ſoluere, an in principio anni,an in fine.
dic vt Inſti.de inuti.ſtip.§.pe. & hic ponit verſus.

*Annua ſi debes, tunc inſpicies caput anni.*
*Anno ſi debes in fine tenebe is anni.*

& ſecundùm hoc procurationes, quę debentur ratione viſi-
tationis,cum ſint annuæ, debentur in principio anni.& idem
de alijs cenſibus,& redditibus. 10.q.3.c. inter cetera.& q.1.
c. epiſcoporũ. Sed certè cum procur. habeat relationem ad
viſitationem,quia viſitat,procur.debetur. facit ff.qñ dies le.
ce.l.Firmio.§.pe.quid ergo, ſi annus eſt incæptus,& ante fi-
nem anni moritur cui annuum quid debetur. dic vt l.in ſin-
gulos.de an.leg. & aduerte quia in illo.c. dictum fuit, ꝙ da-
ret quinq; , ſed annuatim. quid ergo ſi promiſsio concipit
hoc modo. dabo tibi. 10.quò ad viuam : vtrùm intelligit de
vnis 10.tñ: an 10. annua.dic per Bar. in l.eum qui.§.q ſtip.
ff.de verbo.oblig.

*S V M M AE.*

1 *Clerici de temporalibus compromittere poſſunt in mulierem,aliàs de conſuetudine iudicantem.*
2 *Habens vſum nemoris, vtitur lignis ad vſum ſuum, & ſuæ familię.*
3 *Femina ſimplex non poteſt eſſe arbiter.*
4 *Feminæ illuſtres , vt reginæ , habent iuriſdictionem à conſuetudine, & etiam poteſtatem arbitrandi.*
5 *Pœna in compromiſſo appoſita an poſſit peti.*
6 *Arbiter ſi ſtipulatus eſt pœnam, ſi ſuæ ſententiæ nõ pareatur: an poſ ſit peti per partem talis pœna.*
7 *Emologatio debet ſequi ſententiam: non præcedere.*

1 DIlecti. † Clerici de tẽporalibus cõpro-
mittere poſſunt in mulierẽ aliàs
de conſuetudine iudicantẽ.Prima pars narrat fa-
ctum.Secũda dat iudices,ibi [quis autem.] ¶Not.primò,ꝙ
hic erat quæſtio de vſu nemoris,ꝓ cuius intelligentia tangit
2 hic Io.An.† ꝙ habẽs vſum nemoris, vtit̃ lignis ad vſum ſuũ,
& familiæ ſuæ.ff.de vſu,& ha.l.2.accipiet etiam flo. poma,&
olera, & alia, quæ naſcuntur in nemore, non ſolùm ad vſum
ſuum,ſed conuiuarum : largius,& ſtrictius ſecundùm ſtatũ,
& dignitatem vſuarij,non ad cõpendium, vt vẽdat.illud. n.
eſſet frui.ff.de vſu & ha.l.plenum.§.1.& qđ no.eo.ti.l.diuus.
Dicit ẽt,ꝙ ſi miles à tempore,quo non extat memoria,con-
ſueuit in alterius nemore ligna ſcindere, vel animalia paſce-
re.dic,ꝙ tuenda eſt conſuetudo.arg.de deci.c.cum ſint.& c.
ad apoſtolicæ.& ſi ſerui.vendi.l.ſi quis diuturno. & ſi paſcua
non ſufficient vtriſq; , præferuntur domini illorum.de de-
ci.c.ſuggeſtum.hoc tamẽ,ſecundùm Hoſt.intellige de cõſue
tudine pacifica,ẽt præſcripta:aliàs contra.de deci.c.ſancto-
3 rum.& c.audi. ¶Secundò † not.ꝙ femina non poteſt eſſe ar
biter.& ita in hoc eſt deterior conditio feminarum,quàm vi
rorum.& circa hoc ponit Hoſtien.38.caſus, in quibus eſt de
terior conditio mulierum,& tres,in quibus eſt melior.quod
proſequere,vt in Specu.de procura.§. 1.& prohibet iſte tex.
feminas ſententiare.quia arbitria ſunt redacta ad inſtar iudi
ciorum: vnde ſicut iudices,ita arbitri eſſe non poſſunt.an au
tem poſsit amicabiliter componere. dic, vt in Spec.de arbi.
§.2.in princ.vbi etiam not.quid ſi in mulierem compromit-
4 titur cum iuramento. ¶ Tertiò not.† ꝙ feminæ illuſtres, vt
reginæ,habent iuriſd.de conſuetudine.& ſic poteſtatem etiã
arbitrandi.Innocen.dicit, ꝙ feminæ de iure poſſunt iudica-
re, ſi habent regnum,vel comitatum.Idem dicit Ho.de alijs,
quæ in magna terra ſuccedunt ex teſtamento, vel ab inteſta
to.& pro horum dicto bene facit de priuileg.c.ex parte.ſ̃.de
ma.& obe.c.dilecta.& l.fi.C.eo. ¶ Quartò not. qđ iuris ſit,
quando inhabilis eſt aſſumptus in arbitrum, & profert ſen-
tentiam.dicit enim tex.ꝙ nulla pacti exceptio habeatur. fa-
cit ad not. ſ̃.de poſtu.c.1. & fi.& c.in noſtra.de procurat.
¶ Quintò not. ꝙ illud laudum roboratum fuit conſilio epiſ
coporum,



ſcoporum , & hoc facit præſump. pro iuſticia laudi . de
procura. c. in noſtra. de præben. c. niſi. hoc tamen non
ſufficeret ad valorem laudi , nec etiam ſuffeciſſet conſen-
ſus epiſcopi. de quo. ỹ. eo. tit. c. contingit. ¶ Sextò no,
5 † quòd de iure canonico poteſt peti pæna . quæro igitur ,
an hoc ſit verum. So. glo. magna plenè tangit.dicit enim ,
quòd aut pæna apponitur loco intereſſe . aut loco contu-
maciæ.aut apponitur in fraudem vſurarum , vt in ea ha-
bes . cuius materiam latè hic proſequitur Ioan. An. di-
cit enim , quòd quædam eſt pœna canonica , vel legalis :
quædam conſuetudinaria;quædam puniens cõtumaciam :
alia iudicialis, & grata: alia grata, & compromiſſaria : alia
conuentionalis extra iudicia interpoſita. primam legalem
poteſt eccleſia exigere, per iura , quæ allegat glo. & ff. de
verbo. ſign. l.ſi qua pæna. 17.q.4.c.ſi quis deinceps. Idem
dicit de ſecunda, ſcilicet de conſuetudinaria. de offi. ordi.
c.dilectus. Idem dicit de tertia puniente. ff. ſi quis ius di.
non ob. l.vna,dummodo iudex , qui infligit , præſit tribu-
nali.ff. de iudic.l.2.in fi.vel ſit delegatus Papæ. de offi. de-
leg. c.de cauſ. vbi de hoc , nec excedat modum. de modo
mult.l. eos. remittit autem in hoc ad ſummam de ſenten.
ſub rub. de mulcta. pars autem à parte licèt ſuum inter-
eſſe non exigat.de dolo & contu. c.1. tamen leges permit-
tant in totum petere.ff.de coll. bo.l.1.§. ſi cum duobus. &
de tab. exhi. l. locum. §. antepenul. ſatisfac. verò iniuriæ
vir etiã eccleſiaſticus exigere poterit. de iniur.c.cum olim.
quod dic,vt ibi.¶Eſt & quarta iudicialis , quam etiã infli
git Eccleſia.de do.& contu. c. finem. & de elec. c. cum di-
lecti.§. præfatum ¶Itẽ eſt quinta, ſcilicet arbitraria ab illa
parte exigenda, quæ nullo modo vult compromiſſum ſer-
uare, vt hic. & ỹ.eo.c.penul.& ſit ratio, vt contumacia non
ſeruantis puniatur. ſi autem ſeruare vult , ſed non poteſt :
tunc de benignitate canonica ſubuenitur ſibi , ſecundùm
Hoſti. Ego dico, quòd etiam de rigore iuris : quia difficul
tas impedit commiſsionem pænæ , licèt non obligationis
principalis, vt l.continuus.§. illud.ff. de verbo.obli. ¶Vl-
tima, ſcilicet conuentionalis,an poſsit peti. Inno.ỹ. de pæ-
nis.c. ſuam. dicit , quòd licitè petitur tota pæna , etiam ſi
excedat intereſſe. & hoc eſt verum, niſi apponatur in frau
dem vſurarum. quod præſumitur , ſecundùm quoſdam ,
quando adijcitur ſolutioni quantitatis: ſecus, ſi adijciatur
facto, vt ſic vſurarij ſumant fraudem,qui non adijciunt pæ
nam ſolutioni, ſi in termino non ſoluatur quantitas: ſed di
cunt in contractu, ꝙ adueniente termino , debitor tenea-
tur deferre ad eum tot pignora, quæ æquiualeant ſorti ſub
tanta pæna, vel veniant ad recipiẽdum ſponte præceptum
de ſoluendo. quæ remedia, & cautela nõ ſunt bonæ, & con
tra ipſas vide quod no. Ioan. An. in Spe.de obli.§. 1.verſi.
ad primum, & expreſsè hanc cautelam reprobat Cy.C. de
6 vſur. in l.cum allegas. ¶ Quæro.† arbiter ſtipulatus eſt pæ
nam, ſi ſuæ ſententiæ non pareatur : an poſsit peti partem
talis pæna. glo. tenet , quòd ſic. de iudice non dubitatur ,
ꝙ per ipſum quæratur parti, vt no. in l. eum pro quo.ff.de
in ius vo.cum ſi. Sed de arbitro tanquam de priuata perſo-
na poterat dubitari. ſi autem arbiter ſtipulatus eſt ſtari ſen
tentiæ ſuæ, nulla pæna promiſſa, nõ tenet compromiſſum ,
ſecundùm Guil.in Spec.eo. ti. ver. ſed quid ſi ſtipulatus. &
§.fi.ver. quid ergo. & ver. quid ſi dictum. & ver. quid ſi in
compromiſſo. ¶ Secundò quærit glo. pone, ꝙ eſt dictum
in compromiſſo, ꝙ pars debeat ſtare laudo ſub pæna tali ,
rato manente laudo: modò quæro, ſi non paretur, an poſ-
ſit pæna peti, & quod deuenit in laudo per viam emologa-
tionis. glo. tenet ꝙ ſic. & hanc opi. glo. tenuit Azo. vt tale
pactum rato manente laudo , pæna ſoluta aliquid opere-
tur, vt l.ſi quando.de lega. 1.& de priuile.c.ſi Papa. li.6.Ita
no. Azo. in l. cum antea. C.eo.& ff.eo.l.2.contentari enim
debet iudex in eo, quòd partes conſenſerunt. ff. de re iudic.
l.ſi conuenerint. hoc etiam Odo. tenet , & confirmat ratio-
ne vidẽtur:enim duo cõpromiſſa , vnum ſub pæna:& hoc pa
tet . ſecundum ſine pæna , per id , quod dictum fuit , quòd
ratum maneret laudum, pæna ſoluta. Et ex hoc capite vide-
tur emologatum, vt competat actio,& exceptio per dictam
l.cũ antea. Iac.Bal.Mar.de Fano.& Iac.de Ra.reſiſtunt huic
7 dicto:† cum emologatio habeat ſequi ſententiam,non præ-
cedere, vt in dicta.l.cum antea.ibi[ ſubſcripſerint, poſtq̃ defi
nito ] &c. Item cum l.illa ponat caſus ſpeciales , quibus da-
tur actio, & exceptio, datur intelligi in alijs caſibus eſſe ius
commune contrarium.ff. ad municip.l. 1. in fi. Item per ſo-
lutionem pęn.de iure à compromiſſo receditur. C.eo.l. 1.er
go &c. ad illud argumentum, quòd dicta clauſula debet ali
quid operari, reſpondet, ꝙ operatur iterationem pænæ, quæ
aliàs non committeretur:ſed modò committitur, ſaltem bis.
ff. de leg.3 . l. fideicommiſſaria.§.ſi quis. 10. Ad alia iura re-
ſpõde, vt hic in nouella, cuius ſunt verba, quæ dixi ſuper iſta
quæſtio. quæ quæſtio habet locum , quando pæna adijcitur
cum prædicta clauſ. rato manente pacto . ¶ Quid ergo , ſi
fuit in arbitrum compromiſſum ſub pæna ſiue dicta clauſ.
rato manente, &c. nunquid poterit emologari? dicunt qui-
dam , quòd ſic: quia eadem eſt ratio, ergo idem ius , vt l. il-
lud. ad leg. Aquil.& hanc opi. videtur tenere glo. ff.de re iu-
di.l. ait prætor. in prin. Azo. dicit contrarium.ſ. quòd tunc
quando eſt pæna adiecta in tali compromiſſo nudo pacto
inito ex ſnĩa non datur actio, nec exceptio (licèt fuerit emo
logata) ſed pœnæ petitio, vt C.eod.li. 1.& hoc probatur in l.
cum antea.C.eo.ibi[ quos neq; pœn.]&c. à contrario ſenſu.
per adiectionem enim pœnæ commiſſione ſecuta videtur
quædam nouatio laudi.ff.de pac.l.reſcripto.§.ſi pacto.cum
ſimil.Et prouiſio hominis tollit prouiſionẽ legis.C.de pact.
conuentis.l.fin.& C. de preca. l.& habet.§.cum quis.& hæc
eſt vera, niſi eſſet ſubiunctiua, ꝙ adiectio pœn.nihil immuta
ret,& procedit illa emologatio, quando compromittitur nu
do pacto.Si autẽ per ſtipu.tũc agitur ad intereſſe, vt no.Cy.
in dicta l.cum antea.per l.diem proferre.§.fi. ff. eod.& hoc
caſu ceſſat emologatio, ſecundùm Cyn.ibi[ ſi fuerit, vel non
fuerit pœna ꝓmiſſa]& magnus eſt effectus emologationis.
quia ex ſententia arbitri oritur tunc actio in factum. & ha-
bet paratam executionem, ſicut ſententia, vt l. cum antea.
In caſibus ergo, in quibus ceſſat emologatio, per iam dicta
ceſſat executio, Et alijs remedijs eſt agendum, non executio
laudi petenda. quod no.¶ Et diſtingue ex prædictis , ꝙ aut
ſit compromiſſum nudo pacto.& habet locum emologatio,
aut nudo pacto cum adiectione pœnæ : & non habet locum
emologatio , per iam dicta . aut ſit compromiſſum ſtipu.
ſolemni , & ſine pœna : & habet locum l.diem proferre. §.
fina.aut ſtipulatione ſolemni , & pœnali. & tunc ſiue ſit di-
ctum, rato manente pacto, ſiue non, habet locum emologa-
tio.Ad vnum tamen aduerte, ꝙ ſi eſt adiecta pœna ſine clau
ſula rato manente.licèt non poſſit vtrũque peti.ſ.res,& pœ-
na:tamen ſi pœna fuerit ſoluta, poterit peti res,non dico ex
ſentẽtia arbitri, quæ eſt innouata per ſolutionẽ pænę:ſed pri
ſtina actio, quæ non eſt extincta, licèt ſit pęna ſoluta, quæ nõ
ſuccedit loco rei : ſed loco contemptus. & ita ſentit Cyn. in
dicta l.cum antea. per l. ſi quis rem. ff. eod. quod eſt menti
tenendum . ¶Circa iſtam commiſſionem pœnæ quæro de
duobus, circa ſententiã arbitratoris, quia à ſententia arbitri
non poteſt peti reductio de iure ciuili.pone ergo, ꝙ arbitra-
tor tulit laudum,& petita eſt reductio ad arbitriũ boni viri ,
& pro parte laudum eſt confirmatum , & pro parte infirma
tum. pone modò , quòd huic ſententiæ reformanti laudum
non paretur, nunquid incurritur in pœnam compromiſſi? di
cit Bart. ꝙ ſic. quia iſte iudex ſuccedit loco arbitratoris. hoc
tenet Bart.in l.mulcta.ff.de condit.& demonſtra. ¶Sed nun

quid iſte, qui pro parte obtinet, & pro parte ſuccumbit, inci
dat in pœnam compromiſsi? certum eſt enim, quòd ſi in to
tum ſuccumberet, committeretur pœna, vt not. Dyn. in cõſ.
Tolomeus manentis &c. vel connexè non incidat: quia non
potuit ſeparatè, ar. ff. de dona. inter virum & vxo. l. cum ſpõ
ſus. §. generaliter. & de mino. l. etiam. §. 1. In contrarium
videtur, quòd debuerit pet. ſuam ita iuſtificari, quòd non cõ
cluderet minus rectè. quod ſi ſecus fecerit, incidit in pœnã,
arg. ff. de lega. 2. l. qui ſolidum. in princ. & ita not. Do. Bald.
C. eo. l. vlti.

*S V M M AE.*

1 *Minor eccleſia in præiudicium Papæ non poteſt compromittere.*
2 *Eccleſia ſi eſt exempta, & Papæ immediatè ſubiecta, non poteſt compromittere, ſi oritur quæſtio ſuper eius libertate, ſine licentia Papæ.*
3 *Vaſallus non poteſt compromittere ſuper feudo ſine licentia domini.*
4 *Clericus non poteſt compromittere ſuper eccleſia ſine licentia epiſcopi.*
5 *Ordinarius poteſt cognoſcere tanquàm arbiter inter ſubditos.*

1 CVm tempore. † Minor eccleſia
in præiudicium
Papæ compromittere non poteſt. h. d. communis
diuiſio. Secunda ibi [nos arbitrium.] ¶ Not. primò, quòd
iſte abbas habet quæſtionem cum monachis ſuis, & cum e-
piſcopo. & fortè alia erat lis cum monachis, alia cum epiſco
po, vel erat eadem. quia monachi erant fortè rectores dicta
rum capellarum, & dicebant ſubeſſe epiſcopo; ita quòd ipſo
rum, & epiſcopi erat eadem cauſa defenſionis, vel impugna
tionis. ¶ Secundò not. quòd Decre. iſta dirigitur ab epiſco-
po, & Capitulo: quia ſic debet intelligi, quòd pro parte mo-
naſterij fuerit compromiſſum: aliàs factum abbatis mona-
ſterio non noceret, vt ſ. de reſcrip. c. edoceri. ¶ Tertiò not.
quòd hic fuit compromiſſum in archiepiſcopum. & ex quo
quidam colligunt, quòd ordinarius loci poſsit aſſumi in ar-
bitrum, quod argumẽtum procederet, ſi epiſcopus hic fuiſ-
ſet reus. Si autem actor, non eſt tunc ordinarius archiepiſ-
copus: ſed tunc arbitri eligendi. de hoc, an poſsit in ordina-
riũ cõpromitti, dicã. j. ¶ Quartò no. ꝙ iſte abbas defende
bat libertatẽ nõ ſolum ſui monaſterij, ſed illarũ capellarũ, q̃
fortè ſimul cũ monaſterio erant exẽptæ. & ibi recipiebat Pa
pa epiſcopalia, vel abbas nomine Papæ. Et ſic in eis abbas
nõ habebat aliqđ ius: aliàs de iure ſuo cõpromittere potuiſ
ſet. vel dic, quòd pertinebat ad ipſum pleno iure. intererat
tamen eius, quòd non eſſent ſubiectæ niſi Papæ. & ideò de-
fendebat. j. de relig. dom. c. conſtitut. & c. cum venera. ſecun
dùm Innocen. ¶ Quintò not. quòd Papa hic reformat, &
corrigit laudum arbitrorum in eo, quod continet iniquita-
tem. quo autem iure ſit arbitri ſententia per iudicem refor
manda: cum ſiue æqua, ſiue iniqua fuerit, ſit parendum, vt l.
2 diem proferre. §. ſtari. ff. eo. cogita. ¶ Sextò not. † quòd ſi ec
cleſia eſt exempta, & Papæ immediatè ſubiecta, non poteſt
compromittere, ſi oritur quæſtio ſuper eius libertate ſine li-
centia Papæ. ſicut enim non poteſt alienare, Romano pon-
tificẽ inconſulto, vt c. ego. N. de iureiuran. ita nec per con-
ſequens compromittere, ne occaſione ſententiæ contingat
fieri alienat. vel eccleſiam grauari quò ad pœnam. ſ. c. pro-
3 xi. ad fin. & eſt argu. † quòd vaſallus non poteſt compro-
4 mittere ſuper feudo, niſi de licentia domini. † nec clericus
ſuper eccleſia ſine licentia epiſcopi. Hoſtiẽ. remittit ad ſum
mã. eo. ti. §. ſed quæritur. ver. ſed nunquid vaſallus. & ſe. &
in Specu. de arbi. §. reſtat. ver. ſed nunquid vaſallus. ¶ Op-
po. iſte text. innuit, quòd ordinarius (ſicut erat iſte archie
piſcopus) poteſt aſſumi in arbitrum in cauſis ſubditorum.
Sed contra. ff. de arbi. l. ſed ſi in ſeruum. §. 2. Solu. dicit glo.
illa l. hoc non prohibet, ſed tantummodo, quòd partes co
gat in ſe compromittere. ſentit ergo glo. † quòd poſsit or-
dinarius cognoſcere, tanquàm arbiter inter ſubditos. hoc
5 tenent Ioã. Tan. Vin. Phi. & Goff. in c. fi. de pmu. Ho. tenet
cõtrariũ. ſ. ꝙ non poſsint. Idem Accur. in dicta l. ſed ſi in
ſeruũ. §. 2. vbi de hoc. & 3. q. 7. c. tria. & §. ſi quis verò. hoc
idem tenet Hug. & Lau. quæ autem ſit ratio, quòd non poſ
ſit, triplex ratio not. in dicto §. ſi quis verò. & tres alias hic
aſsignat Hoſtien. Prima, quia iudex iurat pronunciare ſe-
cundùm iura, & æquitatem ſeruare: ſed ſi lex ſibi concede
ret poteſtatem arbitrandi, poſſet recedere ab illa iuſtitia,
& æquitate, & iniquè pronunciare, ſicut arbitri poſſunt, vt
l. diem proferre. §. ſtari. ff. eo. Secunda, quòd iure ordina-
rio hoc poteſt facere, ergo extraordinarium remedium nõ
debet poſſe concurrere in perſona ſua, vt l. in cauſæ. ff. de
mino. Tertiò quia eſſet deſcendere, & retrogradare con-
tra id, qđ continetur. 93. diſt. in c. legimus. ſ. de tranſac. c.
1. Non obſt. §. ſi verò. in Authen. vt diffe. iudi. cum ſi. alle-
ga. in glo. quia loquuntur in arbitratore, ex cuius officio
non perimitur æquitas: ſed dilatatur, & negocium faciliùs
terminatur. & de hoc plenius per Hoſtien. in ſumma. eod.
titu. §. quis poſsit. verſi. ſed nunquid iudex. vſque ad §. fina.
Ioan. And. hic arguit pro opi. Barto. & ſequacium. & tan-
dem remittit ad not. per eum. j. de ope. nou. nuncia. c. 2. ad
fin. ¶ Secundò oppo. & videtur, quò iſte abbas licèt nõ
potuerit Papæ præiudicare: tamen videtur, quòd potue
rit ſibi renunciare priuilegio libertatis, vt j. de re iu-
dica. c. ſuborta. & de dona. c. inter. & de cap. mo. c. 2. in fin.
Sólu. G. fatetur oppo. ſ. quòd poſsit renunciare. idem hic
Goff. Phi. Innoc. & Hoſt. priuilegio ergo libertatis Papæ
renunciare non potuit abbas, nec de ſtatu ſuo compromit
tere. Si verò duæ eccleſiæ litigarent ſuper tertia, quam
vtraque ſibi vendicat in ſubiectam, licitè de ſtatu tertiæ
compromitti poteſt inter duas litigantes. j. eo. c. per tuas.
alia ſuper hoc dicit Io. An. vide ſuper glo. fi.

*S V M M AE.*

1 *Reconuentio non fit coram arbitris.*
*Habet tamen locum in iudicio ordinario, & etiam delegato. nume. 2.*
3 *Arbiter aſſumptus ſuper actione legis: an poterit negantem condemnare in duplum.*
4 *Arbitria, & iudicia in quibus conueniant, & in quibus differant.*

1 CVm dilectus. † Reconuentio
non fit coram
arbitris. hoc dicit. In prima quæſtio. In ſecun-
da ſolutio. In tertia ſolutionis ratio. partes patent. ¶ No-
2 ta primò, † quòd reconuentio habet locum in iudicio. qđ
intellige ordinario, & etiam delegato. j. de mu. pet. c. 1. &
2. & de reſcript. c. diſpendia. §. reus quoque. Coram iudi-
ce ergo ordinario, & delegato habet locum reconuentio:
ſed nunquid coram iudice appellationis. dic vt in Specu.
de reconuentione. §. 2. verſ. ſed nunquid coram. & j. de
mu. pet. cap. 1 per Ioan. And. & quod dicit hic de arbitris,
intellige etiam, ſi electi ſunt ad cognoſcendum de cauſa
recuſationis. de quo in Specu. de recuſat. §. fin. verſ. ſed
nunquid coram. Item intellige hunc text. quando eſt factũ
compromiſſum de certa re: ſi autem de omnibus contro-
uerſijs vertẽtibus inter plures fuerit compromiſſum, bene
fiat recõuẽtio: ſed certè illa potiùs videt̃ conuẽtio ex virtu
te cõpromiſsi. ¶ Secũdò not. differentiam inter iudicia, &





arbitria, & glo. hic plenè proſequitur, & inferius reaſſumã.
¶ Oppo. dicitur hic, ꝙ arbiter non cognoſcit, niſi de his, q̃
ſunt expreſſè in cõpromiſſo deducta. Sed cotra de l. quid ta-
men. §. ſolutioni. ff. eo. vbi ſtatuit diem ſolutioni. So. dicit gl.
magna, quòd arbiter non ſolùm de principali, ſed de depen
dentibus, & connexis ab eo poteſt cognoſcere, & per hoc vi
detur, quòd poſsit cognoſcere de fructibus, & litium expen
ſis: cum ſint contigua: nec per ea dicitur fieri extra compro
miſſum, ſed circa, vel iuxta: ſicut & partem in ſeceſsibus iu-
bet eſſe. ff. de arbi. l. ſi cum dies. §. ſi arbiter. Talia enim dicũ
tur iuxta materiam. ff. iudi. ſol. l. iam tamen. & de procura. l.
ad rem. & l. ad legatum. & in Specu. eod. tit. §. fin. verſ. ſed cũ
ſupra. & per hoc etiam videtur, quòd poſsit condemnare in
intereſſe. vt l. non diſtinguemus. §. item non eſt cogendum.
in fin. ff. e. Intereſſe enim videtur res ipſa in iudicium dedu-
cta: ideò re petita, in intereſſe fit condemnatio: nec ex hoc
dici poteſt ſententia non conformis libello, vt not. Bart. in l.
ſtipula. non di. §. Celſus. de verbo. obliga. & l. ſi ita fideiuſſo-
rem accepero. de fideiuſſo. ¶ Sed circa hoc incidenter quæ-
rit glo. † nunquid arbiter aſſumptus ſuper act. legis Aquiliæ
poterit negãtem condemnare in duplum. videtur, quòd nõ.
quia arbiter non cognoſcit ſuper pœna contumacis, vt ff. eo.
l. quid tamen. §. vlt. contrarium ſentit glo. & bene. Non obſt.
contrarium: quia aliud in pœna à partibus promiſſa, ſuper
qua compromiſſum nõ eſt, vt ibi, & aliud in pœna prouenię̃
te iure actionis, de qua compromiſſum eſt, vt in caſu, de quo
quærit̃, facit l. 1. ff. de in litem iurã. ¶ Secundò quærit gl. † in
quibus eſt differentia inter arbitria, & iudicia, & in quibus
conueniunt. & differunt in principio, medio, & fine. Conue-
niunt in principio: quia coram vtroque datur libellus: corã
vtroque fit litis conteſtatio, & præſcriptionis interruptio, &
iuramenti calumniæ præſtatio. Differunt in reconuentione;
quia id ſolùm venit in compromiſſo, de quo actum eſt, &
quia non citat arbiter extra locum compromiſsi, nec dele-
gat arbitrium, nec præſtatur coram eo ſatiſdatio. In medio
conueniunt, quia vtrobiq; examinatur negocium: vterq; de
reſtitutione in integrum incidenter cognoſcit: probationes
coram vno, valent coram alio. Differunt, quia non punit con
tumaciam, nec cogit teſtes: nõn valet pactum de non rece-
dendo ab arbitrio, nec extenditur ad heredes. In fine conue
niunt: quia vterq; ſtatuit diem ſolutioni faciendæ: non com
pellitur pronunciare diebus feriatis: vterq; fert ſententiam
in ſcriptis, & ex vtraq; datur actio. Differũt, quia arbiter nõ
pronunciat altera parte abſente. In arbitrio non purgat̃ mo
ra, & ſententia arbitri nõ infamat. & de hac materia vide in
Spe. de arbitrio. §. differt. vbi etiam no. an pereat inſtantia, la
pſo triennio. & prædictę ſimilitudines, & differentiæ ꝓcedũt
inter arbitria, & iudicia. In arbitratoribus autę̃ nulla eſt ſi-
militudo inter iudices, & eos: quia arbitramẽta redacta ſunt
ad inſtar contractuum, non iudiciorum, vt not. Innocen. in
c. Quintauallis. de iureiurã. Præterea coram arbitratore nõ
requiritur libellus, nec aliqua iudicij figura, & valet laudũ,
licèt non ſedeat pro tribunali, & etiam ſi feratur die Domi
nico, vt C. de fer. l. dies feſtos. per Iac. But. hic. not. Bald. in l.
1. C. eo. ¶ Tertiò quæro. certum eſt, quòd à ſententia arbi-
tri non appellatur, vt dicta l. 1. modò pone, quòd partes cũ
uenerunt, quòd poſsit à ſententia arbitri appellari. Hoſtien.
qui de facto habuit iſtam quæſtionem, ponit ipſam. j. de te-
ſtamen. in c. Raynutius. circa princ. & arguit, quòd pa-
ctum valeat, vt l. iuriſgentium. §. ait. de pact. In contrarium
facit, quia ſententia arbitri non eſt propriè ſententia. Et hãc
partem tenet Cyn. in d. l. 1. & refert Hoſtien. ita tenuiſſe ma-
giſtrum ſuum. idem Fran. & Accur. & Gui. de Suz. licèt qui-
dam, vt Iac. Bald. & Dyn. & Hu. teneant contrarium, vt hic
plenius in nouella. ¶ Sed hic incidẽter q̃ritur. pone, ꝙ ex for
ma ſtatuti oritur actio, ẽt cõtradicente victo, & nõ emologã
te: an tunc à ſententia arbitri poterit appellari, ſicut à ſen-
tentia iudicis? Barto. tenet, quòd ſic in vero arbitro: ſed in
arbitratore (quia hic eſt quidam contractus) recurrendum
eſt ad materiam l. ſi ſocietatẽ. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. &
ita not. & latius dominus Bald. in dicta l. prima. C. eod. vbi
vide.

*S V M M AE.*

1 *Qui tenetur eligere cum conſilio aliquorum, tenetur illud requirere: licèt non teneatur ſequi.*
2 *Dubitatio ſi oriatur ſuper verbis laudi, ſuper eius interpretatione recurrendum eſt ad Papam.*
3 *Votum ſuum ſecurius quis exprimit ſuffultus ſociorum præſentia: quàm ſi ſolus eſſet.*
4 *Electio acceptata contra formam compromiſsi non tenet ipſo iure.*

1 CVm olim. † Qui arbitrum eligere de
bet cum conſilio aliquorũ,
in tractatu electionis illorum conſilium requirere
debet: ſed illud ſequi non tenetur. hoc dicit. Primò ponitur
conſultatio. Secũda ibi [nos igitur.] ipſius declaratio. ¶ No.
primò, ꝙ quando ſuper electione rectoris, & fratrum in ali-
quo hoſpitali oritur quęſtio: an ad ipſos, & Capitulum: an ad
rectorem eccleſiæ eiuſdem vocabuli. tamen de iure cõmuni
fratres debent ſibi eligere rectorem. ſupra de electio. cap. 1.
& cap. cum terra. ſed huic iuri poterat derogari per arbitrũ
pro contraria conſuetudine, & per priuilegium ſupra tit. 2.
cap. 2. & de conſuetu. cap. cum dilectus. ¶ Secundò no. quòd
hic fuit factũ cõpromiſſum in iudicio delegati, qui de cauſa
cognoſcebat: quod an poſſit, dic, vt ſ. eo. cap. cum tempore.
2 ¶ Tertiò nota, † ꝙ cum oritur dubitatio ſuper verbis laudi,
pro ipſius interpretatione recurritur ad Papã. quia cum ar-
bitri, ſiue bene, ſiue malè arbitri ſint, functi ſunt officio ſuo
ſ. de offi. deleg. cap. in literis. non videtur, quòd ipſi amodo
declarare poſſint. arg. contra. ſ eodem. cap. 2. Sed ibi non du
bitatur de interpretatione vocabuli, ſed de intentione arbi-
trorum. quæ ſecundùm iura poterat eſſe bona, & mala. Et
de iſtis verbis dubijs appoſitis in iudicijs, contractibus, &
vltimis voluntatibus, & priuilegijs. dic vt nota. Azo in ſum-
ma de reb. dub. & l. ab executore. ff. de appel. per Barto.
¶ Quartò nota, quòd ad declarationem dubiæ voluntatis
debet inſpici diligenter totus tenor arbitrij: quia finis quan
doque declarat principium, & econtra. & quandoque præ-
fationes, & procœmia euidentiorem præſtant intellectum, vt
l. 1. ff. de origi. iur. & l. ſi ſeruus plurium. §. fina. de lega. 1.
¶ Quintò no. quòd tenetur quis quandoque habere con-
ſilium alterius in electione, quam facit in eccleſia aliena. Et
aduerte, quia familia eccleſiæ debebat impendere cõſilium.
& intelligitur familia perpetua, & religioſa (puta ſi ſunt con
uerſi.) & ſic reſtringitur ſignificatio huius verbi, familia:
cum aliàs nomine familiæ non ſolùm ſeruos proprios, ſed
alienos, & libertos: qui in ſeruitio, & miniſterio ſunt, com-
prehendat. ff. de publica. l. 1. §. familiæ. & ff. de vi & vi arma
l. 1. §. familiæ. Comprehendit etiam familiares, & domeſti-
cos, vt C. de his, qui ad eccle. confug. l. fina. §. ſanè. vtrùm
autem iſta familia debeat conſentire, vt collegium, an
vt ſinguli, dic quòd vt collegium. Si enim vocaret ſin-
gulariter, non de facili ſciretur, an omnes requiſiuiſſet. &
aliud eſt familia, aliud ſingular̃. 12 q. 2. C. qui manumittitur.
Item melius poterit familia congregata conſulere, & priorẽ
ad ſe trahere, quàm ſeparata. & firmius eſt conſilium, qđ eſt
3 plurimorum etc. de of. deleg. c. prudentiam. † Item ſecurius
quis exprimit votum ſuum ſuffultus ſociorum præſentia,
quàm ſi ſolus eſſet: ſicut elector in ſcrutinio exprimit in ſe-
creto votum ſuum. Ad hoc facit de ſtatu mona. c. cũ ad mo-
naſteriũ. ibi [nõ ſeorſum in cameris] &c. facit quod no. ſ. de

4 poſtu.c.bonæ.2. ¶Sextò no.† quòd electio attentata con-
tra formam compromiſsi non tenet ipſo iure. idem ſi ſit at
tentata contra formam datam ab homine in reſcripto.de e-
lect.c.cum terra.de reſcrip.c.cum dilecta. Vbi verò fit con-
tra formam iuris,non eſt irrita,niſi per ipſum ius irrita iudi
cetur.de elect.c.cũ in cũctis. & c.quia propter.& ratio eſt ſe
cundùm Hoſti.quia mitius agitur cum l.&c.ff.e.l. Celſus. nõ
videtur bona ratio: quia cum agitur de reſciſsione actus,du
rius agitur cum lege,quàm cum homine, vt l.ſi libertus.ff.de
iurepatro.¶Septimò no. ꝙ licèt quis teneatur requirere cõ
ſilium:non tamen tenetur illud ſequi. & hoc contingit ex ꝓ-
pria ſignificatione iſtius ver.conſilium: quaſi diuerſis conſi-
lijs requiſitis eligat, quod ſibi videtur. Et ſic habetur in reg.
beati Benedicti,vbi dicitur. Conuocet abbas omnem cõgre
gationem,& audiens conſilium fratrũ tractet apud ſe: & qđ
vtilius iudicauerit,id faciet.& Sene. in lib. de quatuor virtuti
bus.Prudentis eſt proprium examinare conſilium. An verò
poſsit compromitti,ꝙ fiat pronunciatio de conſilio alicuius
ſapientis.vide in Specu.de arbi.§.fi.verſ. ſed quid dicatur. &
quod not.Io.An.poſt Inno.de offi.deleg.c. ſi pro debilitate.
ſuper verbo conſulere.Et dixi plenius de materia. s̃.de eleo.
c.cum in veteri.facit quod no.Io.An.in reg.nullus ex conſi-
lio.vbi q̃rit an ſit dñia,ſiuè dicatur de conſilio, ſiue cum con
ſilo.& hæc procedunt,cum aliquid fieri debet de cõſilio.qđ
ſi cum conſenſu.quid ſi cum præſentia. quid ſi cum auctori-
tate, vel parabola. & quid ſi alterum prædictorũ, in quo qs
tenetur,accõmodare nõ poteſt,vel non vult. dic,vt dixi in d.
c.cũ in veteri.facit c. 1. j̃.ne ſe.vac.lib.6. & plenè per Bar.in
l. 1. §. ſi plures.ff.de excep. vbi plenè vide de iſta materia. &
vide quod not.in l.ſi autem.ff. de aqua plu. arcen.per Bar.

*S V M M AE.*

1 *Compromitti non poteſt in laicum ſuper rebus ſpiritualibus.*
2 *Laicus in ſpiritualibus, vel eccleſiaſticis excluditur quò ad multa.*
3 *Laicus poteſt eſſe aſſeſſor epiſcopi: & tabellio in eccleſiaſticis.*

1 CONtingit. ¶ †Not.quòd ſuper rebus
ſpiritualibus non poteſt in
laicum compromitti. idem in quaſi ſpiritualibus.
j̃.tit.proxi. c. 2. Hoc etiam probatur de iure ciuili in Aut.
vt cleri. ap. prop. epiſ. §. ſi verò eccleſiaſticum. vbi dicitur,
[ꝙ negocium eccleſiaſticũ diſcernat epiſcopus,nihil cõican
tibus clariſsimis ꝓuinciæ iudicibus:nec.n.volumus talia ne-
2 gocia oĩno ſcire ciuiles iudices.] † In ſpiritualibus enim,vel
eccleſiaſticis excluditur laicus quò ad multa, quæ hic ponit
Hoſt. Et primò in compromiſſo, vt hic. Secundò & fortius
à iudicio ordinario. j̃.eo.c.penul. vel delegato, vt dicit glo.
Tertiò à ſtatuto.de cõſti.c.eccleſia. 46. diſt.c.bene quidem.
Quartò ab electione.c.ſacroſancta.& c. Maſſana.Quintò à
confeſsione:quia nec obeſt confeſsio coram illo facta.j̃.tit.
2.c.at ſi clerici.Sextò à p̃dicatione.de hęret.c.cũ ex iniũcto.
Septimò à cohabitatione thori c.inter dilectos.de vi.& ho.
cle.c, 1. Octauò à cõputatione intra numerũ canonicorũ.
de inſti.c.2.Nonò à decimarum conceſsione.qđ nec Impe-
rator facere poteſt. de deci.c. tua.& ab ipſarũ perceptione.
Et pone. j̃. de præſcrip. c. cauſam. de deci. c. prohibemus.
Decimò ab omni clericorũ coerctione,& exactione.de im-
mu.ecc.c.nõ minus. & c.aduerſus.Vndecimò ab omni ſpiri
tualium,& eccleſiaſticorũ cõione, & adminiſtratione.vnde
gubernatio eccleſiæ poteſt illi committi. de æta. & quali. c.
2. 89. di. c. iudicatum. nec poteſt epiſcopus illum inſtitue-
re ſuum vicarium, vel œconomum quò ad hoc, vt ſuper cle
ricos, eccleſias, vel ſpiritualia habeat poteſtatem. 16. q.6.
c.in noua actione. & de deci. c.quamuis. & quod no. de ſin.
3 c.vno. Omnia iſta enumerat hic Io. An.†an aũt laicus poſsit
eẽ aſſeſſor epi.dicit Io.An.ꝙſic.ar.s̃.eo.c.dilecti.cũ hoc edi-
ctũ ſit ꝓhibitoriũ,& eruditi libertini admittant.C.de poſtu.
l.2. An verò poſsit eſſe tabellio in eccleſiaſticis, remittit ad
no.j̃.ne cler.vel mo.c.ſicut te.facit c. 1. j̃.de ꝓcu.li.6.¶Quæ
rit gl. an poſsit in laicũ cõpromitti de re ſpirituali. dicit glo.
compromitti de re ſpirituali. dicit glo. non credo. & dixit
ſub ver. credo: quia ſo.Vin.& Inno.tenet contrarium: vide
licet auctoritate epiſcopi in laicum cõpromitti poſſe de re
ſpirituali. Hoſti. tenet idem, quod hic glo.& dicit hic,quod
dicunt Vin.Io.& Innoc. nullo iure caueri. Inno. tamen dicit
ſuam opi. veram poſt lit. conteſta. quaſi ante epiſcopi au-
ctoritas hoc non poſsit.

*S V M M AE.*

1 *Factum procuratoris minus legitimè inſtituti non præiudicat domino.*
2 *Dominus poteſt habere ratũ quod geſtum eſt nomine ſuo per procuratorẽ minus legitimum,etiam ſuper cauſa,quæ requirebat ſpeciale mandatum, quando vult habere ratum in ſui præiudicium.*
3 *Laudum, ſiue arbitrium roboratum partis conſenſu :debet mandari executioni.*
4 *Factum procuratoris quando non nocet domino, præiudicat ſibi.*
5 *Laicus ſimul cum clerico poteſt de rebus ſpiritualibus arbitrari,ſiue cognoſcere, tanquam arbiter auctoritate iudicis de cauſa cognoſcentis.*
6 *Stipulatio principalis,& pænalis quare aliter interpretetur in materia compromiſsi:quàm in alijs diſpoſitionibus.*

PEr tuas. De cauſa ſpirituali auctoritate
iudicis cauſæ etiam delegati po
teſt in clericum,& laicum compromitti. & ſi arbi-
trium eſt à partibus receptum, executioni mandatur: licèt
per generalem procuratorẽ factum fuerit compromiſſum.
ſi non fuit receptum, & fuit pæna etiam appoſita, agetur
ad pænam,vel ad intereſſe.h.d.& in prima parte iudicis con
ſultatio. In ſecunda diſtinguens reſponſio. ibi [ ſuper quo.]
¶ Nota primò, quòd hic petebatur executio arbitrij: quod
quando poſsit, & habeat executionem. dic vt dixi. s̃. eo.c.
dilecti. & petebatur à Papa: quia arbitri non poſſunt ſuas
ſententias exequi. vt l. à diuo Pio. ff. de re iudi. ¶ Secundò
no.quòd contra ſententiæ arbitrorum executionem pleba-
nus plures exceptiones oppoſuit. Prima, quòd mandatum
procuratoris nõ fuit efficax ad hanc cauſam compromiſsi:
& iſta erat efficax.paria enim ſunt,nullum mandatum habe
re: vel habere,& ad cauſam, de qua agitur, non extendi, vt
dixi.s̃.de procura.c.in noſtra. & l. ſi procura. ad vnam ſpe-
1 ciem.C.de procura. ¶ Tertiò not.† quòd factum procura-
toris minus legitimè inſtituti non præiudicat domino.& po
teſt dici exceptio opponi etiam poſt ſententiam, etiam ſi iu
dex pronunciaſſet mandatum legitimum, vt dixi in d. c.in
noſtra. ¶Quartò no.quòd iſte plebanus cumulabat plures
cauſas nullitatis contra arbitrium.& hoc videtur poſſe fieri.
quia omnes tendunt ad eundem effectum.quod dic per Dy.
2 in c.nullus pluribus.de regu.iur.lib.6.¶Quintò not.† quòd
dominus poteſt habere ratum,quod ſuo nomine eſt geſtum
per procuratorem minus legitimum,etiam ſuper cauſa,quæ
requirebat ſpeciale mandatum: & hoc verum, quando vult
habere ratum in ſui præiudicium,vt hic erat.ſ.lata ſententia
contra eum. Si autem pro eo an poſſet ratam habere.dic,vt
not. in l.ſi mater.§.hoc iure.ff.de excep.rei iudi.& l.licet.ff.
3 de iudi.¶Sextò not.† quòd laudum, ſiue arbitrium robora-
tum partis conſenſu debet executioni mandari. Et ponde-
ra ver. indiſtinctè debet totum haberi &c. quaſi dicat ſiue
pœna fuerit promiſſa, ſiue non: & ſic approbatur Mar.
opin. quæ ſic intelligit C. eo. l. cum antea. nec in arbitris
reprobatur opin. Bul. & Iac. Bald. ſecundùm Hoſtien.
Ego aliter dixi. s̃.eo.c. dilecti.ſ. ꝙ pœnæ appoſitio impedit
emologat. qđ tenet hic Innoc.qñ non eſt ſcriptum, dicendo
[con-



[confirmo ſententiam, vel non contradico.] ſi autem eſſet
ſubſcriptum,oriretur ex eo actio,& exceptio:licèt fuerit pœ
na adiecta, vt d.l. in arbitris.§.fi. & ſic limito quod dixi in di
cto c.dilecti. ¶Septimò no.in ver.ſi verò recept.&c.ꝙ quan
doque arbitramẽta fiunt cũ pæna: qñque ſine pæna.Itẽ qñ-
que cũ iuramento: quandoq; ſine,vt s̃.c.2.Item quandoque
4 per ſtipulationẽ: qñque ex ſimplici pacto, vt dixi in dicto c.
dilecti.¶Octauò no.†ꝙ factum procuratoris qñ non nocet
domino (quia fortè excedit fines mandati) præiudicat ſibi.
quod no. Ad idem facit quod legitur. C. de procur.l.licèt.&
s̃.de procur.c.inuito.& oritur iſta obligatio præter mentem
litigatoris, & ipſius procuratoris, qui litem proſequebatur,
vt præiudicaret domino,& nõ ſibi,vt dicit gl. licet proc.&c.
in fi.¶Nonò no.ꝙ vbi pœna nõ eſt appoſita, agitur ad inte
reſſe,& loquit̃ quãdo approbatũ non fuit: & ſic videret̃ exi
gi ſtipulatio,vt agi poſsit ad illud intereſſe de iure ciuili,vt l.
diem proferre.§.fi.ſed de iure canonico diſponente,vt volũt
Doct.ꝙ ex nudo pacto oritur actio, ſufficeret ſimplex pro-
miſsio de parendo laudo.ſuper quo vide quòd not.Io.And.
ſuper ver.indiſtinctè. vbi refert Hoſtien. velle,quòd de iure
canonico ex nudo pacto oriatur actio in iſtis compromiſsis.
5 ¶Decimò not.† quòd de re ſpirituali poteſt laicus ſimul cũ
clerico arbitrari,ſiue cognoſcere,tanquàm arbiter,auctori-
tate iudicis de cauſa cognoſcentis: nec eſt curandum, quòd
ſit maior numerus laicorum.ad hoc de offi.deleg.lib.6. c. ſi
duo. Quare autem compromitti poſsit in laicum. dicit Ioã.
And. quòd eſt ratio: quia licèt compromiſſum fiat ſuper re
ſpirituali,ipſum tamen arbitrari non eſt actus ſpiritualis: in
actibus enim ſpiritualibus non habet locum. quod dic, vt
not.Ioan.And.de iure pa. c.nobis.ſuper glo. non videtur.&
infert iſta ratio, quòd in ſolum laicum compromitti poſsit
auctoritate iudicis &c. quod negauit glo. s̃.c. proxi. & vide
quod not.Ioan. And.in reg.vtile.de regu.iur.lib.6. ¶Vnde-
cimò collige ex iſto text.quòd conſenſus plebani poteſt va-
lidare, & confirmare arbitrium: quod in ſui præiudicium e-
rat nullum, quia latum contra procuratorem ſuum ad hoc
mandatum non habentem. Et hoc inducit Cyn. in arg. ad
quæſt. ſi fertur ſententia die feriata, & comprobetur,vel ap
pelletur, & appellatio deſeratur: an ſententia confirmetur?
videtur,quòd ſic,arg. not.in l.2. C. communia vtri.iudi. In
contrarium videtur, quia quando peccat in alio,quàm in cõ
ſenſu, ſequẽs conſenſus non firmat,quod præceſsit:& ita hic
ad hoc C.ſi aduer.rem iudi.l. cum & minores. & ff.de appel
la.l.ſi expreſsim. Et dicit Do.Bald.hic cõſiderandum,quòd
tẽpore feriato iudex nõ habebat exercitium iuriſdictionis.
ſententia ergo nulla eſt, quia lata ab eo, qui carebat exerci-
tio: nec poteſt conſenſus partium facere, quòd fingatur re-
tro exercitiũ habuiſſe.ad hoc.ff.de offi.procõſul.l.obſeruan
dum. §. finali. Et habet locum iſtud dictum & in ferijs pro
vtilitate hominum introductis: in quibus conſenſus partis
poſſet operari ante factum, ſed non poſt factum. qđ not. &
ita dicit in l.penul.C.eo.¶Oppo.iſte text. dicit,ꝙ ſi eſt pœ-
na appoſita in compromiſſo, poteſt agi ad ipſam,ſi non ſer
natur: actio autem,vel exceptio non eſt danda,vt C.eodem.
l. 1. Sed contra: imò videtur, quòd licèt non detur exceptio
rei iudicatæ: tamen debet dari exceptio pacti.nam hoc ipſo,
ꝙ aliquis promiſit ſtare ſententiæ arbitri, pactum eſt ſeruan
dum: nec debet venire contra,vt ff.de pact.l. 1. & l. iuriſgen-
tium. §. prætor ait. Sed lex dicit, ꝙ ex ſententia arbitri non
datur exceptio,ſed ſolius pœnæ petitio,vt l.2. ff.eod.ergo.ꝓ
terea in poteſtate ſeruantis contractum videtur poſitum,ve
lit pœnam,vel ſe per exceptionem tueri, iuxtà not.in l.qui ſi
dem.ff.de tranſact.Sed ſecundùm prædicta erit in poteſtate
illius,qui vult contractum non valere, ſoluere pœnam,& re
dire ad priſtinam actionem. Sol.dicit Innocen.in alijs diſpo
ſitionibus ſtandum eſſe contrarijs: vt ſit in poteſtate cõuen-
ti,vel petere pænam,vel ſe ex pacto tueri.facit l.reſcriptum.
§.ſi pacto. ff. de pac. & d. l. qui fidem. ſed in compromiſsis
non eſt ita: quia habent nouum conſenſum ſibi à iure ſpecia
liter accommodatum: vt ex eo actio, vel exceptio non na-
ſcatur: ſed pæna tantummodo committatur. & iſta inter-
pretatio adeo eſt firma, quòd etiam ſi iuramentum inter-
ueniat, non mutetur. quia ſemper intelligitur, ꝙ vel pare-
bit ſentẽtiæ,vel pænam ſoluet. argu.j̃.de iureiuran.c.quem-
admodum. Et idem ſi ſtipulatio interueniat de parendo ſen
tentiæ arbitri. ſoluendo enim pænam non poteſt agi ex illa
ſtipulatione.& hoc verum, quando illa ſtipulatio eſt inter-
poſita ſuper obſeruantia laudi: ſecus ſi concerneret rem de-
ductam in compromiſſo: vt ſi dicatur. promittis per ſolem-
nem ſtipulationẽ dare quod per arbitros fuerit iudicatum:
vel amplius non petere,ſi contigerit me abſolui, imò plus,
quòd ſi ſimplex ſtipulatio emiſſa ſuper obſeruantia laudi
ſubſequatur pactum nudũ de dando,quod deuenerit in ipſo
laudo, vel de eo non petendo: ſi ipſe reus abſoluetur, oritur
actio & exceptio, quaſi veſtita cohærentia ſtipulationis,vt l.
pactis. C. de pac.& l. qui fidem. de tranſac. Item videtur re
nunciare prædicto intellectui; ſi adijciatur pæna cum clauſ.
rato manente contractu. tunc enim poteſt agi, & excipi ex
laudo, cui quis parere per ſtipulationem promiſit, & etiam
peti pęnam. vt l. qui fidem. ff. de tranſactio. Conſidera er-
go, ſtipulatio quid concernat,obſeruantiam laudi, an ſatiſ-
factionem eius, quod fuerit iudicatum. & ſi obſeruantiam:
aut cum clauſ. rato manente pacto. aut ſine,vt patet ex præ
6 dictis. ¶Sed dices,quare † ſtipulatio principalis,& pænalis
aliter interpretatur in iſta materia compromiſsi, quàm in
alijs diſpoſitionibus, in quibus eſſet in poteſtate eius, cui
contrauentum extitit,petere pænam, vel id,quod in conuen
tione deuenit, vt d.l.qui fidem.in laudis verò ſecus. dicit no
tabiliter Innoc.quia cum arbiter ſine timore retractationis
poſsit ferre iniquam ſententiam. vt ff.eo.l. diem proferre.§.
1.& quantùm ad hoc ſit data ei poteſtas latiſsima, iuſtum
fuit, vt in hoc reſtringeretur: ne vnquam per ſuam ſententiã
res pro ſua præcisè aliter auferretur: ſed ſufficeret vel pæ-
nam,vel intereſſe præſtare: nec daretur ex ſententia actio,
vel exceptio.C.eo.l. 1. & ff. eo.l.2. arg. tamen contra. C. de
iude.l.iudei. ſecundùm Innoc.cuius ſunt iſta dicta ſubtilia.
¶Vltimò circa iſtam materiam emologationis no. hic Ho-
ſtien.quòd aut arbitrium ab vtraque parte ſponte recipitur,
ideſt emologatur: & tunc executioni mandatur. ſecundùm
eum.quod an ſit verum, ſiue fuerit pæna appoſita, ſiue non,
dixi.s̃.c. dilecti. aut non recipitur, ſed contradicitur infra
10.dies:& tunc ſi certa pæna appoſita eſt,vt s̃.ſi verò incer-
ta pæna,vel nulla appoſita fuit: ſed ſimpliciter promiſerunt
partes ab initio, quòd ſtarent euidenti iniquitati arbi-
trij,vt dixi.s̃. tit.2.quòd ſi iuramentum interuenit,indiſtin-
ctè mandatur executioni contra illum, qui ſe potuit obli-
gare iuramento: dummodo ſit æquum.s̃.eo.c.2. quare au-
tem magis præcisè cogitur qui iurauit, quàm ille,qui ſimpli
citer obedire laudo promiſit, eſt propter reuerentiam iura-
menti. Remittit Hoſti. ad no. s̃. de maio. & obe. c. ad au-
dientiam.

*S V M M AE.*

1 *Compromiſſum finitur morte alterius compromittentium.*
2 *Partes pendente lite poſſunt compromittere in ipſum iudicem, de cauſa cognoſcentem.*
3 *Electi in diſcordia poſſunt compromittere quæſtionem, cuius ipſorum electio ſit canonica.*
4 *Duos in eodem beneficio poſſe fouere iuſtitiam, eſt impoſſibile.*
5 *Poſſidens pacificè beneficium, ſi negligentia deſinit poſsidere, an poterit occupare auctoritate propria.*

1 Ex parte. † Morte alterius compromittentium finitum eſt compromiſſum. hoc dicit. Et primò ponitur conſultatio. Secũdò reſponſio, ibi [quapropter.] ¶ Not. primò, ꝙ cum duo in diſcordia eliguntur, quilibet admittitur ad probandum electionem ſuam canonicam: ſimiliter elector. facit. s̃. de elec. c. cũ
2 inter canonicos. ¶ Secundò no. † quòd lite pendente, poſſunt partes compromittere in ipſum iudicem de cauſa cognoſcentem. & ſic quandoque ordinarius non procedit in cauſa vt ordinarius, ſed vt arbitrator. Qũo aũt hoc cognoſcam, dic, vt. j. de iureiuran. c. Quintauallis. per Inno. & l. 2.
3 ff. de iudi. ¶ Tertiò no. † ꝙ electi in diſcordia poſſunt compromittere quæſtionem, cuius ipſorum electio canonica ſit cenſenda. & eſt hoc verum in ipſum ordinarium, vt hic fuit: in alium, eſſet maior dubitatio. ſed præſuppoſito, ꝙ poſſit, an præiudicabit confirmatoria ſententia arbitratorum, quo minus poſſit iterum cognoſcere de iuſtitia, vel iniuſtitia electionis: vide c. quamuis. de ele. li. 6. ¶ Quartò no. quid iuris, cum alter litigatorum moritur poſt concluſionem in cauſa. expirat enim compromiſſum, vt hic: nec tenet ſententia contra mortuum lata. ff. de re iud. l. in ſumma. §. ſi. & quæ ſen. ſi. appel. reſcind. l. Paulus. & l. ſi deceſſerit. qui ſatiſda. cog. licèt ergo concluſio ſit magni effectus in cauſa, vt patet. s̃. de procu. c. auditis. non tamen tanti, ꝙ poſſit valere ſententia contra mortuum. ſi autem non deceſſiſſet, ſed non intereſſet in termino præfixo ad ſententiã, fortè poſſet arbiter ferre ſententiã. Nõ ob. l. diem proferre. §. ſi quis litigatorum. quia debet intelligi, niſi eſſet concluſum in cauſa: quia tunc ſententia arbitri tenet abſente parte per contumaciam, & hoc no. Cy. in l. ſi contra. C. eod. ¶ Sextò no. ꝙ iudex iſte, cognoſcẽs vt arbiter inter partes, inhibuit, ne procederent ad aliam electionem: an autem fuit iuſtum iſtud præceptum hodie, dic ꝙ non, vt j. vt lit. penden. c. 1. lib. 6. vbi dicitur, ꝙ ſi vnus ex electis moriatur, electio attentata, donec ſuperſtes litem ꝓſequatur, eſt ipſo iure nulla, vt ibi patet. ¶ Septimò no. in verſi. quapropter. ꝙ licèt compromiſſum ſit finitum ꝑ mortem vnius ex electis. tamen de iure ſuperſtitis eſt quærendũ. Et intellige, ꝙ debet quærere vt iudex, non vt arbiter, & cognoſcet, & diffiniet per acta compromiſſi. C. eod. l. penul. &
4 de teſti. c. præſentata. ¶ Octauò no. fin. c. † quòd impoſſibile eſt duos poſſe fouere iuſtitiam in eodem beneficio: & ideo eoipſo, ꝙ pronunciatur vnum ius habere, pronunciatur tacitè alium ius nõ habere, vt l. non ſolum. §. ſi is qui. ff. de procura. vbi in dominio habet locum ſimilis illatio: quia non poteſt eſſe inſolidum apud plures. vt l. ſi vt certo. §. ſi duobus. ff. commo. ſimiliter eſt impoſſibile, vt in eodem beneficio poſſit quis habere diuerſos titulos efficaces. & ideò cogitur eligere, vt c. vt quis duas. de elec. lib. 6. ¶ Oppo. dicitur hic, ꝙ arbitrium per mortem alterius ex electis expirauit. Contra. imò videtur, quòd iſte. B. nouiter electus debuerit iſtam cauſam proſequi, tanquam ſucceſſor in dignitate. vt arg. ſupra. de of. deleg. c. quoniam abbas. Item hæres defuncti videtur, quòd debuerit eandem cauſam proſequi: ſicut hæres proſequitur inſtantiam inchoatam cum defuncto, vt l. ſi cum hominem. ff. de fideiuſ. Solu. illud in inſtantia iudicis, quæ bene tranſit ad hæredes. ſecus in inſtantia arbitri, quæ non tranſit, ſed expirat morte. arg. ff. de arb. l. quid tamen. §. fina. & l. ſed ſi interpellatur. §. vlt. vel dic, ꝙ quæſtio, ſit canonica electio, necne, concernit perſonam, non ius eccleſiæ: ideò extinguitur cum perſona, etiam ſi coram iudice verteretur, ſicut perit inſtantia ſuſpecti tutoris, ſuperueniente ætate adulta. vt l. vbi finita. de ſuſpec. tuto. Item hæres non conuenitur, ſi rem ſine dolo, quæ erat in litigio, deſijt poſſidere, vt l. ſi autem. ff. de rei vendi. ſed hæres huius electi defuncti non deprehenditur poſſidere rem, quæ in litigio vertebatur. ergo mortuo illo electo, expirauit omne ius competens ſibi ex electione. ¶ Secundò oppo. dicitur hic, quòd iſte prohibuit canonicos aliũ eligere [ne tua pen. ſententia.] & c. videtur enim, quòd præceptum fuerit iniuſtum: tum quia prima electio, quæ dicitur eſſe nulla (vt hic dicebatur) non impedit ſecundam, vt ſupra de elec. c. auditis. tum quia expirauerat cõpromiſſum: ergo non poterat vltra mandare. Sol. Innocen. ſuper verbo, inhibere, refert opi. quorũdam dicentium hoc mandatum fuiſſe iniuſtum. quia non poterat prohibere ab eligendo. s̃. de elect. c. dudum. & c. auditis. Et iſta eſt ratio, quare in iſta Decre. non diffinitur, quòd electio facta poſt mortem H. non tenuit: quamuis dicat, quòd ordinarium erat, vt primò de electione viui cognoſceretur, quàm ad aliã electionem procederetur. Alij dicunt, quòd præceptum iudicis fuit iuſtum. quantuncunque enim electio ſuperuenientis eſſet nulla, poſtquam erat deducta in iudicium, non poterant procedere ad ſecundam. Et iſta approbatur. infra vt lit. penden. cap. 1. lib. 6. ad id, quod dixi, quòd malè prohibuit; quia erat finitum arbitrium. dic, quòd volebat ferre ſententiam vt ordinarius: quia vt arbiter non potuiſſet, vt dixi. ¶ Tertiò oppo. & videtur, quòd iſta electio ſecunda debuerat irritari: quia res litigioſa videtur tranſlata in alium. quod non licèt. C. de litig. l. fina. quod habet locum ſecundùm quoſdam non ſolùm in corporalibus, ſed in incorporalibus. Dicit Innocen. quòd electores ſi elegerunt lite pendente, non inciderunt in vitium litigioſi: quia hic non petebatur dominium: ſed tantùm agebatur, quis haberet ius in electione. prælatura enim non datur ab electoribus: ſed magis à confirmatore, qui eis confert plenitudinem officij. de elec. c. nihil. & c. tranſmiſſa. licèt ius petendi omnia iſta ortum habeat ab electione. Si autem aliquis poſſideret prælaturam, quam alius petit: tunc ſi alienaret in alium illam prælaturam, haberet locum pœna litigioſi. An iſti electores inciderint in pœnam tranſlatæ actionis, vel iuris, dubitatur: de quo ſup. de alie. iudi. c. 2. Dicit Innocen. ſimiliter, quòd non: quia licèt electores eligant: non tamen transferunt ſuum ius in alium: imò retinent habitu, ſed non actu. ¶ Quartò oppo. de cap. cum veniſſent. ſupra de reſtitu. in integrum. Solu. vt ibi dixi. ¶ Quintò oppo. ibi enim electio facta contra præceptum iudicis pendet ex cauſa principaliter mota. & ideò non caſſatur: hic verò non pendet, imò conſtat, quòd iniuſtè proceſſum eſt ad ſecundam. & ſunt caſus diuerſi, non contrarij. Aliam ſolutionem ponit hic Ioan. And. ſuper verbo debuiſti. ¶ Quæro. dicitur hic, ꝙ iſte fuit citatus ad ſententiam. pone ergo, quòd non deceſſit, ſed venire noluit: an ſit commiſſa pœna. Dicit Innocen. quòd tunc pœna committitur, quando propter partis abſẽtiam ſit, quominus ferat ſententiam arbitrij: quia ad ſententiam audiendam erat terminus peremptoriè aſſignatus. de offi. deleg. cap. conſuluit. ſi autem ſuper actu, non obſtan. contumacia, potuiſſet procedi (puta ad receptionem teſtium, & ad ſimilia, quæ poſſunt expediri contumacia non obſt.) tunc pœna non committitur. Dic in expenſis, quòd poteſt: licèt expreſsè in compromiſſum non venerit. eſt tamen ei contiguum, & cohærens. Et idem de fructibus, & ſolution. eſt dicendum, vt dixi ſupra eodem. cap. dilectus. Cy. tamen circa commiſsionem pœnæ in compromiſſo appoſitæ clarius loquitur. dicit enim, quòd aut eſt lis conteſtata, & liquidum de cauſa: aut non eſt liquidum, nec lis conteſta. ſi eſt liquidum de cauſa, non poteſt ferri ſententia in abſentia partium: quia in arbitrio non contrahitur, ſed pœna committitur, vt ff. eodem. l. ſi quis. quod verum, quando partes non fuerunt præſentes, quouſque fuerit concluſum in cauſa. nam tunc ſi tanto tempore fuerunt præſentes, poteſt ferri ſententia vna parte præſente, argu. C. de adul. l. quamuis indubitati. Secundo caſu ſi non liquet de cauſa, vel lis nõ eſt cõteſtata, nõ cõmittitur pęna, ſed mulctabitur cõtumax. quia ſi veniſſet coram arbitro, non potuiſſet ferri. Contrarium dicit Iaco. But. quia ſi veniſſet, & lis eſſet conteſt. eſſet aperta via ad diffiniendum. arg. ff. ſi quis cau. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. Si autem non venit poſt lit. conteſt. & tunc eius contumacia non impedit, quominus in cauſa procedatur. (puta quia eo contumace poſſunt recipi teſtes, ſicut in iudicijs, vt in c. in nomine Domini. de teſti.) & non committitur pœna, ſecundùm quoſdam. Et hac ratione idem videtur, ſi eſt dictum, ꝙ poſsit procedere in cauſa vſque ad ſententiam, partis abſentia non obſt. Dicunt tamen quidam, & fortè nõ malè, ſecũdùm Inn. ꝙ arbitri debẽt abſoluere p̃ſentem ab inſtantia arbitrij propter contumaciam aduerſarij. & extunc poteſt petere pœnam: quia id dicit, propter qđ à lite diſceditur. ff. eo. l. qualiter. §. dicere. Item quia arbitria ad inſtar iudiciorum &c. ff. eo. l. 1. ſecundùm eum. ¶ Secũdò quæro. iſte electus ſuperueniens vult litem incæptã cum defuncto, proſequi cũ nouiter electo: an poſsit, vel debeat libellũ de nouo ꝓducere contra ipſum. Rñ. vt s̃. dictũ eſt. iſte ſubrogatus non ſuccedit in litis proſecutione: ſed oportet à capite inchoare. vnde ille, qui videt ſe ſuccumbere, renunciet in manibus ordinarij, & conferat alij, cum quo nouo iudicio opus eſt: ſimiliter faciat iſte ſecundus, tertius, quartus, & vlterior. & ſic non erit litium finis. ideò eſt prouiſum per
5 dictum c. 1. j. vt lit. penden. lib. 6. ¶ † Tertiò quæro. ſi beneficium, quod pacificè poſſedi, deinde negligentia deſii poſſidere, an potero occupare auctoritate mea. ſi enim haberem ſolummodo titulum, non videtur, quòd poſsim ipſum apprehendere propria auctoritate, iuxta not. in c. tranſmiſſam. de elect. & c. in literis. de reſti. ſpol. In beneficio ergo ſemel poſſeſſo dicit Innocen. quòd aut in dicto beneficio poſt amiſſam poſſeſsionem non fuit aliquis inſtitutus: aut fuit alij collatum. Primo caſu potero apprehendere poſſeſſionem propria auctoritate. facit c. cum dilectus. de ord. cog. Non obſt. l. quærebatur. C. vnde vi. quia illa l. habet locum, quando non dominus, vel quaſi poſſeſsionem vacantem occupat. Sed quæſtio noſtra loquitur de prælato ſemel canonicè inſtituto. & ſic de illo conſtat, ꝙ ius habet in prælatura. s̃. de elect. c. tranſmiſſa. Sed contra. quia non videtur bene dictũ: quia non eſt reperire poſſeſsionem vacuam beneficij. nã mortuo, vel cedente prælato, ſtatim ipſius prælaturæ cuſtodiam habet aliquis: puta archiepiſcopus, vel archidiaconus, vel Capitulum, patronus, vel œconomus, iuxtà not. s̃. de of. ord. c. cum nos. & de appel. c. bonæ. 1. de inſtit. c. cũ veniſſent. cum ſi. Sol. quamuis tales cuſtodiant bona prælaturæ: non tamen p̃laturam poſsident. Et circa hoc vide, qđ not. in Cle. 1. de reſcrip. Quandoq; beneficium, cuius poſſeſsionem inſtitutus amiſit, alij eſt collatũ. & tunc aut ipſum poſsidet: & non eſt licitum illi, qui poſſeſsionem amiſit, ipſum expellere propria auctoritate, nec ius ſibi dicere, vel violentiam inferre. ar. s̃. de elec. c. bonæ. 2. & caueat Decr. eum qui. de præbẽ. lib. 6. Aut iſte nouiter inſtitutus non poſsidet: & tunc aut prior inſtitutus canonicè fuit amotus per ſententiam, licèt iniuſtam: & non poterit ipſum vltra apprehendere. licet eñ poſt ſententiam iniuſtam remaneat dominus, vt l. Iul. de cõdi. inde. tamen ex tali ſententia oritur actio, & exceptio. j. de re iudi. c. cum inter vos. §. ſi. Si autem non fuit priuatus per ſententiam: ſed reperit beneficium vacare, poterit propria auctoritate apprehendere, non obſtante poſſeſsione illius medij: qui minus iuſtè beneficium detinebat. Et iſta ſunt dicta Innocen. quæ no. ad materiam d. l. cum q̃rebatur. in rebus ꝓphanis. in beneficialibus autem quomodo adaptentur, habes ex prædictis.

*SVMMAE.*

1 *Arbiter poſt rem iudicatam ſuper diſcordijs aſſumptus, etiam ſi de componendo inter partes mandatum à Papa receperit, per ſuum arbitrium non poteſt ſententiam immutare.*
2 *Communitas, & ciuitas poſſunt poſſidere bona, ſicut collegia approbata.*
3 *Generale compromiſſum non extenditur ad deciſa.*
4 *Obſides dari poſſunt pro obſeruantia arbitri.*
5 *Reſciſſo arbitrio, reſcindũtur omnia, quæ ab eo habent dependentiam.*
6 *Secunda ſententia valet contra primam, ſi non opponitur de prima.*
7 *Actio ex arbitrio tollitur per primam reſtitutionem.*
8 *Arbitrium ſecutum ex compromiſſo facto generalibus verbis, non valet contra ſententiam.*

1 Expoſita. † Arbiter poſt rem iudicatam ſuper diſcordijs aſſumptus, etiam ſi de componendo inter partes mandatũ à Papa receperit, per ſuum arbitrium ſententiam immutare non poteſt. h. d. Secunda pars, ibi [licèt autem.] ¶ Not. primò, quòd hic erat electus duarum eccleſiarum. quod intellige ex diſpenſatione: aliàs ſecus, vt in c. de multa. de præben. & qđ dicit [electi.] ſubaudi, [& confirmati] alias non potuiſſet compromittere, tanquàm carens adminiſtratione. s̃. de electio. c. tranſmiſſam. ¶ Scđò not. quòd iſta eccleſia haba-
2 bat quæſtionem cum commune Treuiſij, † & ſic poteſt communitas, & ciuitas poſsidere bona: ſicut & collegia approbata. & ſunt capaces re[illegible]torum, vt l. ciuibus. de reb. dub. & l. ciuitatibus. de lega. 1. & l. 1. §. municipes. de acquirẽ. poſſ. & l. municipibus. de condi. & demon. ¶ Tertiò not. quòd perſona eccleſiaſtica compromiſit in laicum. quod dic, vt s̃. eo.
3 c. contingit. & hic in glo. ¶ Quartò no. † quòd generale cõpromiſſum non extenditur ad deciſa: ſicut nec leges nouæ ad facta præterita referuntur, etiam ſi de præteritis caueatur. intelligitur enim de caſibus præteritis non deciſis, & idẽ in dependentibus. Facit quod not. in c. licèt canon. de electio. li. 6. nec mirũ in caſu huius c. ſi nõ venit tacitè in comꝓmiſſo quod deciſum eſt per ſententiam: quia nec expreſſè poſſet, ſicut nec tranſigi. Facit quod dixi s̃. de tranſact. c. 1. & quod not. in l. ſi diuerſa. C. de tranſac. ¶ Quintò no. quòd Papa mandauit duci, [vt ad componendum] &c. & tamen ex iſto mandato non recipit nouam poteſtatem, ſed excita-
4 tionem antiqui. s̃. de offi. ord. c. licèt. ¶ Sextò not. † quòd Papa ſententiam arbitri irritat, & annullat. & hoc ideo, quia ad hoc poteſtas arbitri non ſe extendebat. quod ergo dicitur [ſiue æqua, ſiue iniqua] &c. vt in §. ſtari. debet intelligi cum pronunciat ſuper incluſis in compromiſſo: vel poteſt dici, quòd etiam in incluſis, ſi iniquè pronunciat, debet reduci ad arbitrium boni viri de iure canonico. s̃. eod. c. 2. per Doct.
5 ¶ Septimò no. † quòd pro obſeruantia arbitrij dantur obſides, & ipſi arbitri firmantur: ergo arbitrium non ſolùm pœnæ appoſitione, ſed obſidis datione. Item iuramento, & pignoribus, etiam nudo pacto, ſecundùm Hoſtien. s̃. eo. c. per tuas. facit quod not. s̃. eod. c. dilectus. ¶ Octauò not. quòd hic ducis arbitrium fuit nullum, & prohibetur, quòd vltra ꝓcedat. & ſic ſi arbiter ꝓnũciat, ſuũ arbitriũ ẽ nullũ: q̃a cõtra ius. q̃a litigator abſens: quia die feriato nõ poterit iterum ꝓnunciare: ſed aliud in iudice ordinario. C. de accuſ. l. 4. Arbiter ergo in hoc æquiparatur iudici delegato, qui ſiue bene, ſiue malè &c. vt c. in literis. s̃. de offic. deleg. quod dic vt not. Specu. eod. tit. §. fin. ver. ſed ſecundùm præmiſſa. ¶ No-
6 nò no. † quòd reſciſſo arbitrio, reſcindũtur omnia, q̃ ab eo habent dependentiam. ad hoc. s̃. de procur. c. auditis. & j. de exceſſ. prælat. c. tanta. per Innocen. Et aduerte, quia hic Papa cogit ad iſtam reſtitutionem: nec eſt dubitandum, quòd illud ſpectet ad iudicium eccleſiæ. 12. q. 2. c. apoſtolicos. & 24. q. c. ſi quis apoſtolicos. Et aduerte, quia ſuper reſciſsione iniqui arbitrij aditur iudex illius, contra quem arbitrium latum erat: hic epiſcopus. ſi autem commune Treuiſij dixiſſet arbitriũ, videt. ꝙ potuiſſet adire ſuum iudicem, ar. huius.

ſius cap. & ſic iudex illius, contra quem latum eſt arbitrium, videtur iudex competens: quod non firmo. vide iſtam quæſtionem per Barto. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſoc. vbi ponit iſtam quæſtio. & Do. Fede. de Sen. in conſi. ſuis. ¶ Oppo. hic videtur fuiſſe compromiſſum, vel generale, vel ſuper facto illius ſententiæ legati. & quomodocunque fuerit, reſpondet, quòd arbitrium contra ſententiam fuit nullum. ſed contra, compromiſſum ſimile eſt iudicio. ff. eodem. l. 1. ſed iudicium poteſt eſſe ſuper re ſemel deciſa: & valebit ſententia ſecunda contra primam propter diuerſam inſtantiam, vt dixi ſupra de tranſac. cap. 1. Item de re iud. fit
6 compromiſſum in Authen. de appel. colla. 8. † Item ſi non opponitur de prima ſententia, valet ſecunda ſententia contra primam. vt in cap. inter mon. infra de re iudi. ergo & valere debet arbitrium contra ſententiam legati, de qua non fuit exceptum. Sol. dic, quòd hic fuit compromiſſum generale: quia reſtringitur ad ea, de quibus eſt controuerſia. & ſic non extenditur ad controuerſias iam ſopitas. ff. de arbi. l. ſi cum dies. §. plenum. & de tranſac. l. cum Aquil. & l. qui cum tutoribus. & ideò hic nullum fuit arbitrium: cum vltra compromiſſum arbiter nihil facere poſſit, vt l. non diſtinguemus. §. de officio. ff. eodem. & ſupra eodem. cap. cum dilectus. ¶ Sed hic incidenter quæritur. pone, quod legatus tulit ſententiã pro eccleſia contra cõmune Treuiſij ſuper iſtis rebus, & facta fuit executio, & eccleſia dictas res poſſedit: ſed poſtea cecidit à poſſeſſione, & apprehenſa fuit per commune Treuiſij, quam longiſſimo tempore poſſedit: deinde eccleſia vendicat vigore ſententiæ primò latæ. Opponitur de præſcriptione, & dicitur etiam, quòd ſententia eſt nulla: & de hoc fuit compromiſſum, & tandem per arbitros electos fuit dicta ſententia infirmata. quæro ergo an valeat dictum arbitrium: videtur, quòd non, vt eſt caſus hic. Contrarium determinat Iac. de Are. in quadam diſputatione, quæ incipit. Apoſtolicæ ſedis legatus &c. nam ſecundùm eum dicta ſententia iud. lata contra commune euanuit: quia ſolutione eius, quod debetur &c. Inſtitu. quibus mod. tol. oblig. in princ. Per executionem enim ſententiæ quæſiuit eccleſia in dictis rebus dominium, vel potius perijt actio in factum trãsfuſa in ſecundam. ff. de noua. l. 2. nam hic actio. ex ſententia non agitur, ſed rei vendicatione. ff. de pigno. l. ſi fundum. §. creditor. Item ex hac noua apprehenſione facta per commune Teruiſij poteſt ſe tueri, maximè cum dicat ſe præſcripſiſſe. Poſſet enim epiſcopus perdidiſſe ius ex ſententia ſibi competens. nam multi ſunt caſus, per quos non poſſunt homines retinere quod ſuum eſt, vt l. fina. C. de præſcriptio. 30. anno. ex tempore enim contrarietas euitatur: nec debet dici contra. quod aliqua via effugit contrarietatem. C. de nouo codi. compo. nam poſtquam actio iudi. extincta fuit per reſtitutionem ſecutam ex alia ſententia: ideò non impedit nouum cõpromiſſum. & ita determinat Iac. de Are. & reſpondet ad illud cap. vt dixi ſupra in ſol. contrarij. & prædicta faciunt ad quæſtionem. præcepit arbiter rẽ reſtitui ſub pœna in compromiſſo contenta: & ſic reſtitutio facta eſt per condemnationem. Demum ipſe condemnatus, qui reſtituit dictam poſſeſſionem apprehendit, & interpellatur reſtituere contradicit. quæro, an incidat in pœnam.
7 Prædicta faciunt, quòd non: † quia per primam reſtitutionem actio ex arbitrio eſt ſublata. Dic vt not. Specu. in titu. de arbi. §. fina. ver. ſed pone arbiter. & per Barto. in l. in nouationibus. de ſolu. & l. inter Caſtellian. ff. de eodem titu. & l. ſi fideiuſſor. de lega. 1. per Bald. ¶ Secundò quæro: hic di-
8 citur, † quòd non valet arbitrium ſecutum ex compromiſſo facto generalibus verbis contra ſententiam. ſed nunquid ſecundum laudum, vel arbitramentum poteſt valere contra primum de partium conſenſu: qui non poſſet operari, vt valeret ſententia contra ſententiã. vt no. C. de tranſact. l. ſi diuerſa. dicit Bald. quòd laudum arbitratoris ſecundum contra primum valet de conſenſu partium, quæ eſt ſpecies tranſactionis, à qua recedi poteſt de partium voluntate, vt dicta l. ſi diuersa. A ſententia verò arbitri dicit, quòd aut habet vim rei iudicatæ, & non videtur tenere ſecundum, argu. l. 1. C. quando prouo. non eſt neceſ. aut non habet vim rei iudicatæ, ſed ſolùm ſibi paretur metu pœnæ: tunc poſterior conſenſus valet. quia derogat principali cõtractui, non ſententiæ arbitri, quæ nulla eſt. C. de arbi. l. 1. coniuncta. l. cum in plur. §. lege dicta. ff. loc. ¶ Item opp. & videtur, quod Papa debuerit corrigere ſententiam arbitri: quia ſtari debet, ſiue æqua, ſiue iniqua, vt l. diem proferre. §. ſtari. ff. eodem. Solu. vt in glo. quæ incipit. ſed videtur. quæ vult, quòd etiam ſi iuramentum interuenerit de obſeruando, poſsit dici iniquum ſine metu periurij. Et hoc tenet Dyn. in arbitratore in reg. ſcienti. de regu. iur. lib. 6. vbi dicit, quòd ſi eſſet pœna, non incidit in pœnam. Et Spec. in ſpec. de arbi. §. fina. ver. item quid ſi compromiſ. ibi etiam no. vtrùm ſit infamis, qui venit contra laudum, quod promittendo, iurauerit ſe ſeruaturum. ad hoc vide, quod dixi poſt Hu. ſupra eodem. cap. per tuas. ¶ Quærit Ioan. And. infra quantum tempus poſſit peti reductio ad arbitrium boni viri. Specu. multum dubitat in dicto §. fina. ver. infra quod tempus. & Barto. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. vbi videas.

*S V M M AE.*

1 *Compromiſſum factum in perſonam incertam non valet. 2. & numero. 4.*
3 *Compromiſſum ſi fiat in forma prohibita: ſi partes concordent in ferendo laudo, an valeat.*
5 *Excommunicatio lata poſt legitimam appellationem eſt nulla.*
6 *Iudex delegatus Papæ an poſsit ſibi reſeruare executionem arbitrij ferendi per electos à partibus.*

**IN notuit.** Quò ad caſum principalem hoc dicit. Excommunicatio poſt appellationem legitimam lata non tenet. ſed quia caſus i-
1 ſte nõ facit ad titulũ. dic aliter. † Non valet compromiſſum factum in perſonam incertam. vel aliter. Si ad ſententiam arbitri indeterminatè electi iudex partem compellat, locus eſt appellationi. Prima pars factum narrat. Secunda dat iudices, ibi [ideoque.] ¶ Nota primò, quòd Papa hic delegat cauſam, quæ vertebatur inter duos laicos. & hoc fortè ideo, quia erant de ſua temporali iuriſdictione: vel erat cauſa, quæ ſpectabat ad eccleſiaſticum forum. de quibus. infra de foro competen. cap. cum ſit generale. aliàs non teneret delegatio. infra de appe. cap. ſi duobus. & de foro competen. cap. licèt. ¶ Secundò not. quòd lite mota coram iudice, poſſunt partes compromittere. per tale tamen compromiſſum non videtur expirare iuriſdictio delegati. licèt iſte tex. dum dicit [retenta] &c. innuat contrarium, videlicet quòd ſi expreſsè reſeruatio non fuit facta, expiraret. Innocen. tamen, & Hoſtien. tenent, quòd ſi non retinuiſſent: nihilominus duraret; cum iuriſdictio, & reſcripta ſint perpetua. C. de diuer. reſcrip. l. 2. in fin. de offic. delega. cap. ſignificantibus. non enim iuriſdictio iuriſdictione videtur nouata per compromiſſum: ſicut nec vna actio per ſtipulationem ſequentem nouatur, vt C. de noua. l. fin. quid econtra, ſi de arbitro itur ad iudicem: an ſit à compromiſſo receſſum? dic, quòd ſic, ſi ambo iuerint ad iudicem. Sed ſi alter tantùm, & litem ſit conteſtatus, pœna committitur, vt l. ſed ſi in ſeruum. §. fina. cum ſi. & ſequen. ff. eodem. vbi expirat, etiam ſi itur ad alium arbitrum. ratio quare faciliùs expirat compromiſſum, ſi itur ad alium, quàm ad iudicẽ. dic quia compromiſſum eſt voluntarium: ſed iudicium redditur in inuitum. ff. de verbo. obliga. l. inter ſtipul. §. ſi. Stichum

Item



Item iuriſdictio datur à lege, vel à ſuperiòre. compromiſſi poteſtas dependet à partibus. & omnis res per quaſcunque cauſas &c. vt ff. de regu. iur. l. nihil tam naturale. & infra de re iudic. cap. 1. ¶ Tertiò nota, quòd iudex delegatus Papæ exequitur non ſolum ſententiam ſuam, vt ſupra de offic. delega. cap. ſanè. & cap. ſignificaſti. ſed etiam exequitur arbitrium, & laudum arbitrorum: quando tempore facti cõpromiſſi ſibi exequendi poteſtatem reſeruauit. dicam infra.
2 ¶ Quartò not. † quòd non valet compromiſſum factum in duos cum pacto, ſi diſcordauerint iudices cauſæ, dent tertium, & idem ſi electio tertij reſeruetur partibus. Ratio eſt. quia electionem tertij, ſi duo diſcordarent, iura noluerunt concedere partibus, nec electis ab eis: quia præſumitur, quòd vellent ſequi voluntatem eorum, qui eos elegerunt: vnde ſicut præſumit ius, quòd partes in electione tertij diſcordarent: ita & electi ab eis iudicibus: ergo iſtam poteſtatem electionis arbitrorum, vt tertium eligant, commiſerunt iudicibus. quia iudices præſumũtur bene velle procedere: cum non vice partium, ſed auctoritate iuris fungantur. quicunque enim eſt iudex, à iure præſumitur bonus vir. ff. de iniur. l. ſed ſi vnus. §. ait prætor. & de verbo. obligatio. l. continuus. §. cum ita. Item & arbitri præſumuntur bene velle eligere: ex quò non vice partium, ſed à iudice, vel à iure coacti hoc faciunt. facit l. item ſi vnus. §. principaliter. ff. eodem titu. Sed dices. ſi ad iudices iſtos ſpectat electio arbitrorum, ſi diſcordarent: quare non poſſunt tempore compromiſſi hoc ſibi per pactum reſeruare? Solu. iſte text. non dicit, quod reſeruarent ſibi coactionem arbitrorum ad tertium eligendum, quod fortè potuiſſet in pactum deduci, cum ineſſet tacitè: ſed reſeruauerunt poteſtatem eligendi tertium. & hic non inerat tacitè: quia non ad iudicem, ſed ad arbitros ſpectat electio tertij. ¶ Quintò nota, quòd ſi non valet compromiſſum cauſa adiectionis tertij per iudices eligẽdi propter præſumptam à iure diſcordiam in tertio eligendo: tamen non conualeſcit, licèt in eligen-
3 do tertio dicti iudices ſint concordes. & eſt argu. † quòd ſi fiat compromiſſum in forma prohibita: vt ſcilicet ſi arbitri fuerint diſcordes, ipſi eligant tertium. quod eſt prohibitum per dictum. §. principaliter. ſi concordent in ferendo laudo: non tamen valebit propter formam à principio vitioſam. Ex dictis tamen legiſtarum argu. hic Ioan. And. quòd laudum teneat iſto caſu. ¶ Sextò nota, quòd tertius arbiter electus pronunciauit cum altero iſtorum arbitrorum: quo autem caſu potuerit hoc facere, & de poteſtate iſtius tertij arbitri dicam infra cap. proxi. & no. in dicto. §. principaliter. ¶ Septimò no. generalem cauſam grauaminis. appello, quia cogis me ad obſeruationem arbitrij. comprehendit enim omnes cauſas, quibus arbitrium poterat dici nullum, vel iniquum, ſecundùm Innocen. & Hoſtien.
4 ¶ Octauò no. † quòd de iure ciuili non valet compromiſſum in duos cum pacto, ſi diſcordauerint, quòd partes eligent tertium, vt eſt caſus in dicta l. ſi vnus. §. principaliter. ſecus ſi de certo tertio à principio conuenerunt, vt ibi.
5 ¶ Nonò no. † quòd excommunicatio declaratur nulla: quia lata poſt legitimam appel. & idem, ſecundùm Hoſtien. ſi appellatio interpoſita non fuiſſet, vel non tenuiſſet, arg. de præben. cap. fina. ¶ Oppo. dicitur hic, quòd reſeruatio incerti arbitri reddit compromiſſum, & laudum inde ſecutum nullum. Sed contra infra cap. proxi. vbi iudices reſeruauerunt ſibi poteſtatem eligẽdi arbitros incertos, & tenuit laudum: cuius contrarium hic dicitur. Solu. dicit Ioan. And. poſt Innocen. ibi illi mediatores fuerunt iudices delegati, non arbitri: quia Papa confirmat eorum ſententiam. quod non faceret, ſi fuiſſent arbitri, vt C. eodem l. 1. Sed contra iſtud. oppo. & videtur, quòd imò illi mediatores fuerint arbitri propter appoſitionem pœnæ ibi appoſitæ: quæ in compromiſſis, non in iudicijs conſueuit apponi, vt patet in d. l. 1. coniuncto tit. C. commi. vel epi. Solu. dicit Innocen. iſtud non eſt verum, quando compromittitur in ordinario, vel delegato partium. Nam iſti iuriſdictionem ſuam retinent. infra de præben. cap. niſi eſſent. Si autem compromitteretur ſub pœna in extraneos priuatos, vel etiam iudices ordinarios, vel delegatos (in partes tamen iuriſdictionem non habentes) tunc ſi præceſſit tractatus de eligendo ipſum in arbitrum, præſumitur electus tanquam arbiter, non tanquam iudex. Et hoc verum, quando cum pœna fuit electus iſte extraneus iudex. ſi autem ſine pœna: tunc præſumitur electus vt iudex: vt ſic potius res valeat, quàm pereat. ff. de reb. dub. l. quoties. Hoſtien. dicit, quòd melius ſenſiſſet Innocen. ſi dixiſſet eum tunc electum, tanquam arbitratorem, vt. infra cap. 1. Iudex enim nemo eligi præſumitur, niſi hoc expreſsè exprimatur. ſed nec ſufficit expreſſio, niſi & alia multa interueniant, vt patet in eo, quod legitur, & no. infra de foro competen. cap. ſignificaſti. & iſta ſunt bene no. quã do ordinarius partium, vel iudex extraneus electus cum pœna præſumatur proceſſiſſe, an vt iudex, an vt arbiter. Et ad iſta dicta Innocen. adde glo. magnam. ff. de iudic. l. 1. Collige ergo ex prædictis vnum intellectum cap. infra proxi. quòd illi arbitratores electi per legatum fuerunt iudices delegati: alios intellectus ibi recitabo. ¶ Secundò principaliter oppo. & videtur, quòd poſtquam ſecundùm conuentionem partium fuit tertius arbiter electus, & pronunciauit cum alio, ſit parendum laudo ex vi pacti. quia pacta ſunt ſeruanda. ſupra de pact. cap. 1. Solu. illud verum, niſi ſit contra legem. ſed hic erat contra legem: quia aſſumebatur incertus arbiter. quod lex vetat, vt d. §. principaliter. ¶ Quæro. dictum eſt ſupra, quando compromittitur in habente iuriſdictionem, quo iure proceſſiſſe præſumatur: ſed pone, quòd partes elegerunt aliquem in arbitrum, arbitratorem, & amicabilem compoſitorem, qui poſtea laudauit: an poſtea valebit eius laudum, tanquam arbitri: an tanquam arbitratoris? & vtilis eſt iſta inueſtigatio propter multas differentias inter arbitrum, & arbitratorem, in ingreſſu, proceſſu, & egreſſu litis. & maximè propter reductionem ad arbitrium boni viri: quæ peti poteſt, ſi pronunciauit vt arbitrator: ſecus ſi vt arbiter, vt l. ſi ſocieta. §. arbitrorum. ff. pro ſoc. coniuncta l. 1. C. edem. Reſpon. Spec. arguit ad partes in Specu. de arbi. §. fina. verſic. ſed pone, quòd ſic. dicit Bald. quod ex præcedentibus, hoc eſt ex proceſſu debet iudicari ſuper iſto dubio. Nam aut proceſsit vt arbiter: & non ſit reductio. aut vt arbitrator: & fiet: tamen de iure canonico, ſiue vt arbitrator, ſiue vt arbiter proceſſerit, reductio peti poteſt. 3. quæſtione. 3. cap. à iudicibus. & cap. 2. ¶ Vtrùm autem ſi incœpit procedere vna via, poſſit redire ad aliam. Dyn. tenet, quòd non. in l. 3. ff. de reſtitu. mino. & l. ſi dominium. de fur. & idem Specu. in titu. de arbi. §. fina. verſi. quid ſi compromiſſum. Sed contra hoc facit quod not. Innocen. in cap. cum ex officij. infra de præſcrip. vbi ſi id, quod fit, non valet ex vna poteſtate, valet ex altera. Præterea ex quo arbiter acceptauit compromiſſum vtroque modo factum, non eſt in poteſtate ſuâ eligendo vnam viam renunciare alteri, inuitis partibus, vt l. 3. §. fina. ff. de arbi. Ad hoc optimè infra. de verbo. ſignificatio. cap. ſæpe. in Cle. in fin. eſt tamen de cautela, quòd vna via electa, poſſit redire ad aliam. & ita quotidie practicatur. & hic not. Bald. in l. 3. de reſtitu. mino. vbi ſubdit, quòd ſi arbitretur [ita laudo tanquam arbiter, & arbitrator] valebit eo modo, quo valere poteſt. & idem no. in l. ſi cui. de leg. 1. ¶ Secundò quæro. reuo-
6 co in dubium, † an iudex delegatus Papæ poſſit reſeruare ſibi executionem arbitrij ferendi per arbitros electos à partibus, appoſito pacto, quòd delegatus iſte dictum arbitriũ exequetur: primò, quia non debet arbitrium executioni mandari, vt C. eodem l. 1. & pactum appoſitum contra legem non tenet. vt hic. Secundò, quia nullus exequi poteſt

ſen-

ſententiam, niſi ſit ordinarius, vel delegatus principis: qui poteſt exequi ſententiam ſuam. ſ. de of. deleg. c. ſignificaſti. ſed iſti delegati erant cauſæ principalos, & nõ arbitri. Et his rationibus dicunt quidã, ꝙ nõ ſolũ rõne incertitudinis iſtud laudum non merebatur executionẽ: ſed quia, quod non poterant, executioni mandabant. ſ. arbitriũ. Alij dicunt, ꝙ partes poterunt in hoc conſentire, & iuriſdictionẽ delegatorum informare, prorogare, & pacta apponere, ſm̃ quæ iudicetur. argu. ff. de ope. no. nun. l. 1. §. & poſt operis. & hoc tenẽt Ho. & Io. An. ¶ Tertiò quæro circa iſtũ tertiũ arbitrũ: qñ duo arbitri non concordant, à quo ſit aſſumendus. dic ꝙ ab ipſis arbitris, cogente iudice ipſos ad hoc. & eſt mirum, ꝙ cogi poſſunt ad eligendum tertium, vt d. §. principaliter. & tamen nõ valet pactũ à principio cõpromiſſi, vt ſi diſcordauerint, tertium eligere teneantur, vt d. §. principaliter. Idem ponit Ioã. An. ſup. gl. 2. per Inn. & Spe. in ti. de arbi. §. fi. ver. ei quod dixi. vbi de iſto tertio, & eius poteſtate plura quærit. ſ. an iſte tertius ſic datus ſit arbiter. Bar. in l. ſi dominium. ff. de fur. dicit, ꝙ ſi quidem aſſumitur ab ipſis partibus, vel à iudice: & non eſt nouum cõpromiſſum, nec ille tertius eſt arbiter: ſed eſt quidam tertius aſſumptus ad concordandos eos: adeo ꝙ ipſe nõ dẽt ſñiare: ſed arbitri cogũtur ſñiare ſm̃ conſiliũ ſuũ, vt l. non diſtinguemus. §. pe. de arbi. & qđ ibi gl. & clarius in Spe. de arbi. § fi. ver. ſed nũqd iſte tertius. Si verò iſte tertius eligatur à partibus: tunc ſatis puto, ꝙ ille tertius ſit arbiter, & nouũ cõpromiſſum videatur, vt l. Pedius. in fi. ff. e. Per prædicta patet, ꝙ iſte tertius ad ſuſcipiendũ iſtud onus non eſt cogendus, vt in d. ver. ſed nunquid iſte. ¶ Item quid ſi arbitri nolunt eligere tertiũ: an iudex poterit ipſum eligere. Spe. non firmat in d. §. fi. ver. licèt dixerim. in quo. §. ver. ſed nunquid. & ver. ſequentibus. circa iſtum tertium quærit de pluribus quæſtio. dic vt ibi.

*S V M M AE.*

1 *Aſſenſus non eſt denegandus iuſtè deprecantibus.*

2 *Archiepiſcopus iure metropolis poteſt exigere procurationem à monaſterijs ſitis in ſua prouincia.*

3 *Procuratio non eſt ſpiritualis: licèt viſitatio ſit ſpiritualis.*

4 *Compromiſſum ſi fuit in duos eo pacto, quòd ſi diſcorẽdart, Poteſtas daret tertium: an valeat datio talis tertij: tenet quòd non.*

CVm à nobis. Dicit Io. An. ꝙ quot ſunt intellectus c. tot modis poſſunt poni caſus ſummarij. Et ſunt duæ partes. Prima narrat factum. Secunda confirmat. ibi [nos igitur.] ¶ No. primò, ꝙ Io. An. ſupplet ad deciſam. dicit. n. [cũ
1 à nobis petitur] ſup. quod iuſtũ eſt, exauditur illud. † quia iuſtè deprecantibus non eſt denegandus aſſenſus, vt Inſti. qui ſunt ſui, vel alie. iu. poſt princ. ſed cũ à nobis petitur iniuſtũ,
2 non audimus. de pac. c. cũ pridẽ. vbi de hoc. ¶ Secũdò no. † ꝙ archieps iure metropolis exigebat procurationẽ: quod poterat, poſtq̃ monaſteriũ in ſua prouincia erat ſitũ. ȷ. de præſcr. c. cũ ex officij. de cẽſi. c. ſopitæ. & ſ. de of. arch. c. fi. ¶ Tertiò no. ꝙ hic fuit cõpromiſſum ſuper ꝓcuratione. Gof. multũ in hoc inſtabat, qũo ſuper procuratione, quæ annexa eſt, potuerit cõpromitti. Et primò dicit, ꝙ ſuper mõ exigendi
3 procurationẽ põt cõpromitti: vel dic, † ꝙ procuratio nõ eſt ſpiritualis: licèt viſitatio ſit ſpiritualis: ſicut dicitur de fructũ decime. ȷ. de deci. c. quãuis. finaliter fatetur ſuper ſpiritualibus cõpromitti poſſe. ſ. e. c. 2. & c. cũ olim. licèt nõ trãſigi. ſ. de tranſac. c. conſtitutus. ¶ Quartò no. nouã formã cõpromiſſi, ꝙ parebunt partes laudo arbitri, vel illorũ, quos arbiter deputabit. & ſic in incertũ arbitrũ cõpromittitur. ¶ Sed contra hoc fortiter oppo. Doc. de c. ſ. proxi. vbi pactũ de incerto arbitro aſſumendo per iudicem cauſæ totaliter reprobatur. So. hic Io. An. quinq; modis. Et primò, ꝙ iſti electi à legato fuerunt iudices delegati. quod patet, quia ipſorũ ſententia cõfirmatur, vt dixi. ſ. c. proxi. & pro hoc etiã facit qđ dixit tex. diffiniendo &c. propriè. n. pertinet ad iudicẽ diffinire. ſic. ſ. e. c. ex parte. 2. reſpon. in fi. Hoſtiẽ. dicit, ꝙ iſta opi. Inn. ꝙ iſti mediatores fuerint iudices delegati, miratur, cum in nulla parte Decr. dicatur, ꝙ iuriſdictio fuerit eis compromiſſa: ſed arbitriũ tm̃, vel deriuatio. & ſi fuiſſent delegati, vbi dicit [ordinationi] diceret [iudicio] & vbi dicit [mediatorũ] diceretur [delegatorum.] & ſic intelligit, ꝙ iſti fuerint arbitri. ſed tunc ſtat contrarium. c. ſ. proxi. dicit ipſe. non ob. qa ibi loquitur, qñ poteſtas eligẽdi arbitrũ incertũ datur arbitris, vel delegatis. quod nõ licet, vt ibi: ſed ordinario dari poteſt dicta poteſtas tertiũ eligendi, vt hic. & ratio eſt, quia ordinarius iſtã ptãtẽ hẽt à iure, quãuis ei nõ detur à partibus. vt. ff. e. l. vnus. §. principaliter. Ergo nõ mirũ, ſi talis ptãs põt dari à partibus: quia nil noui datur. ſed quod lex conceſſerat, approbatur. ad hoc. C. de noua. l. fi. & c. licèt. de offi. ord. & quod no. in c. 1. de conſti. lib. 6. Itẽ iuriſdictio ordinarij fauorabilis, delegati odioſa. no. ȷ. de reſcrip. c. 1. li. 6. & ſm̃ iſtã ſol. videtur, ꝙ valeat cõpromiſſum in duos cũ pacto, ſi diſcordauerint, ſenator eligat tertiũ. cuius contrariũ. ȷ. dicã. Tertio mõ intelligit gl. iſtum tex. ꝙ iſti mediatores aſſumpti per legatũ non fuerint iudices, nec arbitri, ſed amicabiles compoſitores: ex qua innuitur, ꝙ valet compromiſſum in duos cũ pacto, ſi diſcordauerint, eligant amicabiles cõpoſitores. Et iſta ſol. gl. placet Hoſt. & rõnẽ differentiæ, ꝙ magis arbitrator, quàm arbiter poſſit eſſe incertus in cõpromiſſo, reddit ipſe. quia dictũ arbitratoris ſm̃ vtrunq; ius, & de ſui natura reducitur ad arbitrium boni viri. dicto verò arbitri de ſui natura ſtãdũ eſt, ẽt ſi ſit iniquũ. ff. eo. l. diẽ. §. ſtari. Primũ ergo admittitur. quia res per ipſum dirimitur. Sm̃ reſpuitur, ne lites ex litibus oriantur, vel ne iniquitas comprobetur. Quartò ſoluit gl. ꝙ hic nõ fuit cõpromiſſum de perſona incerta in arbitrum aſſumenda: ſed dederunt partes ptãtẽ legato, vt eligeret ipſe arbitros. Et hanc ſolutionẽ vr̃ tenere Inno. ſ. c. proxi. in gl. magna, ibi: vel dic, ꝙ benè eſt licitum à principio alicui cõmittere, ꝙ ſuper aliquo eligat arbitros, vt in iſto. c. & ſ. de ele. c. in cauſis. ſed ꝙ duobus ab initio à partibus electis per iudices, vel alios aliquis detur tertius, hoc nõ licet: qa malũ ẽ fundamẽtũ cõpromiſſi. Qñ verò partes dant ptãtẽ arbitris, vel alijs, vt aliquos arbitros eligant, non quia diſſentiant ipſi arbitri: ſed quia partes in ipſis, & de ipſis plenè confidunt: tunc valet electio. quia nec fundamentũ, nec aliquod aliud malum habet. iſta ſunt verba ſua. ſ. c. ꝓxi. Pro quorũ pleniori declaratione ſubijcio quæſt. diſputatam
4 per Ia. de Are. † Cõpromiſſum fuit in duos eo pacto, ꝙ ſi diſcordarent, Poteſtas daret tertium: quæritur, an valeat datio huius tertij: & dato, ꝙ valeat, an poſſit procedere cũ altero tm̃. ꝙ potuerit adijci, facit dictum Hoſt. hic, qui dicit, ꝙ talis poteſtas põt dari ordinario, non delegatis, vel arbitris. Item eoipſo quòd eligitur à Ptãte, videtur electus à partibus. vt l. itẽ eorũ. ff. quod cuiuſque vniuer. nomi. & l. vnum ex familia. de lega. 1. Perſona. n. quæ poſtea eligitur, vr̃ electa tpe cõpromiſſi: & in ipſo nominatim inſerta. de cõdi. inſti. c. inſtitutio talis. & l. aſſe. de hære. inſti. Itẽ vr̃ caſus. ff. iudi. ſol. l. cũ apud. vbi dicitur, ꝙ ſi compromiſſum ſit ſtari ſententiæ eius, q ſubſtitueretur, cõmittitur ſtipulatio, ſi ſubſtitutus iudicauit. Ia. de Are. primò inclinat, ꝙ non valeat cõpromiſſum, nec ſuis uiribus, nec prætoris ſui, propter naturalẽ facultatẽ hominũ ad diſſentiendum. Iuris. n. præſumptio eſt, ꝙ non debeãt cõcordare: iõ prohibetur cõpromiſſum. quia res futura fine exitu, vt d. §. principaliter. & §. ſi in duos. prætoris ẽt uiribus non nititur. quia iudex non põt cõpellere arbitros, vt eligãt, cum per alium noluerit eligi tertiũ. & ſic quod vni conceditur, alteri denegatur. C. de teſta. l. conſulta. & C. vbi cau. fi. l. ſi colonus. at ille, de quo dictũ eſt, vt eligat, non poteſt cogi, vt l. ſi merces. in prin. ff. loca. & de contrahen. emp. l. fi. & ſic cum nec ſuis naturalibus nitatur uiribus, nec prætoris auxilio iuuari poſſit, ceſſat quod leg. & no. in. §. principaliter. ĩ ſolutione cõtrarij. §. ſi in duos. vel aliter ſm̃ eũ. Aut concordãt primi: & eorũ ſñia valet, & cõpromiſſum in eos, nõ ex naturalibus iuribus cõpromiſſi: ſed quia ſic vſitatum eſt, vt dicitur in. §. principaliter. nec vitiabitur ex pacto quod non habuit locum. C. de leg. l. ſi legata. & de impube. & alijs ſubſt. l. poſt aditionem. Aut non concordant: & tunc conditio habetur perinde, ac ſi purè in duos, & in eligendis à ptãte fuiſſet compromiſſum. & ſic tanquã compromiſſum factũ in perſonã incertam in princ. eſt nullum, vt c. innotuit. ſ. eo. Nõ ob. iſtud. c. ſm̃ eum. & modò habebis intellectum huius. c. Nam multum refert, cõpromittatur in incertũ: vbi obtinet quod nunc dixi: aut cõpromittatur in certã perſonã: ita vt quod ipſe dixerit, per ſe, vel alium obſeruetur. & tũc valet, vt in iſto c. & dictũ ab eo, quẽ deputauerit, dictũ arbitri intelligitur. C. vbi & apud quos. l. fi. & hæc poteſtas bene põt dari arbitro. vt. ff. e. l. non diſtinguemus. §. quæſitũ. & §. de officio. ¶ Nõ ob. l. cum apud. ff. iud. ſol. quia aliud eſt promittere ſtari ſñię certi iudicis, & eius, qui ſubſtituetur, qui repręſentat locum eius, cui ſubſtitutus eſt. ff. de offi. procõ. & lega. l. meminiſſe. Aliud eſt promittere ſtare ſententiæ eligendi per talẽ. nam hic tpe compromiſſi non eſt perſona, in qua firmetur compromiſſum. arg. ff. de noua. l. quoties. de fideiuſ. l. qui contra. ad ma. l. creditor. conſtat autẽ fundari, & firmari cõpromiſſum in tribus perſonis ſ. cõpromittentiũ, & arbitri, in quem fit. meritò defectus perſonæ arbitri facit deficere cõpromiſſum. ff. de arbi. l. Pedius. §. in ſeruum. Non ob. ſi dicatur, ꝙ in qõne prædicta fuit electus ſolus Poteſtas, q in electione tertij non poterat diſſentire. & ſic diuerſus caſus à c. ſ. proxi. & à. §. principaliter. & à. §. ſi in duos. nam in c. ſ. proxi. aſſumitur pro cõi, ꝙ in incertam perſonam cõpromiſſum nõ valet. Sed ita eſt in quæſt. noſtra: tum quia non apparet, quæ ſit. ff. de ver. obli. l. vbi autem. tum quia põt nominatus non eligere, vt d. l. ſi merces. & ſic eſt incertitudo, vt de teſta. tu. l. duo ſunt Titij. Non ob. ſ. de elec. c. in cauſis. & §. ſi decurion. l. itẽ eos. quia in negocijs vniuerſitatis poteſt ius vniuerſitatis reſidere in vno per mortem, vel inhabilitatem aliorum. ſ. de poſtu. cap. gratum. & ſic illi ſuo iure eligerẽ dicuntur, cũ in eis reſideat ius collegij. ¶ Ex his ergo cõcluditur, vt dixi, ꝙ non teneat tale compromiſſum: imò plus, quia ſi partes litigent coram iſtis arbitris, & tertio ſic electo, nõ valet proceſſus, vel laudum inde ſecutum. quia quod ipſo iure, & omni iure eſt nullum, non põt fieri aliquod. ff. de ver. oblig. l. inter ſtipulã. §. ſacram. de hoc optimè. ſ. c. proxi. ¶ Super alio dubio, quod facit, an tertius aſſumptus legitimè. ſ. ab arbitris mediante prætore, cum ab alio non poſſit (vt. ſ. dictum eſt) poſſit cum vno procedere. videtur ꝙ ſic, vt in §. principaliter. ibi [cuius auctoritati pareat] &c. In contrarium facit, qa in hunc tertium aliorũ duorum officium non cadit: ſed ipſe participat in officio: aliàs ſolus, & vnicus, & non tertius diceretur. Dicitur aũt tertius, vt d. §. principaliter. & §. ſi in duos. tenet Ia. de Are. ꝙ ſic. ſi ab exordio electus eſſet, deberet ꝓcedere in præſentia coarbitratorum: ita & hic. & ſi aliter factum ſit, nihil valeat. ff. eo. l. ſi vnus. §. fi. & de re iudi. l. duo ex tribus. Quid ergo ſi vnus citatus à iudice, vt veniat, nolit venire? nunquid hic tertius cum altero præſente procedet? tenet ipſe, ꝙ non poſſit, & per omnia æquiparatur iſte tertius poſt aſſumptionẽ, acſi a principio fuiſſet electus: niſi aliud eſſet expreſſum in forma cõpromiſſi. tex. tamen in c. ſ. proxi. dicit, ꝙ tertius proceſſit cum altero tantùm. facit quod not. & dixi. ſ. in remiſſione ad l. ſi dominum. ff. de fur. vbi de iſto tertio per Bar. vt dixi. ſ. c. proxi.



*S V M M AE.*

1 *Compromiſſum non extenditur ad hæredes.*

2 *Mors ciuilis, & naturalis æquiparantur quò ad reſoluendum compromiſſum.*

3 *Hæredis appellatione quantùm ad compromiſſum, an comprehendantur ſui, & extranei. Et an ſucceſſor in dignitate. 4.*

5 *Vniuerſitas, in qua ſunt viginti homines, ſi compromiſit, & mortui ſunt quaſi omnes, & alij ſubrogati, arbitri poterunt ſententiare.*

6 *Arbitrator poteſt ferre ſententiam die feriato.*

1 COmpromiſſum. ¶ No. † primò, ꝙ compromiſſum non extenditur ad hæredes: ſecus in arbitro. quia illud bene extẽditur ad hæredes cõpromittẽtiũ, vt. ff. e. l. quãuis. ſimiliter nec hæres arbitri ſuccedit in cõpromiſſo: quia nec in iudicio ſuccedit hæres iudicis: nec iſta officia trãſeũt ad hæredes, vt l. cuius bonis. ff. de cura. fu. & l. pen. ff. de tute. ¶ Sed quærit hic Io. An. quid de effectu actorũ, q̃ geſta ſunt corã arbitro, cũ cõpromitterẽ: an habeãt vires cõtra eius hæredẽ. Per. & Abb. ꝙ ſic. C. e. l. pe. & de teſti. c. præſentata. ibi tranſierunt ad ſucceſſorẽ. cõpromiſſum ergo nõ extenditur ad hæredes cõpromittẽtis, vt poſſit cũ eo vltra procedi: ſed acta iã facta durãt. & eſt ſimile quod gl. dicit in ſocietatẽ. & idẽ tenet Guli. in Spe. de arb. §. differt. in prin. Et aduerte quia hic loquitur de morte ciuili, & naturali. idẽ de
2 morte ciuili. † Et ſic quò ad reſoluendũ cõpromiſſum æquiparatur mors ciuilis, & naturalis. quia bona per mortẽ ciuilẽ transferunt in fiſcum: ergo perit inſtãtia cõpromiſſi, ſicut & iudicij. vt l. ſi conſtan. §. fi. ff. ſol. ma. Idẽ ergo, & ſi ceſſit bonis. ff. e. l. itẽ ſi vnus. 1. reſpõ. Multos alios caſus, quibus finit cõpromiſſum, vide in Spe. e. ti. §. fi. ¶ Opp. iudiciũ, & eius inſtantia tranſit ad hęredes, vt plenè per Bar. in l. ſi cũ hominẽ. ff. de fideiuſor. ergo & inſtantia arbitri. quia arbitria redacta ſunt ad inſtar iudiciorũ, vt l. 2. ff. e. So. aliud in iudicijs: aliud in cõpromiſſis. plures aliàs differẽtias vide. ſ. e. c. cũ dilectus. & plenius in Spe. de arb. §. differt autẽ. ¶ Secũdò no. ꝙ illud, quod non eſt tranſitoriũ ad hæredes, qñq; tranſit de ſpeciali partiũ conuentione, vt hic. & idem in vſufr. qui licèt morte extinguatur: ex ſpeciali tñ pacto ad hæredes trãſit, vt l. an
3 tiquitas. C. de vſufr. ¶ † Vtrùm aũt iſto caſu, & alijs appellatio hæredis cõprehẽdat ſuos, & extraneos. dic vt no. in l. Gallus. ff. de libe. & poſthu. per Doc. & vtrùm in infinitũ, dic vt,
4 d. l. antiquitas. & l. in annalibus. C. de le. ¶ † Itẽ ſecundò quæritur, an appellatio hæredis cõprehẽdat ſucceſſorẽ in dignitate. pone cõpromiſit eps, & deceſſit, an arbitri poterunt cognoſcere poſt mortẽ eius, alio ſubſtituto. Videtur, ꝙ poſſint: quia eccleſia vr̃ compromittere, cuius nomine compromittitur. de reſti. ſpo. c. cũ veniſſent. in fi. & eccleſia nunquã moritur. 12. q. 2. c. liberti. ad idẽ de an. lega. l. annua. §. 1. Cõtrariũ ſentit Spe. in ti. de arbi. § finitur. ver. quid ſi prælatus. & tangit gl. in c. fi. de procu. in Cle. & hoc verũ, qñ prælatus cõ
5 promiſit, & moritur. ¶ † Quid ergo, ſi vniuerſitas, in qua ſũt fortè viginti hoĩes, compromiſit, & mortui ſunt quaſi oẽs. & alij ſubrogati: an arbitri poterunt ſententiare. videtur, ꝙ dictũ cõpromiſſum ſit extinctũ, vt in iſto c. & l. ſed ſi interpellatur. §. fi. ff. eo. Contrariũ determinat Dy. ꝙ idẽ vnũ eſt collegiũ, & idem remanet. vt. ff. de iudic. l. proponebatur. & hic no. in l. quod in rerũ. §. fi. ff. de leg. 1. facit quod no. ſ. de procu. c. fi. ¶ Tertiò quæro. quid ſi abbas, qui cõpromiſit: ſed ille eps, vel alter in dignitate poſitus, in quẽ cõpromiſſum factũ eſt, deceſſit, & alius ſubrogatus: an iſte ſubſtitutus poterit cognoſcere? Videtur, ꝙ ſic, poſtquam cõpromiſſum factũ fuit ſub nomine dignitatis, vt in c. qm̃ abbas. ſ. de offi. de leg. & l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. Contrariũ tenet Bar. in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vul. & pup. alleg. quod nò. Inn. in c. fi. ſ. de offi. deleg. & in Spe. de teſta. §. 1. ad fi. quare aũt magis tranſeat in ſucceſſorem delegatio facta per Papã ſub nomine dignitatis, quàm trãſeat compromiſſum. Cogita, & vide quod no. in l. ſi per epiſtolam. ff. de acqui. hære. & c. ſtatu. in prin. de reſcrip. lib. 6. per Archi. De arbitro electo ſub nomine dignitatis, qui trãſlatus eſt ad aliam, vel depoſitus: an

an cognoſcere poterit. ad quod vide. c. præſentata. j. de teſt. ¶ Quartò quæro. dicitur hic, ꝙ compromiſſum nõ tranſmittitur ad hæredes cõpromittentis. quid in arbitramento. Spe. tenet, ꝙ non expirat: quia non eſt verum cõpromiſſum, ſeu arbitriũ: ſed quoddam pactũ, vel trãſactio, in quo hæres ſuccedit, & ad eũ tranſit. ff. de proba. l. ſi pactum. in Auth. vt diſfer. iudi. §. ſi verò contigerit. vbi videtur caſus. & per hoc vi-
6 detur verũ, quod alibi no. Spe. videlicèt, † ꝙ arbitrator poſſit pronunciare die feriato, vt no. in ti. de arbi. §. fi. ver. ſed nunquid amicabilis, & no. Iac. Bu. in l. fi. C. de fer. ſecus in arbitro, vt l. ſi de meis. §. fi. & l. ſi feriatis. & l. diem. §. ſi quis litigatorum. ff. eo. ti. poſſunt tamen partes ferijs renunciare inductis ob quietem hominum, non in honorem Dei, vt d. §. fi. ver. in forma autem. ¶ Sed nunquid parte abſente, arbitrator poterit arbitrari? De arbitro enim certum eſt, ꝙ nõ: ſed de arbitratore dic, vt l. ſi quis arbitratu. de verb. obliga. per Bart. ¶ Item aduertendum quod dixi. s. c. cum ex literis. ꝙ reductio debet peti vſque ad decem dies: ſicut in appellatione, & ſupplicatione dicitur. C. de ſent. Auth. ſed hodie. & no. Spec. in ti. de arbi. §. fi. verſi. ſed quo iure. ſed reductione petita, an debeat terminari cauſa reductionis infra annum, ſicut appellatio; adeo ꝙ non poſſit vltra proſequi. Spe. dicit, ꝙ aliud in appellatione, aliud in reductione, quam dicit nõ claudi prædicto ſpatio. Ita no. in Spec. de arbi. §. 1. ver. quid ſi à tempore. & Bar. in d. §. arbitrorum. dicit, ꝙ ſi poſt arbitramentum latum tacuit per annum; videtur ipſum approbare, vt. C. de diſcuſ. l. qui ſe grauatum. ſi autem infra annum apparet contradictio in iudicio, vel extra. tunc quanto tempore duret. dic, vt ibi per eum. vbi no. plenè, quo iure petatur iſta reductio. & etiam actio naſcatur ex ſententia arbitratoris: & an poſſit renunciari ad arbitrium boni viri: & qualiter iniquitas detegatur: & an ex nouis probationibus poſſit detegi æquum, vel iniquum. Et plura vtilia ibi vide de iſtis arbitratoribus. & in l. 1. ff. de lega. 2. & l. ſi quis arbitratu. de verb. oblig. vbi quid iuris, quando aſſumitur ſuper contractibus &c.

# F I N I S.

## Series Chartarum.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
AA BB CC DD EE FF GG HH II.

Omnes ſunt Terniones, præter † qui eſt Duernio.